30.5.29.
30
b
29
30
13
28
13-8.c.55

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
M

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 B
60

Digitized by Google

13-8-B-60 R.

I

Digitized by Google

Digitized by Google

# DE ALIMENTIS
## LIBRI TRES,

auctore

## MARTINO COLERO
I. V. D.

Quibus præmiſsi ſunt præſtantiſsimorum Iureconſultorum,

BARTOLI DE SAXOFERRATO
&
IOANNIS BAPTISTAE PONTANI, ADVOCATI ROMANI,

eadem de re tractatus vtiliſſimi.

*Cum triplici indice, quorum primus eſt capitum: alter auctorum: tertius materiarum.*

Ex legato Ill.mi Coccini




15 97

LIPSIAE,
CVM PRIVILEGIO S. CÆS. MAIEST.
Sumtibus Andreæ Hoffmanni Bibliop. VVitteb.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESU
BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

Digitized by Google

Magnificis, ſtrenuis, nobiliſsimis &
prudentiſsimis viris

# ILLVSTRISSIMI DVCATVS VRATISLAVIENSIS CAPITANEO, DOMINO ABRAHAMO IENKVVITZ A GOLDSCHMID IN IBXAVV ET BAVMGARTEN, &c.

eiuſdemq; vrbis

DOMINIS CONSVLIBVS ET SENATORIBVS, &c. DOMINIS ET FAVTORIBUS meis perpetua obſeruantia colendis

S. D.

*MVlta ſunt, Viri Ampliſsimi, quæ in hac ciuili conſociatione vnumquemq; vitam honeſtè ac laudabiliter tranſigere cupientem, & ſuſcipere oportet & cauere. Quorum ſingulorum prolixam commemorationem ad Amplitudinem veſtram inſtituere, quemadmodum à pudore meo eſt alienum: ne vobis, quos & ſpectata virtus in hoc dignitatis faſtigio collocauit, & ad iuſticiæ æquitatisq; normam præclare conformata continuataq́; Veſtræ Reip. gubernatio ſummis laudibus celebrat, ego, qui meæ tenuitatis mihi*

*ſum optime conſcius, quibuſdam ceu præceptiunculis præire velle videar: ita neminem eſſe arbitor, qui ignoret, ocij deſidiæq́ labem, vnde cætera vitia pene omnia, non aliter quàm ex fonte quodam perenni ſcaturiũt, ac in vniuerſas vitæ noſtræ partes latiſsime ſeſe diffundunt, ſedulò eſſe fugiendam: econtrario quemlibet in hanc curam inprimis incumbere debere, vt ſaltem aliquid opis induſtriæq́ poſsit ad hanc vitæ communitatem iuuandam afferre. Hoc ipſum etiam, quia notius eſt, quàm vt à quoquam in dubium merito vocari poſsit: non committendum putaui, vt in re, quæ apud omnes bonos in confeſſo eſt, ſtabilienda diu multumq́ laborarem: præſertim cum & ſacrarum literarum & ſaniorem Philoſophiam amplectentium ſaluberrimæ præceptiones paſsim extent & vulgo ferantur: atq́ exempla eorum, tam qui voluptatum illecebris poſthabitis vitam ab ocio ad negocium cum laude traduxerunt, quàm qui ocio & luxuria diffluentes varijs flagitijs fœdiſsime ſe inquinarunt, in obſcuro non lateant & collectu ſint facilia. Cum igitur mihi certo perſuaſum habeã, ratio-*

*tionis & intellectus à Deo nobis conceßi dignitati, nihil magis conuenire poſſe: quàm ſi vnuſquiſq; noſtrum in eo curas ac cogitationes defigat ſuas, vt plurimis proſit, noceat nemini: cumq́; non nobis ſolum nati ſimus, ſed ortus noſtri non poſtremam partem Reſpublica, cui, Vlpiani noſtri teſtimonio, non minus ac parentibus noſtris naſcimur, ſibi vendicet: publicæ vtilitatis promouendæ ergò, animum ad quarundam partium iuris noſtri declarationem appuli: earum præcipuè, quarum in hac ciuili conuerſatione vſus paulò eſt frequentior, & in quibus vel nullorum vel pauciorum peculiariter hactenus occupata fuit induſtria. Etſi autem librorum quotidie quaſi cateruatim in publicum prodeuntium, hoc noſtrum ſeculum adeo eſt fertile: vt, ſi vnquam aliàs Satyrici illud:*

—— —— —— Tenet inſanabile multos
Scribendi cacoëthes, —— —— ——

*vſurpare licuit, hiſce temporibus iure meritoq́; poßimus accommodare: qui tamen non contentionum ſerendarum alendarumúe, neq; inanis gloriæ cupiditate accenſi ad Philoſophiam vel*

*aliam eruditæ doctrinæ ſcientiam, illuſtrandam ſtudia ſua conferunt: eorum de re literaria bene merendi voluntas tantum abeſt, vt reprehenſionem incurrat, vt etiam bonorum laudem mereatur & approbationem. Equidem non is ſum, qui de aliorum laboribus iudicandi mihi ipſe ſumam partes: ſed hanc prouinciam, alijs qui & eruditionis maiore copia pollent, ac vberiore ingenij facultate præditi ſunt, relinquo integram, ac cedo lubens: interim ſi dicendum eſſet, plus commodi mihi videtur Iuriſprudentiæ cultoribus & in cauſſarum forenſium explicatione verſantibus exſpectandum eſſe ex ijs libris, (de ijs enim, qui ad iuris ciuilis enucleationẽ pertinent, præcipuè nunc loquor) quibus vnica aliqua de certo argumento tractatio abſoluitur integre: diſtributis illius præcipuis partibus, notatis generibus, demonſtratis horum formis, expoſitis cauſis, tota deniq́ præceptorum oſtenſa ſerie, & quomodo ea ipſa quaſi hamis inter ſe conſerta videantur. Prouoco præcipuè ad eos, quorum opera in litigantium iuribus controuerſijsq́ vel defen-*

*dendis*

*dendis vel dijudicandis conſumitur; qui procul dubio teſtes mihi erunt locupletiſsimi, nullum ferè ſcriptionis genus publicorum negociorum cura diſtrictis accommodatius eſſe, quàm idipſum, quo materia aliqua plenè excutitur. Quotus enim quiſq; eſt, cui quæſtio aliquanto intricatior vel de pignoribus offertur, qui non ad Neguſantium: vel de dotibus, qui non ad Baldum Nouellum, Ioannem Campeſium, &c. vel de probationib. qui non ad Maſcardum conſilij capiendi cauſſa ilico properet? & ſic de cæteris. Quia igitur virorum doctorum & Reipub. gubernacula tractantium occupationibus ſubleuandis laborem meum hac in parte nonnihil impartire, in animum induxi: mecum conſtituens, de quibuſdam iuris noſtri partibus, ſi non omnia, at ſaltem ea, quæ præcipua eſſe videbuntur, colligere, certiſq; capitibus complecti: in optimam ſpem vocor, hunc meum conatum à viris doctis & ſincerè iudicantibus, non aliter quàm à me ille ſuſcipitur, acceptum iri. Quemadmodum autem apud Ciceronem Antonius ſeſe contentum*

 *ait,*

*ait, ſi multifariam defoßi auri ſigna & notas alicui demonſtraſſet, quibus cognitis alter ſibi ipſe foderet: ita in hiſce de re alimentaria libris à me conſcriptis, nec non cæteris, qui aliarum materiarum non minus cognitu neceſſariarum explicationē pollicentur, & hos, Deo volente, ſequentur, ſedulò do operam, ſi omnes omnino quæſtiones in terminis, vt noſtri Doctores loquuntur, tradere, (id quod partim mea hæc ingenij eruditionisq́ tenuitas impedit, partim non permittit rerum humanarum immenſa varietas) vel etiam enumerare nequeam: vt ſaltem rerum fontibus monſtratis indicatisq́ celebriorum interpretum exactius hanc rem putantium locis, amico lectori aliquam cogitandi ac verum inueſtigandi præbeam occaſionem. Cæterum cum ſtudioſæ iuuentuti, quæ ad capeſſendæ Reipub. ſpem educatur, hæc mea opera nauetur vnicè: curæ mihi fuit, vt ea, quæ in rebus tradendis à præceptoribus meis viris præſtantiſsimis apprime obſeruari animaduerti, adhiberem ſedulò, nempe veritatem, ordinem & perſpicuitatem. Hæc*

enim

*enim quanto ſtudio, quanta diligentia, quanta deniq; aßiduitate à præceptoribus meis & publice & priuatim deprædicata commendataq́; fuerint: non ſine iucunda recordatione mihi in mentem reuoco. Eſſet mihi ſane hoc in loco in præceptorum meorum, qui innumeris & ingentibus beneficijs affatim me cumularunt, laudes exſpaciandi campus apertus latißimus: inter quos familiam præcipue ducunt* MATTHIAS COLERVS, *& magnus ille* MATTHÆVS VVESENBECIVS *ſocer meus, nec non* PETRVS VVESENBECIVS *affinis meus: quorum illi duo quemadmodum plurimis pro amplificanda re literaria, ac tuenda Reipub. ſalute exanclatis laboribus ex hac lachrymarum valle à Deo Opt. Max. ad alteram meliorem vitam ſunt euocati: ita hic celeberrimæ Reipub. Noribergenſi eſt à conſilijs, in eiuſdemq́; florentißima Academia Altorfiana magna cum laude publice docet: verum cum tot tamq́; varia et præclara horum virorum in Rempubl. atq; etiam in me extent merita, vt neq; vox neq; oratio*

 *mea*

mea commemorandis ijs ſatis virium habeat: ſatius eſſe arbitror de ijs omnino tacere quàm pauca dicere. Has igitur meæ operæ quaſi primitias, vobis, Magnifici & nobiliſsimi Viri, conſecrare volui: non quidem eam ob cauſſam, quam pleroſq; dedicationibus ſuis prætexere video, quaſi eorum, quæ hîc à me traduntur, patrocinium & à maleuolorum obtrectationibus defenſionem à me amoliri, vobis verò cupiam aut obtrudere, aut lites occaſione horum librorum conciliare: namq; ſi quid in ijs dictũ ſcriptumúe reperiatur, quod vel ab æquitate vel legum publicarum norma alienum ſit, id indictum inſcriptumq́; eſſe volo: ſed ſolummodo vt erga Vos ſingulos & vniuerſam veſtram Rempub. beneuolentiæ & præclaræ affectionis meæ monumentum extet publicum, ac ſi æuitatem hæc mea alimentorum commentatio eſſet latura, perpetuum. Quam meam animi propenſionem quæ incitarunt multa ſunt: quorum recitatione lubens ſuperſedeo, ne aſſentatione aliqua gratiã veſtram aucupari velle videar: ac ne quidem prolixe hic

recen-

*recenſebo, quanta beneuolentia incomparabilem illum Jureconſultum præceptorem ac ſocerum meum piæ memoriæ* MATTHÆVM VVESENBECIVM *fueritis proſecuti: hoc ſaltem addo, vt vos colam, veſtramq́; Rempubl. admirer ac ſuſpiciam, in cauſſa eſt inter alia, quod ſciam literarum ſtudia à vobis magni fieri, non quidem verbis tantum & exquiſita prædicatione: ſed etiam re & facto. Namq; & ipſi optimarum artium ſtudijs egregiam nauaſtis operam, atq; exemplo veſtro in lautiore fortuna conſtitutis eandem liberalis doctrinæ viam ingrediendi eſtis incitamento: & deinde cæterorum inopiam veſtra copia benignè & liberaliter ſubleuatis: vnde veſtri ciues tam certatim literis incumbunt, vt affirmare auſim, vix vllam inueniri in Germania Academiam, quarum tamen numero non ſunt paucæ, in qua ex veſtra Republica oriundi & ad vberiorem ingenij culturam anhelantes non inueniantur: vt taceam de ijs, qui exteras nationes eandem ob cauſſam adeunt. Qui certe ciuium veſtrorum ardor,*

nisi

*niſi in magno precio apud vos eſſent literæ, iamdudum fuiſſet extinctus. Proinde ea qua par eſt animi ſubiectione rogo, huius mei tyrocinij dedicationem ex quadam erga veſtram Rempublicam amoris abundantia profectam, à Magnif. ac Amplitud. veſtra in optimam partem accipi. Quæ res quidem ipſa efficiet, vt eo nomine Magnific. & Amplitud. veſtræ gratias habiturus ſim maximas, & ad reliquas ex parte inchoatas operas in ſtudioſæ iuuentutis commodum pertexendas futurus ſim alacrior. Bene & feliciter veſtra Magnificentia valeat. Perſcriptum VVitebergæ menſe Septembri Anno à Chriſto nato 1596.*

Magnificent. & amplitud. veſtræ

deditiſſimus

Martinus Colerus.

In Mar-

# IN MARTINI COLERI COMMENTARIVM DE ALIMENTIS.

AStrææ potior Themidosq́;, Colere, ſacerdos,
Quem bene cum Chariſi triplice, Pallas amat:
Quod bene curatos hominum tot millia victu
Percupis, & veſtem ſufficis atq: domum;
Dignus eras ALIMENTA cui mox PVBLICA, non vrbs
Hæc atq; illa, Orbis totus at ipſe daret.
Ijs tibi ſed quoniam nihil eſt opus; haud minus inde
Ex auro, ſtatuæ conficiatur opus:
Taleq́; ſubſcriptum carmen ſit; Is omnibus eſſe
Qui bene vult, huic diui optima quæq; velint.

*Ianus Gruterus.*

CEv homo, ſic vento non nouit viuere Fama,
Vitæ materiem vult ſuperare ſibi:
Quæ niſi ſuppeditet proba; vel labefacta vacillat,
Vel miſerè ægrotans concidit, & moritur.
Nominis ergo tui quò fama æternet honorem,
Læta vireſcenti das ALIMENTA. ſapis.

*Iſaac Memmius.*

CEruis antiqui præbent ſua pabula ſaltus;
Paſcit ſilua hœdos, atque hyacinthus apem;
Gaudet aper quercu; diſtendunt gramina tauros,
Et pecudes; mulos nutrit auena, & equos;
Succo etiam violæ creſcunt, patulæq; cupreſsi;
Telluris moles ipſa liquore alitur;
Detrahe victum homini, ſimul vret inedia ventrem,
Non erit in toto corpore vita ſuper;
Omne quod eſt, vt ſit, nutrimento indiget omne,
Tu, ne deficiat, iuri ALIMENTA legis.

*Petrus, Matthei filius, VVeſenbecius.*

# INDEX CAPITVM QVAE IN HIS LIBRIS CONTINENTVR.

Capitum à Bartolo explicatorum vicem ſupplere poſſunt ſummaria ipſius tractatui præmiſſa

## A IOANNE BAPTISTA PONTANO TRACTANTVR HÆC CAPITA.


1. *Alimentorum diſtinctio.*
2. *De alimentis à patre debitis.*
3. *De probatione filiationis.*
4. *De inopia requiſita ad effectum alimentorum.*
5. *Quibus de cauſsis alimenta filijs iure denegentur.*
6. *De renunciatione alimentorum.*
7. *De qualitate alimentorum.*
8. *De alimentis à matre debitis.*
9. *De alendis parentibus & cæteris liberis poſt filios.*
10. *De fratre ac ſorore alendis.*
11. *De alimentis vndiq; ex charitate debitis.*
12. *De alimentis præteritis.*
13. *De alimentis litis & alijs iure ciuili debitis.*
14. *De reciproca alimentatione coniugum.*
15. *De alimentis viduarum.*
16. *De alimentis debitis ex contractu.*
17. *De alimentis debitis ex vltima voluntate.*
18. *De alimentis diuiduis & indiuiduis.*
19. *In quibus differant alimenta debita ex iudicis officio, aut actione in ordine iudiciali.*
20. *De repetitione alimentorum.*


## A MARTINO COLERO HÆC: IN LIBRO PRIMO QVI EST DE PERSONIS.


1. *Horum librorum delineatio: & alimentorum aliquot diuiſiones: & quot modis quis dicatur habere vnde ſe alat.*


2. Filijs

2. *Filijs naturalibus & legitimis alimenta debet præſtare pater.*
3. *De alimentis filiorum ſiue ex concubinatu ſiue ex inceſtuoſo aut adulterino coitu procreatorum.*
4. *De adoptiuis & ſpiritualibus filijs & priuignis alendis.*
5. *De patre à filijs alendo.*
6. *Mater quando & quatenus filios teneatur alere.*
7. *Matrem filij alere tenentur.*
8. *De alimentis auo & nepoti reciproce debitis: & de plurium alimenta vel debentium vel petentiũ concurſu.*
9. *Ad collaterales ſe inuicem alendi neceſſitas quatenus porrigatur.*
10. *De alimentis vxori à marito debitis.*
11. *Viduã an & quando mariti defuncti hæres teneatur alere*
12. *Maritum egenum an & quando vel vxor vel eius hæres teneantur alere.*
13. *Ex contractu & quaſi qui & quibus præſtent alimenta.*
14. *Propter litem & incarcerationem qui & quibus alimenta debeant.*
15. *De alimentis legatis.*
16. *De alimentis ex delicto vel quaſi debitis.*
17. *Magiſtratus ſubditis tenentur de alimentis proſpicere.*

## IN LIBRO SECVNDO, QVI EST DE REBVS.

1. *Alimentorum nomine quid contineatur.*
2. *De alimentorum æſtimandorum præſtandorumq́ modo.*
3. *Vbi alimenta præſtari debeant.*
4. *Quando præſtari debeant alimenta.*
5. *De effectis alimentorum tam datorum & perceptorum, quàm denegatorum.*

6. De

6. *De operis alimentario incumbentibus.*
7. *De priuilegijs alimentorum.*
8. *De alimentis tranſigere, paciſci, compromittere, eáue cedere an & quatenus liceat.*
9. *De alimentorum & legitima cognatione.*
10. *De alimentorum & dotis cognatione.*
11. *De vſufructu, vſu & redemtione captiuorum.*
12. *Quibus modis alimenta deberi deſinant.*

## IN LIBRO TERTIO, QVI EST DE ACTIONIBVS.

1. *In cauſſa alimentorum quomodo procedatur.*
2. *De citatione & libello.*
3. *De alimentis quiſnam agat.*
4. *Alimenta tempore præterito debita necdum ſoluta, an poſtea liceat petere.*
5. *Alimenta alijs exhibita an liceat repetere.*
6. *In concluſione libelli quid petendum.*
7. *Coram quo iudice petantur.*
8. *Quo iure petantur alimenta.*
9. *A quo petantur alimenta.*
10. *De rei conuenti exceptionibus, nec non actoris replicationibus.*
11. *De litis conteſtatione, dilationibus & inſtrumentorum editionibus.*
12. *De probationibus.*
13. *De præſumtionibus.*
14. *De ſententia.*
15. *De appellatione.*
16. *De executione.*

# BARTOLI DE SAXOFERRATO tractatus,

# DE ALIMENTIS.

1. *Alimentorum appellatione continentur omnia neceſſaria ad vitam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt.*
2. *Alimenta remiſſa tranſactione vel pacto, non remittitur veſtiarium vel habitatio.*
3. *Alimenta debita iure ſanguinis debentur etiam magiſtro tradenti liberales artes, ſecus ſi debentur ex diſpoſitione hominis.*
4. *Lectus quod debeatur illi, cui legata ſunt alimenta vel victus vel educatio.*
5. *Famulo, ſi legatur vita in domo teſtatoris, debentur omnia neceſſaria ad victum.*
6. *Alimentis legatis, vel ſi legatur victus, vel educatio, debentur medicinæ.*
7. *Cibario vel diario legato, non veniunt veſtitus, nec habitatio, nec medicinæ.*
8. *Pater cogitur alimentare filium neceſſitate naturæ, & filius patrem.*
9. *Filius emancipatus qui non alit patrem, poteſt in patriam poteſtatem reuocari.*
10. *Filius nolens alere patrem, poteſt exheredari, & eſt iuſta cauſa.*
11. *Pater ex cauſis, ex quibus poteſt filium exheredare, ex illis poteſt ei denegare alimenta.*
12. *Pater filium, & filius patrem tenetur alere, niſi alendus habeat artem, ex qua ſuſtentari poßit.*
13. *Mater alit filium vſq; ad triennium, & etiam poſt, ſi pater eſt inops, & ipſa diues.*
14. *Pater non alens filium, quando tenetur lege Cornelia de ſicarijs.*

15. *Frater tenetur alere fratrem vel ſororem.*
16. *Socer tenetur alere nurum.*
17. *Pater filium naturalem, & etiam natum ex damnato coitu de iure Canonico alere tenetur.*
18. *Alimenta ſi relinquuntur alicui, cui diuerſimodè praſtare conſueuit teſtator, debentur inſpecto tempore teſtamenti.*
19. *Iudex conſtituit alimenta deberi per vnum heredem, quando plures heredes ſunt inſtituti, & incommodum eſſet legatarios conuenire ſingulos.*
20. *Alimenta non debentur per eum, qui eſt ſoluendo pro eo qui non eſt ſoluendo.*
21. *Alimenta ſi ſunt relicta, an debeantur menſtrua vel annua.*
22. *Alimenta praſtantur iuxta teſtatoris conſuetudinem, ſi de ea non conſtat arbitrio boni viri.*
23. *Legatum alimentorum quando factum eſt pauperi, dicitur ad pias cauſas.*
24. *Alimenta in quo loco praſtantur.*
25. *Filius praſtans alimenta patri, illa portat ad locum, vbi pater eget & degit.*
26. *Filius an alat patrem deportatum.*
27. *Incapax, cui alimenta ſunt legata, admittitur officio iudicis.*
28. *Alimenta praſtans coniuncto, quando repetat.*
29. *Alimenta an petantur pro tempore futuro.*
30. *Alimenta praſtans per triennium inducit obligationem perpetuam.*
31. *Legatum alimentorum non minuitur, licet teſtator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in teſtamento.*
32. *Aeſtimatio pro alimentis præteritis debetur pro habitatione, medicinis & ſimilibus, pro frumento, vino, oleo, carnibus, & veſtibus non, & peti poteſt.*
33. *Tranſigere ſuper alimentis debitis, vel ex contractu inter viuos, vel vltima voluntate quando poſſit.*
34. *Ratio quare ſuper alimentis debitis ex contractu tranſigatur non ſuper debitis ex vltima voluntate.*
35. *Paciſci ſuper alimentis ſine decreto non poteſt quando debentur ex vltima voluntate.*

36. Ali-

36. *Alimenta ex vltima voluntate quomodo intelligantur deberi.*
37. *Tranſactio ſuper alimentis, ſi alimentandus facit ſuam conditionem meliorem tenet ſine decreto.*
38. *Alimenta ſi ſunt relicta pluribus, hi inter ſe ſine prætore non tranſigunt.*
39. *Ciuitas petit legatum factum ad alimenta pauperum.*
40. *Extraneus heres filij tenetur alere patrem filij.*
41. *Monaſterium ſuccedens monacho tenetur alere patrem monachi.*
42. *Ratio præſtandi alimenta venientibus per ſexum fœmininum non eſt par, ſicut venientibus per maſculinum.*
43. *Abbas alit monachum pendente quæſtione an ſit monachus.*
44. *Res quæ vendi non poteſt, venditur pro alimentis.*
45. *Vaſallus alit dominum egenum.*
46. *Tutor denegans alimenta pupillo remouetur à tutela, & punitur.*
47. *Sententia ſuper alimentis eſt definitiua, & ab ea appellatur, tamen interim alimenta præſtantur.*
48. *Vir alit vxorem nullam dotem habentem, ſi ei operetur, vel per eam non ſteterit.*
49. *Vxor alit virum inopem, & eius bona habet obligata pro reſtitutione.*
50. *Tutor tenetur alere matrem, & ſororem pupilli egentes.*
51. *Tutor pauper debet ali de bonis pupilli.*
52. *Alimenta debentur ex fructibus & reditibus.*

a TRACTATVRVS de alimentorum a materia, quia alimenta deberi contingit tam ex iure naturali quàm ex iure ſanguinis & affectionis, & tam ex hominis mortui diſpoſitione, quàm ex diſpoſitione viuentis, & quia quæ à natura ſunt, digniora eſſe noſcuntur, ideo de his alimentis putaui prius oſtendere, quæ à natura debentur, deinde ſucceſſiuè dicam de his, quæ hominis voluntate debentur, & ſubdam quæſtiones quaſdam, & dubia

 parti

parti cuilibet adaptanda. Et quia fruſtra eſt de ali-
mentis quærere, ſeu tractare, niſi ſcrutemur quid eo-
1 rum appellatione contineatur. Ideo quæro quid
contineтur alimentorum appellatione? Et dico, ſi
tractamus de alimentis præſtandis, appellatione
alimentorum continentur omnia neceſſaria ad vi-
tam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt,
vt cibaria, alimenta, &c. quæ hominum natura de-
monſtrat. Item habitatio, vt l. legatis alimentis. ff.
b de alim. & cib. lega. Item calcearium, [b] vt l. cum
2 hi. §. de calceario. ff. de tranſact. Si verò tracte-
mus † de alimentis remittendis tranſactione, vel pa-
cto, remittens alimenta ſimpliciter, non videtur re-
mittere veſtiarium, vel habitationem, vt l. Cum hi.
3 §. Qui tranſigit. ff. de tranſact. Quæro an ei † cui
c debentur alimenta, debeantur ſumptus [c] præſtandi
magiſtro, qui eum imbuit liberalibus artibus? Dic,
aut alimenta debentur iure ſanguinis, vt j. dicam,
& tunc tales ſumptus debentur. caſus eſt in l. qui fi-
lium. ff. vbi pup. educ. deb. Aut debentur ex diſpo-
ſitione hominis, & tunc non debentur. Caſus eſt in
d. l. legatis. Quid ſi debeat educari? Reſpon. Idem
4 eſt l. fin. de alimen. & cibar. lega. Quæro † an in
tribus dictis caſibus parem ſignificationem impor-
d tantibus contineatur lectus, [d] vt ille, cui legantur
alimenta, vel victus, vel educatio debeat habere le-
ctum? Reſpon. ſic. l. quos nos. §. verbum viuere. ff.
de verbo. ſignif. Cum viuere non poſſit quis com-
5 modè ſine eo, vt ibi no. Quæro † ſi aliquis legat
vitam famulo ſuo in ſua domo, vt quotidie faciunt
teſtatores, quid videatur legatum? Reſpon. Quod
viden-

videntur legata omnia, quæ ad victum ſunt neceſſaria, & ſic omnia prædicta, vt probatur in d. l. quos
6 nos. §. verbum viuere. ff. de verb. ſignif. Quæro †
e an illi, cui debentur *e* alimenta vel victus, vel educatio, debeantur medicinæ? Credo quod ſic, cum non ſit poſſibile ſine eis ducere vitam ſuam, & ſic debentur cum neceſſarium corpori debeatur. l. Si cum dotem. §. Sin autem in ſeuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio, licet in contrarium poſſit retractari,
7 quaſi ibi ponatur ſpecies ſeparata. Sed quid ſi debeatur † diarium, vel cibarium? Sic ſolum cibum deberi, non veſtiarium, nec habitationem, vel alia ſupra dicta, vt l. Diarijs. De alimentis & cibarijs legatis. & appellatione cibariorum intelligo potum. l. & ſi non ſint. §. Stichum. ff. de auro & argento legato, & cui debentur cibaria, non debentur medi-
f cinæ, *f* quia ſolum eum cibare tenetur, & ita retulit conſuluiſſe ſæpe domin. Fran. Tig. de Piſis legum doctor in perſona domi. Ioan. de Luciano, dum Spoleti aſſeſſoris officio fungeretur. Viſo quid contineatur appellatione alimentorum, videamus quibus perſonis ex neceſſitate naturæ & ſanguinis ali-
8 menta debeantur. Et primò † pater tenetur alimentare filium, & cogitur officio iudicis, vt l. Si quis à liberis. & ibi glo. ff. de liberis agnoſcen. & C. de pat. pot. l. nec filium. Item filius patrem tenetur alere. l. Si quis a liberis. in prin. & C. de alend. liber. l. 1. in fine. & eadem de auo & nepote diſpoſitiuo, qui tenet locum patris, vt l. ſecunda. §. non
9 ſolum. ff. de excu. tut. Quæro † circa hoc, filius emancipatus non alit patrem, nunquid ex hoc po-

teſt reuocari in patriam poteſtatem? Videtur quod
ſic, vt l. vnica. C. de ingratis liberis. Nam atrocem
iniuriam committit in eum, ſi patri egenti denegat
alimenta, vt l. necare. de liberis agnoſcen. propter
atrocem iniuriam emancipatus reuocatur in patri-
am poteſtatem, ſicut etiam libertus reuocatur, vt
dicta l. vnica. C. de ingra. lib. Vbi no. per glo. in
10 ver. reſciſſa. Propter † quod dicerem, quod ſit
cauſa ſufficiens exheredandi filium patri, cum pa-
trem necare dicatur, ex quo ei indigenti denegat
11 alimenta, vt dixi. Quæro †, an ex cauſis, g ex qui-
g bus pater filium poteſt exheredare, poſſit pater &
filio, vt ingrato denegare alimenta, glo. in verb. de-
tulerat. dicit quod ſic. in d. l. Si quis à liberis. §. Si
h quis ex his. ff. de liberis agnoſcen. h Item hoc pro-
12 cedit: quia pater filium, vel è contra alere teneatur,
niſi alendus habeat artem, ex qua ſuſtentari poſſit, vt
d. l. Si quis à liberis. verſi. ſcilicet & ſi filius. Quod
intelligo, niſi ſit perſona, quæ operari dedignaretur,
vt miles vel homo nobilis, quia eo ipſo, quod eget,
licet operari poſſit, alendus eſt, vt d. l. Si quis à li-
beris. §. ſecundo, verſiculo quorundam neceſſitati-
bus facilius &c. & quod ibi apoſtillauit Iac. de Are.
13 pro quo facit quod j. proxime dicam. Quæro †
an mater teneatur filium alere? Et dico quod ſic vſ-
que ad triennium, & etiam vltra, ſi pater laboret
inopia, mater autem affluat opibus, vt l. prima. §.
Si mulier. ff. de liberis agnoſcen. quod eſt verum
ſcilicet, quod vſq; ad triennium alere teneatur, niſi
ſit perſona talis conditionis, quam lactare non de-
ceat, vt no. Azo in ſumm. C. de pa. pote. in fine.

Pro quo facit quod not. Iac. de Are. in l. Si maritus.
14 ff. ſoluto matrimonio. Quæro † an in caſibus, in quibus pater tenetur alere filium, ſi eum faciat perire fame, an teneatur l. Cornelia de ſicarijs? Gloſſ. tenet quod ſic, in d. l. necare. ff. de libe. agnoſcen.
15 Quæro † an *k* frater fratrem, vel ſororem teneatur
k alere? Reſpon. quod ſic, vt l. mutus. §. manente. ff. de iure dotium. & per tex. in l. Quamuis. ff. ſoluto matrimo. in d. l. ſi quis à lib. §. primo, & ff. de tut.
16 & rat. diſtr. lege prima. Quæro † an ſocer teneatur alere nurum? Dic quod ſic, vt d. l. ſi quis à li-
17 beris. §. non tantum. Quæro † an pater teneatur
l filium naturalem *l* tantum alere? Respondeo quod ſic, vt dicta lege, Si quis à liberis. §. primo. C. de inceſt. nupti. authen. ex complexu, vt ibi notatur, ſed ex æquitate Canonica etiam natos ex damnato coitu tenetur alere, vt in c. cum haberet. extra de eo, qui dux. in matrimon. quam pol. per adul. Viſo cui debeantur alimenta præſtari ex neceſſitate, modò videamus, quibus debentur alimenta ex mandato hominis. Circa quod quæ-
18 ro, † Si teſtator ſic dixit: Lego ei alimenta, quæ ſolitus ſum ei præſtare in vita mea, ſi teſtator ei præſtitit vario modo, quod quandoq; ei præſtabat ampla alimenta, quandoque ſtricta, quod ergo tempus inſpicietur? Dic quod inſpicietur tempus conditi teſtamenti, vt quo modo tempore conditi teſtamenti ea præſtabat, eo modo præſtari debeant alimenta poſt mortem teſtatoris, vt d. l. Mela. §. Sed ſi alimenta. ff. de aliment. & cibarijs legatis.
19 Quæro † quid ſi relinquuntur alimenta, & ſunt plures

heredes inſtituti in teſtamento, ita quod ſit incom-
modum legatarijs conuenire ſingulos heredes, &
pro hereditaria portione qualiter conſuletur lega-
tario? Dic quod iudex conſtituet, per vnum here-
dem illi præſtari alimenta, vt l. prima. ff. de alim. &
20 cibar. legat. Quæro † plures debent alimenta,
quorum aliqui ſunt ſoluendo, aliqui non, nunquid
propter exiſtentem non ſoluendo tenebitur ille, qui
eſt ſoluendo, Dic quod non, l. tertia in fin. ff. de ali-
21 men. & ciba. lega. & l. pecuniæ. eod. titu. Quæ-
ro † quo tempore ſint alimenta præſtanda, vtrum
menſtrua vel annua. Iacob. de Are. in l. fin. ff. de lib.
agnoſcen. diſtinguit, aut debet ali vſq; ad dictum
tempus vel perpetuò, donec viuit, & alimenta ſunt
præſtanda, & tangitur in d. l. fin. C. de epiſcop. &
Cleri. l. Si quis ad declinandam. & in l. pecuniæ in
fin. ff. de alimen. & cib. leg. & no. glo. in verb. de-
ceſſerit in l. nec ſemel. §. Si in habitationem. ff. quan-
do di. leg. ced. & l. Firmio. §. pater. verſi. Sed non
22 initio. Facit. ff. de tranſact. l. cum hi. §. cauſæ. Quæ-
ro † legata ſunt alicui alimenta, heres dicit, volo ti-
bi præſtare neceſſaria ad vitam, ſed tu potes viuere
cum tanto pane & aqua in die, & volo tibi id præ-
ſtare, & non aliud quid iuris. Dic quod ſi teſtator
conſueuit præſtare alimenta, illa talia per heredem
præſtabuntur, alias conſiderabuntur facultates de-
bentis alimenta præſtare, & dignitatem legatarij, cui
deberentur, & conſuetudo regionis, & his conſide-
ratis præſtabuntur alimenta arbitrio boni viri, vt l.
cum alimenta. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. Si cui
annuum. ff. de ann. leg. & l. cum hi. §. in perſona.
ff. de

ff. de tranſact. & l. Sed & ſi quid. poſt princ. ff. de
23 vſufruct. Quæro † vtrum legatum alimentorum
dicatur ad pias cauſas? Gl. in verb. vt miniſtrum.
dicit quod ſic, in l. Si quis Titio. ff. de legatis ſecundo.
& C. de ſacroſanctis eccleſijs. l. Sancimus. circa
finem. dum dicit, quoniam non abſurdum, &c. iuncta
ibi gloſſ. in verb. animas hominum. Sic gloſſ.
exemplificat legatum ad pias cauſas legato alimentorum,
quod eſt verum, quando legatum eſt pauperi,
vt in authen. vt cum de appella. cog. §. Si vnum
de prædictis parentibus, & cæter. & eſt gloſſ. in l. Si
cui annuum. ff. de annuis legatis. & probatur in lege,
cum hi. §. Si in annos ſingulos. ff. de tranſactionibus,
& hic ſoluit quæſtionem an in legato ali-
24 mentorum poſſit Falcidia detrahi. Quæro † in
quo loco debeant alimenta præſtari? Vide glo. in
verb. alteruter, in l. cum hi. §. cauſæ. ff. de tranſa-
25 ctionibus. tamen in caſu notabili, quando † filius
debet præſtare alimenta patri, debet portare ad locum,
vbi pater eget & degit, vt probatur de authen.
de inceſtis nuptijs. poſt prin. verſic. Si verò contigerit.
iuncta ibi glo. in verb. alia neceſſaria. in fin. Et
ſi dicatur, illud eſt ideo, quia pater erat ibi deportatus,
& ſic non potuit venire ad filium pro alimentis,
non benè dicunt: quia per procuratorem vel
nuncium potuit mittere, vt dixit domi. meus in le-
26 ge, item illa. de conſtitu. pecu. † Quæro an filius
teneatur alere patrem deportatum? Dic vt dicto. §.
1. 2. in authen. inceſtas. C. de inceſtis nuptijs. l. mutus.
§. manente. ff. de iure dotium, facit glo. in l. legatum.
ff. de capitis diminutio. & infra proxime di-

27 cam. † Quæro ſi legantur alimenta incapaci, vt damnato in metallum, vel ſimilibus, an poſſint ad legatum admitti: dic quod ſic iudicis officio: vt l. ſeruos ad cuſtodiam. de alimentis & cibarijs legatis. & quod not. in dicta l. cum hi. Vbi ſeruus vel incapax poteſt de alimentis tranſigere vel paciſci. Quæro
28 quid ſi aliquis habens † de bonis alicuius, vel aliquo modo coniunctus præſtet alimenta alicui, an poſſit ab eo repetere. Vide ff. de negotijs geſtis, l. Neſcennius. & C. de tranſactioni. l. de alimentis. & C.
29 de nego. geſt. l. alimenta, † quomodo alimenta poſſint peti pro futuro tempore, Vide in d. l. alimenta. C. de negotijs geſtis. & l. non quemadmodum. ff. de
30 iudic. Item non † ſpeciale in alimentis, quia ſi per triennium præſtentur, inducunt perpetuam obligationem ad ea præſtanda in futurum, vt l. 1. C. de fi-
31 decon. & l. Si certis annis. C. de pactis. † Quæro, teſtator legauit alimenta & plura legata alia fecit; deinde in alio teſtamento, & codicillis legata minuit dicendo, quæ legaui, volo pro tertia tantum parte præſtari, an hoc refertur ad legatum alimentorum? Caſus notabilis quod nõ, in l. libertis quos. §. poſthumis. ff. de alimentis & cibarijs legatis. & eſt caſus notabilis in l. Caius. ff. de annuis lega-
32 tis. † Quæro debetis mihi alimenta in æſtimatione, de præſentibus non eſt dubium, vt ipſa ſpecies debeatur, vt dicta l. legatis. ff. de alimen. & ciba. lega. & lege, verbo victus. de verb. ſigni. & leg. 1. C. de eroga. mili. anno. libr. x i i. De præteritis autem alimentis videtur idem per legem, cum vnus. §. verbis. & l. liberis. §. manumiſſis. ff. de alimen. & cib.

& cib. leg. vbi tex. denotat a... 
poris peti poſſe. In contrarium ...
matio ipſa peti poſſit, vt l. ſi vſufruc...
nium. ff. de vſufructu lega. Vnde v...
concordentur, diſtingue, quod quæ...
menta de præterito tempore, & ipſa non ...
habitatio, nam impoſſibile eſt dari hal...
præteriti temporis, & ideo tenetur pro ip...
tione petere æſtimationem. vt d. l. ſi vſufructus. ...
dam ſunt, quæ non pereunt, tamen expedit nobis, quod præſtentur, vt medicinæ, quibus anno præterito indigebam & nunc non egeo: quia ſum ſanus, & pro iſtis etiam peteretur æſtimatio, vt d. l. & vſufructus. & l. patronus qui operas. & l. libertis. in fin. de oper. liber. quæ bene probant. Quædam ſunt, quæ expediũt nobis, vt hodie dẽtur ſic vt heri, vt frumentum, vinum, oleum, carnes, veſtes & ſimi. quæ anno præterito dare debuiſti. Et de iſtis dico petendum, quod debitum fuit, vt d. l. libertis. §. manumiſſis. & l. cum vnus, §. verbis. ff. de alimen. & ciba. lega. Petitur autem pro his præteritis non etiam petendis. Caſus eſt nota. in l. nulli. C. de cro. milita. ann. lib. 12. Verum, quia multoties petimus æſtimationem alimentorum, & aduerſarius reſiſtit, & ſic deueniunt ad
33 tranſactionem, ideo videndũ eſt, † qualiter ſuper alimentis debitis tranſigatur. Et dic ꝙ aut alimenta debentur ex vltima volũtate, aut ex contractu inter viuos, & iſto vltimo caſu poteſt ſemper creditor trãſigere & paciſci. l. cũ hi. §. planè. ff. de tranſactio. Si ex vltima voluntate, & tunc aut vult tranſigere ſuper alimentis præteritis, aut futuris. De præteritis poteſt

tranſ-

alimentis. C. de tranſaction. & not. ., in ſecunda gloſſ. Super futuris verò .on poteſt tranſigi ſine decreto prætoris, .i. in princ. ff. de tranſaction. Ratio qua- :anſigi ſuper alimentis præteritis eſt: quia 'tio, ne fame pereat alimentarius. Sed quæ .io, † quod ſuper alimentis debitis ex contra- .icet tranſigere, non ſuper debitis ex vltima vo- .untate. Reſpon. ratio eſt multiplex. prima eſt duplex ſcilicet fauor alimentorum & vltimæ voluntatis, vt l. alio. & l. ſeruos. & l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. fin. C. de neceſſa. ſeruis. In alimentis verò ex contractu inter viuos eſt vnus tantum, ſcilicet fauor alimentorum. Item alimenta mihi debita ex contractu inter viuos debentur mihi ex mea induſtria, & ſicut fui diligens in quærendo ea, ita præſumor diligens in retinendo, ſed alimenta mihi debita ex vltima voluntate non debentur mihi ex mea induſtria, ſed ex aliena prouiſione. & ideo ceſſat præſumptio in remittendo, vt probatur Inſtit. de

35 verb. obligatio. §. ex conditionali. † Item ſicut non poteſt tranſigi ſine prætore ſuper alimentis ex vltima voluntate debitis, ita non poteſt paciſci, vt no. in d. l. cum hi. in 2. gl. in verſ. alimentorum. ff.

36 de tranſact. & intelligo † deberi alimenta ex vltima voluntate, ſiue debeantur ex teſtamento, ſiue ex donatione cauſa mortis, ſiue relinquantur ab eo, cui mortis cauſa aliquid eſt relictum, vel cauſæ conditionis implendæ d. l. cum hi. §. 2. & 3. & debet prætor decretum interponere. d. l. cum hi. §. cauſæ huiuſmodi. Cauſas autem iuſtas quæ debeant mo-

uere

uere prætorem, vide vt ibi habetur in §. ſequenti.
37 Si verò ſine † prætore tranſigat ſuper alimentis, & meliorem facit conditionem ſuam, tenet tranſactio,
38 aliàs non, vt d. l. cum hi. §. Quid ergo. Item † ſi pluribus alimenta relinquuntur, non poterunt ſine prætore inter ſe tranſigere, quia durat ratio probationis, vt dicta l. cum hi. §. Si vni. aliàs ſecus, vt l. voluntas. C. de fideicommiſſ. & de tranſactione ſuper alimentis fienda, dic plene, vt d. l. cum hi. ff. de
39 tranſactio. per totam legem. Quæro † relictum eſt aliquid ad pauperum alimenta, an ciuitas habeat petitionem illorum alimentorum? Dic quod ſic: cum dicatur relictum in honorem ciuitatis, vt l. Ciuitatibus poſt princ. ff. de leg. 1. Guiliel. in ſpecu. de inſtrumen. edi. §. nunc verò aliqua. verſicu. Sed
40 nunquid quilibet de populo. Quæro an † extraneus heres filij teneatur alere patrem egenum? Dic quod ſic per text. in l. Si quis à liberis. ff. de lib.
41 agnoſcen. & ſimiliter † monaſterium ſuccedens monacho tenetur alere patrem monachi, cum ſit ſuus heres cuiuſdam ſemimortui, vt not. in authenti.
42 Si qua mulier. C. de ſacroſanct. Eccleſ. † Quæro, an ſit par, & eadem neceſſitas alimenta præſtandi venientibus per ſexum fœmineum, ſicut venientibus per ſexum maſculinum? Text. videtur velle quod non. in l. penult. ff. de lib. agnoſ. vide in l. Si quando negocium, vbi gloſſ. not. quæ incip. not. in argumen. pro ſubdito. C. de ordi. cog. & ibi allegantur
43 multa iura. † Item monachus alendus eſt ab Abbate, dum pendet quæſtio, an ſit monachus, vel non, & cauſa cognita, præſtabuntur, vt extra de accu. c.

ex par-

ex parte, & l. Si inſtituta. §. pen. ff. de inoffici. teſtamen. Quid autem in cauſæ cognitione verſetur, vi-
44 de in dicto capit. ex parte. Quæro † aliquis non habet, vnde ſe alat, niſi venderet aliquam ſuam rem, quæ tamen eſt ad petitionem iudicis ſequeſtranda? Dic quod propter alimenta vendi poteſt, &
45 vide tex. in l. fin. C. de ordi. cog. Quæro † an vaſallus teneatur alere dominum egenum. Certè ſic, aliàs poſſet Dominus, cui alimenta denegantur, auferre ei feudum, vt in vſibus feud. de for. fid. ca-
46 pitulo primo. Quæro † tutor denegat alimenta pupillo, an ſit iuſta cauſa remouendi eum? Reſpondeo ſic, & etiam puniendus eſt, vt l. fi. ff. vbi pu. edu. deb. & l. 3. §. Tutor qui ad alimenta. ff. de ſu-
47 ſpect. tuto. Quæro † an ſententia lata ſuper alimentis ſit interlocutoria vel diffinitiua? Reſpon. quod eſt diffinitiua, vt d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. de lib. agn. Quæro an à ſententia lata ſuper alimentis poſſit appellari? Dic quod ſic. Do. Franc. Tig. de Piſ. dicit oppoſitum: quia iterum prouideri poterit, quod cum ſit informata conſcientia iudicis per alimentarium, tamen ſententiam pro eo tulit, facit interim alimenta præſtari, vt d. l. ſi quando negocium, quæ communiter intelligitur, quando pars petens alimenta intentionem ſuam fundauerat, & iudicis conſcientiam informaue-
48 rat. Quæro † an maritus teneatur alere vxorem, & quando habet ab ipſa dotem, non eſſet dubium quod teneatur eam alere: quia dos tenetur, & debet reſeruari oneribus matrimonij, vt l. pro oneribus. C. de iure do. Sed quando vxor nullam habet dotem,

m dotem, dico *m* idem, ſi ipſa marito operatur, &
idem in herede mariti diſſoluto matrimonio, vt not.
gloſſ. in verb. eſſe debet. l. ſicut patronus. ff. de
oper. lib. aliàs, ſi ei non operaretur, credo eam
non alendam, niſi ipſa eſſet furore detenta, vel
ſi maritus eam expulerit, cum tunc non ſtet per
ipſam quo minus operetur marito, vt l. Si cum do-
tem. §. Sin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matri-
monio. & no. per Cy. in l. quod in vxorem. C. de
49 neg. geſtis. Quæro † quid econtra, an vxor te-
neatur alere virum egentem? Spec. tenet quod ſic,
in titu. qui filij ſint leg. §. primo. verſic. quid ſi mu-
lieri. & vide etiam C. de iure dot. l. vbi. & ff. ſo-
luto matrimo. l. ſi conſtante. in princ. Quæro, an
50 vxor † habeat bona viri obligata pro reſtitutio-
n ne *n*? Iacob. de Are. dicit, quod ſic per l. Lucius.
ff. qui po. in pig. hab. oppoſitum tamen tenet dom.
Franc. Tigri de Piſis, per leg. 1. ff. ſoluto matri-
monio. Quæro an tutor teneatur alere pupilli
matrem, & ſororem egentes? Dic quod ſic, vt l.
1. §. Sed nonnullos. ff. de tute. & ra. diſtr. Quæ-
51 ro † tutor eſt pauper, nec habet, vnde ſe alat, an
debeat ali de bonis pupilli? Text. videtur quod
52 ſic, in l. 1. §. Si pupilli. ff. de tute. & ra. diſtra. Vl-
o timò † quæro *o* an alimenta ſint præſtanda de pecu-
nia retracta ex venditione rerum, an ex fructibus
earundem? Dic quod ex fructibus & reditibus de-
bent alimenta præſtari, vt l. 3. §. Modeſtinus. ff. vbi
p pupill. edu. debe. ff. ad Trebellia. l. imperator. *p* in
fin. &c.

ADDI-

# ADDITIONES.

THO. DIP. Iſtæ ſunt additiones Ang. de Peruſio, quas inueni in xx. lib. conſilio. poſt tracta. Bartol. de alimentis, manuſcriptum.

Adde prædictis, quod poteſtas, & alij maiores officiales tenentur alere eorum iudices & officiales, ſi infirmentur, & eis medicinas dare, & expenſas tantum condecentes facere, inſpectis conditionibus, qualitatibus, & gradibus perſonarum ad recuperationem ſanitatis. Ita dicit Cyn. in l. quod in vxorem. C. de neg. geſtis. quem ſequitur ibidem Bald. & not. per Bar. in l. legatis alimentis. ff. de alimen. & cib. lega. & per eundem in l. fi. Cum dotem. §. Sin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. in fi. lect. illius legis, & not. per Specu. in titu. Qui filij ſint legitimi. §. 1. verſic. Sed nunquid is, qui tenetur præſtare alimenta. Item Dom. Bart. in quodam ſuo tract. dicit, quod per alimenta educationis vel victus, debentur medicinæ, cum non ſit poſſibile ſine eis vitam ſuam ducere. Pro quo eſt text. in dicto §. Sin autem. ibi alimenta præſtare, & medicina eis ſuccurrere, & nota. in ſim. in l. indignum, iuncta gl. ff. de his qui. vt indi. Item no. quod per diarium vel cibarium ſolus cibus debetur, non autem veſtimenta, habitatio vel alia ſ. dicta, vt l. diarijs. ff. de alimen. & cibarijs legatis, & quod appellatione cibi, etiam potus intelligitur, vt l. & ſi non ſunt. §. ſi cui eſcarium. de auro & argento. leg. & l. 1. de ali. & ciba. leg. & cum debentur cibaria, medicinæ non debentur: quia cum ſolum cibare & non alimentare tene-

re tenetur, quorum appellatione veniſſent prædicta, & ita refert Bartol. conſuluiſſe. Idem dicunt Franc. Tig. & Ioan. de Ligna. de quo not. in fi. in l, Sed ſciendum. ff. ad Trebellia. ibi impendiorum quoque, quæ ad iter explicandum. & ibi, ſed & ſalutis ac dignitatis, &c. & not. in d. l. idemq; §. idem Labeo. ff. mand. & in ſimili. in l. ſumptus. ff. de pact. in l. qui proprio. §. litis impendia. ff. de procur. & not. in l. 1. §. Item ſumptus litis. ff. de tute. & ra. diſtrah. Nam cibaria congrua debentur in obſequium aliorum exercentibus, vt not. in Specu. de ſalarijs. §. ſequitur. verſic. quid ſi aduocatus aliquo caſu. & verſicu. & ſunt hæc in argumentum. cum ſi. Idem no. in teſtibus, qui in obſequium alicuius teſtificantur, vt ſumptibus producantur, & alantur, vt nota. in l. quoniam. Cod. de teſti. & l. eos. C. de appella. & in l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſta. aper. cum ſimilibus. vide in ſimili. ff. de lib. exhib. l. ſi quis à liberis. in princip. ibi, quorundam ægritudini & cum æquitate hæc res deciditur. Angelus de Vbal. de Peruſio.

## ADDITIO.

a THO. DIP. *De alimentis.* Dicit Io. de Imo. in l. Si cum dotem. §. Si maritus. ff. ſol. matrim. quod Bart. compoſuit tracta. iſtum de alimentis, & poſtea alium tractatum longiorem, & ſic ſecundum ipſum, Barto. compoſuit tracta. alimentorum duplicatum, & ſic dicit ita ſe habere, ſed aduerte quod Alexand. non vult allegare Barto. in iſto tractatu, ſed in tra-

ctatu de teſte, dum alleg. l. 6. oppo. prudentiæ. Et adde quod iſte tract. eſt Bar. & ita pro tract. Barto. allegat domi. Abb. in c. 2. de conuerſ. in fide. & Alexand. in l. ſi cum dotem. §. Sin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. & in l. diuus. & in l. hereditatum. in prima colum. ff. ad legem Falcid & in conſilio 26. & in conſil. 178. volum. 6. incip. Videretur forſan ad conſultationem, verſic. Sed in præteritis dicit. & Iaſo. in l. de alimentis. in princ. C. de tranſactio. & in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſticia & iure. & Domi. Bapt. Seuer. in ſuo tractatu de tranſactio. in 9. quæſtione. in fin. tamen iſte tractatus eſt Domi. Nicol. Alexand. de Peruſio, qui fuit gener Bartoli. & ita vidi in multis libris antiquis manu ſcriptis, in quibus iſte tractatus adſcribitur prædicto Domi. Nic. nihilominus cogita.

b *Calcearium.* Vide Phil. Dec. in l. de alimentis. in princ. C. de tranſact.

c *Sumptus.* Vide Bart. in l. legatis. ff. de alimen. & cib. leg. cum concor. de quibus ibi per Alex. in add. & ibi vide apoſt. meam. & vide Alex. in l. Si cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſol. matrimon.

d *Lectus.* Vide Bart. in l. legatis. in fin. ff. de alim. & ciba. legatis.

e *Debentur.* Vide Alexand. in l. Si cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. Philip. Dec. in l. de alimentis no. 3. C. de tranſactionibus. & vide infra. in apoſtil. in verbo medicinæ.

f *Medicina.* Vide Bart. & Docto. in l. Si cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. & ibi Alexand. & Bart. in l. legatis. ff. de alimen. &

men. & cib. lega. & Bald. in l. in rebus. §. poſſunt. ff. commoda. & in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. & do. Vitalem de Neapol. in ſuo tract. clauſularum. in rubr. an poſſit renunciari beneficio alimentorum.

g *Ex cauſis.* Vide Iaſ. in l. ius ciuile. ff. de iuſticia & iure. & in authentica, vnde ſi parens. in principio. C. de inofficio. teſtamento.

h *De lib. agno.* Vide ibi apoſt. meam.

i *An mater.* Vide Abb. in c. 2. de conuerſ. in fid. & Alex. in l. 2. C. de pa. pot. in addi. Bart. ibi apoſt. meam. vide in l. ſi quis. §. ſi mater. ff. de lib. agno.

k *An frater.* Vide Ange. de Are. in §. Sed & ſi quis. verſic. quid in fratre. Inſtitu. de actio. & Alex. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio. & vide Bart. in l. ſi quis à liberis. §. Vtrum. ff. de liber. agnoſ. & in l. quamuis. ff. ſoluto matrimonio. gloſſ. & Bart. in l. parentum. C. de alend. liber. & in l. 2. Vbi pup. educ. deb. Quid autem in fratre vterino? Dic quod Cyn. poſt multa in l. 1. ff. de liber. agnoſ. tenet idem: quia non reperitur prohibitum, quod intellige ſano modo verum eſſe, vbi frater non habet, vnde aliunde ſe alat, vt not. gloſſ. in l. qui filium, ſuper verſiculo hæc aliter quæ incip. id eſt aliunde. ff. vbi pupillus educ. & cum frater aliter conſulere non poteſt, id eſt, cum ab alio ali non debet. d. l. qui filium. Sed pone, quod frater habet patrem diuitem, & fratrem diuitem, à quo debet petere alimenta? Dic quod à patrẽ, idem ſi haberet auum diuitem, & patrem diuitem, debet à proximiori ali, vt not. Cy. in l. 1. C. de alend. liber. Sal. in l. fina. C. eodem. & per Bar-

tol. in l. penult. eodem tit. & idem de patre, & filio diuite, quod pater filium alit, vt l. penult. ff. de agnoſ. liber. Præterea ratio eſſe debet: quia horum alimentorum præſtatio deſcendit ex charitate ſanguinis, & ex æquitate, vt not. text. in l. Si quis à liber. in verſicu. & magis. ff. de liber. agnoſ. & ſic horum alimentorum præſtatio eſt facienda ſecundum proximiorem gradum magis ſtrictum petenti, vt dicta lege penult. & petit tam à genere maſcul. quam fœmin. vt dicta lege penult.. ſed tunc deſcendit ad lineam fœmininam in ſubſidium, ſcilicet alijs non extantibus proximioribus, & idem eſt cenſendum de alimentis fœminæ: cum alij proximiores non ſuperſunt, ſed tantum frater, per iura ſuperius allegata, & ea quæ not. etiam Barto. in d. l. penulti. Ad prædicta quoque facit notabi. quæſtio. Domi. Dyn. in l. alimenta. C. de neg. geſt. Vbi vide omnino an frater teneatur alere fratrem exiſtente matre in medio, an autem ſi pater egenus habeat fratres, qui tenentur eum alere, & habet heredes extraneos filij, & habet matrem, ad quos pertinet onus alimentandi. Vid Bart. in l. Si quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſ.

1 *Filium naturalem.* An autem pater teneatur filium prodigum. Vide Bal. arg. illius tex. in c. pe. de conſuetu. quod pater poteſt denegare alimenta filio prodigo. & vide l. pe. ff. de iur. do. & gloſſ. in l. iniquum. C. qui accu. non poſ. & Bal. in l. fi. C. de dot. promiſ. & Ioan. And. in c. Quinta vallis. de iureiur. & Bart. in l. ſi quis à libe. §. ſi vel parens. & ibi apoſt. ff. de lib. agnoſ. quando pater poteſt denegare alimenta

menta filio, & ibi, an alimenta ſint de iure natu. an autem filio robuſto & ſano poſſit pater denegare alimenta, quando filius nihil vult operari. Vide. Bart. in l. 1. in fin. C. de mendi. vali. lib. 11. & in l. ſi quis à liberis. §. Sed & ſi filius. ff. de lib. ag. An autem pater teneatur alere filium diuitem. Vide Alexand. in l. 1. ſoluto matrimonio. An autem pater teneatur alere filium inceſtuoſum, & filios ex damnato coitu. Vide eundem Alex. in l. 2. in princ. in vltima col. ff. de in ius vocand. & Bart. in l. Si quis à liberis. §. vtrum. ff. de liberis agnoſ. An autem pater teneatur alere filium ſpiritualem, quem de ſacro fonte leuauit, dicit Bal. forte quod ſic, ſicut adoptiuum, vt ipſe not. in authen. niſi rogati. C. ad Trebellia. & Docto. in l. ſi quis. §. vtrum. ff. de liberis agnoſcen.

m *Nullam habet dotem.* Vide Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. & in conſil. 26. in 6. volum.

n *Pro reſtitutione.* Vide Bartol. in l. Lucius. ff. de alimentis & cibarijs legatis. & Paul. de Caſtro. conſil. 8. incip. quo ad primum.

o *Vltimo quaro.* Vide Bart. in l. imperator. in fin. ff. ad Treb. & Domi. Vitalem in ſuo tracta. clauſularum, in clau. an iuri alimentorum poſſit renunciari. Vbi plene examinat dictum Bart. & quomodo intelligatur.

*Imperator.* Hic finit tractatus Bartoli, ſiue Nicolai, Domini Alexand. de Peruſio, cui fecit additiones Dominus Angelus de Vbaldis, de Peruſio. Alium quoq; alimentorum tractatum fecit Domi-



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

nus Petrus de Vbaldis, frater ipſius Angeli. & Bald. maximus Canoniſta, quem poſuit ſuper c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium, quam poll. per adulterium. incipien. tractatu de alimentis 4. Simpliciter videamus, quibus adde ſupra dicta, & etiam, quod ſi creditor fecit aliquem incarcerare, & non eſt ſoluendo, tenetur præſtare alimenta debitori in carceribus ſecundum Baldum, in tractatu de carceribus. & Angel. in Aretio in §.finali in fine. Inſtitutionibus.de actionibus.& nota quia pluries practicaui in Romandiola & etiam Venetijs dieb. proximis elapſis coram Reuerend.Domino Cæſare Bachono, Vicario Reuerend.Dom. Hieronymi Quirini, Patriarchæ Venetiarum, Vicario digniſſimo & compatre meo. Adde etiam Dominos de Rota, in deciſione 144. in antiquis,incipiente,nota quod accuſato de crimine, vel ſuper bonis,pendente lite adminiſtrantur alimenta. Item in cauſis alimentorum ꝓceditur ſummarie,vide tex.glo.&Bart.in d.l.ſi quis à liberis, ꝙ limita in alimentis de futuro, ſecus de præteritis, ſecundum Barto. in l. de alimentis. C. de tranſactionibus,& ibi vide Iaſo. & eundem Iaſonem in l. cum hi in principio. poſt Alberic. de Roſa. de tranſactionibus. & Petrum de Anchar. in clementi. prima. de iure patronatus. Item in cauſis alimentorum proceditur diebus feriatis, Vide Alexan. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio. & ibi vide quod alimenta cum maiori facilitate præſtantur, & alia priuilegia alimentorum ponit Bartolus in lege, Mela. in princip. ff. de alimentis & cibarijs legatis. Adde etiam quod vbi relinquitur pecunia pro alimentis vide-

videtur eſſe de mente teſtatoris, quod de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata præſtantur, tex. eſt in l. diuus. & ibi Alexand. ff. ad legem Falcidiam. Item alimenta legata Titio, & familiæ, quæ & quibus veniant, & vide Alexand. in conſil. 179. in ſexto volum. incipiente, & videretur forſan in princip. Item iudex nemine inſtante, & petente officio ſe interponit fauore alimentorum l. diuus. & ibi Alexand. vbi videas. ff. ad legem Falcidiam. Item alimentorum onus ſequitur bona ad quemcunq; tranſeant. l. ſecunda. in princip. & ibi Barto. in principio. & circa medium. & in l. Solent. ff. de alimentis & cibarijs legatis. Imo. & Paul. de Caſt. in l. nihil proponi. de legatis primo verſic. & ſi contra fiat. Item alimenta per teſtatorem relicta Titio ſi non petijt ab herede, & iuſſu ſuis ſumptibus non poteſt illa petere. Vide Paulum de Caſtro, de Vidua in lege, diuortio. ff. ſoluto matrimonio. Et Felynum plene in capitulo, ex parte: in fine, de accuſationibus. quod nota, quia practicaui in cauſa Federici de Superchijs, de Caſtro medij de Piſauro. Item an ille, qui tenetur præſtare alimenta, ſufficiat ſibi dare præbendam, vel ponere ipſum in hoſpitali ad alimentandum, vide Cardin. Alexand. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. & an ſi quis teneretur quem alimentare, teneatur ad mercedes magiſtrorum. Vide Baldum in l. qui filium. ff. Vbi pupillus educa. deb. Item legatum alimentorum eſt arbitrarium, etiam ſi heres non confecit inuentarium, quia non debetur in ſolidum, nec

vltra vires hæreditarias. Bald. in l. voluntatis. verſiculo, nunquid ergo propter. C. de fideicommiſſ. & in conſilio 115. in quarto volumine. & in taxationem iſtorum alimentorum debet fieri ex fructibus hereditatis, vt per doctores in lege, Imperator. ff. ad Trebellianum. & tenet Baldus in d. l. voluntatis. Item in alimentis præſtandis debet haberi ratio ad bona Emphyteutica. Item ad legitimam ipſius filij debentis. Item etiam debet deduci æs alienum, vt plenè per Alexand. in conſilio centeſimo. in primo volum. incipiente, ſuper primo caſu. Item debet haberi conſideratio, ne filius fame pereat, vt prouideatur filio, & heredi, ſicut & legatario, vel vxori in dictis alimentis taxandis, vide plenè per Baldum in dicto conſil. 115. Vbi omnino videas.

Explicit tractatus de alimentis, editus per Dom. Bartol. Saxoferrato excellentiſſimum legum doctorem, &c.

# TRACTATVS DE ALIMENTIS CVIVSQVE GENERIS

## IO. BAP. PONTANI ADVOCATI ROMANI.

## ALIMENTORVM DISTINCTIO.

## Caput I.

*SVMMARIVM.*

1. *Alimentorum vſus neceſſarius, vt famis gladius ſit atrocior, quàm belli.*
2. *Alimentorum omnium diſtinctio.*
3. *Alimenta ſpiritualia quæ ſint.*
4. *Alimenta primo iure naturæ debita quæ ſint.*
5. *Alimenta inter ſolos homines iure gentium debita.*
6. *Alimenta quædam debita officio iudicis, quædam iure actionis.*

VSQVE adeo frequens eſt ac neceſſarius alimentorum vſus ad huius humanæ vitæ ſubſidium, vt illorum plena cognitio etiam promptam atq; celerem doctrinam expoſtulet, velut quæ diuturnam moram non patiantur: ne dum in iudicijs ex inopia alimenta petuntur, eorumq́ue deciſio varijs libris diſſeminata perquiritur, inte-
1 rim ea petens famis gladio intereat, qui † truculentior ſit quàm gladius belli, aut peſtis, vt inquit Hier.

 ſuper

ſuper Amos lib. 3. & Quinti. recitati per Luc. de pen. in l. 1. num. 9. C. de muneri. lib. 10. de quo Dec. conſ. 555. num. 12. Quare ſummum charitatis opus eſſe duxi, ac publicæ vtilitati plurimum conferens, ſi à varijs authoribus inciſim ac ſparſim in hoc tradita breuius, ac res patietur, in hoc breuiarium compendium collecta, ad ictum oculi ſubijciam, vt cunctis latè pateant, ac perquirendi laborem his comminuant, qui gratuito ſola charitate ducti, operam pauperibus in iudicijs præſtant, vt alimenta eis debita quam primum exhibeantur. In
2 quibus † vt omnia apertiſſima fiant, præmittatur de more, alimentorum congrua diſtinctio, velut quæ tripliciter debentur, alia videlicet iure diuino, alia
3 iure naturali, reliqua vero iure ciuili. Diuinitus † etenim ea ſint debita, quæ ſummi Dei munere ac mandato ab his fideliter & ſolicite exhiberi debent, qui ab ipſo Deo prædicandi ac paſcendi Chriſti oues ſpiritualibus alimonijs munus ſuſceperunt, in quo ſi diuino præcepto parere neglexerint, omnium deperditarum ouium exactiſſimam rationem omnipotenti Deo in die diuini iudicij ſint reddituri. Verum cum de his alimentis altiora ſint documenta, à ſanctiſſimis viris ſaluberrimè deſcripta (quorum deciſioni catholicæ me ſubijcio) illis pro nunc præteritis, ad ea cibaria deſcendam, quæ hanc humanam vitam ſuſtinendam reſpiciunt, ac dietim ſunt neceſſaria, ſumendo ab his alimentis initium,
4 quæ † nituntur iure naturali deſcripto per Vlpia. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iu. pro ipſius primæuo iure naturæ, cuique generi animantium com-
muni,

muni, qui vniformiter doceantur, vt ſe, vitam, corpusq́; tueantur perquiſitis neceſſarijs non ſolum ſibi ipſis, verum & filijs ex ſe procreatis, donec ſibi cibaria perquirere potuerint. Aliud verò ſit ius naturale diffinitum per Iſidorum in c. ius naturale. 1. diſtinct. relatum ad id ius, quod eſt hominibus tantum, ac rationi conſonum, pro iure gentium antea receptum in dict. leg. 1. §. iure gentium. veluti inter ſolos homines commune, vt primo modo ſumptum ius naturale, non egrediatur propriam perſonam, vnde naturalis charitas ſumit initium, & filios à ſemetipſo procreatos cum vlteriores liberos ea naturalis & communis pecudum inclinatio non

5 reſpiciat. Sed cum hæc † præſens cognitio in eo tantum iure naturæ verſetur, quod ius gentium appellatur (ad eos tantum porrectum, ad quos alendos ipſa naturalis ratio vna cum charitate coniuncta nos impellit) cæterorum animantium, qui ſint rationis & charitatis penitus expertes, nulla nobis

6 cura in hoc futura ſit. Vniuerſorum † autem alimentorum, quæ ſolis hominibus congruunt, quædam in iudicijs præſtanda ſint implorato iudicis officio, ſine aliqua ſtatuta actione, tanquam debita ſine aliquo hominis facto, ſed ſola æquitate & charitate impellente: Alia autem ſint, quæ debentur præuia hominis obligatione, iure actionis petenda, cui deſeruiat iudicis officium, vt ex ſubſequentibus plene declarabitur.

DE ALI-

# DE ALIMENTIS A PATRE DEBITIS.

# Caput II.

## SVMMARIVM.

1. *Alimenta filiorum potiſſimum debita.*
2. *Pater præſumitur magis filium diligere, quàm ſeipſum.*
3. *Impia ſunt ſtatuta & conſuetudines de non alendis liberis.*
4. *Statutum excluſiuum filiarum non excludit eas ab alimentis. 19.*
5. *Emancipatio non minuit debitum alimentorum filio, licet diſſipanti eius portionem ſine dolo.*
6. *Pater non liberatur ab alimentis filij, licet res filio aſſignata euinceretur.*
7. *Filijs alimenta debita, etiam matrimonio inter parentes diſſoluto.*
8. *Filio ſpurio, non inceſtuoſo, iure canonum debentur alimenta; at ſtatuto Rom. relinqui poſſunt. 10. 11.*
12. *Canones ſeruandi in alendis ſpurijs etiam in terris imperij.*
13. *Filia ſpuria dotanda eſt.*
*Iudæi tenentur alere filios ad fidem conuerſos, eo. nu.*
14. *Excommunicato filio non ſunt debita alimenta.*
15. *Bannito filio debita ſunt alimenta. 16.*
17. *Fiſcus damnato patri ſuccedens tenetur filio ad alimenta, niſi eſſet damnatio ex crimine Maieſtatis vel pacis fractæ.*
18. *Alimenta prohibita à patre in teſtamento, non poteſt hæres filio denegare, niſi eſſet cauſa legitima exhæredationis.*
19. *Hæres non liberatur ab alimentis filiorum, qui diſſipaſſent legitimam eis aſſignatam à patre viuente.*
*Venter ſuus hæres futurus, interim alendus, eo. nu.*
20. *Filio impuberi mota quæſtione ſtatus, ſunt debita alimenta ex Carboniano.*
*Alimenta etiam ſunt debita ex Plautiano ſenatuſcon. eo. nu.*

*Secundo*

*Secundo genitis debitum apparagium ad iſtar alimentorum, eo. nu.*

21. *Heres in re certa non tenetur ad alimenta filio teſtatoris.*

*Heredes ſi plures ſint, quo pacto teneantur ad alimenta. eo.nu.*

22. *Popularis eſt actio pro alimentis.*

23. *Iudex tam laicus, quàm clericus adiri poteſt pro alimentis petendis.*

*Feriæ non obſtant petenti alimenta. eod. nu.*

QVONIAM autem potiſſimum alimentorum debitum ab educatione filiorum proficiſcitur, quibus æque ſint vtroque naturali iure alimenta debita, ab his ſumendum ſit initium, cum in filijs educandis adeò exuberet paterna
1 charitas, vt ſemetipſos † alere parentes exiſtimentur in filiorum educatione, ex quibus tanquam proprio ſemine procreatis ſperent eorum ſpeciem, velut inſitione quadam, diutiſſimè conſeruari. l. liberorum. in fin. vbi glo. ff. de verbo. ſignifi. l. fin. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib. Bal. in l. 1. §. ius
2 naturale. ff. de iuſti. & iu. Indeq́ue oriatur † ea iuris præſumptio, quod pater magis filium quàm ſe ipſum diligere cenſeatur. l. iſti. in fi. vbi glo. ff. quod met. cau. glo. in c. afferte. de præſumpt. Vt propterea pater præſumatur magis vereri torturam filij, quàm propriam, vt per Gandi. in tractatu de quæſtio. nu. 12. de quo latè Marſil. in l. 1. §. inauditum. nu. 7. ff. de ſicar. idq́, charitate ad propagationem
3 impellente, proptereaq́; † nullius roboris ſit futura conſuetudo inductiua, ne pater filios alere teneatur. Abb. in c. fi. de conſue. veluti impia & ab omni charitate aliena: vt nec id induci poſſet per ſtatutum ex-

tum expreſſum, vt inquit Cyn. in l. ſancimus. num.
4 3. C. de nup. in quo † etſi caueretur, quod filiæ nihil haberent ex bonis paternis, non ideo dicerentur ab alimentis excluſæ. Bar. in l. fin. §. Si à ſocero. in fin. ff. de his qui. vt indig. Bald. in l. 1. §. ius naturale. Roma. in l. vni. num. 42. C. quando non peten. par. nec pariter ex filij emancipatione diminuerentur alimenta ei debita. l. Si quis à liberis.
5 in princip. ff. de lib. agn. Neque ſi in ipſa † emancipatione fuiſſet filio tributa aliqua pars bonorum, per eum poſtea diſſipata, poſſent propterea ei indigenti alimenta per patrem denegari, vt per Spec. in tit. qui fil. ſint legi. §. 1. nu. 12. etiamſi illa portio fuiſſet ei à patre pro alimentis expreſſim aſſignata. Bald. in authen. contra rogatus. C. ad Trebellia. Roma. in authen. quod locum. C. de colla. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. num. 92. de conſtitu. niſi tamen filius dolo delinquens eam diſſipaſſet, vt ibidem dicunt Bald. & Fely. & alij. de quibus per Marſil. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæſtio. & ſingu. 104. Nec non ſi res ita per pa-
6 trem aſſignata † pro alimentis euinceretur, tenebitur ex integro pater ad alimenta filio præſtanda. l. ſcimus. in princ. C. de inoffi. teſta. ad hoc notata per Roma. in l. ſi cum dotem. §. ſi poſt. nume. 8. ff. ſolut. matrimo. qui etiam remiſſiuè alios caſus recitat, in quibus pater ad alimenta teneatur, portione propria per filium amiſſa. Nec
7 equidem ſi † inter parentes ſucceſſerit matrimonij ſeparatio ex alio legitimo impedimento, non poſſent propterea alimenta filijs denegari. c. 2. qui

fil. ſint

fil. ſint legi. Rom. in d. l. Si cum dotem. §. Si maritus. num. 31. ff. ſolu. matri. præſertim mitiori iu-
8 re canonum, quo etiam † filio ſpurio, alioúe damnato coitu nato, in nulla figura matrimonij, pietatis cauſa alimenta debentur, c. cum haberet. in fin. de eo qui dux. in vxo. quam pollu. c. 2. Qui fil. ſint legi. Bal. in l. ius ciuile. q. 1. ff. de iuſti. & iu. in l. neque mater. C. de iu. delib. Roma. in l. 1. num. 4. ff. ſolu. matri. vbi Alex. num. 18. & in d. §. Si maritus. num. 31. & in conſi. 74. num. 4. conſi. 158. num. 3. lib. 2. Abb. in c. tanta. num. 13. Qui fil. ſint legi. & conſi. 115. num. 1. lib. 1. & latè Paul. in tract. de pœn. omniſa. coi. quæſt. 2. num. 9. Ca-
9 pici. deciſ. 164. qui † tamen in fine negat id ius canonum vendicare ſibi locum in filijs inceſtuoſis, & idem dicit Lodo. per eundem deductus, in quo etiam Nicol. de Vbal. de ſucceſſ. ab inteſt. num.
10 46. in fin. dicit † poſſe filio ſpurio legari fundum pro alimentis, & poſt eius mortem relinqui nepotibus ex eo, niſi fundus multum excederet alimenta. Bar. in l. fin. num. 7. ff. de his quibus vt indig. relatus per Ludo. à Sardis in tractat. de natu. liber. §. penult. verſ. Angel. in tractat. de te-
11 ſta. gloſſ. 69. num. 2. Quinimmo † virtute ſtatuti Roma. lib. 1. c. 89. poteſt per ciues Romanos donari ſeu relinqui filijs illegitimis medietas bonorum pro eorum ſuſtentatione, deficientibus tamen legitimis filijs & alijs per rectam lineam deſcendentibus, quamuis à rigore iuris ciuilis quilibet ſpurius fuiſſet penitus excluſus ab omni ope etiam alimentorum. authen. ex complexu.

C. de

C. de inceſt. nupt. authen. licet. in fin. C. de natu.
12 liber. Quæ æquitas Canonum † non obſtante rigore ciuili, in hoc ſeruanda ſit, etiam in locis imperio ſubiectis, vt per Marſil. in tract. legiti. Cuius diuerſum dicit Fely. in c. eccleſia. num. 45. de conſti. latè Capici. d. deciſ. 164. Ange. in d. glo. *69*. in
13 fin. eademq́; charitate, qua † pater filium ſpurium alere compellitur, etiam filiam ſpuriam dotare tenebitur, licet ex damnato coitu procreatam. Bar. in l. fin. num. 7. ff. de his quib. vt indig. Bal. in d.l. neque mater. Capici. d. deciſ. num. 2. Matheſi. ſing. 147. in fin. ac ibi Bal. dicat etiam Iudæos teneri ad alendos filios ad fidem conuerſos, & idem dicit ibi glo. & Io. Licirier in tract. de primogeni. quæſt. 17.
14 num. *9*. Excommunicato autem † filio alimenta minimè debeantur, niſi omnino fame eſſet periturus. gl. fi. in c. paſtoralis. de appella. vbi Franc. col. antepenul. dicens. id cauſari ratione contumaciæ, ob non petitam abſolutionem. Quæ quidem ratio
15 cum ceſſet in filio † bannito, debeantur ei omnino ſolita alimenta. Bar. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolu. matrimo. Iaſ. in l. 1. 3. limit. C. de hæred. inſtit. Ang. in tracta. de teſta. glo. 45. num. 52. Qui licet ex condemnatione priuaretur his, quæ ſunt iuris ciuilis, non tamen priuetur his, quæ ſunt iuris gentium, vti ſunt alimenta filij, vt per Iaſ. in l. ex hoc iure. num. *49*. ff. de iuſt. & iu. nec pariter priuetur his, quæ in facto conſiſtunt. l. legatum. in fi. &
16 ibi gl. ff. de capi. domi. Vt nec † filij banniti condemnatio operaretur, quod fiſcus poſſet inter cætera eius bona petere etiam à patre alimenta, iure naturæ

turæ filio debita, vt Speculat. de execut. ſentent. ver-
ſic. quid ſi filius. in fin. de quo Nellus in tracta. de
banni. 1. par. ſecun. tempor. num. 36. glo. commu-
nis in l. non ad ea. ff. de condit. & demon. cum nec
regulariter in confiſcatione veniant futura, vti ſunt
alimenta, vt ibidem dicit Nellus num. 18. & econ-
17 tra † erunt omnino alimenta filio debita, quamuis
ex delicto fuerint bona patris fiſco applicata, niſi
tamen fuiſſet crimen læſæ Maieſtatis, aut pacis fra-
ctæ, ex quibus poſſent alimenta filijs denegari, ſi
maſculi ſint, cum fœminis ex fragilitate ſexus ali-
menta reſeruentur, dictante pietate, de qua in l.
quiſquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt. Ange. con-
ſi. 357. num. 5. Alexan. conſil. 30. num. 3. lib. 7.
Deci. in regu. fœminæ. num. 112. Nellus qui ſupra
18 num. 38. Neq; ſi pater † abſq; iuſta cauſa prohi-
buiſſet in teſtamento alimenta filijs præſtari, poſſent
ab eius hærede denegari. Bal. in l. id quod. num.
49. C. de epiſco. & cleri. ſecus tamen futurum, ſi
ex cauſa à iure recepta pater filium exhæredaſſet, ex
qua nec peti poſſent alimenta, quæ ex eiſdem cauſis
amittuntur, ex quibus exhæredare licet, vt mox
19 ſuo loco dicam. Non † tamen eximerentur hære-
des à præſtatione alimentorum virtute ſtatuti exclu-
ſiui filiarum, de quo Roma. in l. 1. num. 15. & 23.
ff. ſolu. matrimo. Nec pariter liberarentur ab ali-
mentis filio exhibendis, licet pater viuens ei legiti-
mam dediſſet per filium conſumptam, vt per Bar. in
d. §. idem reſcriptum: Ad quæ ita demum hæres
extraneus teneretur, ſi filius egens neminem con-
iunctum haberet, qui ratione ſanguinis alere illum

teneretur, quamuis pater ipſi filio licet non egenti
alimenta præbere conſueuiſſet, vt in d. §. idem re-
ſcriptum: Ab eiſdemq; hæredibus alendus etiam ſit
venter, in eius ortu ſuus hæres futurus. l. 1. & 2. ff.
de vent. in poſſeſſio. mitten. Specula. qui fil. ſint le-
git. §. 1. num. 19. Ancha. in cap. cupientes. §. deni-
20 que. in fin. de electio. in 6. Quod etſi impuberi † fi-
lio mota fuerit quæſtio ſtatus filiationis, erit nihil-
ominus ab hæredibus alendus ex Carbon. edic. di-
lata ſui ſtatus quæſtione ad tempus pubertatis. l. 1.
ff. de Carbo. edic. licet fiſcus eſſet patris hæres. d. l.
1. §. quod & ſi, idemq; ſeruandum in ſenatuſcon.
Plautia. de quo in l. 1. ff. de lib. agn. quod ab vſu
receſſerit poſt prohibitionem diuortij, cuius cauſa
id ſenatuſcon. fuiſſet principaliter introductum, ac
ad inſtar alimentorum ſit æque ab hæredibus debi-
tum apparagium ſecundo genitis, vt per Ioan. Lici-
21 rier. de primogen. lib. 2. q. 16. num. 10. Hæres †
tamen rei certæ minimè teneretur ad alimenta præ-
dicta, quamuis fuiſſent in teſtamento expreſſim le-
gata, vt dicit Ioan. de Anan. conſil. 46. in fin. & mi-
nus poſſet regulariter cogi legatarius ad ea præſtan-
da. Roma. conſil. 189. in prin. Aret. conſil. 117.
num. 1. niſi in caſibus ibidem nota. per Roman.
verſi. fallit autem. quod etſi fuerint plures hæredes
vniuerſales, erit inter eos ſtatuendus relicti, & pro-
teſtationis modus, de quo in l. 3. §. 1. & penult. & l.
ſolent. ff. de aliment. legat. l. is cui. ff. de vſufruct.
leg. Roman. d. conſil. 189. verſic. quo ad tertium.
Bar. in tract. alimen. num. 19. nec altero hærede ef-
fecto non ſoluendo, cæteris præiudicium afferatur,

vt d. l.

vt. d. l. Solent. in fin. & per Specu. qui fil. ſint legit. num. 43. Quæ quidem alimenta per patrem filio
22 exhibenda ſi ab initio per eum recuſentur, poterit † per ipſum filium ſiue matrem eius nomine, aut alium quemlibet de populo implorari iudicis officium, vt ad præſtanda pater compellatur. l. 2. C. de alen. libe. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de libe. agno l. fi. §. ipſum. C. de bon. quæ libe. Cy. in l. fin. C. de alen. libe. Bart. in l. ſi neget. ff. de libe. agno. & in d. l. 2. Toloſa. in deciſ. 77. cum popularis ſit proſecutio, ſiue aliquid ex æquitate officij iudicis ſit petendum, ex l. ſi competenti. C. de alen. libe. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. Bal. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. num. 2. ff. ſolu. matrimo. Fely. in cap. dilecti. num. 10. de maior. & obedien. ſiue concurrat aliqua pia cauſa, vt per Roman. in authen. ſimiliter. num. 40. C. ad l. Falcidi. ac vtrumq; concurrat in alimentis ex æquitate debitis, velut ex pia cauſa præſtandis, ac iudicis officio petendis ſine aliqua actione, ſed ex quadam naturali charitate, quæ iudicem inducit ad ea decernenda
23 proprio eius officio: In eoque iudex † tam laicus, quàm clericus legitimè adiri poſſit. Bart. in l. ſolent. num. 13. ff. de aliment. legat. Vt idoneus iudex ſit futurus, quicumq; ſit eius competens, de cuius alimentis agitur, Vt per Aegidium deciſ. 732. verſic. & ideo. neque in huius officij imploratione aliquo libello opus ſit. Specula. de libell. concept. §. non videndum. verſic. quod ſi neq; dum litis conteſtatione. Bart. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. & in l. Mela. in fin. princ. ff. de aliment. legat. Iaſ. in l.

ſi quis in ſuo. 3. no. C. de inoffi. teſta. Abb. in. cap. iudicis. num. 10. de offic. iud. nec in eodem officio implorando feriæ ſint quicquam obfuturæ. l. 2. ff. de fer. Alexan. in l. 1. num. 13. ff. ſoluto matrimo. Vbi Gugliel. Ponta. num. 13. Deci. in l. de alimentis. num. 10. C. de tranſact. Gig. in tract. de penſio. quæſt. 51. num. 24.

# DE PROBATIONE FILIATIONIS.

## Caput III.

### SVMMARIVM.

1. *Filiatio ſummariè probanda patre negante, & interim filius alendus.* 2.
3. *Filiatio ex nuptijs præſumpta ſufficit quo ad patrem.*
*Filij vulgo quæſiti non dicuntur patrem habere, ſed matrem, quæ certa eſt. eod. num.*
*Filiatio vtrinq; præſumitur ex nuptijs eod. & 5. 6. 7.*
4. *Mater eſt dubia in filio ſuppoſito vel proiecto, vel prætenſo nato vltra annos 50. ætatis matris.*
*Intellectus ad l. filium. ff. de ijs, qui ſunt ſui, num. 3. 7. 8.*
9. *Senectus patris vltra annos 80. adimit præſumptionem, quæ prouenit ex nuptijs.*
*Nuptiarum præſumptio in patre, non minuitur ex contraria aſſertione matris. num. eod. & 11.*
10. *Vidua proſtituta non tollit præſumptionem ex nuptijs prouenientem, ſi pepererit infra 9. menſes.*
12. *Natus ex concubina domi retenta habet præſumptionem filiationis.*
13. *Filiationis præſumptio ex tractatu patris, vel emancipatione, prodeſt contra patrem, non contra tertium.*

14. Fili-

14. *Filiationis quaſi poſſeſsio ex tractatu patris, prodeſt tantum quo ad alimenta.*

*Tractatus ſoli filio congruus non læditur ex contraria patris aſſertione, num. eod.*

15. *Nominatio filij non inducit eius præſumptionem, niſi ſit ei ſoli conſona.*

16. *Nominatio filij in eius legitimatione filiationem probat, & interdum vim habet legitimationis.*

17. *Inſtitutio filij ſaltem in legitimam filiationem probat.*

18. *Filiatio adulterini non probatur ex nominatione filio illegitimo congrua.*

19. *Nominatio filij in epiſtolis, inducit præſumptionem in nato ex ſoluta.*

20. *Patris confeſsio, vel magna eius affectio, quando probent filiationem.*

*Blanditiæ magnæ probant filiationem, num. eod.*

*Deſcriptio natiuitatis filij in liberis eius filiationem probat, num. eod.*

*Poſthumo nomen imponens pater præſumitur, num. eod.*

21. *Similitudo non inducit præſumptionem filiationis.*

22. *Fama filiationis inducit eius quaſi poſſeſsionem.*

23. *Filiatio facilius probatur in concubinatu ſecreto.*

24. *Qui ſint articuli ad deducendam filiationem.*

25. *Quaſi poſſeſsio filiationis non expirat morte.*

26. *Pater non tenetur alere filium non probato aliquo ſtatu filiali.*

27. *Matrimonij quæſtio non remoratur alimentorum præſtationem filio.*

28. *Senectus patris tollit præſumptionem filiationis.*

29. *Poſthumus poſt 10. menſes natus non præſumitur filius, licet ſit poſsibilis.*

QVOD ſi interdum reluctante natura filio petente alimenta, negaretur à patre eius filia-
1 tio, eſſet † præmittenda quædam eius ſummaria cognitio. c. 2. Qui fil. ſint legit. Bal. in l. ſi neget. ff. de alen. liber. Couarru. in pract. quæſt. cap. 6.

Faſto.in dub. ſuo 11. Gig.de penſio. quæſt. 51.num. 28. quæ quidem ſit tantum profutura ad alimenta decernenda, neq; ex ea inferatur aliquod præiudicium veritati filiationis, quæ altiori cognitione & probatione indigeret. l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. ff. de lib. agno. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui. & ibi Alberi. Bar. & Bal. glo in c. cum ſuper. Vbi Abb. num. 7. de cau. poſſeſſ. & propriet. Alexand. conſil. 74. num. 2. lib. 2. Sed interim † dum
2 de veritate filiationis altius perquireretur, alendus eſſet filius virtute ſolius quaſi poſſeſſionis ſummariè probatæ, vt ſicuti alimentorum decretum modicum affert præiudicium, ita etiam qualis qualis probatio in eo ſufficiat. Bar. in. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis. in fin. indeq; dicat Couarru. in d.quæſtione 6. col. fin. ſatis eſſe filiationem probari per vnicum teſtem vel famam, ad effectum alimentorum. Nec tamen propterea, ad id ſit ita frigidè probanda filiatio, vt ſaltem non concludatur fundamentum quaſi poſſeſſionis, quæ omnino concludenda etiam ad effectum alimentorum, ne aliàs ſit in facultate cuiuſque ea obtinendi ad libitum ex frigidiſſima deductione filiationis: ideoq; opportunè ſubnectenda ſit vera cognitio quarumcunque probationum, quæ vel ipſius filiationis veritatem, vel ſaltem quaſi poſſeſſionem inducant quoad patrem, cuius nulla ſit certitudo, ſed præſumpta quædam iuris illatio, inde ſumpta, vt is pater præſumatur,
3 quem † nuptiæ demonſtrant. l. quia ſemper. ff. de in ius vocan. Abb. in c. tranſmiſſæ. num. 9. qui fil. ſint legit. Proptereaq; vulgo quæſiti filij non dican-

tur habere patrem ceſſante præſumptione ex nuptijs collecta, ſed tantum dicantur habere matrem, quæ ex partu ſit ſemper certa, vt in d. l. quia ſemper. l. hac parte. l. ſi ſpurius. ff. vnde cogna. §. vulgo inſtitu. de ſucceſs. cogna. Hoſtien. in ſumma titu. qui fil. ſint legit. §. qualiter in princ. Præuijs autem legitimis nuptijs vterque parens certus præſumatur, niſi aliqua vrgens præſumptio in contrarium dilueret præſumptionem ex nuptijs inductam, ex l. filium. ff. de his qui ſunt ſui. & mox latè dicam, poſtquam alia edixero, etiam de incertitudine matris. Cuius certitudo quamuis ſit regularis, tamen in aliquibus ſpeciebus poſſit de eius certitudine ratione dubitari, vt † in filio proiecto ad hoſpitale, ponit Bald. in d. l. quia ſemper. nec ſecus euenturum ſi opponatur de partu ſuppoſito, in quo veluti in crimine falſi, ac re ſua natura difficilis probationis, procedi poſſit ex coniecturis, vt latè Marſi. in l. qui falſam. in fi. de falſ. & alij deducti quondam in cauſa Roma. hereditatis, vrgentemq; in eo afferret coniecturam non filiationis ſenectus ipſius matris ſupra quinquaginta, quæ ætas à iure comparatur ſterilitati. l. ſterilis. & ibi Saly. C. de actio. emp. Ludo. à Sardis in tracta. de natu. libe. §. de filiatione. num. 8. adeo vt talis ætas priſco iure à nuptijs prohiberetur, velut omnino ſterilis ex lege Iulia. de qua in l. pen. C. de nupt. ac miraculo tribuatur, ſi in ea ætate mulier pepererit. l. ſi maior. C. de legit. hered. de quo Pariſ. latè in conſil. 29. num. 46. lib. 2. quod tamen correctum eſt, vt in ea ætate matrimonium ſubſiſtat. d. l. penult. cum matrimonij ſacramentum

4

neque ex ætate, aut ex aliqua ſterilitate impediatur,
gloſſ. in cap. nuptiarum. 27. q. 1. c. 2. vbi per Doct.
de frig. & maleſ. Rolan. de lucro. dot. q. 103. num.
5 14. Ad patrem † autem vt redeam, quem dixi re-
putari à iure incertum, eiuſq; probationem diffici-
lem. l. Lucius. ff. de conditio. & demonſtratio. Fe-
ly. in cap.per tuas. 3. nota. de probat. Vbi Deci.nu.
3. Ancha. conſil. 225. col. pen. Pariſ. d. conſil. 29.
num. 5. eiuſdem directam probationem dicant im-
poſſibilem. Iaſ. in l. in illa. in fin. ff. de verbo. obli-
ga. Alex. conſil. 90. num. 16. lib. 6. Corn. conſil. 5.
lit. A. Ia. 2. lib. 2. Dec. conſil. 272. Pariſ. conſil. 10.
num. 1. & 39. lib. 2. ideoque aſſerant ex coniecturis
eſſe deducendam, quæ inprimis oriantur ex nuptijs
celebratis in facie Eccleſiæ ſcientibus vicinis & ali-
js, vt qui poſtea in domo ipſorum iugalium ex vxo-
re natus ſit, etiam viri filius præſumatur, ex d. l. fi-
6 lium. & l. ſi vicinis. eaq; † filiationis præſumptio ſit
à iure comprobata, vt dicit Bal. in rub. C. de pro-
bat. in fin. ac dicat Marſil. in l. 1. §. 1. num. 20. ff. de
quæſtio. eam præſumptionem eſſe iuris & de iure, vt
etiam refert Paris. d. conſil. 10. num. 3. poſtea me-
rito ſe corrigens num. 42. & in d. conſil. 23. num.
100. & ſeq. q. lib. 2. cum talis præſumptio, de qua
in d. l. filium. recipiat contrarias præſumptiones,
quarum pleræq; ibidem pro exemplo deſcribuntur,
ac aliæ plures ſint, quæ illam iuris præſumptionem
ex nuptijs deductam prorſus tollant, recitatæ per
Hoſtien. in ſumma. qui fil. ſint legit. §. qualiter. Abb.
in c. cauſam. il. 1. num. 2. qui fil. ſint legit. Alexan.
in conſil. 88. nu. 7. lib. 7. Ancha. conſil. 225. Capra.
conſil.

conſil. 21. Pariſ. d. conſil. 10. nu. 39. & conſil. 29. ac limitando & ampliando diſpoſitionem d. l. filium. pluries dixerunt domini de Rota, vt refert Sarnen. in regu. de anna. q. 85. nu. 2. & Mohed. deciſ. 115. Ad cuius rei plenariam cognitionem altius ſunt ea repetenda, ex quibus inducatur filiationis probatio, ſiue eius præſumptio diluatur. Nam quædam eius coniecturæ adeo plenam probationem inducunt, vt latè ſufficiant ad veritatẽ filiationis in quolibet iudicio: Aliæ verò non plenè eius veritatem concludunt, ſed eius ſolam quam poſſeſſionem congruam tam in iudicio poſſeſſorio, quàm ad effectũ transferendi onus contrariæ probationis: ſunt & aliæ leuiores præſumptiones, & coniecturæ, ex quibus deducitur quidnam filiationis ſtatus, cuius vigore nequeat in ipſa filiatione pronunciari, ſed tantum in alimentis, tacita filiatione, vt ſummariè cognito ſtatu prædicto, confeſtim iudex pronunciet alimenta deberi, quorum diutina mora eſſet irrecuperabilis præiudicij, cum tamen in decreto alimentorum parum præiudicetur, vt inferius palàm conſtabit.
7 Sed quoniam † nedum filiatio prætendi poteſt ab ortis ex parentibus copulatis in forma matrimonij, de quibus dixi, verum & alijs ſine aliqua matrimonij figura natis, omnium tradenda ſit plena doctrina ex diuerſitate ortus ipſorum filiorum, cum vltra natos in figura matrimonij alij naſcantur ex concubina domi retenta, alij ex concubina extra domum, alij ex adultera, vel alio illicito coitu, etiam cum ea, ad quam ſecretiſſimè accedi poſſit: in quibus ſingulis ſpeciebus, ſicut eſt diſpar ratio, ita

diſſimilis probatio & diffinitio. Nati enim ex legitimis nuptijs vrgentem præſumtionem filiationis ſecum afferunt ex diffinitione Iuriſconſ. in d. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui. quæ tamen præſumtio erit tunc demum efficax, ſi filij aſſerti nati fuerint in domo viri, & non aliàs, vt per Abb. in c. tranſmiſſæ. num. 10. qui fil. ſint legit. Corn. conſil. 1. litt. G. lib. 3. Ex qua quidem natiuitate domi, fit adeo vrgens præſumptio, vt ſi teſtis deponens ſuper filiatione dixerit ſe certò ſcire, illum ita nominatum eſſe illius filium, dicatur congrue deponere, quamuis in eo nulla poſſit ſcientia applicari, vt per Bal. in d. l. filium. Fely. in c. 1. nu. 2. de ſumma Trinita. Corn. con-
8 ſil. 5. litt. A. lib. 2. quæ † præſumptio æque vigeat, licet eodem tempore vxor cũ pluribus concubuiſſet, iuxta communem intellectum, traditum ad l. miles. §. defuncto. ff. de adulter. de quo per Abb. in cap. intelleximus. num. 7. eodem titu. Vbi Corſet. poſt eum, & Cremen. ſing. 126. quamuis Deci. in c. per tuas. col. 1. de probat. ſentiat contra commun. vt etiam refert Pariſ. conſil. 29. num. 99. lib. 2. quæ tamen communis omnino ſubſiſtat ac vera ſit, licet is filius eſſet cuiquam ex adulteris ſimilimus, vt dicit Abb. in c. per tuas. nu. 4. & Deci. col. 1. Pau. de Caſt. conſ. 115. nu. 3. lib. 1. Alexan. cõſil. 157. nu. 3. lib. 5. & conſil. 88. lib. 7. Deci. conſil. 676. nu. 16. de quo Pariſ. in conſil. 10. nu. 103. lib. 2. Curt. iun. conſil. 31. nu. 3. Mohed.
9 deciſ. 115. Marſil. in l. 1. §. 1. in fin. ff. de quæſtio. Nec † ſecus futurum, ſi vxor per virum expulſa ſe proſtituiſſet, ſi tamen tempore ad partum congruo permanſiſſet in domo viri. Cyn. in l. ſi vicinis. C. de nupt. & alij dedu-

deducti per Alex. in d. conſ. 88. nu. 6. ſi verò tam
diu à viro abfuiſſet, vt præſumi non poſſet illam ex
eo concepiſſe, ceſſaret prorſus ratio nuptiarum, vt
dicitur in d.l.filium,& per Dec.in d.c.per tuas.col.2.
Quæ ratio pariter ceſſaret in viro decrepito annorũ
octuaginta.Soc.conſ.75.lib.3.& etiã 70.annorum,vt
dicit Pariſ.conſ. 29.nu.29.48.lib.2. ſeu aliàs inhabili
ad coëundũ,vt dicit Deci.in d.c.per tuas.nu.9.Fulg.
conſil.212. ſeu ſi conceptionis tẽpore maritus vxo-
rẽ non vteretur. Abb.in c. tranſmiſſæ.1.nota.qui fil.
ſint legit. nec vigente præſumtione. de qua in d. l.fi-
lium.læderetur talis præſumtio ex aſſertione matris
dicentis ſe concepiſſe ex adultero,qui etiam vti filiũ
illũ tractaſſet, cũ nihilominus mariti filius præſume-
retur,vt per Alex. d. conſ.88.nu.8.& conſ. 157.nu.3.
lib.5.Signo.conſ.55.&219.nu.9.Pau.d.conſ.115.nu.
3. Abb. in c.tranſmiſſæ. Deci. in d. c. per tuas.nu.4.
Curt.in d.conſ.31.nu.3. Marſ.in d.l.1.§.1.nu.20.ff.de
10 quæſt.Quod † etſi vxor vidua alterius cõcubina eua-
ſerit,adhuc præſumptio ex præteritis nuptijs orta o-
peratur,vt ex ea natus infra nouem menſes ab obitu
viri,ipſius & non concubinarij filius cenſendus eſſet.
Bal. in l. ſi mater. C.de ſuis & legi. quem adhoc pro
notabili deducit Crem.in ſing. 126.Cuius autẽ præ-
ſumatur filius ex ea natus,quæ ad ſecundas nuptias
properè conuolauit poſt obitũ viri, dicunt latè Do.
in l.Gallus. in princ. Vbi Iaſ. nu.37. Soc.conſ.65. in
11 princ.lib 3.Id † autem quod mox dixi,præſumtionẽ
ortam ex nuptijs non tolli ex contraria matris aſſer-
tione, non procederet, ſi cum dicto matris concur-
rerent coniecturæ traditæ per Alex. in d. conſil. 88.
num. 7.

num. 7. lib. 7. & Ancha. conſil. 255. nu. 6. & Abb. in d. c. tranſmiſſæ. nu. 10. Si enim cum matris aſſertione concordaret fama viciniæ, ſeu alimentatio per adulterum præſtita, aut legitimatio ſubſecuta, vel adeo frequens habitatio, vt quaſi domeſtica cenſeretur, credendum eſſet matri de filiatione adultera, vt dicunt prædicti Docto. & Pariſ. d. conſil. 10. num. 34. Moheda. deciſ. 155. neque aliàs regulariter in hoc matri fides tribueretur. Alexand. d. conſil. 88. num. 10. Corn. conſil. 1. lit. A. la. 2. lib. 3. Signo. conſil. 219. num. 9. & 11. eademque præſumptio elicita, ex d. l. filium æquo iure cenſebitur cum præſumptione, de qua in d. l. miles. §. de-
12 functo. ff. de adulte. vt locum † habeat in filijs natis ex concubina domi retenta, ſicut ex vxore diximus, ex nota. per Abb. in c. Michaël. num. 1. de fil. preſby. Deci. in d. c. per tuas. num. 1. Corn. d. conſil. 1. lit. C. Alexand. conſil. 157. num. 3. lib. 5. vt ex tali concubina natus, ipſius concubinarij filius præſumatur, non obſtante etiam eius contradictione. Abb. in d. c. tranſmiſſæ. nu. 10. atq; in his ita natis ſibi pariter locum vendicet iuris præſumptio inducta in l. ſi vicinis. C. de nupt. vt dicit Deci. in d. c. per tuas. col. 1. verſic. & per hoc ſaluatur conſilium An-
13 ge. 191. in caſibus per eum recitatis. Alia tamen † ſit futura ratio filiorum qui naſcuntur ex concubina non domi retenta, qui non coadiuuati vlla iuris præſumptione egeant extrinſecis facti præſumptionibus & coniecturis, quæ ſint triplicis generis, quarum aliæ vniformem probationem contra omnes inducant: aliæ verò ſint, quæ non probent, niſi inter ip-

ter ipſoſmet patrem & filium. Tractatus enim probans filiationem, quoad eum, non ſit profuturus tertio. Signo. conſil. 229. num. 6. Nec ſecus fore ex enunciatione filiali facta per patrem in inſtrumento, quæ ei ſoli non alijs noceat, niſi inſtrumentum eſſet antiquiſſimum, vt latè dicunt Alex. in conſil. 90. num. 8. & 22. lib. 6. Soc. conſil. 89. num. 6. lib. 1. Iaſ. in l. ex his. col. in fin. C. de milit. teſta. quem quidem tractatum, etiam plenè probare filiationis quaſi poſſeſſionem, ſufficientem ad hæreditatis petitionem dicit Pariſ. conſil. 10. nu. 27. & 64. & 73. li. 2. & Fely. in c. per tuas, num. 1. & 13. de probat. Non tamen vt illa probatio ſit totius cauſſæ prorſus deciſiua, ſed tantum translatiua oneris contrarium probandi. Bar. in l. 1. §. item per contrarium, & in l. quod ſenatus. §. 1. ff. de libe. agno. & in l. 1. §. 1. ff. de quæſtio. Iacob. Butri. in l. quidam. verſic. ergo iudex. ff. de probat. Fulgo. conſil. 138. verſic. circa ſecundum præpoſ. in c. per tuas. quæſt. 6. in fin. qui fil. ſint legit. Alex. conſil. 51. num. 2. lib. 1. & conſil. 90. num. 14. lib. 6. Corn. conſil. 78. litte. C. lib. 3. Pariſ. d. conſil. 10. nu. 61. & 70. lib. 1. Deci. conſil. 54. col. 1. in fin. cuius contrarium niſi probaretur, ea quaſi poſſeſſio filiationis ex tractatu iam probata, pleniſſimam præberet in iudicio principali ex non probatione illius, in quem probandi onus fuiſſet translatum, vt ibidem
14 dixerunt Docto. Sed ea † quaſi poſſeſſio ſola, ex tractatu deducta, faceret plenam probationem quoad alimenta decernenda, in quibus modicum verſetur præiudicium: Attendendum tamen ſit in hoc

tracta-

tractatu qui eſſe debeat filio tantum congruus ac proportionatus, non communis & æquiuocus, vt dicit Fely. in d. c. per tuas. num. 18. Alex.conſil.88. num. 8. lib. 6. & Soc. conſil. 89. num. 4. lib. 1. & Deci. d. conſil. 55. Pariſ. conſil. 10. num.62. & conſil. 13. num. 4. lib. 2. cui legitimo tractatui præuio nec eſſet quicquam obfutura ſubſequens contraria partis aſſertio, cum ipſi filio iam exiſtenti ex eo tractatu, non poſſit ſubſecuta abnegatio parentum aliquod præiudicium afferre. Abb. in c. tranſmiſſæ. nu. 10. qui fil. ſint legit. & in c. per tuas. num. 9. eodem
15 titu. Signo. conſ. 55. Nominatio † autem de aliquo ita communiter facta de filio, nullá ei præberet quaſi poſſeſſionem filiationis. l. non nudis. C. de probat. l. neq;. C. de teſta. Fely. in c. per tuas. nu. 18. de proba. Præpo. in c. per tuas. nu. 13. qui fil ſint legit. Iaſ. in l. ex his col. 2. in fin. C. de milit. teſta. Anch. conſ. 225. num. 6. & eſſe COMMVNEM dicit Pariſ. conſil. 10. nu. 15. & conſ. 11. nu. 24. conſ. 12. num. 226. & conſil. ſeq. num. 6. lib. 2. Sed illa demum nominatio conſtituat quaſi poſſeſſionem filiationis, quæ fiat in aliquo actu, qui ſoli filio congruat, vt vim habeat tranſlationis oneris probandi. l. 1. §. item per contrarium. Vbi Bar. ff. de libe. agno. Iaſ. in d. l. neq;. num. 4. Abb. in c. Michaël. col. 2. de fil. presbyt. Præpoſi. in c. tranſmiſſæ, in fin. qui fil. ſint legit. & in c. per tuas. quæſt. 6. eodem tit. Pariſ. d. conſil. 10. num. 44. 50. 200. Fely. qui ſupra. Deci. in cap. per tuas. de probat. qui dicit in hoc neminem contradicere, niſi Abb. in eodem cap. per tuas num. 12. dum inquit nominationem hanc etiam egere tractatu, &

tu, &

tu, & communi reputatione ad effectum alicuius probationis, ſed COMMVNIS opinio Doċto. magis
16 veritati conſona ſit in contrarium. Erit autem † nominatio filio tantum congrua, vt dixi, ſi fiat in aliquo actu, qui ſoli filio conueniat, vt eſt actus emancipationis, ſeu exhæredationis, vt dicit Soc. conſil. 39. núm. 4. lib. 1. nec ſint congrui filijs illegitimis, de quibus nunc agimus, quibus eſſet congrua nominatio facta in legitimatione, vt dicunt Deci. in conſil. 343. in princ. Pariſ. d. conſil. 10. num. 20. & 103. lib. 2. Ludo. à Sardis in tracta. legitima. §. de filiatione. quæſt. 3. ita tamen ſi legitimatio fieret ad patris inſtantiam, ſecus ſi impetraretur per patruum, aliumúe cum ſola patris nominatione, vt ibidem dicit Deci. ſed ſi fieret nominatio à patre in aliquo publico inſtrumento, interdum vim obtineret etiam legitimationis, ex authen. Item ſi quis. C. de natu. libe. de quo per Iaſ. in d. l. neque. num. 4. & Præpo. in d. cap. per tuas. num. 16. qui fil. ſint legit. Boëri. deciſ. 240. num. 16. &
17 mox dicam. Nominatio autem † facta in inſtitutione filij, licet faceret probationem filiationis in legitimo, vt dicunt Soc. d. conſil. 89. & Signo. conſil. 218. Pariſ. conſil. 29. num. 10. 96. lib. 2. Si fieret ſaltem in quantitate legitimæ, cum aliàs ceſſaret præſumtio dilectionis filialis, vt nota. per Abb in c. Michaël. col. 2. de fil. presby. & Curt. iun. conſil. 31. num. 6. non tamen eandem probationem induceret in filijs illegitimis, quibus ſit incongrua inſtitutio, ac pariter omne legatum, aut aliud relictum de iure ciuili, quo nec poſſent inſtitui, aut aliquid eis re-

eis relinqui. l. 2. C. de natu. libe. authen. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Sed iure canonum eis relinqui poſſit tantum pro alimentis, in quibus præbendis, vt fieret filij naturalis nominatio, probaretur eius filiatio, niſi expreſſè relinquerentur amore Dei, vt inquit Alexan. conſil. 70. num. 2. lib. 2.

18 Prædictæ † tamen nominationes, quæ conueniant filijs illegitimis, eorumq; filiationem probant, nullam inducerent probationē in filijs adulterinis, qui nihilominus priuilegio nuptiarum præſumerentur ex viro nati. l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui. niſi vna cum nominatione cumularentur plurimæ præſumtiones præponderantes. l. miles. §. defuncto. ff. de

19 adulte. Pariſ. conſil. 11. num. 25. lib. 2. Cum † in natis ex ſoluta, nominatio facta in epiſtolis faceret præſumtionem filiationis, ad effectum tantum tranſlationis oneris probandi, & non ad aliquam aliam probationem. Alexan. conſil. 181. col. 1. lib. 7. Soc. conſil. 120. num. 14. lib. 1. Pariſ. conſil. 10. nu. 16. 56. & 105. Nominatio autem filij nati ex matre libera, & cum qua legitimè matrimonium contrahi poſſet, ſi fiat in teſtamento, ſeu in inſtrumento publico, aliaúe priuata ſcriptura, propria patris manu ſcripta cum trium ſaltem teſtium ſubſcriptione, nedum filiationis præſumtionem, ſed etiam legitimitatem induceret, niſi adijceretur naturalitas, cum aliàs ex ſimplici eius nominatione oſtenderetur matrimonium, non requirens aliam probationem. §. ad hæc. in authen. matri & auiæ. & in authen. item ſi quis. C. de natu. libe. de quo Iaſ. in l. neque. num. 4. C. de teſta. Quod tamen dicit Barto. etiam de iure ci-

iure ciuili non ſimpliciter recipi, niſi quatuor concurrentibus. Primò vt mulier ſit talis, cum qua matrimonium contrahi poſſit, tempore prædictæ nominationis. Secundò quod eodem tempore mater viueret. Tertiò quod ea nominatio ad hoc fuerit principaliter, non incidenter facta. Quartò quod ipſe nominans non haberet filios legitimos, vt inquit Bart. in conſil. 120. & in diſpu. habens filias. idemque dixit Hoſt. in ſumma. qui fil. ſint legit. §. ſi. in fin. Verum Pau. de Caſt. in conſil. 429. lib. 2. cõtrà ſenſit, quoad ea requiſita, reſpondendo ad ſingulas partes deductas per Bart. in quo tamẽ diutius non immorabor, cum de iure canonico ( quo in hoc vtimur ) talis legitimatio nequaquam procederet, alia probatione requiſita ad matrimonij ſacramentum ac vinculum, vt ibidem dicunt Hoſt. & Bart. in fin. & latè Anton. de Roſel. in tracta. legiti. 1
20 lib. 2. num. 31. Confeſſio † per patrem quomodolibet facta in iudicio, ſiue in precibus Principi porrectis probat filiationem. Bart. in l. 1. §. item per contrarium. ff. de libe. agno. Abb. in c. per tuas. nu. 8. de probat. Pariſ. conſil. 10. num. 47. & ſeq. lib. 2. nec non & confeſſio extraiudicialiter facta ad hunc effectum filiationis, eius quaſi poſſeſſionem probaret, ſecus ſi fuerit incidenter emiſſa, niſi fieret in actu, qui magis filio, quàm alteri conueniret, vt ibidem per Bart. & Pariſ. num. 44. & 50. Præpo. in c. per tuas. num. 19. qui fil. ſint legit. de qua patris confeſſione ad effectum Senatuſcon. Plaucia. dicitur in l. 1. §. Iulia. ff. de lib. agno. Affectio magna elicita ex proximis actis politiuis per

patrem geſtis, filiationem probabit, ex no. in cap. afferte gladium. de præſumt. & per Anch. in conſil. 225. num. 6. & Alex. conſil. 87. num. 8. lib. 7. idemq́; euenturum ex blanditijs filialibus, quæ vel per domeſticos probari poſſet. Præpoſi. in c. tranſmiſſæ. num. 9. qui fil. ſint legit. Eademq́; probatio filiationis inducitur ex deſcriptione facta per patrem de natiuitate filij, cum die & hora. Bal. in l. neq; natales. C. de probat. & in l. ſi vicinis. C. de nupt. Pariſ. conſil. 10. num. 58. lib. 2. vt & gl. in c. per tuas. de ordi. cogni. dicat, quod ſi poſthumo nomen alicuius imponatur, cum quo poſſent eſſe legitimæ nuptiæ, oriretur præſumtio filiationis, ex l. vxorē. ff. de manu. teſta. in quo tamen diſcrepat Iaſ. in l. neq;. nu.
21 3. in fin. C. de teſta. Sed non idem † operaretur ſimilitudo ſola perſonarum, vt ibidem dicit Pariſ. nu. 18. 59. & 109. Curt. iun. conſil. 31. num. 3. Mohed. deciſ. 115. Sententia lata in cauſſa filiationis cum eo, cuius principaliter interſit, præiudicat omnibus alijs, qui in conſequentiam prætenderent intereſſe ex eadem ratione, ſed non afferret præiudicium cæteris eiuſdem agnationis, qui æquè principaliter ad alios effectus de filiatione contenderent. l. 1. in fin. cum ll. ſeqq. ff. de libe. agno. ad id notatæ per Alexan. in l. Sæpe. num. 60. ff. de re iudi. cum ſententia lata ſuper filiatione inter pares, vt inter conſanguineos non faciat probationem quoad alios, in quorum cauſſa agitur de eorum ſpeciali intereſſe, nec propterea, ſententia porrigatur ad alios effectus in aliena cauſa. Abb. in c. quamuis. num. 17. de re iudi. vbi Fely. num. 7. In quocunque autem

caſu ſententia inter alios lata tertio præiudicat, pariter & teſtes inter alios æqua ratione præiudicarent, vt Innocen. in cap. cauſam, de teſti. Bart. in l.
22 2. num. 6. ff. iudi. ſol. Ex † fama publica filiationis æquè induceretur eius quaſi poſſeſſio. l. quidam. ff. de proba. Abb. in cap. per tuas. verſic. ad ſecundum. eodem titu. Vbi Dec. num. 8. Præpoſi. in cap. per tuas. qui fil. ſint legit. Fulgo. conſil. 138. col. 2. in princ. Alexand. conſil. 51. num. 1. lib. 1. Soc. conſil. 89. nu. 6. lib. 1. Deci. conſil. 54. & 272. col. 3. in fin. Pariſ. conſil. 10. num. 19. 57. & 104. lib. 2. Couarrum in pract. quæſtio. cap. 6. in. fin. Si tamen ea fama ſit, quæ percuteret tractatum patris, aut commune. hominum reputationem, vel vicinorum, ex dictis per Alexan. conſil. 58. num. 4. lib. 1. & conſil. 27. num. 7. lib. 4. & conſil. 90. num. 2. & 8. lib. 6. Præpoſ. in c. tranſmiſſæ. num. 9. qui fil. ſint legit. Idemq; futurum, ſi antiqua filiatio eſſet probanda, in qua ſufficeret eius fama publica, vt per Alex. d. conſil. 27. & 90. in eoque antiquitas ſexaginta annorum ſufficeret, vti deciſim refert Pute. in cauſſa Anagnin. Caſtri. deciſ. 514. lib. 2. in qua de hoc latè diſcuſſum. Nec tamen ea fama viciniæ præferenda eſſet contrariæ aſſertioni parentum, vt per Abb. in d. c. tranſmiſſæ. num. 10. verſic. quandoq;.
23 Quæ † hactenus dicta ſibi locum vendicant ad probandam filiationem prolis legitimæ, vel natæ ex concubina domi retenta, ſeu non domi retenta, ad quam palam liber eſſet aditus, cum diuerſo iure vteremur in natis ex ea, ad quam non eſſet ita liber aditus, ſed clanculum eſſet ad-

 eunda

cunda, ex qua conceptos filios non liceat publicè, vt filios nominare, aut tractare; de quo per Ancha. conſil. 225. col. penul. cum in his ſola alimentatio ſub nomine filiali præſtita, ſeu eius ſecreta legitimatio probaret filiationem, vt ibidem per Anchar. & Bal. in l. quod vulgo. ff. de ſta. homi. Fely. in c. per tuas. num. 21. de probat. Cum aliàs in filijs ortis ex mulieribus non ſecretis, nec ſimplex alimentatio, nec nominatio eſſet ad id ſufficiens, vt dixi. Ad

24 hanc † igitur filiationem legitimam concludendam, duo tantum articuli requirerentur, alter reſpiciens ius, quod is natus ſit in domo patris ex eius vxore ſcientibus vicinis: alter verò reſpiciens poſſeſſionem, quod fuerit communiter habitus & reputatus pro filio, & pariter à prætenſo patre tractatus, vti docet Bart. in l. 1. §. item per contrarium. & in l. quod ſenatus. §. 1. in fin. ff. de libe. agno. & in l. 1. §. 1. in fin. ff. de quæſtio. de quo Deci. in c. per tuas. num. 9. de probat. & in conſil. 54. Alexan. conſil. 51. num. 2. lib. 1. In alijs autem illegitimè natis æquè de facili formarentur articuli, ſi notentur ſingula, ex quibus dixi eorum filiationem deduci, quorum vnumquodque plenariè probatum, ſicut articulatum, ſufficeret.

25 Nec † quidem quaſi poſſeſſio filiationis quæſita, modis inquam prædictis, expiraret ex obitu patris vel filij, ex quo licet regulariter omnis poſſeſſio finiatur, vel ceſſante ſubiecto fundamentali, cui cohæret poſſeſſio, non tamen per obitum finiatur effectus iam ſortitus, iuxt. nota. per Bal. in l. non nudis. verſic. ſecundo quæro. de probat. de quo Alexand. conſil. 90. num. 7. lib. 6.

Pariſ.

Pariſ. conſil. 10. num. 98. & conſil. ſeq. num. 22.
lib. 2. Sed an quaſi poſſeſſio filiationis infanti filio
quæratur, diſtinctione opus ſit, vt ſi quidem infans
ſit ſupra quinquennium, in qua ætate cenſeatur ali-
cuius intellectus, poſſit ſibi quamlibet quaſi poſ-
ſeſſionem quærere, authore tutore. ex COMMV.
opin. Docto. in l. 1. §. adipiſcimur. ff. de acqui. poſ-
ſeſſi. vt ibi Bart. in fin. & Iaſ. num. 17 Quinquennio
autem minor, cum omni prorſus intellectu careat,
nullam ſibi quærit quaſi poſſeſſionem, ſed ſolus tu-
tor ſit ei poſſeſſionem quæſiturus, vt ibidem per Iaſ.
Cui quaſi poſſeſſioni, an poſſit obeſſe mater ex in-
obſeruatione Senatuſconſul. Plau. de quo in l. 1. ff.
de libe. agno. ibidem dicitur, & Bart. in eadem l.
26 §. ex his. In † decernendis itaque alimentis, in
quibus nunc verſamur, dixi non eſſe requirendam
exactam probationem filiationis, cum id decretum
modicum afferat præiudicium, neq; officiat veritati
filiationis. l. Si quis à libe. §. meminiſſe. ff. de libe.
agno. l. pen. ff. de his qui ſunt ſui. Vbi latè glo. &
in c. cum ſuper. de cau. poſſeſſ. vt ſi filio petente ali-
menta eius filiatio per patrem abnegetur, ſatis ſit
ſummatim docere de aliquo ſtatu filiationis, ſed e-
ius cognitione pendente nō eſſe aliméta præſtanda,
dicit Bart. in l. ſi neget. ver. videamus. ff. de libe. agn.
Cy. in l. fin. C. de alen. libe. Toloſa. deciſ. 77. ne,
vt ipſi dicunt, eſſet in facultate cuiuſque excerpere
alimenta ſub falſa ſpe filiationis, ſed probato de-
mum aliquo ſtatu quaſi poſſeſſionis, erunt alimen-
ta decernenda ac præſtanda poſt, dum cognoſcitur
de veritate filiationis, cui nec afferat præiudicium

talis alimentorum præſtatio, niſi tantum in translatione oneris probandi. Pariſ. conſil. 10. num. 17.
27 lib. 2. Nec tamen † opus eſſet ea ſummaria cognitione ſtatus prædicti, ſi alimenta peterentur ex Carbo. edic. aut ventris nomi. vt dicitur ſub propriis tutelis, nec ea cognitio pariter requireretur, ſi non negaretur filiatio, ſed tantum matrimonium, velut non iure contractum, ex quo non poſſent alimenta interim denegari, quæ nedum debeantur filio nato ex putatiuo matrimonio, verum etiam nato ex domeſtico concubinatu, in quo (vt dixi) æquè ſibi locum vendicet præſumtio filiationis, de qua in l. filium. de his, qui ſunt ſui. ſed continuatis filij alimentis, eorumque præſtatione in aliquo non dilata, erit ſuo ordine de eius legitimitate cognoſcendum, ex not. in d. l. ſi neget. & per Iaſ. in l. ex his. col. 2. in fi. C. de mili. teſta. Bald. in c. per tuas. & in fi. de
28 proba. Omnis † tamen præſumtio filiationis quoad effectum ſucceſsionis orta ex d. l. filium. aut ex tractatu ſeu aliàs contraria præſumtione ſterilitatis ex ſenili ætate tolleretur. Abb. & Dec. in d. c. per tuas. Soc. conſil. 65. lib. 3. Pariſ. conſil. 10. nu. 42. lib. 2. & conſil. 29. num. 29. 46. eo. li. indeq; dicat Spec. in titu. de off. ordi. num. 14. quod in probanda filiatione nedum deducendum ſit in articulis illum natum ex vxore, verum etiam quod pater aſſertus eſſet ſanus & iuuenis, idoneus ad coëundum, eaque ratione nuptiæ in ſene lege Iulia prohiberentur in l. penul. C. de nupt. quod poſtea fuit abolitum: & præſertim iure canonum, cum et ſenex interdum ſit habilis. d. l. pen. Abb. in c. quod ſedem.

de fri.

de frigi. & maleſi. nec tamen per id tollatur, quin naturaliter rarò ſenes coëant, idque ſufficere ad tollendam præſumtionem filiationis dicit Soc. d. conſil. 65. cum ad effectum eius probandi quoad ſucceſſionem non ſat ſit poſſibilitas: Sed attenditur hic quod frequentius accidit, vt dicunt Docto. in l.
29 Gallus. in fi. princ. Vbi licet filius † poſſit naſci in duodecimo menſe, nihilominus quia communiter non naſcitur vltra decem menſes, non recipiatur ad patris hæreditatem, qui poſtea naſcitur. l. inteſtato. §. fi. ff. de ſuis & legi. Soci. in d. l. Gallus. Cy. in l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. hom. Ang. in §. fi. in Auth. de reſtitut. & ea quæ parit. cum alijs, de quibus latè aliàs dictum in cauſſa Mediola. legitimi.

# DE INOPIA REQVISITA AD EFFECTVM ALIMENTORVM.

## Caput IIII.

### SVMMARIVM.

1. *Inopiæ probatio requiritur in alimentis petitis officio iudicis, quæ non debeantur ei, qui aliunde habeat vnde viuat.*
2. *Alimenta debita ex Carboniano aut ventris nomine, non reſpiciunt inopiam.*
3. *Studij alimenta non requirunt inopiam, nec charitatiuum ſubſidium. & cap. 7. num. 5.*
4. *Alimenta de præterito debita filio, quando poßint peti officio iudicis.*
5. *Iudicis officium nullam præſupponit actionem. Inopia prouenienſ ex nimio luxu, nullum meretur priuilegium. nu. eod.*

1 NEQVE † tamen ex ſola probatione ſtatus filiationis modis iam dictis, ſeu aliàs etiam plenè facta, concluderetur illico debitum alimentorum contra patrem ea præſtare denegantem, cum iudex non ſit eius officio ad decretum alimentorum properaturus, ante præmiſſam cognitionem etiam inopiæ ipſius filij, cuius tantum cauſſa eius officium in ſubſidium vitæ impartiatur, cum ad fauorem filij, qui aliunde victum habeat, aut quærere poſſit, alimenta hæc iure ſanguinis ex pietate debita non ſit decreturus. l. ſi quis à libe. §. ſed ſi filius. ff. de libe. agno. l. fi. §. ipſum autem. C. de bon. quæ lib. Bart. in l. obligamur. ff. de actio. & oblig. Iaſ. in l. diuortio. num. 10. ff. ſolu. matrim. Deci. in l. de alimentis. num. 5. C. de tranſact. & conſil. 576. num. 3. Alexan. conſil. 38. num. 2. lib. 3. Barba. de præſtan. Card. quæſt. 6. num. 4. Belenzi. in tracta. de charita. ſubſid. quæſt. 49. quamuis etiam dicat in charitatiuum ſubſidium deberi epiſcopo, licet diuiti.
2 Idque nimirum cum † & edicto Carbon. ac ventris nomine, effectum operentur etiam in his, qui aliunde habeant, vt per Roma. in d. l. diuortio. num. 15. Sed in his alimentis iudicis officio debitis, attendatur inprimis filij petentis inopia, quæ cum ſit eius fundamentum, ab eodem etiam ſit probanda. Barto. in l. Si verò. §. 1. in fi. ff. qui ſatiſd. coga. de quo Milis. verſic. alimenta. num. 3. Afflict. deciſ. 377. num 4. quæ talis probanda ſit, vt nec poſſet proprijs operibus ſibi victum quærere. d. l. ſi quis à liberis. §. deinde Bar. in l. ſi maritus. ff. ſolu. matrimon. Soc. conſil. 121. num. 47. lib. 4.

Niſi

Niſi tamen alimenta petens eſſet eius nobilitatis & qualitatis, vt abſq; dedecore ei non deceret mechanicè operari, vt dicit Barto. in l. 1. verſic. item hæc lex. C. de mendi. Vali. lib. 11. & Abb. in c. cum haberet. col. fin. num. 10. de eo qui dux. in matrim.
3 Aym. conſil. 199. num. 2. Atq; adeo † non egenti filio ſint indebita alimenta, vt etſi fuerint ei à patre in ſtudio præſtita, repeti poſſint, vt dicit Iaſ. poſt Porc. Inſtitu. de oblig. ex qua contract. in 5. addi. ac quicquid ſibi ſupererit ex fundo ſibi à patre pro alimentis aſſignato, ei reſtituere teneantur. Bald in l.
4 cum oportet. num. 5. C. de bon. quæ lib. Ideoq; † nec alimenta hæc officio iudicis ex egeſtate debita debeantur regulariter pro tempore præterito, ex quo non poſſit præſens vitæ neceſſitas conſiderari in eo, qui iam vixiſſet, niſi tamen ad effectum victus præteriti neceſſariò contraxiſſet æs alienum, in quem caſum id poſſet à patre repeti, ex dictis per Bart. in l. libertis quos. num. 3. ff. de aliment. lega. & in authen. res quæ. num. 6. C. commu. de lega. Iaſ. & Deci. in l. de alimentis. C. de tranſact. & ibidem Alexan. & in conſil. 7. num. 19. lib. 2. & conſil. 49. col. 2. lib. 3. & conſil. 26. num. 6. conſil. 178. num. 6. li. 6. Soc. conſil. 57. num. 37. lib. 4. Rota. in nou. deciſ. 305. Milis. verbo alimenta,
5 num. 1. Cuius † quidem rei breuis cognitio præcedere debeat alimentorum decretum ex officio iudicis inducto ex æquitate ſine aliqua actione, quam non præſupponit. l. quæritur. ff. de annu. legat. Paupertas autem in caſibus prædictis, quæ ortum habuerit ex luxu, ludo, aut gula, indigna eſſet o-

mni iudicis aut iuris beneficio, vt per Afflict. in conſtitu. Regni, de offic. magi. iuſti. num. 28.

# QVIBVS DE CAVSIS ALIMENTA FILIIS IVRE DENEGENTVR

## Caput V.

### SVMMARIVM.

1. *Exceptiones contra petentem alimenta inducta ſunt iure ciuili, ſicut actiones & officium iudicis.*
2. *Exhæredationis iuſtæ cauſſæ excludunt etiam ab alimentis.*
3. *Filiæ peccanti in corpus ſuum denegari poſſunt alimenta, niſi, &c.*

*Exhæredatio poſſet interdum cedere ad fauorem filij, eod. nu.*

4. *Exhæredatio euaneſceret, ſi viuente patre ceſſauerit cauſſa.*

*Alimenta non poſſunt denegari filiæ nubenti inconſulto patre, niſi nupſerit indigno, nu. eod.*

5. *Alimenta debentur filio, & eius vxori, ſi recedant de domo paterna, ex iuſta cauſſa nouercæ.*

*Monacho filio è monaſterio eiecto alimenta debentur, num. eod.*

*Filiæ nuptui tradita, quando debeantur alimenta, num. eod.*

POST enarrationem petitionis alimentorum, quæ ſunt filijs debita, ſubnectenda ſit cognitio exceptionum, quæ ab eo naturali debito patrem eximunt: quæ ſi oppoſitæ ſint, ſummariè cognoſci debeant ante aliquod decretum a-
1 limentorum. Nam † etſi ſpontanea filiorum educatio ab ipſo naturæ primordio fuiſſet inducta, non

tamen

tamen vllum eſſet ab ipſa natura remedium introductum ad cogendum patrem, qui ea præſtare contra naturam recuſauerit, cum non fuiſſet naturaliter cogitatum, quenquam patrem eſſe alimenta proprio filio denegaturum: ſed cum poſtea malitia hominum ac impietate ſubcreſcente, interdum parentes id vitæ præſidium liberis denegarent, fuit ad id iure ciuili præſtitum filijs auxilium, cogendi parentes, vt in titu. de libe. agno. & de alen. liber. Ac ab eodem iure ciuili, quo fuit ex æquitate officij iudicis regulariter introducta talis coactio patris, potuerit etiam ex contraria æquitate in quibuſdam caſibus talis coactio limitari, imminui, atq; remitti per exceptiones à iure receptas. glo. in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iu. Ioann. And. poſt Spe. qui fil. ſint legit. num. 12. verſic. ſed pone. Bart. in tracta. de alimen. num. 10. Cagno. in regu. iura ſanguinis. nu.
2 6. Rot. in nou. deciſ. 18. in 5. addi. Omneſq; † cauſæ, ex quibus filius poſſet legitimè exhæredari (recitatæ in §. illud quoq;. in auth. vt cum. de appell. cogno.) receptæ ſint pariter de iure ciuili ad exceptionem contra filium petentem ſe à patre educari. Nam ſicut tales cauſſæ præſtant facultatem excludendi filium à patris hæreditate, quæ ei naturaliter ex charitate debita videatur, æquè præſtent iuſtam cauſam excluſionis filiorum ab alimentis paternis, ex argumento per Docto. recepto ab exhæredatione ad debitum alimentorum, quod in iure procedit tam affirmatiuè, quàm negatiue, vt per Ioan. Andr. in d. verſic. ſed pone. Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agno. & in tracta. de alimen. nu. 10.

Alex.

Alex. in l. 1. num. 22. ff. ſolut. matrimon. Abb. in c. Quintauallis. num. 5. de iureiu. & in c. cum haberet. num. 1. de eo qui dux. in matrim. Vbi Præpo. num. 8. Deci. conſil. 231. num. 7. Pariſ. conſil. 29. num. 71. lib. 3. Cremen. ſingu. 19. Ange. in tracta. de teſta. glo. 45. num. 12. Corſet. in tract. de mini.
3 2. par. num. 13. Nam † affirmatiuè poſſunt iuſtè denegari alimenta filiæ, quæ peccauerit in corpus ſuum, cum & ex eadem cauſſa poſſit exhæredari. Specu. qui fil. ſint legit. Alex. in d. l. 2. num. 33. Abb. in d. c. Quintauallis. Iaſ. in l. ius autem ciuile. num. 29. ff. de iuſti. & iu. Marſil. in rub. de fideiuſſ. num. 220. qui tamen dicant ex ea cauſſa, filiam exhæredari non poſſe poſt peractam pœnitentiam, aut ſi patri fuerit reconciliata, nec ſecus fore, ſi pater fuiſſet negligens in ea nubenda poſt ætatem annorum viginti quinq;. authen. ſed etſi poſt. C. de inoffi. teſta. cæteros verò caſus, in quibus poſſint alimenta per patrem recuſari, ad inſtar exhæredationis, latè ponit Abb. in d. c. cum haberet. num. 10. quod argumentum affirmatiuum de iure non procederet, ſi exhæredatio permitteretur, non ad odium, ſed ad fauorem ipſius filij in caſu recitato per Bal. in l. ſi furioſo. ff. de cura. furio. de quo per Boëri. deciſ. 23.
4 num. 82. Ac ſimiliter † poſſit negatiuè argui ab exhæredatione ad alimenta, vt ſicuti euaneſceret exhæredatio, ceſſante eius cauſſa, in vita patris, cui eſſet reconciliatus, vt per Bar. in l. 3. §. fi. in fin. ff. de adimend. legat. Iaſ. in d. l. ius autem ciuile. num. 29. ita etiam ceſſante cauſſa denegandi alimenta, nec denegari poſſent, vt ibidem, per eos. Ac quemadmo-

admodum filia nubens inconſulto patre, exhæredari non poteſt. l. ſi filiam. C. de inoffic. teſt. Anch. in c. 1. §. fin. in fin de deſpon. impub. in 6. ita nec ex ea cauſſa poſſint alimenta denegari, ſi egeat. Dec. conſil. 231. & in regu. nuptias. num. 13. niſi tamen nupſerit viro indigno, vt eſt COMMV. opin. teſte Pariſ. conſil. 29. num. 93. lib. 3. eximeretur etiam per triennium pater ab alimentorum præſtatione poſt filij natiuitatem, quo tempore illum teneatur mater proprijs vberibus lactare. Abb. in d. c. cum haberet. de quo latè dicam, dum de alimentis maternis tractabitur.

5 Non † tamen liberaretur pater ab alimentorum debito, ſi filius cum vxore & eius liberis è domo patris receſſerit ex immanitate nouercæ ſuperinductæ, quin immò pater ex eo teneretur nedum ad præbenda alimenta filio, verum & nurui, ac nepotibus. l. ſi quis à liberis. §. non tantum. & ibi Bart. ff. de libe. agno. Bal. in l. 1. C. de diuor. facto. neque excuſetur pater ab alendo filium monachum è monaſterio eiectum, cum adhuc vigeat in patre eadem naturalis ratio alendi filium, ceſſante accidentali cauſſa ingreſſus monaſterij, vt inquit Pau. de Caſt. conſil. 76. lib. 1. quando autem teneatur pater filiam nuptui traditam proprijs impenſis alere, dicunt Bald. in l, qui in vxorem. de nego. geſt. Soc. conſ. 286. num. 3. lib. 2. & dicam proprio loco.

DE RE-

# DE RENVNCIATIONE ALIMENTORVM.

## Caput VI.

### SVMMARIVM.

1. *Alimentis ex charitate filio debitis non poteſt ſine iudice renunciari, licet poſſet legitima renunciari. 4. 5.*
   *Argumentum ab alimentis ad legitimam non ſemper procedit. num. 1.*
2. *Argumentum alimentorum ad dotem non concludit. & cap. 8. num. 5.*
3. *Alimentorum cauſſa an compromitti poſſit, vel deſuper tranſigi. 4.*
   *Alimenta præterita poſſent renunciari, num. 3.*
5. *Alimentorum renunciatio quæ contineat.*

QVAMVIS enim ex cauſis exhæredatione dignis poſſit filius ſemetipſum tacitè priuare ab alimentorum petitione, (quæ vt mox di-
1 xi ex eiſdem cauſis amittatur) non tamen poſſet † regulariter per tranſactionem ſeu aliam renunciationem expreſſam ſibi præiudicium afferre in debito alimentorum, ſine iudicis authoritate. l. cum hi. ff. de tranſact. quamuis poſſet ſine tali authoritate renunciare propriæ legitimæ, vt per Bald. in l. de his. 2. lectu. in fi. ff. de tranſact. Cagno. in regu. iura ſanguinis. in fi. Rota. in nou. deciſ. 18. in 5. addit. cum de iure non neceſſariò arguatur à legitima ad alimenta, vt dicit Iaſ. l. ſi quis in ſuo. 3. nota. C. de inoffi. teſta. vt nec ſi legitima poſſet per ſtatutum in totum adimi (cuius tamen contrarium de iure verũ ſit)

ſit ) licet propterea ſtatuentibus alimenta tollere, quæ legitimo iure cenſeantur à legitima, vt per Cy. in l. ſancimus. C de nupt. & Ioan. Licirier de primoge. lib. 2. c. 16. nu. 8. neq; per ſtatutum minui poſſet legitima, ſi id cederet in fraudem alimentorum.
2 Bald. in l. cum lege. in fi. C. de epiſc. & cleri. Nec † æquè poſſit ab alimentorum debito ad dotis debitũ concluſiuè ſemper argui. ex nota. per Bar. in l. fin. nu. 7. ff. de his qui. vt indig. Bal. in l. obligamur. ff. de actio. & obli. & in l. neq; mater. C. de iu. do. Roma. in l. 1. num. 6. 9. 33. ff. ſolu. matrim. Vbi Alex. nu. 12. 18. & in conſil. 7. num. 2. & 24. lib. 2. & conſil. 88. num. 2. lib. 6. Iaſ. in authen. res quæ. C. commu. de lega. Deci. in l. ſi certis annis. num. 9. C. de pact. Abb. conſil. 115. lib. 2. Pariſ. conſil. 29. num. 39. & 71. lib. 3. Ioan. Boſ. in tract. de legi. nupt. nu. 125. Quod
3 autem dixi de † illicita tranſactione ſuper alimentis non procederet, ſi ex ea filiorum conditio fieret melior, vt inquit Roma. conſil. 316. 452. nu. 1. Io. Bap. Peruſi. in tract. de arbitris. c. 5. lib. 3. num. 3. Qui dicit etiam quando poſſit compromitti in cauſſa alimentorum. Quæ ſanè intelligenda in alimentis futuris, quæ debentur egeſtate premente, non autem in præteritis, quæ non ſint æquè priuilegiata, velut in quibus vitæ periculum non verſaretur. Ideoq; eorum alia ſit habenda ratio, vt & poſſint ad nutum renunciari etiam in caſibus, in quibus aliquid reſidui ex his deberetur. Bald. in l. pactum. in fi. C. de colla. latè Gig. in tra. penſio. quæſt. 51. num. 27.
4 Specu. qui fil. ſint legit. Iuramento † autem intercedente etiam alimentorum futurorum tranſactio,

ſed

ſed alia renunciatio ſortiretur plenum effectum ex COMMV. opin. cum Bar. in l. ſi quis pro eo. in fi. princ. ff. de fideiuſſ. Alexand. poſt eum in l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de libe. agno. Abb. in c. cum contingat. num. 3. ver. aduerte. de iureiuran. Soc. in c. ſi diligenti. col. 4. de fo. compe. Fely. in c. cum quidam. colum. fin. de iureiur. Deci. in l. de alimentis. nu. 12. C. de tranſact. Cagno. in regu. iura ſanguinis. num. 6. Fed. de Sen. conſil. 60. in fin. Corn. conſil. 6. litt. K. lib. 1. Gig. in d. quæſt. 51. num. 25. & quæſt. 45. in fi. licet idem Dec. conſil. 345. num. 1. & Soc. in d. c. ſi diligenti. dixerint, id filij iuramentum non ſeruandum, ratione inhumanitatis inſurgentis contra ius naturæ. Sed Domini de Rota adhærentes COMMV. opin. affirmarunt ex hoc iuramento ceſſare priuilegia alimentorum, cum periculum animæ præponderet cuicunq. periculo corporis, quo plurimum ſit dignior immortalis anima, vt refert Caſſad. de mutu. peti. deciſ. 1. num. 1.

5 Sunt & alij † plures caſus, in quibus tranſactio non prohibeatur, latè recitati per Bar. in d. l. cum hi. §. in cauſſæ. ff. de tranſact. & Dec. in d. l. de alimentis. num. 7. eo. tit. Pariſ. conſil. 16. num. 104. lib. 2. Io. Bapt. in tracta. de arbit. lib. 3. cap. 5. Sed vbi tranſactio aut renunciatio reciperetur, ſi ſimpliciter fieret ſuper alimentis, non comprehenduntur, ſed id tantum cenſetur renunciatum, quod ad cibum pertineret, & non ad veſtes, calciamenta, medelas, vel habitationem, quæ licet alimentorum fauore ſub eorum nomine contineantur. l. victus. ff. de verbo. ſignifi. l. ſicut. ff. de vſufruct. d. l. cum hi. in prin.

cum

cum alijs ſuo loco deducendis, non tamen eadem cenſerentur renunciata ſub generali renunciatione alimentorum. d. l. cum hi. §. qui tranſigit. & ibi Bar. & in tract. de alimen. num.2. Specu. qui fil. ſint legit. num. 43. & ibi Ioan. And. poſt eum Bal. in d. l. de alimentis. & ibi Deci. num 3. Ang. in tract. de teſta. glo. 45. num. 9.

# DE QVALITATE ALIMENTORVM.

## Caput VII.

### SVMMARIVM.

1. *Taxatio alimentorum quo pacto fiat.*
*Valor rei poteſt eſſe magnus, ex re exigui fructus. num. eod.*
2. *Qualitas perſonæ quomodo conſideretur, quoad alimenta.*
3. *Nobili viro alimenta debentur ad 100. cum regulariter ſint 20.*
4. *Pater non tenetur ad æs alienum filij, niſi fiat in ſtudio.*
*Studij alimenta qualia debeantur. num. eod.*
5. *Alimenta militiæ & nuptiarum tenetur pater præſtare filio.*
6. *Pater non tenetur ad alimenta vltra eius vires.*
*Patre diſsipante filius poteſt petere ſibi aſsignari fundum pro alimentis. nu. eod.*
7. *Alimenta futura non ſunt præſtanda in pecunia.*
*Alimenta quoad victum præſtanda ſunt initio cuiuſq; menſis, in veſtitu autem iuxta indigentiam. num. eod.*
8. *Conſuetudo attendenda in alimentis.*
*Alimentandus ex charitate in domo, tenetur ibi laborare, alias etiam poſſet pater id denegare, num. eod.*

NEQVE in hoc iudicio tam fauorabili ſatis ſit
1 per iudicem † ſimpliciter alimenta decerni, ſed opus ſit eorum etiam qualitatem diſcuti. In qua inprimis conſiderandi ſint reditus illius, qui ad ea præſtanda teneatur, vel ex cuius bonis præſtanda ſint, ac deniq; taxanda arbitrio boni viri, & ſic iudicis, pro qualitate eius perſonæ cui debeantur collatis facultatibus debitoris, computandis non ex earum valore, ſed ex reditibus, qui interdum ſint minimi ex re, cuius valor ſit maximus, vt in palatijs, viridarijs, turribus & eius generis rebus aliis, quæ ſint tenuis reditus, & magni valoris, de quibus per Bart. in l. qui bonis. in princ. ff. de ceſſ. bono. & in l. 3. ff. vbi pupill. edu. deb. Bal. in l. voluntatis. num. 4. C. de fideicom. Ang. in l. diuus. ff. de peti. hæred. & in l. Imperator. in fi. ff. ad Treb. & con. 357. num. 5. Alexan. poſt Bar. in l. ſi maritus. ff. ſol. mat. & in d. l. Imperator. 4. not. & conſil. 70. col. 2. lib. 4. & conſil. 72. num. 5. lib. 5. Ro. conſil. 189. in princ. & conſil. 510. in fi. verſi. præterea. Rui. conſil. 80. num. 9. & conſil. ſeq. num. 2. lib. 2. Pariſ. conſil. 98. in fi. lib. 2. Neque etiam talia ſint alimenta decernenda, quæ integrum patrimonium debitoris exhauriant, vt ibidem dicitur per Docto. & in l. ſi cui annuum. ff. de annu. lega. Per-
2 ſonarum † quoq; petentium maximè ſit ponderanda qualitas in exhibitione alimentorum. l. 2. ff. de alim. pupill. Præ. glo. in verbo, victu. in c. epiſcopus. 10. q. 1. Iaſ. in l. cum hi. §. vult. num 1. ff. de tranſact. Rom. conſil. 189. in princ. Ang. conſil. 357. num. 5. Quæ qualitas conſideranda ſit tam

ex ætas

ex ætate quàm nobilitate, conſuetudine ac profeſſione. l. cum plures. §. in primis. ff. de admini. tuto. l. lex. §. ante omnia. C. eo. titu. Pariſ. conſil. 98. in fi. lib. 2. Nam ætate creſcente, pariter & alimenta creſcunt, eorumq́ue præſtatio augetur. l. cum vnus. §. fi. ff. de alim. lega. & ibi Bar. & glo. in verbo, ætátis. l. alimen. §. Baſilicæ. vbi glo. in verbo, ampliauit. eo. tit. Specu. qui fil. ſint legit. num. 44. in fi. Ro. d. cònſil. 189. Pau. de Citta. in tracta. de iu. patro. part. 6. arti. 4. num. 13. eiuſq; ætatis gradus ponderandi iuxta diſtinct. tradit. per Iuriſcon. l. hæ-
3 reditatum. ff. ad l. Falcid. Nobilitatis † ſit pariter habenda præcipua ratio. d. l. cum hi. §. ſed & perſonarum. ff. de tranſact. l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. de vſufruct. l. nepos Proculo. in fin. ff. de verbo. ſigni. l. habitatio. ff. de ven. in poſſ. mitten. Luc. de Pen. in l. mulieres. num. 32. & 48. C. de digni. lib. 12. Roch. de Cur. de iu. patro. §. & vtile. num. 4. & latè Io. Licirier de primoge. lib. 2. cap. 3. num. 9. Ampliora etenim alimenta officialibus debeantur, quā domicellis: Et eis maiora quàm inferioribus, ac monacho ampliora, quàm conuerſo, ac pariter primogenitis, vt per Floria. in l. ſed ſi quid. §. mancipiorum. ff. de vſufru. Io. de primoge. d. num. 9. vt licet regulariter pro alimentis ſufficerent annui aurei viginti, tamen in nobili ad minus centum deberentur, ex dictis per eundem Pau. de Citta. in 3. arti. ſecundæ partis. num. 6. Ac ſi ea eſſet perſonæ nobilitas, vt famulis egeat, etiam illis alimenta præſtanda ſint. Bar. in §. fin. verſic. & non. in Authen. de non eligen. ſecun. nuben. Alexan. in l. ſi maritus.

in fi. ff. ſol.matri. & ſi pedeſter ei non liceret pro dignitate incedere ſine dedecore, etiam eius equo alimenta debeantur, vt tradit Marſil. in rub. de proba. Ac pariter è contra, crimen cenſeretur, præbere pauperi ac vili delicata cibaria ac ſuperflua. §. criminis.25. diſtinct. Quamuis Veronen.in tracta.de ſerui. in tit. de aquæ duc. col. 6. in princ. dixerit, in alimentis non attendi qualitatem perſonæ, niſi in indumentis, ſed attendendam tantum conſuetudinem, qua ceſſante dicit æqualitatem ſeruandam in-
4 ter omnes. Profeſſionis † præterea reſpectus ſit habendus in alimentorum præſtatione, quæ nedum ad corpus ſuſtinendum, ſed & pro animi decore & ornatu ſint exhibenda cum præceptoribus eorumq; ſalarijs & alimentis,vt ſic filij imbuantur doctrina ac bonis moribus iuxta gradus perſonarum. Bald. in l. qui filium. ff. vbi pupi. educ. debe. Bar. in tract.aliment. num. 3. Rebuff. de priuil. ſchol. priuil. 50. ex quo pater teneatur filio ad ſtudij expenſas ac librorum, & doctoratus, quas habebit præcipuas, nec fratribus conferendas. Bal. in l. 1. C. de diuor. fac. Ang. in tract. de teſta. gl. 45. num. 6. & idem Rebuff. priuil. 5. Ac licet regulariter non teneretur pater ad æs alienum à filio contractum. l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de libe. agno. tenebitur tamen, ſi fuerit contractum à filio, qui in ſtudio literarum profecerit, quamuis pater proteſtando id prohibuiſſet. Rom. in l. ſi mulier. nu. 32. ff. ſolu. matri. Alex. in l.quamuis. num. 14. eo. tit. Fely. in c. 1. num. 2. de magi. gl. ſingu. in l. ſed Iulia. §. quod dicitur. ff. ad Macedo. Soz. conſil. 286. num. 4. lib. 2. Ad

5 quo ... a loco illius ... libertis. ff. de ... idi neq ... qui filius aliunde ſe in ſtudio alere p ... o pater repetere poſſ expenſas filio p ... a ſtudio, in quo filius potuiſſet ſeipſum de proprio alere, vt per Rebuff. ibid. priuil. 174. Sumtus & expenſas armatæ militiæ teneatur etiam pater filio militi exhibere, ac pariter in eius nuptijs. Bal. in l. 1. C. de diuor. fac. Ang. de teſt. glo. 45. num. 6. ad quos tamen ſtudij & militiæ ſumtus eiuſque generis alios non tenerentur, qui aliàs quàm iure ſanguinis alimenta deberent, ac ita intelligendus Specu. in tit. qui fil. ſint legit. num. 45. Cum tales ſumtus regulariter non contineantur ſub nomine alimentorum. l. legatis. ff. de alim. legat. l. de bonis. §. non ſolum. ff. de
6 Carbo. edic. Ad quæ † tamen alimenta pater non teneretur vltrà quàm facere poſſit, cum prima charitas incipiat à ſeipſo. gl. in l. præſes. C. de ſerui. & in auth. res quæ. C. commu. de lega. Vbi Iaſ. col. fi. & in §. pen. num. 3. Inſtit. de actio. Vt ſi pater bona diſſiparet, ac ad inopiam vergere cœpiſſet, poterit filius ex eodemmet iudicis officio, quo vti licet in alimentis petendis, petere etiam ſibi aliquem fundum pro alimentis aſſignari. iuxta doc. Bal. in c. per veſtras. de dona. inter vi. & vxor. & in l. 1. C. ſi in frau. patro. cuius opin. velut æquior comprobatur per Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 199. ff. ſolu. matrimon. licet Bal. in eo ſibi contrarietur, in l. non
7 poteſt. 1. lec. ff. de adopt. Alimenta † autem pro tempore futuro non ſunt præſtanda in ſpecie pecu-

niæ, ſed qu[illegible] ang
ex eiſdem reb[illegible] ne-
ceſſaria, ac m[illegible] menſi.
l. fi. ff. de libe. [illegible] in l. cum hi. §. in
cauſſæ. de tranſact [illegible], quæſt. 1. & in l. pecu-
niæ. num. 2. ff. de alimen. lega. & idem Bar. conſil.
211. in fi. & in tracta. alimen. num. 32. Bal. in l. non
poteſt. ff. de adopt. & in d. l. 2. C. ſi in fraud. pa-
tron. Soz. conſil. 10. num. 14. & conſil. ſequen. nu.
12. lib. 1. in veſtibus, autem calecamentis, medelis
& ſimilibus diuerſa ſit ratio. velut quæ non dietim
ſint neceſſaria, ſed præſtanda iuxta eorum indigen-
tiam, vt ibidem dicit Soz. notans ad id glo. in l. Fir-
8 mio. §. pater. ff. quando dies legat. ced. Eorumq; †
omnium, quæ ſub nomine alimentorum continen-
tur, fienda ſit præſtatio ſecundum loci conſuetudi-
nem. Roma. conſil. 189. in princ. latè Paul. in tracta.
viſitatio. par. 3. quæſt. 9. num. 45. Ac alimenta præ-
ſtabuntur in eius domo, qui ad ea præſtanda tenea-
tur, ſi tamen ſine ſcandalo ibi morari poſſet. d. l.
cum hi. §. in cauſſæ. & ibi gl. Bart. in l. 1. ff. de ali-
men. legat. & in l. 1. C. de diuor. fac. ibidemq; o-
peras præſtare tenebitur, iuxa eius conditionem,
qui alimenta ſit recepturus. Bart. in l. Caio. §. Imp.
in fi. ff. de alimen. lega. in l. diuortio. ſolu. matrim.
& in tracta. alim. & alij relati per Alex. conſil. 56.
num. 8. lib. 4. & quo minus operaretur, eo minus
cibi reciperet. Milis. verbo, alimenta, num. 3. vt &
filio non operanti prorſus poſſent alimenta denega-
ri, vt no. Bal. in l. item hæc lex. C. de mendi. vali.
lib. 11. Quin immò (vt mox dixi) ſi filius laboran-
do poſ-

do poſſet inde ſibi victum quærere, eximeretur pater ab omni præſtatione alimentorum. l. ſi quis à liberis. §. deinde.ff. de libe. agno.

# DE ALIMENTIS A' MATRE DEBITIS.

## Caput VIII.

*SVMMARIVM.*

1. *Mater tenetur triennio ſilium lactare, niſi &c. 2. 3.*
4. *Mater vltrà tempus lactationis teneretur ſilium alere, ex eius dote, ſi pater & conſanguinei id non poſſent.*
5. *Soluto matrimonio ex cauſſa, teneretur mater vnà cum patre ſilium alere, ac dotare in caſibus, in quibus alere tenetur.*
6. *Mater poteſt repetere à patre alimenta præſtita ſilio, quem non teneretur alere, ſi fuerit proteſtata.*

*Mater quæ poſſet alimenta repetere, non poſſet agere ad intereſſe temporis aut proprij laboris. num. eod.*

1 EODEM † naturali vinculo, quo pater inducitur ad alendum filium, à ſe procreatum ex coniunctione maris & fœminæ, mater etiam quadam quaſi coactione naturæ aſtringitur ad filios educandos proprijſq; vberibus enutriendos. c. ad eius. 5. diſtin. Bal. in l. alimenta. quæſt. 1. C. de negot. geſt. in quo fuerit ipſi matri vna cum partu, lactis ſubſidium à natura præſtitum, in ipſo filiorum primo vagitu, quibus propterea ſit meritò debitum velut alimentum, quod ipſemet filius in eius natiuitate ſecum attulerit, ideoq; materno affectu ſit ei exhibendum ſaltem per triennium. l. 1. C. de infan

expo. l. nec filium, vbi gl. C. de patr. pot. gl. ſi. in. c. ſi. de conuer. infidel. Specu. qui filij ſint legit. nu. 26. Bart. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. ff. de liber. agno. Roma in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. num. 30. ff. ſolu. matrim. Abb. in c. cum haberet. col. fin.
2 vbi Præpo. num. 6. de eo qui dux. in vx. Vnde † diceret Beatus Auguſtinus prauam eſſe, ac propterea redarguendam conſuetudinem tradendi filios enutriendos, ac lactandos mulieribus extraneis, vt in d. c. ad eius. 5. diſtinct. Quæ tamen naturalis obligatio interdum ipſi matri remittitur à iure ciuili, ſi vel eſſet adeò natura imbecillis, vt vix poſſet ſine vitæ periculo filium lactare, vel adeo inops, vt egeret ſibi aliunde victum quærere; ſeu ita nobilis, vt ſine indignitate id non poſſet, aut ſi defuncto marito, vel diuortio facto fuiſſet monaſterium ingreſſa: quibus caſibus & eiuſce generis poſſet mater tradere filium alteri lactandum. Hoſtien. relatus per Præpoſ. in c. cum haberet. num. 6. Bart. in §. ſi mater. Roma. in d. §. ſi maritus. Bal. in d. l. aliment. num. 2. Roch.
3 de Cur. de conſuet. num. 439. Vt & ſi † vir vilis & pauper filium lactandum, & educandum expoſuerit hoſpitali, aut alteri pio loco, liberaretur mater ab ea naturali obligatione lactandi ſecundum Bal. in l. 2. §. ſed ſcimus. num. 3. C. de lati. liber. tollen. relatum per Præpoſ. in d. c. cum haberet. num. 47. & per Hippo. ſing. 420. in quo videatur contrariari tex. in l. necare. in fin. ff. de lib. agno. dum inquit, quod qui publicis locis exponit ex miſericordia (quã ipſe non habet) necare videatur, ibiq; glo. dicit de hoſpitali, vt cogitandum ſit de diſtinctione congrua.

4 grua. Mater † autem proprio lacte educans filium, poſſet illum penes ſe retinere etiam inuito patre, licet inter eos ex aliquo impedimento matrimonium ſepararetur. l. 1. C. de diuor. fac. c. fi. de conuer. infide. & ibi glo. & in l. 1. §. in hac. ff. de libe. exhiben. Roma. in d. §. ſi maritus. Ac nedum per triennium lactationis, verum & eo tempore elapſo mater teneretur proprijs ſumptibus filium alere ex eius dote, ſi nec pater, nec alter quiſquam ex linea paterna eum alere poſſet. Bart. in authen. res quæ. num. 4. C. commu. de lega. & in tracta. alimen. Roma. in d. §. ſi maritus. num. 33. Iaſ. in l. 1. num. 28. ff. ſolu. matrim. Pau. de Caſt. conſil. 76. in fi. lib. 1. Ad quod etiam teneretur quamuis eius dos fuiſſet ſequeſtrata iuxta terminos, l. ſi cum dotem. §. ſi verò. ff. ſolu. matrimon. vt dicunt prædicti Docto.

5 Eodemque tempore † triennij lapſo, mater teneretur ad alimenta vnà cum patre, dirempto matrimonio ex legitima cauſſa, iuxt diſtinct. traditam in l. 1. C. de diuor. fac. & authen. ſeq. licet filius remanſiſſet inceſtuoſus. c. 2. in fi. qui fil. ſint legit. Roma. in d. §. ſi maritus. num. 32. Alex. in l. 1. num. 18. verſic. adde. ff. ſolu. matrimon. In eiſdemque caſibus, in quibus diximus matrem teneri ad alendum filium puberem, æquè teneretur ad dotandam eius filiam tempore congruo. Bal. in l. neque mater. C. de iur. delib. Deci. in l. de alimentis. num. 8. C. de tranſact. cum in hoc pari iure cenſeatur dos & alimenta, vt dicit Alex. conſil. 7. num. 2. lib. 2. & conſil. 88. num. 2. lib. 7. non vt de iure regulariter argumentum ab alimentis ad dotem ſit concludens, quòd in

plurimis de iure non reciperetur, de quibus per Roma. in l. 1. num. 69. & 33. ff. ſolu. matrim. Vbi Alex. num. 12. & 18. idemq; Alex. poſt Bar. in l. ſi gener. num. 7. verſ. de dote. ff. de his quibus vt indig. Iaſ. in l. ſi certis annis. num. 8. C. de pac. Io. Boſ. in tract.
6 de nupt. lib. 5. num. 13. & ſeq. Quod ſi † mater ſuperſtite patre diuite, ſeu alia ratione non obſtricta ad alendum filium, nihilominus eum proprijs ſumtibus ſpontè aluerit, licet nulla præuia proteſtatione, poſſet æſtimationem omnium alimentorum per ſe præſtitorum à patre repetere. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. ff. de liber. agno. & ibi Bar. & poſt eum Alex. Defuncto autem patre, ſi mater ſine proteſtatione filium aluerit, cenſeretur id ex charitate feciſſe, nec propterea alimenta per ſe præſtita eſſent de iure repetenda. l. 1. & 2. l. alimenta. C. de nego. geſt. l. Neſennius. ff. eo. tit. l. cum his. in princ. ff. de condi. indeb. gl. in l. patrem. C. de nupt. Bar. in d. §. ſi mater. Erit tamen tunc locus repetitioni, ſi vel mater bona filij adminiſtraſſet, vel de eo fuiſſet proteſtata, vt in d. l. alimenta. & l. Neſennius. & d. §. ſi mater. Cuma. conſil. 87. verſ. circa ſecundum. Soz. conſil. 161. num. 2. lib. 2. In quo tamen Abb. in c. vnico. num. 3. de infan. expo. diſtinctione adhibita omnem quæſtionem definiuit. & Alex. conſil. 110. lib. 7. in hoc videndi. Quæ proteſtatio redderetur penitus inanis, ſi fieret ab eo, qui ad exhibenda alimenta de iure teneretur. d. l. alimenta. & ibi Doct. Abb. in c. Cumana. num. 8. de elec. Neque in caſibus repetitionis alimentorum (de quibus dixi) habenda eſſet aliqua ratio cuiuſquam intereſſe

tempo-

temporis, ſeu laboris impenſi, ſed haberetur tantum ratio eius, quod fuerit effectualiter erogatum cum burſali impendio, ex nota. per Bal. in l. patrem. in fi. C. de nupt.

# DE ALENDIS PARENTIBVS ET CÆTERIS LIBERIS POST FILIOS.

## Caput IX.

*SVMMARIVM.*

1. *Filius non iure naturali, ſed gentium tenebitur ad alimenta patris indigentis. 2.*
3. *Filius potius teneretur alere patrem, quàm proprium filium, quem ratione famis poſſet vendere.*
4. *Bannitum patrem teneretur filius alere, niſi &c.*
5. *Excommunicatus pater alendus eſt.*
6. *Emancipatio non liberat ab alimentis patri debitis.*
7. *Filius ſpurius an teneatur patrem alere.*

*Patri etiam diſsipanti bona fideicommiſſo ſubiecta, ſunt alimenta debita. 6. 7.*

*Monachus filius poteſt religionem egredi pro alendo patre. 7.*

*Filius detectus putatiuus, non poſſet alimenta patri præſtita repetere, num. eod.*

8. *Pater poſſet retinere dotem filiæ promiſſam ad effectum ſe alendi.*
9. *Mater inops alenda eſt.*

*Filius non tenetur ad æs alienum patris, nec è contra. num 1. eod.*

*Pater alendus eſt ab hærede filij, licet eſſet monaſterium, num. eod.*

10. *Pater poſſet renunciare, & tranſigere de alimentis à filio debitis.*
11. *Auo & nepoti ſunt alimenta reciprocè debita.*

12. Auo

12. *Auus paternus vel maternus quandò teneatur alere, vel dotare.*
*Auus quomodo teneatur ad alimenta nepotum ſpuriorum.*

ET HAEC dicta ſint de alimentis debitis primis tantum liberis, ex primo iure naturæ omnibus animantibus communi: nunc ad ea alimenta ex ordine deſcendamus, quæ non ſint cum beluis communia, ſed homini tantum & rationi
1 conſona, iure quodam † gentium inducta, quæ ſint diuerſi generis, quorum alia aſcendentibus debeantur, alia deſcendentibus, vltrà filios reliqua fratribus, cæteriſque, aut ſanguine iunctis, aut ſumma inopia preſſis, ad quos alendos humana quadam charitate compellimur. Patri enim nulla ſunt alimenta debita primæuo iure naturali communi cum omnibus pecudibus, quod ad eos tantum porrigatur, quos nos ipſi procreauimus, & non ad vlteriores deſcendentes, ſeu aſcendentes reliquos, cum ea prima naturæ inclinatio non aſcendat, ſed ad filios deſcendat, in eos tantum prona, quos immediatè procreauimus, dum ſibi victum quærere nequeunt ex ætatis imbecillitate: Humanitate tamen impellente ea alimenta patri debita, quæ primo iure naturæ eſſent incognita, euaſerunt debita naturali ratione, quæ veluti vigens inter ſolos homines, meritò ius gentium fuerit appellatum, de quo in l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de libe. agno. l. ſcripto. §. fi. ff. vnde libe. l. fi. §. ipſum autem filium. C. de bon. quæ lib. l. filia. C. de patr. poteſt. gl. in ver. educa. in c. ius naturale. 1. diſtinct. Bar. in d. §. parens. & in l. 1. §. huius ſtudij. num. 6. ff. de iuſti. & iu. vbi etiam

Bald.

2 Bal. num. 6. Vt ſicuti ratio † quædam, ac beneficiorum reciproca permutatio nos impellit benefacere benefacientibus, tanquam ex obligatione ad antidora, ex nota. in l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. pariter nos impellat ad eorum alimoniam, & vitæ ſuſtentationem, qui nobis ipſis ex procreatione vitam præſtiterint, vt per Bar. in d. §. parens. Fely. in d. c. ſi diligenti. num. 5. de foro. comp. Cagno. in regu. iura ſanguinis. num. 9. Indeq; cenſeantur patri alimenta deberi naturali ratione. d. l. fi. §. ipſum autem filium. Bar. & Bal. præfati. & Præpoſ. in c. cum haberet. num. 7. de eo qui dux. in vxor. qua etiam ratione filij teneantur patri parere. l. veluti. ff. de iuſt. & iu. ad l. filia. C. de patria poteſta. Bar. in l. pen. ff. de libe. agno. Ac in primis tabulis præcipiamur habere in honore parentes. Vt
3 vſque † adeo Iaco. de Rauen. & quidam alij cenſuerint patri indigenti alimenta deberi, vt ei magis in concurſu, quàm filio proprio deberentur, vt refert Cyn. in l. 2. in fi. C. de patr. qui fil. diſtra. Præpoſ. in d. c. cum haberet, qui videndi ſunt vnà cum Ioan. de Ligna. in tract. de amici. §. hinc inſurgit. num. 16. cum ex neceſſitate famis, fiat de iure patri poteſtas vendendi filium. d. l. 1. & 2. Bal. in l. fi. C. de patr. poteſt. & Præpo. qui ſupra. Marſil. ſingul. 101. dicens ſecus fore in filio presbytero, idemq; dicit in rub. de fideiuſſ. num. 220. quem tamen redimere teneretur, ſi deuenit ad pinguiorem fortunam, vt dicunt Docto. prædicti, et Marſil. in d. rub. num. 224.
4 Neque † ab hac humana charitate erga patrem eximeretur filius per patris deportationem, aliamúe

eius

eius condemnationem, ex quibus ea charitas non diminuatur,ſed eadem alimenta ei deberentur,ſicuti ſuperius diximus de alimentis filio bannito debitis, idemq; dicit Nell. in tract. banni. 1. parte. ſecundi temp. q. 48. de quo Marſil. in eius pract. §. aggredior. num. 103. Verum ſi vniuerſis bonis paternis ex delicto confiſcatis, certa eorum pars virtute ſtatuti filio applicaretur, non teneretur ex ea alere patrem. Bald. in authen. bona damnatorum. num. 4. C. de bo. proſcrip. Angel. de maleſi. §. & eius bo-
5 na. num. 36. Ac † id quod dicitur de alimentis debitis patri deportato, reciperetur etiam in patre excommunicato, quæ haud tollat humanam rationem patris alendi. c. ſacris. de ſenten. excom.glo.in c. 1. 30. diſtinct. & c. non ſatis. 86. diſtin. & ibi Archid. & Nell. vbi ſupra, qui dicant, potius alendum etiam iniquum patrem, quàm extraneum iuſtum, & dicit glo. in c. legitur. 23. q. 8. Hoſtien. in ſum. de tempo. ordi. & in ſum. Ang. verbo eleemoſyna. num. 3. Sylueſt. ver. eleemoſyna, num. 4. de quo per
6 beat. Thomam. in 22. q. 32. artic. 3. Neq; filij † poſſent denegare alimenta patri diſſipanti bona ſubiecta fideicommiſſo, licet inducto ad fauorem ipſorum filiorum, qui ex eo obtinuiſſent patri bonis interdici, iuxta termi. l. Imperator. ff. ad Trebell. de quo ibi per Bar. Ang. & Alex. num. 8. Bal. in l. 2. verſ. ſed pone. C. ſi in frau. patro. Iaſ. in l. conſtante. num. 198. in fi. ff. ſolut. matrim. Minus & ab his alimentis filij liberarentur ex emancipatione, quæ velut iure ciuili inducta non diminuat ea, quæ ſint iure gentium naturali ratione debita,ſed poſſet

ex ta-

ex tali denegatione redigi per patrem in priſtinam poteſtatem reſciſſa emancipatione. Bart. in tract. alim. num. 9. Ang. in tract. de teſt. glo. 45. num. 12.
7 An † autem filius ſpurius in quo ceſſat patria poteſtas, teneatur patrem alere, latè ponit Ludouic. in tract. de natur. lib. 2. par. princ. num. 4. Bal. in authen. ex complexu. 2. lec. C. de inceſt. nupt. Cap. deciſ. 164. in fi. Atq; in alendo patre humana charitas filium obligat, vt quidam dicant, filium monachum poſſe ſine apoſtaſiæ nota religionem egredi ad effectum alendi patrem proprijs operibus, vt dicit Nell. in eadem q. 48. in fi. nec ſi filius errore ductus putatiuo patri alim. præſtitiſſet (detecta contraria veritate) quicquam repetere, niſi error eueniſſet ex aliqua ipſius prætenſi patris calliditate, aut fallacia. Vt per Bar. in l. 1. §. competit. ff. ſi mulier ven. nomi. dicens tamen quoſdam deſuper conſultos ſecus ſenſiſſe in foro conſcientiæ. de quo Præpoſ. c. veniens. in fi. de eo qui dux. in vxor. Nec
8 non & filia alere teneatur inopem patrem, qui † poſſet etiam retinendo dotem per ſe filiæ promiſſam, pro neceſſitate ac dignitate ex ea ſeipſum alere, cum ad dotis ſolutionem, aut ſatisfactionem pater non tenetur vltrà quàm facere poſſit. Ang. in l. Neſennius. §. fi. ff. de re iudi. Areti. conſil. 17. num. 18. nec facere poſſe diceretur pater, qui egeat.
9 Eademque † ratione qua filius patrem alere tenetur, æquè cogatur ad alendam matrem inopia laborantem, cui etiam multò magis teneatur in retributionem immenſi periculi, ac diuturni laboris, tam in eius fœtu ac partu, quàm in diuturna educatio-

catione. l. ſi quis à libe. §. idem in libe. ff. de libe. agno. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tut. & ration. diſtra. Alex. conſil. 108. num. 8. lib. 1. & conſil. 54. num. 8. lib. 2. vt & tutor filij teneretur ex bonis patris pupilli, matrem eius inopem alere, vt in d. §. nonnullos. Non tamen propterea filius teneretur ad æs alienum per patrem contractum, ſicuti nec è contra teneatur pater ad æs alienum filij. l. ſi quis à libe. §. parens. ff. de libe agno. Cyn. in l. 1. C. de alen. libe. In quibus autem caſibus liberi tenentur parentes alere, tenebuntur æqua ratione idem facere eorum hæredes, ſicut diximus è conuerſo de libe. alendis ab hæredibus parentum, vnà cum Bar. in d. l. ſi quis à libe. §. idem reſcriptum, adeò vt & monaſterium filio monacho ſuccedens ad eadem patris alimenta teneatur, ad quæ filius compelli poſſet, vt è contra Bart. in tracta. de alim. num. 41. Abb. in c. tranſmiſſæ. num. 6. qui fil. ſint legit. Qui-
10 bus † tamen alimentis debitis patri à liberis poſſent liberius parentes renunciare, ac de illis tranſigere, quàm poſſint filij, quibus alimonia ſit debita primo iure naturæ, quo parentibus non debeatur, vt per Alex. poſt Bar. in d. §. parens. & Cagno. in regul. iura ſanguinis. num. 9. ſed in eorum renunciatione, ſeu tranſactione ea tantum continebuntur, de quibus in l. cum hi. §. qui tranſigit. Vbi Bal. & Ang. ff. de tranſact. Specul. qui fil. ſint legit. num.
11 43. Ad † cæteros quoque deſcendentes, & aſcendentes vltrà filium & patrem eadem alimentorum naturalis ratio porrigitur, ad quorum reciprocam præſtationem charitas impellit, quæ nedum à patre in fili-

in filium deſcendat, ſed ab auo in nepotes, quorum dilectio æqua ratione naturali, adeò in auo conſideretur, vt & hi ſub dulciſſimo liberorum nomine contineantur. l. liberorum. in fi. ff. de verbo. ſignif. ex quorum ſucceſſiua prole velut ex quadam inſitione ſe diutiſſimè victuros ſperent, l. dedit dotem. ff. de coll. bon. & d. l. liberorum. Vt ſicuti conceditur patri venditio filij ex cauſſa famis. l. 1. & 2. C. de patr. qui fil. diſtra. ita & auo idem liceat in nepote, vt inquit Cyn. in d. l. 1. Ant. in c. fina. de conſue. & And. Gamba. in tract. exten. num. 56. ſed tunc demum teneretur auus ad alimenta, ſi diues eſſet, aliàs potius ad patrem diuitem recideret, vt inquit
12 Iaſ. l. 1. num. 27. ff. ſolu. matri. Qua † autem ratione per auum alimenta debentur, tenebitur etiam eiſdem auus ad dotes fœminarum ex COMMV. opin. de qua Iaſ. in d. l. 1. num. 26. aſſerens tamen quoſdam contradicere, eorumque opinionem approbans, in caſu quo pater eſſet diues, ad quem pertineret onus tam alendi quam dotandi. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. per Cyn. in l. 2. C. de alen. liber. & Bal. in auth. res quæ. num. 12. C. commu. de lega. Io. de Ligna. in tract. de amicit. §. hinc inſurgit, & alij ibi relati per Iaſ. patre autem non ſuperſtite, ſeu paupere, ad id auum teneri dicit tex. in l. pen. ff. de libe. agno. ponens differentiam inter auum paternum & maternum, de qua Bar. in tract. alim. num. 42. Nam & patre ſuperſtite, adhuc nepos debeat eſſe oneri auo paterno, in cuius ſit poteſtate etiam viuo patre. l. pe. ff. de lib. agno. §. fi. Inſtit. de patr. pot. Ac inſuper teneretur auus moriens relinquere

nepotibus alimenta, quæ licet non relicta, eſſent ab eius hæredibus præſtanda. Bal. in d. auth. res quæ. num. 12. auus autem maternus non teneretur ad eadem onera, niſi patre præmortuo aut inope. d. l.
13 pen. in fin. Sed è contra † eueniat in lib. vulgo quæſitis, quorum pater ſit incertus & mater certa, & ideo ad eorum alimonia aſcendentes ex linea paterna non tenerentur, in quibus non conſideretur patria poteſtas, quæ tantum ex iuſtis nuptijs exoriatur. l. item in poteſtate. ff. de his qui ſunt ſui. & in hoc dicit Specu. qui fil. ſint legit. num. 17. verſ. quid de natis. Ac in alimentis aſcendentium idem ſit à iure ſtatutum, vt eorum ordine charitatis ſint per deſcendentes alendi, ſi egeſtate cogantur. authen. ſi pater. in fi. C. de diuor. fac. Bar. in d. l. pe. in prin. Quonam autem pacto poſt primum gradum aſcendentes & deſcendentes alendi ſint, iudex ad id adhibitus ſit arbitraturus. d. l. ſi quis à liberis. §. 1. de libe. agno.

# DE FRATRE AC SORORE ALENDIS.

## Caput X.

### *SVMMARIVM.*

1. *Frater & ſoror vterini tantum & naturales alendi ſunt.*
   *Frater etiam conſumtis ſibi traditis per patrem, & ab eo exhæredatus alendus eſt. nu. eod.*
2. *Frater exhæredatus à patre ex nuptijs contractis ſe inuito, eſt alendus à fratre.*

Nepos

*Nepos ex fratre alendus eſt, num. eod.*

3. *Sorori paterna alimenta præſtanda donec nupſerit, dote tradita.*

*Sorori etiam non agenti præſtanda alimenta, donec nupſerit, ſi dos ei deberetur ex ſtatuto vel legato. num. eod.*

*Alimenta iure actionis petenda ab his, qui non egeant. num. eod.*

4. *Filia naturalis alenda ex fructu dotis ei relicta.*

*Alimenta proportionantur ad dotem relictam, niſi frater eam reliquerit, num. eod.*

*Clericus tenetur alere ſororem ex fructibus Eccleſiæ, num. eod.*

*Soror pupilli alenda eſt per eius tutorem, num. eod.*

*Soror vidua quomodo alenda virtute ſtatuti Romani, nu. eod.*

1 HVMANA † inſuper charitate impellimur non ſolum ad alendos aſcendentes & deſcendentes egeſtate preſſos, verùm & fratres laterales. l. ſi quis à liberis. in princ. vbi glo. fi. ff. de libe. agno. Iaſ. in §. ſed ſi quis. num. 4. Inſtit. de actio. Vbi Ange. id verum eſſe confirmat in fratribus tantùm vtrinque coniunctis. Cy. autem in l. 1. ver. 2. C. de alen. libe. dicit idem futurum in vterinis tantum, idque ſequitur Alexand. in l. 1. num. 13. ff. ſolu. matrim. Cum & naturalem fratrem alere teneamur, vt ibidem dicit Cyn. & Bar. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 5. & in l. qui filium. in fi. ff. vbi pupill. educ. debe. Ioan. de Ligna. in tract. de amicit. §. hinc inſurgit. quæ alimenta peti poterunt per fratrem, quamuis ei immenſa donatio fuiſſet facta per patrem adhuc ſuperſtitem, ſed inopem, ſi talem donationem frater conſumſiſſet, vt dicit Ioan. Andr. rub. qui fil. ſint legit. verſ. nunc partem, vt & per fratrem egenum peti poſſint alimenta, licet cum fratre litem habeat, vt per Biſigne. de iudi.

deciſ. 2. Afflict. deciſ. 11. & latè dicam inter ali-
2 menta litis. Nec minus † teneretur fratrem alere,
qui inconſulto patre tunc ſuperſtite nupſiſſet, qui
propterea illum teſtamento exhæredaſſet: nam ſicut
illa non eſſet legitima cauſſa exhæredandi, nec eſſet
pariter denegandi alimenta, cum hæc æquo iure
cenſeantur, vt ſuperius latè dixi, cum Abb. in conſ.
12. num. 3. lib. 1. An autem frater qui præſtitit ali-
menta eius fratri non egenti, dum ambo viuerent in
communi poſſit eorum æſtimationem repetere, vi-
dendus ſit Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratri.
par. 2. num. 16. Eademq; de cauſſa qua frater eſt a-
lendus, etiam & eius filius ali debeat, ſecundum o-
pin. Croti relatam per Rip. in l. filiusfam. §. diui.
num. 43. ff. de leg. 1. de quo ibi per eundem. Ac
3 ſoror † etiam alenda ſit, quæ eſt obſequentioris vi-
tæ erga fratrem, ſicut dicit Bar. in d. §. vtrum. Id-
coque ſi egeat, poſſit iudicis officium implorare, vt
ei alimenta præbeantur à fratre, donec nupſerit. l.
1. §. ſed nonnullos. ff. de tute. & ratio. diſtra. Alex.
conſil. 108. num. 8. lib. 1. & conſil. 54. num. 8. lib.
2. & conſil. 48. num. 4. lib. 3. Soc. conſil. 37. num.
36. lib. 4. Eodemque iudicis officio dos erit ſoro-
ri debita, ſi ſaltem ſit ex latere patris, cum vterinæ
ſorori non ita dos deberetur, vt eſt COMMVNIS
opin. relata. per Iaſ. in l. 1. num. 29. ſolu. matrim.
Atque etiam ſorori non egenti alimenta deberen-
tur, donec nupſerit, ſi fuiſſet ei dos à patre relicta, ſeu
virtute ſtatuti excluſiui filiarum eſſet debita, in qui-
bus caſibus debeantur non ſolum iure ſanguinis iu-
dicis officio, ſed & vigore ſtatuti, ſeu relicti actionis
iure

iure peti poſſent. Alex. conſil. 7. num. 19. lib. 2. Corn. conſil. 212. litt. B. lib. 3. quo quidem iure actionis peti poſſint alimenta etiam ab eo qui non egeat, Bal. in l. qui filium. ff. Vbi pupill. educ. debe. & in l. de alimentis. C. de tranſact. de quo Soc. d.
4 conſil. 37. num. 36. Nam & dote † relicta filiæ naturali per patrem, eiuſque quantitate tradita in manibus amici eroganda tempore nuptiarum, debeantur ei interim alimenta ex fructu eius dotis relictæ, ex notat per Ioan. And. poſt Specul. in rub. qui fil. ſint legit. verſ. eſt & alia. Alimentaq́; præſtanda quomodolibet ratione dotis relictæ eſſe debeant doti proportionata, cum eatenus filia dilecta cenſeatur. l. ſi vnus. §. alimentis. & ibi Barto. ff. de alim. lega. niſi eius frater & hæres, communis patris legatam dotem ſoluere teneretur: quo caſu deberentur ei interim alimenta etiam vltra vires relictæ dotis, ſi illius fructus ad eam alendam non ſufficerent, vt ibidem dicit Bart. Alimenta autem inopi ſorori (ex ſanguinis tantum charitate debita) poſſent per fratrem clericum præſtari ex bonis ab eccleſia quæſitis, ex quibus etiam dotari poſſet. Alex. in l. 1. num. 24. ff. ſolu. matrimon. Vbi Iaſ. num 30. Fely. in c. cum quidam. col. fi. de iureiu. fratre autem in infantia conſtituto, tutor eius nomine inopi ſorori præſtabit alimenta authore iudice, donec nupſerit, repetitur à pupillo, quicquid in his erogauerit tempore ad id congruo. l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tute. & ratio, diſtra. Spec. qui fil. ſint legit. num. 23. Bart. in tract. alimen. num. 50. Cuma.conſil.87. ver. circa ſecundum. Alex. conſil. 54. num. 8. lib. 2.

Quæ de fratre dicta ſunt in ſorore alenda, ſibi etiam locum vendicant virtute ſtatuti Roma. lib.1.c.85.in ſorore vidua ad domum patris reuerſa, quam frater teneatur alere, & quilibet alius patris hæres.

# DE ALIMENTIS VNDIQVE EX CHARITATE DEBITIS.

## Caput XI.

### SVMMARIVM.

1. *Seruus alendus à domino, & libertus à patrono.*
*Ancillæ vltrà alimenta debentur ſumtus pro addiſcendis artibus muliebribus. nu. eod.*
2. *Seruus non poteſt agere in iudicio.*
*Patronus alendus eſt à liberto. 2. 3.*
3. *Vaſallus tenetur domino ad alimenta, ſi egeat.*
4. *Patrono Eccleſiaſtico debentur alimenta, ſi egeat.*
5. *Donatarius tenetur ad alimenta donanti egeno.*
6. *Ventri debentur alimenta.*
*Vicini & amici à diuitibus ſunt alendi. nu. eod.*
*Domini tam temporales quàm ſpirituales alendi ſunt. nu. eod.*
*Cedens bonis ſi quid quæſiuerit ſub nomine alimentorum, non cenſebitur ex eo patrimonium augeri. num. eod.*
7. *Carcerati inopes à creditoribus alendi, & cæteri ex publico.*
*Milites inopes ex publico alendi, nu. eod.*
8. *Pupillus indefenſus ſi condemnetur, eſt interim alendus ex eius bonis.*
*Pupillus interdum alendus penes affines, num. eod.*
*Parochus à vicinis alendus, ſi fructus beneficij ſint tenues. nu. eod.*
*Alimenta non debita, vltra vires debitorum, num. eod.*
*Charitas à ſe ipſo incipit, num. eod.*

1 EODEMQVE † iure gentium, quo ſeruitus, ac manumiſſio ſunt introducta prouenerit etiam reciprocum alimentorum debitum inter dominum & ſeruum, ac patronum & libertum. l. cum plures. §. pen. ff. de admini. tuto. Specul. qui fil. ſint legit. num. 20. ita vt ſi dominus ſeruum famelicum (de eo coram iudice conqueſtum) alere recuſauerit, poterit cogi illum alteri vendere: qui ei alimenta præbeat. l. 2. in fi. ff. de his qui ſunt ſui. l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lati. libe. tolle. & Specul. qui ſupra: quin immò ſi natum ex ancilla dominus non aluerit, ſeipſum diceretur eo priuare tanquam pro derelicto habito, & nihilominus ſi eius pater id etiam renuerit, alendi onus ad dominum rediret. l. ſi neget. in fi. ff. de lib. agno. Specu. qui ſupra. nu. 15. Nec tantum dominus teneretur ad victum ancillæ domi retentæ, verùm & ad ſumtus ſolitos in addiſcendis artibus ancillæ congruis. Anto. de But. in eius dictio. verbo aliment. num. 1. Eaque alimenta humana charitate ſeruis debita officio iudicis petantur, cum nec aliter ſeruus ea petere poſſet, cui †
2 ius agendi ſit à iure interdictum, vt ei omnino neceſſe ſit iudicis officium implorare, licet ex legato vel aliunde, quàm ex debito charitatis ſibi ab eius domino alimenta deberentur, cum aliàs ea petere non poſſet actione teſtamentaria, aut quauis alia. l. ſeruo alieno. §. 1. & ibi gloſ. ff. de lega. 1. l. ſeruus ad cuſtodiam, in fi. ff. de alim. lega. Liberto quoque agenti æquè, ac ſeruo alimenta debeantur à patrono, qui ea recuſans libertinitatis iure priuaretur. l. alimenta. ff. de lib. agno. l. ſi patronus. ff. de bo. libe.

Maioriq́ue etiam ratione teneretur è conuerſo libertus patronum egeſtate preſſum alere de eo,quod ſibi ſuperſit: idq́ue immaniter recuſans poſſet à patrono in priſtinam ſeruitutem redigi, velut ingratiſſimus receptæ libertatis. Bart. in tract. alim. Angel.
3 in tract. de teſta. glo.45. num.12. Qualia † autem alimenta teneatur libertus præſtare eius patrono, docent Iuriſconſul. in l. ſi quis à liberis. §. pen. de libe. agno. Bal.in l.1.nu. 4.C. de ope. libe. Paul. de Citta. in tract. de iu. pa. 6. par. art. 4. num.6. Roch. de Cur. in eo tract.§. & vtile. Exemploq́ue liberti tenebitur vaſallus alimenta præbere feudi domino indigenti. Bart. in d. tract. alim. num. 45. Iaſ. de
4 feud. num. 70. Ac ex ſimili † charitate iure quodam gratitudinis ſint alimenta debita patrono eccleſiaſtico, qui ad egeſtatem deuenerit. c. contra. & ſeq. 16. q. 7. c. nobis. de iu. patr. Caſſad. eo. tit. deciſ. 3. num. 2. Roma. conſil. 544. num. 3. ita vt ex fructibus eiuſdem Eccl. ſit alendus iudicis offi.ad id impetrato, de quo Paul. in d. tract. num. 8. Abb.in c. nobis. nu. 6. de iu. pat. & in c. præterea. num. 12. eod. tit. Fely. in c. cum omnes. num. 52. de conſtit. Gig. de penſio. q. 23. num. 2. Vt tamen ex his tantum fructibus beneficijs alimenta præſtentur, qui ſupererint deductis congruis, & neceſſarijs impenſis pro ſeruitio eiuſdem eccleſiæ. Ang.in l.Competens. C. de alen. paren. Pau. de viſita. q. 4. 2. parte. num. 124. Pau. & Roch. qui ſup. Bart. de epiſ. 2. par. 4. lib. num. 66. Et è conuerſo, patronus ipſe teneretur ad ea alimenta præſtanda, quæ promiſiſſet in erectione Eccleſ. quæ ſi interdum præſtita, recuſarentur in

tur in poſterum præſtari, poſſet agi de eorum ſpolio,
5 vt per Faſto. dub. 18. Ac † ex eadem gratitudine, qua patronus alendus eſt, eſſet etiam alendus donans ab ipſo donatario, ex quadam grata, ac muneratiua obligatione, quæ licet non ſit præciſa (ex qua directo id peti poſſit) ſit tamen cauſatiua, vt donatarius recuſans ea præſtare, priuari poſſit donatione ex nota ingratitudinis, glo. communiter recepta in l. fi. C. de reuo. dona. Vbi Cy. q. 2. Ripa. num. 49. Cagno. in regul. in condemnatione, vbi licet gl. videatur contraria, eam tamen concordat Abb. in c. propter. nu. 3. de dona. cum hac diſtinct. quod COMMV. opin. vera ſit, ſi donatio fuiſſet rei magnæ: ſecus ſi modicæ: retinendiq; ius donanti competeret, re nondum tradita, ad quæ nec ſit aſtringendus, ſupra quàm facere poſſit. l. ſi quis argentum. §. ſed & ſi quis. C. de donat. vbi glo. dicit id non vendicare ſibi locum in opifice donante, qui ex eius induſtria vitam ducere poſſit, ex quo non diceretur egere. l. ſi quis à liberis. §. deinde. ff. de
6 lib. agno. Ventri † ſint pariter alimenta debita, ſi alienus poſthumus naſciturus fuerit inſtitutus hæres, cuius mater ſi egeat, interim venter ſit ſuſtinendus. l. extraneo. ff. de ven. in poſſ. mitten. Roma. in l. diuor. nu. 15. ff. ſolu. matrim. Porrigitur & hæc lata alimentorum charitas ad amicos & vicinos, qui ſi egeant, à diuitibus alendi ſint, eo charitatis ordine diſcuſſo per Ioan. de Ligna. in tract. de amici. §. hinc inſurgit. nu. 15. Ex charitate etiam, & euangelica diſtributione hoc alimentorum debitum ad vniuerſos pauperes porrigatur, vt poſſint contra di-

uites, qui exuberant, iudicis officium implorare, vt eis aliméta præſtent, idq; præſertim contra dominos in temporalibus ſeu ſpiritualibus eiuſdem ciuitatis. c.paſce.c.non ſatis. 86. diſtinct.c.1.82.diſtin. c.vidéntes.12.q.1.Abb.in c.1.num. 8. de cleri. ægro.ſumma Angel.ver.eleemoſyna,nu.11. ne aliàs diuites nulla ope præſtita his, qui fame pereunt eos necare cenſeantur, vt ibidem dicitur, cum Bar.in tract alim.nu.14. & Ang.in tract. de teſta. glo.45. num. 13. Adeoq; pauperibus in hoc conſulitur, vt ſi poſtquam bonis ceſſerint propter æs alienum, aliquid eis obuenerit nomine alimentorum, id non poſſit à creditoribus vendicari, cum ex alimentis minimè diceretur eius patrimonium augeri. l. qui bonis. §. fi. ff. de ceſſio.
7 bono. quin immò † tenerentur creditores debitorem inopem in carceribus ab ipſis conſtitutum, ibidem alere. Bart. in tract. de carce. in fi. Bal. in eodem tract. c. 2. in fi. Cæteri quoq; carcerati ſi inopes ſint, publico ſumtu alendi ab ipſiſmet cuſtodibus, ne fame pereant. l. iudices. C. de epiſc. audien. glo 1. in c. diffiniuit. 17. q. 4. Ac milites qui egeant velut facultatibus lapſi, ex publico ſint alendi. l. de-
8 curionibus. ff. de decurio. Et † pupillus licet ex proprio contractu conuentus in iudicio cum executione facta in bonis eius indefenſi, ſit interim ex eiſdem bonis alendus. l. ſi pupillus. ff. de priui. credi. Specul. qui fil. ſint legit. nu. 19. Interdumque pupilli ſint penes libertum, aut proprios affines alendi. l. 1. §. quamuis. ff. vbi pupil. educ. debe. ad hoc pro ſingu. not. per Roma. in repetit. §. de viro. num. 38. ff. ſolu. matrim. Nec non & parocho, qui ex be-

ex beneficij fructibus ſe ſuſtinere nequeat, à viciniſ alimenta debeantur. Roma. conſil. 344. num. 2. Ad quæ tamen alimenta & eiuſdem generis alia, quæ ex charitate debentur, nemo tenebitur vltrà quàm facere poſſit, ne ſibi ipſi deſit, à quo incipiat prima charitas. Iaſ. in §. ſed & ſi. nu. 4. Inſtit. de actio. Papien. in pract. libell. pro legato, ver. ſurgit. col. 2. neque debeantur, niſi ex inopia, quæ qualis eſſe debeat, & ad hoc requiratur, dicitur in l. ſi quis à liberis. §. deinde. ff. de lib. agno. & in glo. in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. & per Paul. de Citta. de iu. patro. 4. artic. 6. par. nu. 6.

# DE ALIMENTIS PRÆTERITIS.

## Caput XII.

### SVMMARIVM.

1. *Preterita alimenta non debita, niſi ex eorum cauſſa fuiſſet contractum æs alienum.*
*Alimenta non debita his, qui aliunde vixerint. nu. eod.*
2. *Futura alimenta incipiunt à die mota litis, etiam ante decretum.*
*Alimentorum petitio, ſi fiat nulla, non operatur, quod cenſeantur futura, nu. eod.*
*Ratihabitio non prodeſt re non integra. nu. eod.*
3. *Popularis eſt petitio alimentorum.*
*Quod potui, nolui, regula, nu. eod.*
4. *L. non eò minus. C. de procur. non habet locum in infante, aut furioſo.*

Sive

1 SIVE primæuo iure naturæ, ſiue gentium naturali ratione impellente, ſiue iure poſitiuo ſint ex charitate debita alimenta, ſit iudicis officium pro his implorandum, quod ſola æquitate inductum, præſentem tantum atq; inſtantem neceſſitatem reſpiciat, non autem præteritam: ideoque ceſſet pro tempore lapſo, in quo nulla conſideretur neceſſitas illius qui iam vixerit & alimenta non petierit, ex quo non poſſent ei dici debita, niſi ex eorum defectu fuiſſet coactus ad æs alienum ſubeundum: quod quidem poſſet eodẽ iudicis officio peti ad inſtar alimentorum, vt per Paul. de Caſt. in l. diuortio. in princ. ff. ſolu. matrim. Iaſ. & Deci. in l. de alimentis. 1. no. C. de tranſact. Vbi Alex. in fi. & in conſil. 72. num. 7. lib. 7. & conſil. 26. num. 6. conſil. 178. num. 7. lib. 6. Fely. in c. cum dilecta. num. 83. de reſcript. Afflict. deciſ. 10. Neque aliàs qui aliunde vixiſſet ſine ære alieno quicquam petere poſſet, ac nedum non debeantur ei qui iam vixerit, ſed nec ei qui in futurũ aliunde viuere poſſet. l. ſi quis à liberis. §. deinde. de libe. agno. Bar. in l. obligamur. in fi. ff. de actio. & oblig. Deci. in d. l. de alimentis. nu. 5. de quo latè diſcuſſum in cauſſa alimentorũ de Vrſinis, tunc pendente coram Capiſuc. poſtea Cardi-
2 nali. Neque † à die decreti alimentorum, ſed à die litis inchoatæ, & implorati iudicis officij, cenſerentur alimenta futura, vti deciſum fuit in eadem cauſa, vt & ſi petita fuiſſent alimenta, ſed non iure, nec per legitimam perſonam, vt futura deberentur, nec quo ad legitimitatem perſonæ ſubſecuta ratificatio prodeſſet, quæ licet regulariter retrò reſpiciat, nihilo-

hilominus non eſſet in hoc ſufficiens, velut non offendens rem integram, cum iam ante ratificationem fuiſſet alteri quæſitum ius liberationis ab alimentis præteritis, quod ei auferri nequeat per intempeſtiuam ratihabitionem ſubſecutam, vt inquit Alexan. conſil. 78. num. 17. lib. 5. ex cuius authoritate ita fuit deciſum in cauſſa prædicta coram Capiſuc. videlicet, quod quamuis † pro alimentis officio iudicis
3 petitio ſit popularis, ſicut eſt, quotiens ex æquitate proceditur, aut in cauſſa pia, ex notat. per Roma. in authen. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. & Fely. in c. dilecti. num. 10. de maior. & obe. quorum vtrunque concurrat in alimentis ex qualitate inopiæ, vt ibidem dicit Roma. num. 4. Bart. de alimen. num. 21. Aret. conſil. 97. quia tamen in cauſſa prædicta non fuiſſent petita alimenta ſub nomine populari, ſed per quendam tanquam curatorem, qui fuiſſet nulliter datus infanti. l. 3. §. ſi pupillus. ff. de tute. deciſum fuit nulliter fuiſſe petita alimenta tanquam per non legitimam perſonam, quæ cum potuiſſet iure petere nomine populari, ea perperam petierit vt curator nulliter datus, ex quo incidiſſet in regulam l. multum intereſt. C. ſi quis alte. vel ſibi. de qua latè Roman. conſil. 446. num. 2. & conſil. 496. num. 3. Iaſ. in l. exigendi. col. 3. ver. 6. fallit. C. de procur.
4 Creſcen. deciſ. 181. In eiuſque † conſequentiam deciſum, inanem fuiſſe ratificationem ex interuallo interiectam poſt quæſitum ius alimentorum præteritorum: neque in eo fuit tunc habita ratio l. non eò minus. C. de procur. ex aduerſo deductæ, quæ ſibi locum non vendicet in infante, nec in furioſo.

vt ibi

vt ibi dicit Iaſ. in princ. Bart. in l. furioſo. in prin.ff. de re iudi. Bal. in l. neque. in fi. C. de contrahen. ſtipu. Et hæc dixiſſe ſat ſit de alimentis iudicis officio pauperi exhibendis iure naturæ, vel gentiũ, cum de cæteris alimentis, ſeu teſtamento relictis, ſeu contractu promiſſis, aut penſionis nomine aſſignatis, propria ſit futura diſputatio inter alimenta, quæ actionis iure peti poſſunt, poſtquam aliqua dixero de alimentis litis, & alijs iure ciuili debitis eodem iudicis officio.

# DE ALIMENTIS LITIS, ET ALIIS IVRE CIVILI DEBITIS.

## Caput XIII.

### SVMMARIVM.

1. *Litis alimenta officio iudicis decernenda inopi fratri litiganti.*
2. *Vxor petere poteſt alimenta à viro eam expellente.*
3. *Monacho litiganti, an ſint litis alimenta debita, vide nu. 4.*
4. *Accuſato, ſeu de eius ſtatu litiganti debentur alimenta.*
*Sequeſtratis fructibus ex cauſa litis, ſunt ex his alimenta debita.*
5. *Filij litigantes ſuper filiatione ali debent ſummariè conſtito de quaſi poſſeßione filiationis.*
*Litis alimenta ex concilio Tridentino debentur in cauſa matrimoniali, nu. eod.*
6. *Litis alimenta conſueuerunt per dominos de Rota decerni cuique pauperi litiganti, præſumptiuè fouenti bonum ius.*
7. *Litis alimenta præſtantur vſq; ad executionem principalis cauſæ.*
*Litis alimenta etiam debita in prima inſtantia, nu. eod.*
*Litis expenſæ continentur in ſententia alimentorum litis, nu. eod.*
8. *Alimenta litis diuerſimode taxantur in Rota.*
*Cautio de reſtituẽdis alimentis litis in caſu ſuccumbentiæ, nu. eod.*

Ado-

9. *Adoptiuus filius, ac dominus per vaſallum, & pupillus per tutorem alendus eſt.*
*Tutor interdum alendus eſt, num. eod.*
10. *Epiſcopus tenetur oues famelicas alere.*
*Doctor alendus eſt à ſcholaribus, num. eod.*
*Famulus infirmus alendus à domino, num. eod.*
11. *Prædicatoris alimenta à vicinis quomodo debeantur.*
*Implorantes c. Odoardus. ſunt alendi, num. eod.*
*Furioſus alendus eſt ex hæreditate ei delata, & ex regreſſu, nu. eod.*

1 EADEMMET † æquitate officij iudicis his etiam proſpicitur de alimentis, quibus nec iure naturæ, nec gentium alimenta debentur, ſed ex æquitate poſitiui iuris, vt teneantur iudices requiſiti decernere inopi ex proprio officio alimenta litis ex l. ſi inſtituta. §. fi. ff. de inoffi. teſt. l. fi. C. de Ordi. cog. Alciat. latè de præſumt. reg. 3. præſu. 3. ne aliàs ius laborantis inopia deperiret ex impotentia litigandi, proptereaq́; fratri litem habenti contra fratrem in petitione hæreditatis, ſint alimenta miniſtranda ſi egeat, Guid. Pap. deciſ. 561. in prin. Couar. in pract. q. c. 6. Biſign. de iudic. deciſ. 2. ci-
2 tatus per Afflict. deciſ. 11. Ac pariter † vxori agenti contra virum, qui ipſam è domo eieciſſet ſub prætextu perditæ vitæ, eſſent interim ſi egeat alimenta exhibenda, vti deciſum refert Veſta. deciſ. 162. & 167. & Creſcen. deciſ. 233. Afflict. deciſ. 10. ſecus tamen futurū, ſi ex ſe voluntariè receſſiſſet, vt inquit Tanis deciſ. 11. Nec non & vxori, quæ ſub nomine viri accuſaretur, ſint alimenta præſtanda, vt per Specul. de inquiſi. §. fi. num. 3. ver. quòd ſi matrimo-
3 nium. Ægid. deciſ. 88. Ac æque † monacho litiganti

ganti ſint poſitiuo iure litis alimenta debita, iuxta qualitatem ſuæ perſonæ & redituum Monaſterij. Specu. qui fil. ſint legit. num. 24. & in d. §. fi. Bar. in l. Imperatores. ff. de tute. & ratio. Fran. Cur. in tract. de ſequeſt. in princ. num. 11. Rota in nou. deciſ. 335. Veſta. deciſ. 17. ſi tamen ſit in quaſi poſſeſſione ſtatus monachalis, vt dicit Tanis deciſ. 159. Io. Bap. Rota deciſ. 18. & 77. cui etiam deberentur alimenta, ſi accuſaret Abbatem ſicuti debentur clerico proprium prælatum accuſanti, vt in d. §. fi. nu. 2. dicit Specu. ſed non idem futurum ſi ex propria cauſſa agens contra Abbatem reſcriptum impetraſſet, narrando ſe ab eo valdè iniuriatum. Rota in antiq. deciſ. 799. Monacho etiam ſeculari, electo, licet diſcorditer, ad aliquod officium, in quo iudicialiter ſe admitti petat, decernenda eſſe litis alimenta, fuit in Rota deciſum, teſte Creſcen. deciſ. 175. Ac poſtulato deberi alimenta pro acceſſu ad curiam, dicit Anchar. in c. cupientes. §. denique in fi. de elect. in 6. quæ quidem alimenta, cum iudicis officio præſtentur, ceſſent etiam pro tempore lapſo, niſi monachus ea de cauſſa æs alienum contraxiſſet, ſeu aliquid vltrà alimenta fuiſſet ſibi conſtitutum per Abb. quod petere poſſet etiam pro tempore præterito. Fely. in c. dilect. num. 83. ver. intellige. de reſcript. idque nimirum, cum id promiſſum per Abb. vltrà alimenta velut ex contractu debitum peti poſſit iure actionis, quæ etiam tempus præteritum reſpiciat, vt mox dicam proprio loco: nec tamen ſi ad id promiſſum petitorio iudicio ageret, ſibi in eo litis alimenta deberentur, vt per Ægid. deciſ. 158. & ſeq.

ſeq. ſed eſſent ei tantum debita, ſi de ſpolio egiſſet, vt in Abbate eiecto agente de ſpolio dicit Ægid. d. deciſ. 88. ac de monialibus agentibus de ſpolio ob denegatas ſolitas ſubuentiones, dicitur per Faſto. dub. 18. ſeu de monacho, aut Abbatiſſa agente de propria ſpoliatione, dicitur per Abb. in c. ex parte. num. 9. & c. cum olim. num. 10. de accuſa. & ibi apoſ. Pute. deciſ. 159. & 232. lib. 1. Niſi is monachus eſſet ad dignitatem electus in alterius monaſterio, cui quidem ſpoliato litis alimenta non deberi, dicit Pute. deciſ. 2. de expen. & deciſ. 13. de re
4 iudi. Accuſato † etiam, aut aliàs conuento ex cauſſa proprij ſtatus, egenti conſulitur de congruis alimentis pendente iudicio, vt in eo ſe defendere poſſit, ne aliàs interdum indefenſus & innocens ſuccumberet. l. fi. C. de ordi. cogni. c. ex parte. vbi Abb. de accuſa. Rota. in antiq. deciſ. 143. liteque pendente ſuper præbenda Eccleſiæ poterit ſe interim poſſeſſor ex eius fructibus alere. Bart. in l. ſi neget. in fi. ff. de libe. agno. quibus omnibus ſequeſtratis, ſi nihil ſuperſit, vnde poſſit litigans vitam ducere, litemq; ſuſtinere, ſint nihilominus præſtanda ei alimenta, cum litis expenſis, ex nota. per Bal. in. d. l. fi. §. quod ſi ei. 4. nota. & Ioan. de Ana. in tract. de ſequeſt. num. 14 Fran.Cur. in eodem tract. in prin. nu. 10. nec tamen ex eo aliunde deberentur alimenta, quàm ex eiſdem bonis ſequeſtratis, cum tale debitum vlterius non porrigatur, licet monacho litiganti pro rebus monaſterij, etiam vltra earum qualitatem, & reditus alimenta, deberentur. Bal. in d. l. fi. 5. nota. Bar. in tract. de alim.

5 l. .:m. 44. Ac multò † magis hæc litis alimenta e-runt prætenſis filijs præſtanda, pendente cauſſa filiationis, ſeu alimentorum, conſtito prius ſummatim de quaſi poſſeſſione filiationis. Bar. in d. l. ſi neget. & l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. de lib. agn. Cyn. in l. fi. C. de alen. libe. Tholoſa. deciſ. 77. cum addi. Afflict. d. deciſ. 10. Inſuperq; decretum in concilio Tridentino, ſeſſio. 24. c. 20. quod in cauſis matrimonialibus coram loci ordinario in prima inſtantia agitandis, non poſſit quiſquam in ſecunda vel tertia inſtantia trahi extra prouinciam, niſi præſtitis alimentis, et litis expenſis, docto prius coram eodem ordinario de vera paupertate illius,
6 qui extra prouinciam trahitur. Ex ſolita † etiam æquitate dominorum de Rota vnicuiq; litiganti decernuntur alimenta ratione paupertatis cum litis expenſis, ſi ea à iudice poſtulauerit, & pro ſe habeat præſumtionem boni iuris, vt per Creſcen. deciſ. 233. Ancha. in c. cupientes. §. denique. in fi. de ele. in 6. ſecus ſi apparet petentem non fouere bonum ius, vt deciſ. in cauſſa, de qua ſupra coram Capiſuc. de quo per Alciat. de præſumt. regu. 3. præſumt. 9. num. 9. Couarru. de q, fo. 39. & ſeq. in paruis, quæ præſumtio boni iuris eſſe debeat in eodem iudicio, de quo agitur, aliàs ceſſet officium iudicis in litis alimentis. Ideoque in cauſſa Vrbeuetana hæreditatis coram Seraphino de anno 1568. dum ageretur poſſeſſorio ex l. fi. C. de edic. diui. ac peterentur alimenta litis per reum conuentum, deducentem aliquam boni iuris præſumtionem, quo ad petitorium fuit ab ea prætenſione reiectus, cum opus eſſet

doceri

doceri de bono iure eiuſdem poſſeſſoris, de quo
7 nec conſtaret,ſed potius de contrario. Quæ litis †
alimenta poſtquam decreta fuerint, exhibenda ſint
vſq; ad finem litis, & executionem in ea cauſſa tantum
principaliter agitata, non habita ratione alicuius
incidentis cauſſæ, nondum fortè completæ,quæ
in hoc non ſit attendenda, vt inquit Veſta. deciſ.
146. & 183. ſed Ægid. deciſ. 159. videtur ſentire hæc
litis alimenta non deberi poſt concluſionem in cauſa.
Atque hæc alimenta nedum ſint præſtanda in
cauſa appellationis, vt ab initio fuérunt introducta
in l. ſi inſtituta. ff. de inoffi. teſta. (vnde primordium
ſumpſerint) verum etiam in prima inſtantia, ex eiuſdem
legis pari ratione & æquitate, eademq; præſumtione
boni iuris, quæ ex prima ſententia oritur,
vt per Couarru. in d. tract. c. 6. col. 28. Sarn. in reg.
de ſubro. q. 1. num. 3. ac deciſum refert Biſign. de
iudi. deciſ. 2. cuius meminit Afflict. deciſ. 10. & ſeq.
in fi. cum approbatione dominorum de Rota etiam
in cauſſa Roma. hæreditatis de Lenis de anno 1547.
vt refert Veſta. deciſ. 1. de alimen. ſententiaq; ſimpliciter
lata ſuper alimentis tantùm, contineret etiam
litis expenſas, ſi in libello fuiſſent omnia petita,
vt deciſum coram Chiſanen. in prædicta cauſſa alimentorum
de Vrſinis de anno 1552. Quæ † tamen
alimenta litis non ſemper vniformiter decernenda,
ſed iuxta qualitatem perſonæ & rei, de qua lis vertitur
taxanda iudicis arbitrio. l. fi. & ibi Bald. C. de
ordi. cogni. Ægid. deciſ. 256. in fi. Ideoque non
eodem tenore taxari ſolita per dominos de Rota,
qui interdum ea decreuerint ad ſummam quinquaginta

 ginta

ginta ducatorum filio litiganti, licet nondum conſtaret de qualitate bonorum, quæ in iudicio peterentur: interdum autem decreta ad centum cum facultate addendi, & minuendi, iuxta formam futuræ probationis redituum, quandoque decreta ad certum tempus, & ex cauſſa poſtea prorogatum, vt refert Veſta. in deciſ. 31. 144. 226. Afflict.d. deciſ. 11. ac Boër. deciſ. 324. col. 2. dicit hæc alimenta litis eſſe taxanda ad quartam partem redituum eius rei de qua agitur. Idem'que dicit Couarru. in d.q. 6. qui etiam latè diſſerit, quonam pacto cauendum ſit de alimentis litis reſtituendis, iuxta no. in l. fi. §. quod ſi ei. C. de ordi. cogni. Ac quoties concurrit æquitas à iure coadiuta idem officium iudicis operetur alimentorum præſtatione, in quibuſcunque ſpeciebus charitas expoſceret: Ideoque alimenta ea ratione implorari poſſent ab omnibus conſanguineis pauperibus, vel infirmis, c. non ſatis. 86. diſtinct. latè Specul. in tit. qui fil. ſint legit. num. 25. Eodem-
9 que etiam † iure ciuili, quo adoptio inducta eſt, ipſi adoptiuo filio alimenta debeantur, idem'que cautum, vt ex adoptione, ciuilis pater effectus, ſubire teneatur cuncta onera patris naturalis. l. onera. ff. de adopt. idem Specul. num. 19. pari'que charitate alendæ ſint nurus & pronurus ſi indigeant. vt per Specul. ibi. num. 28. Bart. in tract. de alimen. num. 16. Ac dominus inops alendus ſit per vaſallum, ex reditibus tamen ſui feudi. Bald. in l. 1. §. ſcimus. nu. 4. C. de lati. li. Iaſ. de feud. num. 70. Bar. in d. tract. num. 45. nec propterea teneretur ad ea alimenta feudatarius tenuis poſſeſſionis, ex qua pauci fructus collige-

colligerentur. Specul. ibi. num. 11. & Ioan. Andr. poſt eum: ac tutor tenebitur, pro facultatibus pupilli, eum alere. l. tutor. §. tutor qui. ff. de ſuſp. tuto. l. 3. vbi pupill. educ. deb. l. 1. C. de ali. pupill. præſt. l. ſumtus. & ibi Doct. C. de admini. tuto. Specul. qui ſupra, num. 21. & in titu. de acto. num. 3. In quo poſſit tutor ſibi præcauere, ac inprimis curare, alimenta pupillo præſtanda per iudicem taxari. l. 1. C. de alim. pupill. præſt. de quo Cuman. conſil. 87. ver. circa ſecundum. qui ſi fuerit in eo negligens, fatigaretur in eorum taxatione fienda iudicis arbitrio completa tutela in redditione rationis, eaque taxata computabuntur inter cæteros pupillares ſumtus per ſe pupillo exhibitos etiam in ſtudio litterarum. d. l. 2. & l. ſumtus. quin immò & ſi tutor nemo ſit, teneretur conſanguineus etiam inuitus curam ſuſcipere pupilli alendi. l. 1. §. quouis. ff. vbi pupil. educ. debe. Ipſe tutor etiam ex bonis pupillaribus eſſet interdum alendus. l. à tutoribus. §. fi. ff. de admini. tuto. l. 1. §. ſi pupillus. ff. de tute. & rati. diſtra. Bart. in tracta. de alimen. num. 51. Et Epi-
10 ſcopus † proprias oues famelicas paſcere teneatur. c. paſce. 86. c. 1. 82. diſtinct. Bertachi. in tract. de epiſcop. 4. par. lib 4. num. 2. Vrgenteque inopia alendus ſit Doctor à ſcholaribus, qui fungantur vice filiorum. Innoc. c. de magiſtris. ad hoc pro ſingulari no. per Roma. in eius ſingu. 138. & per Petr. in tract. de priuil. Doct. 4. par. q. 20. Rebuff. de priuil. ſchola. 66. num. 1. Et famulo infirmo debeantur per Dominum alimenta non exceſſiua, nec ratione famulatus, verum dictante charitate. l. in rebus. §.

 poſſunt.

poſſunt. ff. commoda. Bar. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. num. 8. ff. ſolu. matrimon. Abb. in c. 1. num.
11 8. de ſeru. ægro. Poſſet † inſuper induci ex legitima conſuetudine, vt ad alendum prædicatorem propriæ parochiæ, aut alterius proximioris eccleſ. vicini tenerentur, ſed conſuetudo de aliquo certo præſtando eidem prædicatori vltrà alimenta, tanquam improba reijceretur, ac ſimoniam ſaperet. Specul. qui fil. ſint legit. num. 25. latè Ripa. in tract. de legib. cap. 14. in fin. Alendi ſint inſuper inopes, qui ob propriam tutelam confugiunt ad eccleſias, iuxta titu. de his, qui ad eccleſ. confug. idque ſumtibus eiuſdem eccleſ. l. præſenti. §. adijcientes. in fi. C. eod. tit. ad hoc nota. per gloſ. in c. diffiniuit. 17. q. 4. & per Bart. in §. ſed neque. num. *6*. in authen. de mandat. princip. Poſſent & alimenta implorare confugientes ad beneficium c. Odoardus, decernenda regulariter ad ſummam 24. ducatorum, niſi aliud perſonæ qualitas expoſceret, vt per Caſſad. de appell. deciſ. *6*. num. *6*. Eſſet æque alendus furioſus ex fructibus hæreditatis ſibi delatæ, ſi aliunde non haberet, in quo furore ſi deceſſerit, reliquum eſſet reſtituendum. l. hæres furioſi. ff. de peti. hæred. Pariſ. conſil. *99*. lib. 2. Quod porrectum fuit per Dominos de Rota ad beneficium ex regreſſu ei delatum, qui furioſus euaſerit, in cauſſa Dolien. regreſſus.

DE RE-

# DE RECIPROCA ALIMENTATIONE CONIVGVM.

## Caput XIIII.

SVMMARIVM.

1. *Maritus inops ab vxore alendus ex parafernalibus.*
2. *Fructus dotis promiſſæ cum pignore, quando ſunt debiti marito.*
3. *Dotis non ſolutæ mora incipit à die oneris, ex quo ſint fructus debiti ratione intereſſe.*
4. *Intereſſe non ſolutæ dotis, an petatur poſt decennium.*
5. *Vxori etiam indotatæ alimenta debita etiam in ægritudine.*
6. *Pro alimentis vxoris ſunt omnia bona mariti hypothecata.*
7. *Vxori non ſoluenti dotem promiſſam non ſunt debita alimenta.*
   *Vxor poteſt annuum quid paciſci pro alimentis, ſed non renunciare. 7. 9.*
8. *Vxori operanti in domo mariti debentur expenſæ, ſed non recedenti ſine cauſſa.*
   *Vxor ferre debet maritum, licet peruerſum, ſed non verberantem, ſeu adulterum. num. eod.*
9. *Vxor omnino alenda ex fructibus dotis, licet poſſet impunè repelli.*
   *Vxor exiſtens in quaſi poſſeßione matrimonij alenda à marito, licet negaret eam vxorem. nu. eod.*

1 VXORIS † quoque, ſi abundet, erit onus alendi virum inopem, ex eius bonis parafernalibus, vt per Specul. qui fil. ſint legit. nu. 40. Bar. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. & §. ſin autem. ff. ſolut. matrimon. & in l. quod in vxorem. vbi Alex. C. de negot. geſt. ad quæ alimenta tenebitur pro neceſſitate tantum vitæ, nulla eius dignitatis vel nobilitatis ratione habita. Bal. in l. ſi maritus. ld. 2.

 in fi.

in fi. ff. ſolut. matrim. Vbi Alex. & in l, maritum.nu. 2. eo. tit. Roma. in d. §. ſi maritus, num. 13. quem tamen nullatenus alere teneretur, ſi adulterij crimine notatus eſſet: quin immò lucraretur donationem propter nuptias. c. 1. vt lit. non conteſt. Abb. in c.fi. num. 3. de adulte. & nota. in l. fi. §. 1. C. de repud. & in §. ſi igitur. in authen. de nupt. vbi recitantur & aliæ cauſſæ, ex quibus vxor non teneretur virum a-
2 lere. Vt hic † non incongruè ſubnectenda ſit cognitio fructuum promiſſæ & non ſolutæ dotis, quæ ſiquidem fuerit marito promiſſa certo tempore ſoluenda nullo pignore conſtituto, nihil etiam fructuum nomine ei interim deberetur, ratione alicuius intereſſe non conſiderabilis, ceſſante mora. Roman. in l. in inſulam. §. vſuras. num. 2. ff. ſolut. matrimon. Pignore verò tradito, quamuis infra id tempus nulla cenſeretur contracta mora, nihilominus maritus perceptos fructus lucrabitur, quorum cauſa intelligeretur dilata ſolutio, vt ex his interim matrimonij onera ſuſtineantur, vt eſt communis cum Calde. in c. ſalubriter. de vſuris, & latè dicunt Roma. in d. §. vſuras. num. 5. & ſeq. Bart. in l. atqui. §. non tantum. ff. de negot. geſt. Ang. in ſumma, verbo vſura. la. 1. num. 25. Neguſan. in tract. pigno. 5. memb. 5. par. num. 16. dum tamen hi fructus pignoris non excederent matrimonij onera, quorum cauſà dictos fructus deberi dicunt Docto. prædicti.
3 Quod ſi † purè ſine aliquo die ſolutionis fuiſſet dos marito promiſſa, cum ab initio onerum matrimonij dicatur mora contrahi, inde pariter oriretur debitum huius intereſſe, tam damni emergentis ex onere

nere matrimonij, quàm lucri ceſſantis in marito negociari ſolito, cuius lucri ratio vtroque iure ſit habenda in caſu prædicto. l. 3. in fi. ff. de eo quod cer. loco. c. peruenit. de fideiuſſ. Roma. in d. §. vſuras. num. 33. & conſil. 157. num. 4. Anch. conſil. 150. num. 4. Cor. conſil. 252. in princ. lib. 3. qua de cauſa marito promiſſa vſura, vtroque iure debeatur, non velut ex promiſſione, ſed ratione intereſſe, quod excedere non debeat id promiſſum. c. conqueſtus de vſu. Roma. in d. §. vſuras. num. 6. vbi per Imol. Alex. conſil. 56. lib. 3. ac æquè poſſet ab vxore promitti aliquid annuum, donec dos fuerit viro ſoluta, quæ cum penes vxorem remaneat, ad eandem ſpectabit onus deſtinatæ dotis. l. ſi is qui. §. ibi dos. ff. de iu. dot. Abb. in d. c. ſalubriter. num. 3. & Ambr. cum Ange. qui ſupra, cum & ſine ea ſpecifica promiſſione poſſet omnino conueniri vxor, vt ex dotis fructibus familiam aleret. l. 4. in fi. ff. de pact. dota.

4 Quod † tamen intereſſe promiſſum, ſeu aliàs debitum, ſi per decennium maritus petere neglexerit, an poſtea ſimpliciter ſine proteſtatione dotem recipiens, id remiſiſſe cenſeatur, latè dicit Roma. in d. §. vſuras. num. 15. & Bal. in tractat. de præſcript. 4. parte. 4. par. q. 36. Marito autem defuncto, id intereſſe non poterit peti per eius hæredes, ſi tam diu non fuiſſet petitum per maritum, ex quo cenſeretur id remiſiſſe. Bar. in l. vir vſuras. ff. de dona. int. vir. & vxo. Boër decis. 338. num. 7. in fi. Cremen ſing.

5 5. Ac è conuerſo † vxor à marito omninò ſit alenda, quamuis non fuiſſet dotata, ſed nupta ſine aliqua dotis promiſſione, ex notat. in l. quod ſi nulla. ff.

de relig. & ſumpt. fune. Innoc. in c. per veſtras. in fi. de donat. int. vir. & vxor. Specul. qui fil. ſint legit. num. 28. vbi Bald. ver. 2. Bar. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. vbi latè per Alex. & in conſil. 56. num. 7. lib. 4. & idem Alex. poſt Bar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de libe. agno. & conſil. 7. num. 3. lib. 2. Bald. in l. pro oneribus. in fi. C. de iu. dot. Abb. in c. accedens. in fi. (vbi lata apoſt.) de procur. Roma. in l. de diuiſione. num. 16. ff. ſolu. matrim. & in d. §. ſi maritus. num. 25. & in conſil. 517. col. 1. Virtute etiam ſtatuti Romani eidem vxori alimenta debeantur, vt in lib. 1. c. 78. vbi ponitur modus ea petendi. Quæ quidem alimenta debita, ſi vir non præſtiterit, vel ſi in vxoris ægritudine peritos medicos non adhibuerit, vbi adeſſet eorum copia, eam necaſſe videretur, ſi deceſſerit, indeq́ue priuatus quolibet ſtatutario, aut aliàs conuento lucro vxoris præmorientis. Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſi vir. num. 3. ff. ſolu. matrim. vbi Roma. num. 16. & Iaſ. num. 4. & 10. idem Bart. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. eo. titu. & in d. §. quod in vxorem. in fi. Paul. de Caſt. in l. ſorórem. C. de his quibus vt indig. Ruy. conſil. 139. num. 2. lib. 4. Ad quæ quidem alimenta vir teneatur etiam vltrà vires dotis ſolutæ, ſi eius reditus ad ea non ſufficerent. Bar. in d.
6 l. ſi maritus. num. 3. vbi Roma. num. 25. adeò † vt & reliqua bona mariti ſint pro alimentis tacitè hypothecata. Bar. in d. §. ſin autem. nu. 7. Soc. conſil.
7 41. num. 13. lib. 4. Sed non † idem futurum, ſi dos viro promiſſa à ſocero, vel fratribus vxoris, ei per moram non ſolueretur, qua ratione liceret alimenta vxori

ta vxori denegare, eamq; ad domum patris, aut fratris alendam remittere, donec ſibi de dote promiſſa ſatisfieret. Bal. in d. l. quod in vxorem. & in l. ſi donaturus. §. 1. 1. nota. ff. de condict. ob cau. cum vxori non ſint alimenta debita, ſi de dote promiſſa marito non ſatisfiat, vt ibi dicunt Docto. & Creſcen. deciſ. 233. Boërius deciſ. 22. Si autem vir nihilominus dote non recepta alimenta vxori præſtitiſſet nulla proteſtatione præuia, an poſſet eorum æſtimationem repetere, dicit Iaſ. in d. l. ſi donaturus. §. 1. num. 6. Quando autem de iure ſunt vxori alimenta præſtanda, poſſet vtiq; aliquid annuum ei promitti, vnde ſe alere poſſet. l. ex annuo. ff. de donat. int. vir. & vxor. Roma. in l. in inſulam. §. vſuras. num. 5. ff. ſolu. matrimon. Neque pactum licet iuramento firmatum, de vxore non alenda eſſet validum, vt per Bal. in l. pactum. in fi. C. de colla. Fe-
8 ly. in c. cum quidam. col. fi. de iureiu. At † alimenta vxori quomodolibet debita præſtanda ſint in domo ipſius viri, cui interim ſit operas exhibitura, ac quodlibet lucrum inde proueniens cedat ad commodum ipſius viri, glo. in l. ſicut. ff. de oper. libe. Bar. in l. ſi Caio. §. 1. ff. de alim. legat. Bal. in l. ſi donaturus. §. 1. 4. not. & in d. l. quod in vxorem. Iaſ. l. 1. num. 2. C. de lega. Specul. qui fil. ſint legit. num. 36. de quo Alex. conſil. 178. num. 12. lib. 6. Soc. conſil. 286. num. 5. lib. 2. Marſil. in l. 1. §. cum quis. num. 8. ff. de quæſt. Proptereaque poſſent ei ſine cauſſa recedenti è domo viri iuſta ratione alimenta denegari. Bald. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. & §. transgrediamur. ff. ſolu. matrim. Corſet.

poſt

poſt Abb. in d. c. accedens. in fi. de procur. Roma. 617. Tanis deciſ. 11. Iuſtam verò cauſſam receſſus ſi vxor haberet, omninò eſſet ab eius viro extra domum alenda, vt puta ſi eam verberaſſet, vt dicit Iaſ. in d. l. 1. num. 4. & Alex. conſil. 26. num. 6. lib. 6. vel ſi maritus domi adulteram retineret, aut banniretur, quem vxor ſequi nollet. Bal. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. in princ. Afflict. deciſ. 10. ſeu ſi vxor vellet profiteri religionem approbatam, vt inquit Specul. tit. qui fil. ſint legit. num. 33. multoq; magis ei alimenta deberentur extra domum viri, qui eam innocuam expulerit, quæ ſi ſeipſam aluerit extra domum viri, an æſtimationem alimentorum ab eo ſit legitimè repetitura, videndus eſt Hoſtien. in ſumma tit. ſi mulier petat. num. 4. poſt tit. qui fil. ſint
9 legit. Verum ſi vir † aliàs eſſet peruerſus, teneretur nihilominus vxor illum pati, & cum eo permanere, vt inquit Soc. d. conſil. 286. in fi. Ex iuſta autem cauſſa poſſet vir impunè eius vxorem abijcere, ratione perditæ vitæ, vt dicitur per Bal. in d. l. quod in vxorem. & l. ſi donaturus. §. 1. Bar. in tracta. de alim. q. 47. Cæteriſque iuſtis cauſis, de quibus in l. fi. §. fi. C. de repud. & in §. igitur. & §. has itaque, in authen. de nupt. quæ ſi ex adulterio recludatur in monaſterium cum amiſſione dotis, ſit ibidem alenda ex fructibus ſuæ dotis. Rom. in l. Lucius. num. 20. ff. ſolu. matrim. Vt & ſi vir diffiteretur illam eſſe eius vxorem, vnde inferret, ſe ad eam alendam non teneri, ſciat ſe perperam ei alimenta denegaturum, quæ eſſet in quaſi poſſeſſione ſtatus matrimonialis, propterea omninò alenda, donec de veritate con-

iugij conſtiterit, vt per Specul. qui fil. ſint legit. nu. 32.& Ægid. deciſ. 88. Tanis. deciſ. 11. dicentes idem fore, ſi vxor nomine viri à tertio accuſaretur. Neque vir aut vxor in his caſibus, in quibus alimenta reciproca inter eos debentur, poſſent ſe ab illis eximere, etiam cum iurata alimentorum renunciatione. Felyn. in cap. cum quidam. in fi. de iu. iu.

# DE ALIMENTIS VIDVARVM.

## Caput XV.

*SVMMARIVM.*

1. *Vidua alenda ab hæredibus mariti infra annum ſoluendæ dotis de iure ciuili, ſed non canonico, ſi aliunde habeat. 2.*
3. *Intereſſe lucri ceſſantis non attenditur in lucro à iure recepto.*
4. *Dotis nomen ceſſat ſoluto matrimonio.*
5. *Fructus pignoris dotalis, licet cedant lucro viri, non tamen cedunt lucro hæredum.*
6. *Dotis alimenta præterita non debentur.*
   *Vidua an poſſit alimentis debitis renunciare. num. eod.*
7. *Dotis fructus debiti ex ſtatuto Romano.*
8. *Vidua poteſt ratam hæreditatis viri petere, ſi ſit indotata, vel cum modica dote.*
   *Vidua quæ poteſt ſibi victum quærere, non gaudet beneficio authen. præterea. C. vnde vir & vxor. num eod.*
   *Vide ad d. authen. præterea ibidem in fi.*

1 NEDVM † à marito viuente mulier alenda eſt, verùm ſi egeat eo præmortuo alenda ſit ab eius hæredibus infra annum dotis reſtituendæ de iure ciuili, iuxta termi. l. 1. §. exactio. C. de

rei

rei vxo. actio. vbi glo. & Bar. Paul. de Caſt. in l. diuortio. ff. ſolu. matrim. Vbi Iaſ. num. 19. & Roma. num. 13. & in authen. præterea. C. vnde vir & vxor. Deci. in l. de alimentis. col. 2. de tranſact. Abb. in cap. ſalubriter. no. 6. de vſur. & in cap. de prudentia. num. 6. de dona. inter vir. & vxor. Alexand. conſil. 48. num. 3. lib. 3. Ange. conſil. 142. col. 2. Capici. deci. 24. num. 2. Sed iure canonum ſecus fore dicit Cyn. in d. §. exactio. in fine. & Abb. conſil. 39. num. 5. lib. 2. fretus authoritate Ioan. Andr. & Innocen. in d. c. ſalubriter. dicens, tamen ibid. Cyn. quod cum durante termino ſoluendæ dotis præfinito à lege vel ſtatuto nulla mora committatur, nec & aliquod intereſſe conſiderari poſſit, prouenien tantum ratione moræ, vt ſi mulier interim egeret, vt dicit poſſe aliquod ius dotis alienare, aut pignori tradere pro ſe alenda vſque ad terminum à iure ſtatutum, vt ibi per Cyn. & Abb. Roman. verò in d. l. diuor. num. 17. poſt recitatos plures ſenſus per Doct. traditos ad d. c. ſalubriter. ea diſtinctione † adhibi-
2 ta, quæſtionem hanc dirimit, videlicet, quod ſiquidem vidua non habens vnde ſe aliunde alat, dotem ſibi ab hæredibus viri reſtitui curioſè petat: ſibi interim alimenta præberi, ſit iure petitura ratione intereſſe eius damni incurrendi in ſe alenda cum ære alieno, ob remoratam dotis reſtitutionem: idque etiam COMMVNI ſententia comprobari dicit Alex. conſil. 27. col. 1. lib. 4. Sed ſi haberet, vnde ſe aleret, vtique ceſſante ære alieno, & per conſequens intereſſe damni, non eſſe ei interim alimenta debita dicit ibi Roman. & Abb. in d. c. ſalubriter. num. 5.

& in

& in d. conſil 39. Cardi. in clem. 1. de vſur. Ancha. conſil. 150. Soc. conſil. 16. lib. 3. Cumque inopia ſit præcipuum viduarum fundamentum in his alimentis, ſucceſſuris loco intereſſe, ad eas etiam ſpectabit probandi talem inopiam, velut in qua fundatur earum intentio. Bart. in l. ſi verò. §. fi, ff. qui ſatiſda. coga. Milis verbo, alimenta. num. 3. Poſſet
3 † tamen ſine vrgenti inopia peti per viduam intereſſe legitimi lucri ceſſantis, veriſimiliter per eam percipiendi ex dote ſibi non reſtituta, cum id intereſſe inopiam non requirat, ex notat. in c. per veſtras. in fi. de dona. inter vir & vxor. Roma. conſil. 237. nu. 5. Alex. d. conſil. 27. num. 5. Abb. in d. conſil. 39. num. 6. In quo tamen lucro ceſſante, non eſſet omninò attendenda aſſertio ipſarum viduarum, quæ facilè credant, quodcunque lucrum eis eſſe licitum ratione viduitatis, ſed id committendum arbitrio iudicis, qui ſit ex conſcientia arbitraturus, quodnam ei lucrum eſſet licitum, vt ibidem Roman. in ſumma. Ang. verbo, vſura. col. 3. cum nulla ſit habenda ratio lucri ceſſantis, niſi honeſti, & ſpecificè à iure comprobati. l. ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. l. 1. §. ſin autem ſuperſederit. C. de rei vxo. actio. l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo, quod cer. loco. vbi latè per Iaſ. vt nec ſi aliàs ipſi viduæ fuiſſet ab hærede mariti pignori datum aliquod prædium, donec ei dos reſtitueretur fructus eius prædij cederent lucro mulieris, ſed in ſortem computarentur. Abb. in d. c. ſalubriter. nu. 4. idq́; COMMVNITER comprobari dicant Alex. in d. l. diuor. Ancha. conſil. 150. num. 4. Neguſan. in tractat. de pignor.

pignor. 5. par. 5. par. num. 7. ea primum ratione freti, quod ſoluto matrimonio non poſſit quicquam deberi prætextu non ſolutæ dotis, cuius nomen de-
4 leatur vnà cum matrimonio, ſine quo † dos dici nequeat: verùm ſi alicuius damni, aut lucri intereſſe probaretur, ipſorum fructuum retentio pro rata cõpeteret, vt ibidem dicunt Docto. Alias, nec ſi vir aliquid certum annuum reliquiſſet vxori, donec ei dos reſtitueretur, id legatum ſubſiſteret. Alexand. d. conſil. 27. & Ancha. conſil. 93. In quibus autem caſibus ex iure ciuili præſtabantur per hæredem dotis alimenta infra annum ſoluendæ dotis, iuxt. diſpoſi. l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Omne etiam dotis commodum, quamuis excedens ſumtus alimentorum, ſpectabat ad ipſum hæredem, cuius fauore ea dilatio à iure tribueretur. Roma. in d. l. diuortio, qui ad hoc notat gl. in l. creditor. §. ſi inter. ff. mandati. quod tamen ſanè intelligatur de commodo dotis conſiſtentis in pecunia, aliaúe re mobili, cum immobilia eſſent ſtatim reſtituenda, vt in d.
5 §. exactio. nec † eorum fructus cederent lucro hæredis, ſed ipſi viduæ vnà cum re ipſa eſſent reſtituendi, licet ea res fuiſſent viuenti pro dote pignori tradita, cuius fructus, licet ratione oneris matrimonij ſibi vir quæſiuiſſet, non æquè tamen quærerentur hæredi, qui cum eo onere careat, etiam lucro carere debeat, vt dicit Abb. in d. cap. ſalubriter. col. 3. in princ. & Anto. Neguſan. de pignor. 5. memb. 3.
6 par. nu. 16. Quæ † quidem dotis alimenta in præteritũ per viduam non petita, amplius peti nequeant, niſi pro ſe alenda contraxiſſet æs alienum, ad inſtar eius quod

quod diximus in cæteris alimentis officio iudicis debitis, & in hac ſpecie alimentorum dicit Iaſ. in d. l. diuortio. num. 19. & in l. de alimentis. vlt. nota. C. de tranſact. vbi Alex. & in conſil. 27. lib. 4. & conſil. 27. num. 8. lib. 5. in quo tamen ſecus ſenſerint Bal. in d. l. de alimentis. in fi. & ibi Deci. 1. not. Alex. conſil. 78. num. 6. lib. 5. Soc. conſil. 57. num. 38. lib. 4. dicentes hæc alimenta etiam pro tempore præterito peti poſſe, velut non ex ſola charitate ac officio iudicis decernenda, ſed iure actionis debita ratione intereſſe ob moram contractam in reſtitutione dotis: idemque comprobat Corn. conſil. 212. litt. O. lib. 3. An autem vidua poſſit his alimentis ſibi præſtandis renunciare, ponit Deci. in d. l. de alimentis. num. 6. in fi. ac quando ſint ei præſtanda in domo hæredum, videndi ſint Specul. in tit. qui fil. ſint legit. num. 30. & Iaſ. in d. l. diuortio. num. 24. in l. cum hi. §. vult. num. 9. ff. de tranſact.

7 Sed † cum in exhibendis his alimentis ratione dotis tam viro, quàm viduæ Doctores interdum ſint inuicem in quantitate varij, ideo opportunè ad omnem hæſitationem tollendam per ſtatutum Rom. proſpicitur in lib. 1. c. 78. & in lib. 4. c. 20. vt donec dos vel viro ſolueretur, viduæ reſtitueretur, fructus dotis computarentur ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario: quod quidem ſtatutum plerique ſint, qui de iure canonum ſeruandum eſſe negant, recitati per Iaſ. in l. de quibus. nu. 71. ff. de legib. & in l. cunctos populos. 2. lec. C. de ſum. Trini. & in l. 1. num. 8. C. de lega. Abb. in c. ſalubriter. num. 5. de vſur. & in c. 3. nu. 6. de dona. int.

vir. & vxor. & in conſil. 39. num. 3. lib. 2. Cardi. in Clem. 1. q. 6. de vſur. Roma. conſil. 517. num. 4. Ancha. conſil. 150. Ambr. in tract. de vſur. nu. 17. Corn. conſil. 212. litt. B. lib. 3. Soc. conſil. 126. num. 6. lib. 1. nihilominus cum id ſtatutum verſetur in obſeruantia indubia, ſubnixum Apoſtolica confirmatione in hoc adhibita pro robore ſtatuti, non poſſit in eo cenſeri aliquid vſurarium, ſed tantum intereſſe quoddam taxatum per ſtatutum communi-
8 ter receptum cum authoritate pontificis. Quod † & ſi vidua (cui fuerit dos reſtituta ab hæredibus viri) nihilominus ex tenuitate ſuæ dotis adhuc inopia laboraret, non propterea per hæredes viri, licet diuitis, aliquid eſſet ſupplendum pro alimentis, ad quæ nullatenus teneantur poſt dotem ei reſtitutam: verùm vxori viduæ adhuc inopi aliunde iura proſpexerint, vt in talem caſum poſſit ab hæredibus tam teſtamentarijs, quàm ab inteſtato petere quartam partem, ſi tres ſint hæredes, aut pauciores: ſi autem plures ſint, virilem partem cum hæredibus, collato eo, quod fortè ei fuiſſet à marito relictum. §. quoniam verò. in authen. de exhi. reis. authen. Præterea. C. vnde vir. & vxor. quæ licet expreſſim caueat mulieribus tantum indotatis, æque tamen ratione porrigatur ad dotatam in dote minima, quæ comparetur nulli; velut ex qua ſe alere nequeat, vt per Rom. in l. diuortio. nu. 15. ff. ſolu. matr. Paul. de Caſt. conſ. 150. nu. 1. lib. 2. Alex. conſ. 91. nu. 1. lib. 7. quæ tamen inopiæ ratio ceſſaret in vidua, quæ proprio labore poſſet ſibi victum quærere. l. ſi quis à liberis. §. deinde. ff. de libe. agn. ideoq; nec in ea locũ ſibi vendica-

ret diſ-

ret diſpoſitio prædictæ authen. vt in ea dicitur, & dicit Soc. conſil. 121. num. 4. lib. 4. Vidua etiam alenda à hæredibus viri, licet dotem non habuerit, cum in ea adhuc durare cenſeantur veſtigia matrimonij, ſi honeſtam vitam duxerit, vt per Cy. & Bal. in l. fi. C. de bon. mater. Paul. de Caſt. conſil. 147. num. 2. lib. 2. Dicunt propterea, quod ſi vidua ſtuprum committat, dotem deperdit ad inſtar adulteræ in memoriam primi viri, de quo latè Marſil. in l. 1. num. 53. C. de rapt. virg. & in ſing. 416. Vt hactenus ſat ſit diſſeruiſſe de alimentis, quæ nulla actione peti poſſunt, ſed iudicis officio implorato ex charitate decernuntur, tanquam vel iure naturali, vel gentium, aut ciuili debita, modis, & cauſis ſuprà dictis. Quo autem tempore præſcribi poſſit huic iudicis officio, videatur Bal. in tract. præſcript. 4. par. 4. par. q. 30. Vt iam tempeſtiuè deſcendendum ſit ad eorum alimentorum notionem, quæ iure actionis petenda ſint.

# DE ALIMENTIS DEBITIS EX CONTRACTV

## Caput XVI.

*SVMMARIVM.*

1. *Alimenta ex contractu debita petuntur iure actionis.*
*Pauperi promiſſio facta, cedit ad eius vitam vice alimentorum. nu. eod.*
2. *Alimentorum donatio non eget inſinuatione.*
*Donatio facta filio ſpurio non valet vltrà alimenta. nu. eod.*

3. *Alimenta promiſſa ratione alicuius rei tradita, & ſi denegentur poßit res vendicari.*

4. *Alimentorum cauſſa domus data ſi corruat, erit periculo recipientis.*

*Alimentorum cauſſa ſi quid detur eccleſiæ, quomodo præbeatur, nu. eod.*

5. *Aduocatorum & procuratorum ſalarium vim alimentorum obtinet.*

*Aduocato eſt debitum ſalarium, licet non conuentum, nu. eod.*

6. *Aduocato ſalarium promiſſum debetur integrum hæredibus, licet ante finem litis deceſſerit.*

*Aduocato electo per iudicem pro paupere ſalarium non debetur, nu. eod.*

*Aduocato promiſſum ſalarium lite pendente non debetur, nec pactum de quota litis, nu. eod.*

7. *Medico debitum ſalarium, licet non conuentum.*

*Famuli ſalarium creſcit & decreſcit pro ratione laboris, num. eod.*

8. *Prægnanti vxori debita alimenta.*

*Præterita alimenta ſemper peti poſſunt, ſi iure actionis ſint debita, num. eod.*

9. *Alimentis ex contractu debitis renunciari poteſt.*

VT IGITVR diſtinctioni ab initio propoſitæ in omnibus ſatisfiat, poſtquam diximus de alimentis debitis officio iudicis, ſubnectenda eſt cognitio alimentorum, quæ debentur iure actionis, quorum ſicuti eſt diuerſa ratio, ſic pariter
1 diuerſa perſecutio, cum hæc † alimenta, de quibus nunc dicturi ſumus, velut ex hominis diſpoſitione debitis petantur, congrua actione, oriente vel ex contractu, vel ex vltima voluntate, aut ex principis ſeu legis diſpoſitione, ex quibus ſingulis eodem momento, quo naſcitur obligatio, oriatur & actio, per quam debitor cogi poſſit, in iudicio ad ea (vti decet)

decet) exhibenda, in quo nihil operetur iudicis officium nobile, ſed tantùm mercenarium deſeruiens actioni per partem intentatæ. l. cum hi. ff. de tranſact. l. 1. C. de fideicom. Specul. qui fil. ſint legit. nu. 9. Omnis etenim annua promiſſio pauperi, licet ſimpliciter in vim contractus facta, cedit pro alimentis, vt propria actione contractus peti poſſint, donec actor vixerit, cuius morte deficiant, vnà cum inopia. Bar. in l. ſi Stichum. §. 1. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ. num. 11. dicit id communiter teneri, vt ſi in contractu donationis alicui expreſſè conſtituantur alimenta annua ad vitam, oriatur inde
2 congrua actio, ac talis † donatio multiplex cenſeretur ad effectum euitandæ inſinuationis, ita vt cuiuſlibet anni quantitas eſſet attendenda. l. ſancimus. §. ſi quis autem. C. de donat. quamuis annua promiſſio per ſtipulationem facta pro vnica haberetur. Iaſ. in d. l. ſi Stichum. §. 1. in fi. Verùm ſi fieret donatio (licet ſub nomine expreſſo alimentorum) de aliqua re particulari, minimè gauderet eodem priuilegio inſinuationis, ſeu alio vltra quantitatem veriſimiliter erogandam pro alimentis, quæ donatio ſi eſſet aliàs futura nulla, vel egens inſinuatione, eatenus egeret, quatenus excederet alimentorum ſummam, & non vltrà, vt per Pariſ. conſil. 73. num. 70. lib. 1. nam & donatio filio ſpurio facta euaneſcat vltra quantitatem alimen-
3 torum, vt deciſum refert Mohed. deciſ. 188. Ac † ex contractu permutationis competit ei actio pro alimentis, qui cuiquam proprium fundum tradiderit, vt ipſum alat, quoad vixerit, cui alimenta pe-

tenti, ſi obſtinatè denegarentur, poſſet etiam ab eodem promiſſore fundus vendicari, ſed non ab eius hærede, qui iuſtam ignorantiæ cauſſam ſit habiturus, donec legitimè de tali promiſſione fieret plenè certior. l. 1. C. de donat. quæ ſub mo. Deci. in regu. qui in alterius. num. 2. Aluarot. in c. 1. §. ſed nec alia, quæ fuerit pri. cau. in vſi. feu. Corn. conſil. 110.
4 col. fin. lib. 1. Domo † autem permutata cum alimentis recipiendis, præſtandi, omne eius periculum incendij, vel ruinæ erit recipientis, qui nihilominus ad promiſſa alimenta teneretur. Abb. in c. exhibita. in fi. de re. permu. Bened. Cap. in c. potuit. verſ. pone dedi domum. de locato. Iaſ. in l. quo minus. num. 151. ff. de flumi. & in l. 2. nu. 14. C. de iu. emphy. An autem ſolida futura ſit talis permutatio cum eccleſia, vt recepto fundo quenquam alat, dum vixerit, ſi tam diu vixerit, vt multò plus receperit pro alimentis, quam ſit precium rei, dicit Iaſ. pluribus relatis in l. cunctos populos. 2.
5 lec. num. 42. C. de ſum. Trinit. Vicem autem † alimentorum obtinent ſalaria procuratorum, Aduocatorum, & ſimilium, quæ quidem promiſſa, actionis iure ſint petenda ad inſtar cæterorum alimentorum, vt ſiquidem certum ſalarium per ſtipulationem promittatur, certi condictione agendum ſit: ſi verò incertum, actione ex ſtipulatu: quod ſi nudo pacto promiſſum ſit, agi poſſit condictione ex l. vni. C. de ſuffra. Specul. in tit. de ſalarijs. §. ſequitur. num. 4. Quo ſalario nullatenus conuento ageretur actione locati, per eum tamen, qui proprias operas locare conſueuerit, aliàs actione præſcriptis

ptis verbis. Cyn. in d. l. vni. num. 4. Bald. in rub. C. mandati. 5. oppo. Alex. in l. litem. C. de pact. (cum & ſalarium non conuentum Aduocato deberi dicant Pede. de Sen. conſil. 218. in fi. Alex. conſil. 109. in fi. lib. 6. Soc. conſil. 196. col. 2. lib. 2.) idque dicant ſpecificè recipi in Aduocato tantum, non in procuratore, vt deciſum refert Pute. in cauſa Zamoren. de anno 1547. Idque ſalarium taxandum ſit pro meritis perſonarum, & qualitate cauſſæ. l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extra. cogni. Bal. in l. licet. in fi. C. locati. Cyn. in d. l. vni. num. 4. in fi. dicens id verum eſſe in aduocatis lucrari ſolitis, licet interdum amicis gratis inſeruiant, ſed non idem futurum in his Aduocatis nouitijs, qui ex eo gratis
6 laborant, vt negocia aucupentur. Quod † ſalarium, vt dixi, debitum etiam integrum debeatur hæredibus, quamuis ante tempus operis completi ſalariatus deceſſerit, vt per Specul. in d. tit. de ſalarijs. §. ſequitur. num. 22. Roma. conſil. 85. Nec tamen aduocato ſalarium deberetur, ſi fuerit per iudicem electus, vt pauperi præſtaret patrocinium. Abb. & Fely. in c. 1. de offi. iudi. Deci. in c. 1. nu. 46. de proba. qui, ſi gratis inſeruire recuſet, poſſet ei ad tempus interdici patrocinium. l. prouidendum. C. de poſtulan. & ibi Bal. Roma. ſingu. 262. cum incurſu peccati mortalis, vt dicitur in ſumma Sylueſtri. ver. Aduocatus. q. 25. Beat. Thom. in 2. 2. quæſt. 71. artic. 1. Salarium autem lite pendente conuentum non poſſet legitimè peti. l. quiſquis. §. præterea. C. de poſtulan. l. 1. §. ſi cui. ff. de var. & extra. cogni. Specul. d. §. ſequitur. num. 5. Neque etiam

in hoc attendenda eſſent pacta de quota litis, quæ de iure ſint reproba. l. is qui. C. de poſtulan. c. infames. ver. arcentur. 3. q. 7. Bar. in l. ſumtus. ff. de pact. In qua tamen ſalarij cognitione, quo ad Aduocatum attinet, ne ſim prolixior, referam me in cæteris ad ea, quæ dicuntur in l. ſi quis alicui. §. impendia. ff. mandati. & in l. qui mutuum. §. ſalarium. eodem titu. & in l. ſalarium. C. eod. & per Specul. in d. §. ſequitur. ver. ſed quando. & in §. 1. num. 4. ac titu. qui fil. ſint legit. num. 23. Paul. de Roma. in tract. de penſio. q. 5. num. 8. Petr. de Vbal. in tract. de duobus fratrib. quæſt. 6. in prin. num. 24. Cyn. in d. l. vni. C. de ſuffra. ibi proponit quàm plures quæſtiones ad patronorum ſalaria pertinentes. Pariter
7 & medico † ſalarium, licet non conuentum à conualeſcentibus, debeatur, quamuis ad eorum curam ipſis inutilis acceſſiſſet. Roma. in l. ſi mulier. nu. 33. ff. ſolut. matrim. & in ſingul. 123. id notans ad limitationem l. fin. C. de negoc. geſt. Idemque dicit Soc. conſ. 286. num. 4. lib. 2. per famulum alicuius apothecæ, cum quo ſalarium certum fuerit conuentum, qui poſtea notarius creatus inſtrumenta plura confecerit pro ſeruitio eiuſdem apothecæ, poterit peti duplicatum ſalarium, vt ex pluribus rationibus concludit Roma. conſil. 25. de quo Fely. in c. cum olim. num. 3. de re iudi. quibus tamen famulis ſalarium decreſcit, ſi eius labor diminuatur, vt per Bar. in l. Seio. in fi. ff. de annu. lega. & Iaſ. in l. quo
8 minus. num. 146. ff. de flum. Et mulieri † viduæ prægnanti alimenta debeantur ex legis diſpoſitione petenda condictione. l. 1. §. mulier. l. ventre. in

prin.

prin. ff. de ven. in poſſ. mitten. l. 3. C. de Carbo. edic. ac velut iure actionis debita, petantur etiam per mulierem, quæ aliunde ſe alere poſſet. Roma. in d. l. diuortio. num. 15. ff. ſolu. matrim. Atque hæc & alia alimenta ex contractu debita & iure actionis in iudicio petenda, cum principaliter egeſtatem non reſpiciant, ſed conſenſum, etiam in præteritum decurſa peti poſſunt, ceſſante ea ratione, quod iam vixerit, quæ militat in alimentis debitis officio iudicis, de quo per Bar. in l. libertis, quos. §. 1. ff. de alimen. lega. Iaſ. in l. diuortio. num. 19. ff. ſolu. matrim. Corn. conſil. 212. lit. C. lib. 3. qui dicunt qualia ſint alimenta in præteritum præſtanda, & etiam dicit Alex. conſil. 178. num. 7. lib. 6. eiſdemque alimentis velut ex contractu prouenientibus, partiumque conſenſu debitis, eodemmet conſenſu renunciari poſſit, ex regu. nihil tam naturale, & dicit Bar. in tract. de alimen. num. 33. Bal. in l. pactum. in fi. C. de colla. Fely. in c. ſi diligenti. num. 5. de foro comp. cum in his ceſſet diſpoſitio l. cum hi. ff. de tranſact. ſibi tantum locum vendicans in vltima voluntate, quæ velut ex vnius tantum teſtatoris conſenſu dependens ab alijs commutari nequeat, difformem habens rationem à contractu, qui nititur ambarum partium conſenſu, vt & in alijs pleriſque caſibus fauore vltimæ voluntatis ea reciperentur, quæ in contractu ceſſarent, cum alimenta relicta in vltima voluntate, ſi triennio præſtita fuerint, omninò deberentur, licet de teſtamenti robore dubitaretur. l. 1. vbi per Bal. num. 8. C. de fideicom. quod tamen in alimentis promiſſis per contractum mini-

mè reciperetur, vt eſſe communem in l. ſi certis annis. C. de pac. dicit ibi Deci. num. 7. cum alijs recitandis in ſequenti parte ſuper alimentis relictis in vlt. voluntate, ad quæ opportunè deſcendo.

# DE ALIMENTIS DEBITIS EX VLTIMA VOLVNTATE.

## Caput XVII.

### SVMMARIVM.

1. *Alimenta relicta etiam præterita peti poſſunt iure actionis.*
*Alimenta præterita peti poſſunt per bannitum reſtitutũ, nu. eod.*

2. *Alimenta relicta pauperi pia ſunt, ſecus ſi diuiti, licet ſint fauorabilia.*
*Alimenta cenſentur tacitè vxori relicta, vel concubinæ, ſi penes eas relinquatur filius educandus, num. eod.*

3. *Vxor relicta domina, & vſufructuaria, habet tamen alimenta inſtitutis filijs, de quo latè num. 3. & ſeq.*

7. *Hæres & dominus ſunt verba ſynonyma.*

8. *Vxor relicta domina, & vſufructuaria ſub conditione viduitatis, &c.*
*Viduitatis conditio adiecta legato vxoris, cenſebitur annua, num. eod.*

9. *Vxori alimenta relicta, donec moretur cum filijs, etiam illis præmortuis debentur.*
*Vxor ſubſtituta filijs in 4. parte, habebit etiam alimenta, ſi illa pars non ſufficiat, num. eod.*

10. *Alimentorum legatum non dicitur ex legato vſufructu, vt teneatur rationem reddere. 11.*

11. *Vxori alimenta relicta, ſi noluerit cum filijs habitare, debebuntur ab omnibus, licet cum vno permaneat.*

12. *Vxor alenda domi, ibi etiam operas præſtat.*
*Vxori alimenta domi relicta per ſecundas nuptias expirãt, nu. eo.*

*Mater*

Mater poſt ſecundas nuptias poteſt redire ad primos filios alenda, num. eod.

13. Vxori idem eſt relinquere reditus ad domum, vel educatio aut alimenta.

Vxori relicta alimenta ad vitam, debentur initio anni, relicta autem donec erit vidua, debebuntur menſtrua ad victum, quo verò ad veſtitum iuxta indigentiam, num. eod.

Alimenta alicui relicta, & eius vxori ſub nomine appellatiuo cuicunq; vxori debebuntur, nu. eod.

Alimenta cuicunq; relicta peti poſſunt præterita, nu. eod.

14. Alimentorum legatum incertum valet poſtea certificandum.

Pauperi legatum annuum, cenſebitur pro alimentis, num eod.

15. Collegio pauperum ſeu pauperibus genericè legatum annuum erit perpetuum, & quomodo debeatur, & ſeq.

16. Hoſpitali relicta alimenta pro pauperib. non debentur eo diruto.

Epiſcopus diſtribuit legatum pro alendis pauperibus, num. eod.

17. Executor in diſtribuendis bonis inter pauperes poteſt ſe ipſum, vel filium nominare ſi egeant.

Popularis eſt actio pro petendis alimentis relictis pauperib. quæ nec dilationem nec Falcidiam patiuntur, num. eod

Fratribus ſancti Franciſci annuum legatum, an valeat, nu. eod.

18. Alimentorum legatum donec moretur domi hæredis, eo defuncto debetur.

19. Fiſcus hæres tenetur ad alimenta legata.

Reus rei certæ non tenetur ad alimenta legata, niſi, &c. nu. eod.

Hæres non tenetur ad alimenta legata vltra vires hæreditarias, licet inuentarium non confecerit, 19. 25.

20. Alimentum legatum continet etiam veſtes, calcearia, habitationem & victum.

Alimentorum vectura & gabella ad quem ſpectat, num. eod.

21. Alimentorum legatum non continet cultum agrorum, nec ſtudij expenſas, nec æs alienum.

Alimentorum tranſactio non porrigitur ad veſtiaria, nec ad medelas, nu. eod

22. Alimentorum ſynonyma verba, & ſeq.

24. Alimenta in qua ſpecie ſint ſoluenda & moderanda per iudicem, & ſeq.

26. Ali-

26. *Alimenta debentur interdum vltrà reditus patrimonij, & moderanda ex cauſſa inſerta in legato.*

*Alimenta filiæ relicta, donec ei dos certa ſolueretur, debentur iuxta qualitatem dotis, nu. eod.*

27. *Alimenta relicta iuxta ſolitum, intelligenda de poſtremo ſolito.*

*Vxor legataria in alimentis vel alijs, habebit ea vltra dotem, num. eod.*

28. *Aetate creſcente creſcunt etiam alimenta.*

*Arbitrio hæredis alimentis relictis, an id arbitrium extendatur ad hæredes hæredis, num. eod.*

29. *Fundus relictus cauſſa alimentorum cenſetur demonſtratiuè adiectus.*

*Fauore alimentorum perſonalis actio datur contra quemlibet poſſeſſorem, num. eod.*

30. *Fauore alimentorum prohibita alienatio impedit dominij tranſlationem.*

*Hypotheca tacita idem operatur ac expreſſa fauore alimentorum, num. eod.*

*Fundus legatus pro alimentis tranſit cum proprietate, nu. eod.*

31. *Deportato debentur alimenta legata, licet eſſet aliarum rerum incapax.*

*Religionis ingreſſus non impedit debitum alimentorum, num. eod.*

32. *Triennio ſolutum legatum alimentorum debetur in poſterum, licet dubitaretur de viribus teſtamenti: ſecus in contractu, in quo opus ſit decennio.*

33. *Alimenta non continentur in generali ademtione legatorum.*

*Fauore alimentorum relicta à nominatis hæredibus, debentur etiam à ſubſtitutis, num. eod.*

*Statuti generalis excluſio non continet legata alimenta, nu. eod.*

*Reuocatio generalis non continet gratias conceſſas pauperibus, num. eod.*

*Paupertatis gratia geſta pia dicuntur, quæ derogata non cenſentur ſine expreßione, num. eod.*

*Pubertas vlterius porrigitur fauore alimentorum, num. eod.*

34. *Alienari prohibita non poſſunt aßignari pro alimentis.*

*Hæreditatis nomine non veniunt bona fideicommiſſaria, feudalia, vel*

*lia, vel emphytheutica, num. eod.*

35. *Fideicommiſſo grauatus poſſet alienare, vt ſe aleret, ſed non alteri relinquere.*

*Litigioſa res alienari non poteſt etiam ex cauſſa famis, num. eod.*

36. *Patre prodigo, quo pacto filijs proſpiciatur.*

*Filia legatum alimentorum donec nupſerit, expirat cum nuptijs, num. eod.*

*Vxori alimenta relicta, donec cum filiabus permanſerit, ceſſabunt altera filia mortua, altera nupta, num. eod.*

1 ALIMENTA † etiam in poſtrema voluntate relicta velut ex hominũ diſpoſitione debita actionis iure petuntur, licet maioribus gaudeant priuilegijs, quàm quæ debentur ex partium conuentione, ſuo loco latius exponendis. Conueniunt tamen in eo, vt vtriuſque generis alimenta eodem iure actionis petantur, illis etiam debita, qui non egeant, ac pro tempore præterito. l. 1. C. de fideicom. l. cum hi. ff. de tranſact. Bar. in l. libertis, quos. §. 1. ff. de alim. lega. Iaſ. in l. diuortio. num. 19. ff. ſolu. matrim. adeò vt etiam in præteritum debeantur, pro tempore quo quis fuerit bannitus, ac in metallum damnatus, ſi poſtea reſtituatur. l. is cui. ff. de alimen. legat. Boich. in c. paſtoralis. q. penul. de appella. Quæ quidem alimenta poſſint ex vltima voluntate tam expreſſè, quàm tacitè deberi, vt ſi expreſſim teſtator ea relinquat, peti poſſint actione ex teſtamento, ſiue pauperi, ſiue diuiti relinquan-
2 tur, quamuis † pauperi relicta ſint pia & fauorabilia, relicta autem diuiti ſint fauorabilia, ſed non pia, vt dicit Roma. in authen. ſimiliter. num 4. C. ad leg. Falcid. Deci. in c. 1. num. 17. de probat. Alexan. conſil.

conſil. 171. nu. 3. lib. 2. Bal. nouell. de dote. par. 5. nu. 6. Ang. in tract. de teſt. glo. 45. num. 5. Verum Gigas in tract. penſio. q. 51. num. 19. dicit, vtraque eſſe æquè pia, de quo ibidem Ange. & Rebuff. de priui. ſchola. cuius veritatem noſſe plurimum conferat ratione Falcidiæ non detrahendæ ex relictis pijs, vt dicunt prædicti Docto. & mox latè dicam. Tacitè verò cenſentur alimenta relinqui vxori, ſi maritus teſtator mandet penes eam educari communes filios, ex quo relicto ſit vnà cum filijs educanda ex tacita voluntate teſtatoris. Bal. in l. ſi mulieri. in fi. ff. de vſufru. nec ſecus futurum, ſi penes concubinam relinquantur communes filij educandi, vt dicit Angel. in eodem tracta. de teſtamen. §. 46. in fi. Eruntq; vxori alimenta præſtanda ex eadem tacita teſtatoris voluntate, donec ei ſi egeat legatum aliud à marito relictum exoluatur. Roma. in
3 l. diuortio. num. 15. ff. ſolu. matrim. Nec † non & tacitè dicerentur alimenta vxori relicta, ſi eius vir extantibus filijs eam reliquerit dominam, patronã, & vſufructuariam omnium ſuorum bonorum, quod quidem relictum non excedere quantitatem alimẽtorum fuit receptum ex conſuetudine Bulgari, vt non cenſeretur pater ſuos filios hæredes inſtitutos vlterius grauaſſe. glo. in authen. hoc locum. C. de ſecun. nupt. Specul. qui fil. ſint legit. num. 34. & Bald. poſt eum in fi. verſic. ſi maritus. Rom. in l. conficiuntur. §. 1. in fi. ff. de iu. codicil. Bene. Cap. conſil. 4. col. 1. & conſil. 154. col. 1. ver. & circa. Pariſ. conſil. 95. num. 57. lib. 1. Angel. in tracta. de teſta. glo. 44. in princ. Veronen. in tract. de ſerui.

cap. 4.

cap. 4. ver. item quid. Nec ſecus fore in relicto ita facto per vxorem viro, vel fratrem ſorori, aut ſocerum nurui, dicit Bald in Authen. hoc locum. col. 2. & fin. C. de ſecun. nupt. de quo Signo. conſil. 179. num. 4. Pariſ. conſil. 21. lib. 2. Cum tamen antiquitus in prædicto legato vxori facto, alia eſſet COMMVNIS opinio, videlicet, quod virtute eius relicti vxor haberet optionem, an mallet vſumfructum tantùm, aut alimenta; ſed longo poſt interuallo temporis opinio Bar. in l. Titia. §. Titia cum nupſerit. ff. de leg. 2. & Bal. in l. fina. num. 6. C. de indic. vidui. tol. euaſit COMMVNIOR, vt filio ſuperſtite non inſtituto, deberetur vxori vſusfructus integer ex eo legato, quo inſtituto, id relictum porrigeretur ad alimenta tantum, vti referunt Ancha. conſil. 237. col. 2. Alex. conſ. 56. nu. 2. lib. 3. Ioan. de Ligna. conſ. 37. Areti. conſ. 40. Rom. conſilio 118. Paul. de Caſt. conſ. 224. lib. 2. Corn. conſ. 5. litt. C. lib. 1. Socin. conſ. 210. in princ. & 279. nu. 3. lib. 2. Deci. conſ. 418. in prin. &
4 conſil. 485. nu. 1. Eaq; † alimenta ex ſe poſſet vxor propria authoritate percipere, vt per Iaſ. in l. nemo poteſt. 2. lect. ff. de leg. 1. & Pariſ. d. conſil. 21. num. 27. lib. 2. quibus filijs inſtitutis decedentibus, ſi extranei ſubſtituti patri ſucceſſerint, id legatum vxoris rediret ad naturam vſusfructus, qui integer ei deberetur, vt inquit Soz. conſil. 68. num. 9. lib. 1. ac pariter reintegraretur vſusfructus quandocunque deficientibus filijs vxore ſuperſtite, vt ibidem per Soc. licet Alex. videatur contrà ſentire, in l. & ſi contra. num. 7. ff. de vulg. & pupill. cum diſtinctione ibi adhibita, quam ſecus intellexerit in

conſil.

conſ.66.col.2.ver.attamē.lib.3.de quo Pau.de Caſt. in conſ.218.nu.2.lib.1.Dec.d.conſ.483.nu. 12. Prædicta autē COMMV.opinio cum Bar.vt cenſeantur ex tali relicto alimenta debita,non vſusfructus, eſt in-
5 terdum † fallibilis ex veriſimili mente teſtatoris, ex eius verbis collecta, vt maluerit vſumfructum relinquere, vt dicunt Alex. d. conſil. 56. Cor. d. conſil. 5. Deci. conſil. 454. num. 2. & 498. num. 1. vt ſi poſt relictam vxorem dominam, vt ſupra in eiuſdem teſtamenti diuerſa oratione, eidem vſusfructus relinqueretur, omninò intelligatur vſusfructus debitus, ne aliàs ſubſequens legatum vſusfructus fruſtratorium redderetur, vt per Cor. in d. conſil. 6. litt. C. Ac pariter euenturum, ſi relinqueret vxorem dominam & vſufructuariam in rebus certis, in quibus diceretur verum vſumfructum legaſſe. Bald. poſt Specul. in titu. qui fil. ſint legit. in fi. & in authen. hoc locum. C. de ſecun. nupt. Corn. d. conſil 5. litt. A. Soc.d. conſil. 210. Idemq́ue fore dicant ſi vſusfructus tantum in toto teſtamento relinqueretur, vnde omninò vſumfructum reliquiſſe dicatur, in eo quod ſupereſſet vltrà legitimam liberorum ſuperſtitum. Specul. qui fil. ſint legit. num. 34. & Bald. poſt cum in fi. ver. quid ſi teſtator, in hoc videndus: in quibus caſibus ceſſat Bulgari conſuetudo, quæ ſola æquitate freta, ex coniecturata mente teſtantis, æquè limitatur veriſimilitudine contraria inde collecta, vt per Corn. in d. conſil. 5. & conſil. 257. litt. V. lib. 1. & pariter contingit in alijs caſibus, in quibus militaret eadem ratio, vtpote ſi expreſſè relinqueretur vxori vſusfructus integer, ſeu plenus, vt dicit

Deci. conſil. 418. num. 1. & 454. num. 2. aut ſi vxori in teſtamento alimenta relinquerentur, in codicillis verò relinqueretur domina & vſufructuaria, ex quo veriſimile ſit, aliquid plus reliquiſſe quàm alimenta, quæ iam in teſtamento legaſſet, ne aliàs codicillare relictum eſſet inane, vt dicit Paul. de Caſt. conſil. 218. in princ. lib. 1. de quo Curt. iuni. conſil. 14. num. 2. nam ſi eidem in diuerſis ſcripturis ſeu orationibus ex interuallo legata repetantur, omnia ſint debita. Iaſ. in l. libertis quos. ff. de alimen. legat. Iaſ. in l. planè. §. 1.5. not. ff. de legat. 1. Abb. conſil. 4. nu. 8. lib. 2. Idemq; ſi vxor relicta fuerit vſufructuaria omnium bonorum, ſi permanſerit in viduitate, cui tranſeunti ad ſecunda vota fuerit relictus vſusfructus vnius fundi, ex quo primũ legatum non eſſet alimentorum tantum, ſed vſusfructus ex veriſimili mente teſtatoris, ne ſecundum legatum ſit pinguius vxore tranſeunte ad ſecunda vota, vt inquit Deci. conſil. 480. num. 12. & conſ. 260.
6 nu. 6. verſ. 2. Verum † vxore ita relicta (vt dixi) domina & vſufructuaria nullo commune filio ſuperſtite, ceſſaret Bulgari conſuetudo, licet ſupereſſet nepos à viro inſtitutus, cum talis conſuetudo filios non egrediatur, ac in ea reputaretur nepos ferè iure extranei, ideoque vxor ex eo legato conſequeretur dimidium totius fructus, vt dicunt Bened. Cap. conſil. 154. verſ. & circa. Alex. conſil. 57. in prin. lib. 3. Soc. conſil. 68. nu. 9. lib. 1. Quæ autem dicta ſunt de vxore relicta domina & vſufructuaria ſuperſtite filio, vt ei tantum alimenta debeantur, ſibi etiã locum vendicant, ſi relinqueretur vſufructuaria tantum ſe-

tum ſecundum Aret. conſil.40.nu.2.nec ſecus eſſe ſi relinqueretur vſufructuaria omnium bonorum non adiecto verbo,domina, dicit Spec. qui fil. ſint legit.
7 nu. 34. Si autem † relinqueretur vniuerſaliter domina,& vſufructuaria,cenſeretur hæres in vſufructu, ſi filius non ſupereſſet. Alex. in l. filius à patre. ver. 2. limita. ff. de libe. & poſthu. & in l. extraneum. in fin. C. de hæred. inſtit. Areti. conſilio 151. ex quo haberet in ea locum ius accreſcendi, vt alio non inſtituto, ſeu non adeunte, ipſa euaderet vniuerſalis hæres ad inſtar inſtituti in re certa. Bar. & Angel. in l. 3. in fi. ff. ſi pars hæredit. peta. Alexand. conſil. 162. nu.1. lib. 2. Pariſ. conſil. 94. nu. 21. lib. 2. cum domina & hæres ſint ſynonyma,de quo Roma. conſil. 18. & 400. Ægid. deciſ. 750. In quo qui-
8 dem relicto vniuerſaliter facto vxori,ſi † adijceretur, donec vitam cum filijs vidualem ſeruauerit, deperiret id legatum ex tranſitu ad ſecunda vota. Alex. d. conſil. *66.* ver. attamen. lib. 3. Nec tamen eadem conditio intelligeretur tacitè repetita in alio legato eiuſdem teſtamenti, in quo fuiſſent eidē vxori relicta alimenta ſpecificata,quæ omninò eſſet habitura etiam poſt tranſitum ad ſecundas nuptias, ex quibus tantū de iure incurreretur proprietatis amiſſio, ex l. fœminæ. cum authen. ex teſtamento. C. de ſecun. nupt. Alex. d. conſil. *66.* eaq; conditio donec vidualiter & caſtè vixerit operaretur,vt id legatum annuum cenſeatur, ex latè deductis per Cur. ſeni. conſil. 14. in fi. Quæ quidem alimenta debita ex tam vniuerſali legato vſusfructus, tacitè deberentur in domo ipſius viri, ſicuti ſi id fuiſſet expreſſum, ſed extra

extra domum peti poſſent, ſi per eam non ſteterit, quò minus permaneret in eius domo. Bald. in l. fi. nu. 6. ver. quid ſi teſtator. C. de indic. vidui. tol. Paul. de Caſt. conſil. 224. lib. 2. Bene. Cap. conſil. 4. ver. ſed his non obſtantibus. ſi autem ei alimenta relinquerentur abſq; clauſula, dominam & vſufructuariam: eſſent debita etiam extra domum. l. libertis. §. huius. ff. de alim. legat. & ibi Barto. Ange in tract. de teſta. glo. 45. num. 1. niſi expreſſim legarentur præſtanda in domo ipſius viri, quæ extra domũ non deberentur, niſi citò reditura receſſerit, vel ibi honeſtè morari non poſſet, ob malos mores hæredum. l. ſi ita legatum. ff. de condi. & demon. Specul. qui fil. ſint legit. no. 36. & 42. Bal. in l. 1. C. de lega. vbi Alex. & Iaſ. Soc. conſil. 68. in prin. lib. 1. Curt. iuni. conſil. 14. col. 2. eiuſq; rei probandæ onus ſpectabit ad vxorem, velut proprium & neceſſarium fundamentum ſuæ excuſationis de diſceſſu è domo viri, vt per Ancha. conſil. 254. num. 3. de quo Bart. in l. illis libertis. ff. de condi. & demon. cuius rei probatio licet ſit difficilis, plures tamen eius probandi ſpecies tradit Cor. conſ. 286. verſ. is tamen. lib. 3. dicens ipſam vxorem nihilominus petere poſſe ſibi alimenta præberi in aliqua camera eiuſdem domus, cuius ſit pars, vt ſi relinquerentur vxori alimenta ſine expreſſione, quod ea haberet in domo teſtatoris, poſſit petere ſibi alibi præſtari, niſi teſtator plures domos in hæreditate reliquiſſet, ex quibus poſſet hæres vnam earum competentem & honeſtam ei aſſignare pro habitatione ipſius viduæ, vt per
9 Bal. in l. in annalibus. in fi. C. de lega. Ac † talia

alimenta vxori conditionaliter relicta, ſi cum filijs moraretur, ſeu donec cum his moram traheret, omnino eſſent ei debita etiam demortuis filijs, l. 1. C. de legat. l. 1. C. de his quæ ſub modo. Bar. in l. qui concubinam. §. vxori. nu. 3. ff. de lega. 3. Bal. in d. l. 1. in prin. & ibi Iaſ. C. de lega. vbi Alex. nu. 4. Pet. de monte in repet. l. Titia. §. Titia. nu. 159. ff. de lega. 2. Ruy. conſil. 38. nu. 6. lib. 2. & conſil. 46. nu. 9. cum conſil. ſeq. lib. 1. Niſi aliunde appareret teſtatorem alimenta legaſſe intuitu & fauore filiorum, cum quibus moratura eſſet legataria. l. illis libertis. in fi. ff. de condi. & demon. & dicunt Doctores in d. l. 1. C. de lega. de qua tamen voluntate ad id prona expreſſè conſtare debere dicit Iaſ. ibi, in fi. Cum aliàs in dubio eſſet iuris præſumtio contraria fauore alimentorum (quæ ſui natura ſint ad vitam) vt etiam non obſtantibus dictionibus, donec, quoad, & ſimilibus, regulariter conditionem importantibus. l. pater Seuerinam. in fi. ff. de condi. & demon. per Bar. in l. 1. nu. 15. Poſt Dec. conſ. 485. nu. 6. oriatur ex tali fauore ea iuris præſumtio, vt voluerit nihilominus teſtator alimenta eſſe ad vitam legatarij, vt dicitur in d. l. 1. ideoque nimirum, ſi ad tollendam hanc iuris præſumtionem, neceſſaria ſit expreſſæ voluntatis contraria probatio, quæ talem iuris præſumtioné eliderct, vt ibidem dicit Iaſ. non obſtante eo, quod dicit Deci. in d. conſil. qui non loquitur in alimentis, ſed in annuis legatis, quæ inter ſe plurimum differunt. l. ſi cum præfinitione. ff. quan. dies lega. ced. Bar. in l. ſi in ſingulis. ff. de annu. lega. Quæ quidem præſumtio iuris multò magis operetur ſecundũ Soc. in d. con-

d. conſil. in alimentis vxori legatis, donec voluerit cum filijs habitare, idq́; incoaſſet, nec per eam ſteterit, ſed ex aliquo caſu contingenti, quò minus habitaret, vt per plura deducit Corn. conſil. 323. lit. B. lib. 1. Quibus relictis vxori demoranti cum filijs, ſi vir eam filijs ſubſtituerit in 4. parte, ſit ei vtrunq; debitum, in caſum ſubſtitutionis, ſi ea quarta pars minus eſſet, quàm alimenta, vt dicit Paul. de Caſt. con-
10 ſil. 31. num. 2. lib. 2. Alimentis † verò relictis vxori, donec cum filia vnica ſuperſtite permanſerit, fuit in Rota excitatum dubium in cauſſa Senen. alimen. an eorum debitum expiraret filia nupta, quod fuit affirmatiuè deciſum, cum ea conditio cenſeretur adiecta ex cauſſa cuſtodiæ ipſius filiæ. l. illis. in fi. ff. de condi. & demon. Deci. in conſil. 483. 485. nu. 5. & conſil. 620. Signo. conſil. 179. num. 6. In eadem cauſſa etiam propoſitum dubium in alio legato vniuerſalis vſusfructus vxori relicto, donec filia ſola teſtatoris ſuperſtes nuberet, in quem caſum teneretur vxor reddere omnium rationem, deducto tantum eo, quod fuerit per vxorem erogatum in alimentis proprijs, ac eius filiæ, quod dubium ita formatum. An id legatum dici poſſet vſusfructus, vel alimentorum tantum, ac deciſum eſſe alimentorum, licet non in eorum proprijs terminis, cum eodem teſtamento poſſet vxor propria authoritate adminiſtrare, & alimenta exhibere ſibi & filiæ, in quo tamē
11 videndus Areti. conſ. 40. col. 3. Quod ſi † legato vxori vniuerſali vſufructu relinquatur eidem in ipſo teſtamento proprietas alicuius ſpecialis prædij in ſubſtitutione pupillari, cenſeretur à primo vniuerſa-

 li le-

ſi legato exceptus eius prædij vſusfructus. Bald. in l. quotiens. C. fami. erciſ. de quo Areti. conſil. 24. num. 12. è contrario autem alimentis vxori relictis, ſi noluerit cum filijs cohabitare, ei nihilominus deberentur, ſi cum altero eorum habitaret poſt diuiſionem inter eos factam, ac cæteri filij tenerentur in eo contribuere pro eorum rata, vt dicit Bene. Cap. conſil. 4. ver. ſuper quo.

12 In cunctis † verò ſpeciebus, in quibus vxor ſit domi alenda ab hæredibus viri, ibidem operas pro eius qualitate præſtare tenetur ex dictis per Bar. in l. Caio. §. imperator. in fi. ff. de alimen. lega. Bald. in l. 1. nu. 7. C. de lega. Alex. conſil. 178. nu. 6. l. 6. Ang. in tracta. de teſt. in gl. 45. in prin. idq; alimentorum legatum domi præſtandum expiraret ex ſecundis nuptijs. Iaſ. in d. l. 1. num. 5. ex quibus nuptijs eodem iure Codicis etiam vſusfructus ſimpliciter vxori relictus finiretur. l. 1. C. de ſecun. nupt. quod tamen iure authenticorum fuerit coarctatum, vt non expiraret, niſi in legato id fuiſſet expreſſè cautum. authent. hoc locum. C. eod. tit. atque his ſecundis nuptijs ex obitu viri expiratis, poſſet vxor ſi egeret, redire ad domum viri primi à filijs alenda, non virtute legati, ſed intuitu charitatis, vti mater egena, vt per Specul. qui fil. ſint legit.

13 num. 36. Quod autem diximus † de alimentis vxori domi relictis, reciperetur etiam, ſi relinquerentur domi reditus, & alimenta, ſicut dicit Ang. in ſua q. 31. incip. Teſtator relinquit dominæ M. vel ſi educatio ei relinqueretur, quæ eodem iure cenſeatur cum alimentis. l. fi. ff. de alimen. lega. Ang. in d. gl.

45. num.

45. num. 10. Vxori verò legatis perpetuis alimentis ad vitam vnà cum victu & veſtitu, debebuntur ei initio cuiuſque anni, quibus relictis, ad aliud incertum tempus, donec vidualem vitam ſeruauerit, ſeu aliàs, præſtabuntur menſtruatim quoad victum: quo verò ad veſtitum iuxta indigentiam. Soc. conſil. 10. nu. 14. & conſil. ſeq. nu. 12. lib. 1. Sin autem alteri cuiquam alimenta legentur, ac illius vxori ſub nomine appellatiuo, cenſerentur relicta nedum præſenti vxori, quam haberet tempore teſtamenti, ſeu obitus, verùm etiam futuris, ad quas porrigi id relictum ex coniectura mentis teſtantis not. Alexand. poſt Bar. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignif. & in conſil. 171. num. 3. lib. 2. Bald. in l. fi. num. 7. C. de indic. vidui. Decius in c. quoniam. num. 16. de offi. deleg. Soc. conſil. 48. num. 5. lib. 3. Cremen. ſingul. 8. Et nedum hæc alimenta vxori relicta peti poſſint actione ex teſta. etiam pro tempore præterito, verum & cuiq; relicta eadem actione ſint petenda, vt dicit Specul. qui fil. ſint legit. nu. 29. Cor. conſil. 183. litt. C. lib. 1. Gig. de penſio. q. 52. nu. 5. Papien. in forma libel. pro legato, ver. ſed
14 quid ſi. Alimentorumq; fauore † quodcunq; relictum annuum, quamuis incertum ſub eo nomine factum ſit validum, velut poſtea certificandum. l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. lega. Bar. in l. ſi cui, ff. de annu. lega. Berta. verbo, incertitudo. num. 1. Alex. conſ. 70. col. 2. lib. 4. Et æquo fauore, legatum annuum in decennium, cenſeretur multiplex, cum aliàs eſſet vnicum, & ad hæredum exonerationē diſtinctũ in plures ſolutiones. l. ſi cum præfinitione. ff. quan.

dies lega. ce. not. pro ſingul. ibi per Bar. & in l. ſi in ſingulos. ff. de annu. lega. Iaſ. in l. ſi Stichum. §. 1. nu. 4. ff. de verbo. oblig. Gigas de penſi. q. 83. nu. 7. & 12. quod legatum ſi fieret expreſſè inopi, etiam alimentorum nomen pro expreſſo haberetur. Bar. in l. cum, qui ita. nu. 3. ff. de verbo. oblig. & in l. Codicillis. & l. ſi cui annuum. ff. de annu. lega. Bal. in authen. ingreſſi. num. 26. C. de ſacroſ. eccle. annuumque deberetur, vt ibidem Bar. & Soc. conſ. 48. in fin. lib. 3. æquè futurum ſi vſusfructus pauperi relinqueretur, vt pro alimentis cenſeretur legatus. l. qui bonis. in fi. ff. de ceſſio. bono. vt & ſi quid ſpurio relinquatur ea ratione paupertatis, pro alimentis diceretur relictum, vt per Paul. de Caſt. conſil. 5. num. 6. lib. 1. cum & de iure alimenta ſpurio relinqui poſſe dicant Docto. cum Bar. in l. fi. num. 7. ff. de his quibus vt indig. de quo Pariſ. conſil. 82.
15 num. 7. lib. 2. Quæ legata † annua ſi fiant cuiquam collegio pauperum, ſeu pauperibus in genere, perpetua cenſerentur, ſicuti ſunt hi, quibus relinquuntur, debitaque ſint initio cuiuſque anni, cum aliàs alicui pauperi nominato alimenta relicta ad eius tantum vitam debita dicerentur, eique propterea præſtanda cibaria initio cuiuſque menſis, calciaria autem & veſtes tempore congruo, quo his egeret. Bal. in l. pecuniæ. num. 2. ff. de alimen. lega. & in l. fi. eod. tit. Soc. conſil. 10. num. 14. lib. 1. licet eidem nominato diſtributiuè relictum in ſingulos annos deberetur initio cuiuſque anni, adeò, vt ſi interim anno nondum elapſo legatarius deceſſerit integri anni legatum ad ſuos hæredes tranſmittat, l. in ſin-

in ſingulos. l. filiæ. ff. de annu. lega. Soc. d. conſil.
16 10. Quod legatum † pro alendis pauperibus, ſi hoſpitali relinqueretur, eo diruto minimè debebitur. Domi. in c. licet Canon. num. 7. de elect. in 6. de quo Iaſ. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. col. fi. ff. de verbo. oblig. Legatum autem in genere pro alendis pauperibus relictum, æqualiter diſtribuendum eſſet inter eos arbitrio epiſcopi, quoad victum pertinet: quo verò ad veſtiarium, pro qualitate cuiuſque perſonæ diſtribui oporteat. Angel. in l. ſi partem. ff. de ſerui. ruſti. Prædi. Veronen. in tracta. eiuſdem tit. in cap. de aquæ duc. 3. q. princ. verſ. 6. concl. cuius meminit Bertac. in tracta. de epiſ. 6. par. q. 30. num. 77. quin imò etiam, quoad cibum attendendam eſſe perſonæ qualitatem latè diſputat
17 Ioan. Licirier in tract. primoge. lib. 2. q. 3. num. 9.

Cuius legati † pauperibus relicti, ſi fuerit in teſtamento datus particularis executor, poterit is ſemetipſum eligere, veluti pauperem, ſicuti etiam poſſet proprium filium eligere, ſi egeret. Bal. in l. illud. in fi. prin. ff. quod cuiuſque vniuer. Soc. conſil. 11. num. 6. lib. 1. Angel. ſumma. ver. Eleemoſyna. ver. 3. pro quo legato inter pauperes diſtribuendo, publica ſit actio, quæ & communitati competat, in cuius decus id cedere dicatur, cum publicè interſit ali pauperes, l. ſi ita relictum. l. ciuitatibus. verſ. hæc amplius. ff. de lega. 1. Bar. in tract. alimen. num. 39. Idque legatum pauperibus factum, nullam patiatur dilationem. Specul. de teſta. §. 1. num. 3. & Bal. poſt eum, qui fil. ſint. legit. in fi. nec veluti pium Falcidiam admittat, vt mox dicam. Ang. in

d. gloſ. 45. num. 5. Ac ratione eiuſdem charitatis poſſint per clericos bona mobilia eccleſiæ inter pauperes diſtribui. An autem legatum annuum, ſeu alimentorum fratribus ſancti Franciſci relictum, ſit validum, latè dicunt Docto. in clem. exiui. de verb. ſignif. Bar. in l. ſeruos. ff. de alim. legat. & in tract. minorica. Bal. in authent. ingreſſi. num. 26. C. de ſacro. eccle. Roma. in l. ſtipulatio iſta. num. 7. ff. de verb. oblig. & conſil. 168. 296. Troi. Malue. in tract. de obla. dubio 3. num. 10. Et quid de legata pietantia dictis fratribus, dicit Soc. conſil. 48. num. 1. lib. 3.

18 Is autem † cui fuerunt relicta alimenta, quoad moraretur in domo ſui hæredis, poterit ea etiam petere hærede defuncto; nec teneretur in domo aliquid operari. Iaſ. in l. 1. in prin. C. de lega. Sed extra domum hæredis non deberentur, ſi ibi commodè morari poſſet, cum id in hæredis commodum & fauorẽ factum cenſeretur. Bar. in l. Caio, §. 1. nu. 3. de alim. lega. & conſ. 211. nu. 3. Ang. de teſta. gl. 45. num. 2. in qua tamen ſi honeſtè morari non poſſet, à tali cohabitatione excuſaretur petendo extra domum alimenta ita legata, vt ibidem dicit Bart. & Bero. conſ. 52. nu. 15. Et pariter extra eam peti poſſent, ſi in legato non fuiſſet expreſſa domus, vt dicit Bar. in l. libertis. §. 1. ff. de alimen. legat.

19 Quæ † alimenta teſtamento relicta ab vniuerſalibus hærædibus ſint præſtanda, quamuis eſſet fiſcus, ad quem vniuerſa bona deueniſſent, qui ab his præſtandis non eximatur. l. 1. de alim. lega. authen. inceſtas. C. de inceſt. nupt. non tamen ad ea tenere-

tur hæ-

tur hæres in re certa, qui legatarij vice fungatur. l. quotiens. C. de hæred. inſtit. & dicit Ioan. de Anania conſil. 46. in fin. & multò minus ad ea regulariter tenerentur alij legatarij, niſi alimentorum legatum excederet omnes vires hæreditatis, ademtis legatis, in qua ſpecie poſſet contra alios legatarios pro alimentis agitari; & in quibuſdam alijs caſibus notatis per Roman. conſil. 189. verſ. fallit. & conſil. ſeq. Neque etiam vniuerſalis hæres legata alimenta teneretur vltrà vires hæreditarias, quamuis inuentarium non confeciſſet, cuius defectus non obeſſet hæredi, quo ad hoc onus alimentorum. Bald. in l. voluntatis. num. 5. C. de fideicommiſſ. relatus per Roma. conſil. 189. & ſeq. in fi. & in rubr. ff. de acquir. hæred. num. 6. Alex in l. fi. §. & ſi. num. 5. C. de iure deli. & conſil. 70. col. 2. lib. 4.

20 Verum † quia difformiter relinqui conſueuit hoc vitæ ſubſidium, varijsq́; verborum formulis, ſubijcienda eſt cognitio ſignificationis ſingulorum verborum, vt quid vnumquodque verbum in ſe contineat, quidúe inter ſe differant, cuique pateat ad oculum. Et primò dicendum de generali & vulgato verbo alimentorum, quod expreſſum in legato contineat nedum cibum & potum, ſed veſtes, calcearia, medelas & habitationem, ſine quibus corpus ali nequeat. l. cum hi. in prin. ff. de tranſact. l. legatis. ff. de alimen. lega. vbi Bar. & in l. ſi cum dotem. §. ſin autem. in fi. ff. ſolu. matri. & conſ. 211. in fi. ac in tract. alimen. num. 6. Specul. qui fil. ſint legit. num. 38. & 43. Deci. in l. de alimentis. C. de

tranſact.

tranſact.Soc.conſ..10.nu.15.& conſ.ſeq.nu.11.lib.1. Ruy. conſil. 139. num. 2. lib. 4. ac propterea etiam lectum ſub eo nomine contineri dicit Bar.in d.tract. num. 4. & in d. conſil. Ang. de teſta. gl. 45. num. 7. & aquæ hauſtus rerumq; delatio ab hæredibus deberentur, ſi legatarij qualitas eius rei proprium laborem non pateretur. Bart. in l. 1. num. 3. ff. de alimen. leg. & in l. cum hi. §. vult. ff. de tranſact. vt ſi pro alimentis deberetur pecuni,adeferenda eſſet ad domum legatarij, qui eſſet eiuſdem fori cum hærede, verum ſi alimenta conſiſtant in alijs rebus, quæ vectura egerent cum impenſa, legatarij id erit onus. Bar. in d. l. 1. num. 4. & in l. item illa. ff. de conſti. pecu. hæres tamen ad onus teneretur gabellæ ſoluendæ ratione aſportationis ipſarum rerum, vt dicit
21 Bart. in d. l. 1. in fi. Nec ideo † alimentorum nomen, licet latiſſimum, contineat cultus agrorum. l. prætor. §. his verbis. ff. de bon. autho. iudi. poſſ. nec ſatisfactionem æris alieni. l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de lib. agño. glo. & Cy. in l. 1. in prin.C. de alen. liber. neque expenſas ſtudij quomodolibet alimenta iure actionis deberentur ex vltima voluntate, ſeu contractu. l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Carbon. edic. l. legatis. ff. de alim. lega. Ange. de teſta. gl. 45. num. 6. quamuis tales ſtudij impenſæ continerentur ſub nomine alimentorum, ſi ex charitate officio iudicis eſſent debita. Bal. in l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debe. Bar. in tract. alim.nu. 3. Rebuff. de priuil. ſchol. 50. Aym. conſil. 199.nu. 3. nec etiam ſub verbo alimentorum contineretur veſtiarium aut medelæ, ſi ſuper alimentis ſimpliciter tranſi-

ter tranſigeretur. l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſact. Deci. in l. de alimentis. num. 2. C. eo tit. Specul. qui fil. ſint legit. num. 43. Bar. de alimen.
22 num. 2. Eademque † contineantur ſub verbo victus, habens eandem vim cum verbo alimentorum. l. verbo victus. l. quos nos. §. viuere. ff. de verb. ſignif. Specul. & Bar. qui ſupra. Ang. d. glo. 45. num. 9. Nec ſecus futurum in educatione legata. l. fi. vbi glo. ff. de alimen. legat. & in d. gloſ. 45. num. 10. ac pariter in legato vitæ, ſeu ſubſidij vitæ idem contineri dicatur. l. filia. C. de patr. pote. Bar. in d. tract. num. 5. & Angel. in d. glo. num. 9. ac ſub nomine alimoniæ eadem omnia veniant. cap. 2. in fi. de præben. Deci. in d. l. de alimentis. num. 3. ſicut etiam ſub verbo paſcere, vt inquit gl. in §. 1. & verbo, paſcentes. in Authen. de inceſt. nupt. ſub verbo etiam nutrire (quod ad paruulos refertur) eadem contineri dicit text. in l. pen. ff. de his qui ſunt ſui. & Deci. qui ſupra. num. 4. Eademque æquè veniant ſub legato neceſſarij vitæ. glo. in verbo, neceſſaria.

23 Quæ † quidem ſingula ita genericè prolata in ſe contineant prædictas ſpecies, ex ſe autem ſingulariter legatæ ſe ipſas tantùm continerent, ideoque ſub nomine veſtiarij nõ contineretur calcearium. d. l. cum hi. §. qui tranſigit. Nec nomine habitationis comprehendantur aliæ ſpecies. l. legatis. ff. de alim. legat. Alexand. conſil. 72. num. 9. lib. 5. vt nec cibarijs legatis veniant veſtes, habitatio vel medelæ. l. diarijs. ff. de alim. lega. gl. in c. epiſcopus. verbo, victu. 10. q. 1. & in l. ex parte. §. ſeruo. vbi glo. ff. fami. hercis. Deci. in d. l. de alimentis. num. 3. Bar.

in d.

in d. tract. num. 7. Sed tamen ſub verbo cibi continebitur etiam potus in d. l. legatis. Relictis verò alimentis diarijs,non eſſent debita calcearia, veſtiaria, aut habitatio, quibus dietim nemo egeat,vt dicit Bar. in d. nu. 7.

24 In quacunque autem † ſpecie alimenta relicta ſint, in eademmet tantùm ſpecie præſtari debeant, non autem in pecuniaria æſtimatione,niſi eſſent præſtanda præterita, quorum æſtimatio deberetur. l. libertis. §. 1. ff. de alimen. legat. Bar. in l. 1. q. 1. eo. tit. & in l. cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. & in conſ. 211. num. 3. & in tract. de alimen. num. 21. & 32. aut ſi eſſent res, quæ menſtruatim ſeruari nequeant, vti ſunt carnes & eius generis alia, quarum æſtimatio ſit debita. l. Mela. §. quidam. ff. de alim. leg.cum cæterorum, quæ conſeruari poſſunt,ſit debitū menſtruum, ac ſi fuiſſent de menſe in menſem relicta. l. diarijs. l. pecuniæ. ff. de alim. lega. Bar. in l. fi. eod.
25 tit. Soc. conſil. 11. num. 11. lib. 1. Genericè † ac ſimpliciter alimenta relicta, ne in incerto vagentur, ſint per iudicem ad certum ſtatum moderanda ex qualitate perſonarum hæreditatis,& redituum,quorum modum excedere non teneatur hæres,quamuis inuentarium non confeciſſet. Roma. in rub. ff. de acquir. hæred. ver. 7. & alij ſuperius deducti,neque vires hæreditariæ eſſent in hoc metiendæ ex valore patrimonij, ſed ex eius reditu, qui ſit interdum tenuis in rebus maximi valoris.l. qui bonis. & ibi Bar. in princ. ff. de ceſſio. bono. Alexand. conſil. 100. in fi. lib. 1. Angel. in tract. de teſt. glo. 45. num. 3. Iaſ. in §. pen. num. 11. Inſtit. de actio.cum alijs deductis ſupe-

26 ſuperius in c. 7. In quibuſdam † tamen ſpeciebus deberentur alimenta etiam vltrà reditus tenuis patrimonij ( frugaliter tamen) quamuis inde patrimonium pedetentim conſumeretur, vt inquit Specul. qui fil. ſint legit. num. 44. in fi. Nec ſecus futurum in alimentis relictis familiæ eiuſdem hæreditatis, quo caſu, & vltra reditus poſſint bona diuendi pro ipſius familiæ ſuſtentatione. Ange. in l. diuus. ver. In tex. ff. de peti. hæredi. Vt non propterea ſi reditus eſſent immenſi, eſſent pariter alimenta in immenſum exceſſiuè præſtanda, ſed nihilominus eademmet deberentur pro qualitate perſonæ, vt dixi, ac inſuper ex qualitate cauſſæ: nam ſi à teſtatore alicui filiæ alimenta relinquerentur, donec ei dos relicta ſolueretur, eſſent alimenta moderanda iuxta dotis quantitatem, cum eatenus illam dilexiſſe cenſeretur. Bar. in l. cum vnus. §. fi. ff. de alimen. lega. Roma. ſingul. 532. Pariſ. conſil. 98. num. 28. lib. 2. nam ex cauſſa adiecta alimenta eſſe taxanda dicit Ang. con-
27 ſil. 357. num. 5. Alimentis † autem relictis iuxta ſolita, præſtatio debet referri in ſolitum ad ipſummet teſtatorem: qui in eo ſi fuiſſet varius, attendendum ſit poſtremum ſolitum. l. Mela. §. ſed ſi alimenta. l. pen. ff. de alim. lega. Bar. in tract. alimen. nu. 18. de quo Fely. in c. eam te. num. 69. de reſcript. Sed ſi vxori ita legetur, vt vtatur fructibus, ſicut erat ſolita in vita teſtatoris, ſi remanſerit ad gubernium communium filiorum, poſſet tantum alimenta petere, ac veſtes viduales, quamuis cum eis ex aliena culpa non perſtiterit, ac omni caſu poſſet ſibi præcipuam dotem petere, vt per Paul. de Caſt. conſil.

28 conſil. 224. lib. 2. Cum in alimentis † regulariter ſpectanda ſit qualitas relinquentis, ac ipſius recipientis, ac ætas, qua creſcente creſcunt pariter alimenta. Specul. qui fil. ſint legit. num. 44. in fi. gl. in d. l. cum vnus. §. fin. & in d. c. epiſcopus. ver. victu. 10. q. 1. Iaſ. in l. cum hi. §. vult. num. 1. ff. de tranſact. Quæ ſi relinquãtur præſtanda arbitrio hæredis, ipſe ſolus ſit de eo arbitraturus, quo defuncto, an hæres hæredis, id pariter arbitrari poſſit, ponit Bald. in l.
29 voluntatis. num. 8. C. de fideicom. Si verò † pro alimentis præſtandis fuerit per teſtatorem aſſignatus aliquis fundus demonſtratiuè, & non taxatiuè, non propterea ex eius reditibus augerentur, vel decreſcerent alimenta debita, quæ reſpiciant qualitatem perſonæ, & reditum hæreditatis vniuerſæ, non rei particularis, cuius interdum augentur fructus & minuuntur, cum tamen alimenta ſemper remaneant vniformia. l. Lucius. vbi Bar. num. 3. ff. de alim. legat relatus in hoc per Gigan. de penſio. q. 62. num. 11. eiuſque fundi aſſignatio fauore alimentorum hypothecam tacitam operaretur, qua eſſet is fundus affectus, in quemcunque tranſeat, ex nota. à Bar. in l. 4. ff. de alimen. legat. Paul. de Caſt. conſil. 338. num. 4. lib. 1. Guid. Pap. deciſ. 576. col. 1. citatus per Gigan. in d. tract. q. 44. num. 1. & Caccia, in eod. tract. penſio. q. 9. num. 12. & alij relati per eundem Gigan. q. 51. num. 3. idque ſuccedat ſolo alimentorum fauore, cum aliàs regulariter perſonalis actio non porrigeretur contra quemlibet poſſeſſorem, vt dicitur per eoſdem, & per Roma.
30 conſil. 388. verſ. is tamen. parique † fauore ſi eſſet

prohi-

prohibita alienatio rei aſſignatæ pro alimentis, impediretur etiam dominij tranſlatio regulariter non impedienda ex alienatione rei prohibitæ alienari, iuxt. doctri. Bal. in l. ea lege. col. 2. verſ. 8. C. de condi. ob cauſ. licet ab eo diſſentire videatur Rom. in l. qui abſenti. §. 1. verſ. 2. fuit. ff. de acquir. hæred. & latè per Rip. in l. cum filius. §. diui. ff. de lega. 1. quod quidem proueniat ratione eius tacitæ hypothecæ, quæ in alimentis idem operatur, quod in cæteris expreſſè per teſtatorem alienari prohibitis. l. Creditor. §. fi. ff. de diſtract. pigno. Abb. in c. Raynaldus. num. 20. de teſta. Ruy. conſil. 112. nu. 12. ver. non obſtat. lib. 4. Idemque fore dicant, licet non fuiſſet expreſſè fundus pro alimentis aſſignatus, ſed alimenta relicta ſuper certo fundo, & dicit etiam Paul. de Caſtr. d. conſil. 338. & Guid. Pap. in d. deciſ. Quin imò etſi nulla fundi mentio fieret, omnia tamen teſtatoris bona cenſerentur tacitè hypothecata pro alimentis per eum relictis. Bar. conſ. 211. num. 2. de quo Roma. d. conſil. 388. & Neguſan. de pignor. 2. par. in princ. fundo autem nedum pro alimentis aſſignato, verùm & pro his expreſſè legato, intelligeretur etiam eius proprietas plenè relicta. Bart. in l. libertis. la. 1. nu. 2 ff. de alim. legat. in quo tamen Bald. l. 2. nu. 16. C. de inoffi. donat. diſtinctionem adhibeat. & Marſil. ſingul. 414. Veronen. de ſeruit. vrban. cap. 4. col. 2.

31 Neque hoc † alimentorum legatum redderetur inefficax ſi deportato fieret, aut aliàs damnato, & effecto ſeruo pœnæ. Ex quo licet euaderet incapax cæterarum rerum, tamen remaneret capax alimento-

mentorum, quæ naturam ipſam reſpiciunt, ac velut innixa naturali ratione non alterentur ex incapacitate iure ciuili inducta. l. ſi in metallum. ff. de his quæ pro non ſcript. haben. l. is cui. & ibi gl. ff. de alim. lega. l. ſeruos. cum not. ibi per Bart. eod. tit. & in tract. de alim. nu. 26. Specul. de execu. ſenten. §. ſequitur. ver. quid ſi filius fam. in fi. Iaſ. in l. 1. col. 3. C. de hæred. inſtit. Cuma. conſil. 20. col. 2. ver. in contrarium. Cui legato alimentorum nec obſtaret religionis ingreſſus, cùm nihilominus legatum deberetur. Soc. conſil. 10. num. 20. lib. 1. & latè
32 Troi. Malue. in tract. obla. dub. 3. num. 10. Nec † pariter obſtaret dubium exortum ſuper viribus teſtamenti poſt alimenta triennio continuè præſtita. l. 1. C. de fideicom. Cyn. in l. ſi certis annis. 2. oppoſi. C. de pact. vbi Bart. num. 4. & in l. cum de in rem verſo. num. 1. ff. de vſur. ac in d. tract. num. 30. Bal. in d. l. 1. num. 8. Alex. in l. 1. num. 41. ff. ſolu. matrim. & in d. l. ſi certis annis. nu. 5. & ſeq. in Apoſt. ad Bar. in d. l. 1. Angel. de teſta. glo. 45. num. 11. idque proueniat ex concurſu duplicis fauoris, tam alimentorum, quàm vltimæ voluntatis, vbi ibidem dicit Cyn. & alij, ideoque non idem reciperetur in contractibus, ſi de eorum viribus dubitaretur, licet fuiſſent alimenta per triennium ſoluta, vt eſt COMMVN. opin. in d. l. ſi certis annis, teſte ad id Decio, ibid. 7. Verum ſi ea alimentorum præſtatio fuiſſet decennio continuata, etiam in contractibus talis eorum promiſſio in poſterum obligaret, ex dictis per Bar. l. ſolent. §. 1. num. 5. ff. de offi. proconſ.
33 Idemque fauor † alimentorum operaretur, ne ſub gene-

generali ademtione ſeu diminutione legatorum cõtineatur eorum legatum. l. libertis. §. poſthumis. vbi Bar. ff. de alim. lega. & in eod. tract. num. 31. Iaſ. in l. talis ſcriptura. num. 25. ff. de lega. 1. Roman. in Authen. ſimiliter. num. 54. C. ad leg. Falcid. & conſil. 437. col. 4. ver. 8 Guido Papæ deciſ. 200. in fi. & 526. in fi. Afflict. deciſ. 111. num. 10. Angel. in eadem glo. 45. num. 9. Fauore eorundem alimentorum id ſpecificum reciperetur, vt relicta à nominatis hæredibus ſint etiam ab eorum ſubſtitutis præſtanda. l. 4. in fi ff. de alim. lega. ad hoc not. per Alex. in l. licet Imper. num. 10. de leg. 1. Roma. in authen. ſimiliter. num. 65. C. ad leg. Falcid. & in d. conſil. 388. Gig. qui ſupra quæſt. 51. num. 3. Eodemq; fauore inductum ſit, ne generalis excluſio facta per ſtatutum vim habeat in alimentis, vt per Cuma. conſil. 30. verſ. in contrarium. Nec generica beneficiorum omnium reuocatoria comprehendat beneficia pauperibus conceſſa ex cauſſa alimentorum. Roma. in l. ſi verò. §. de viro. num. 47. verſ. quartò probatur. ff. ſolu. matrim. & conſil. 436. col. 4. verſ. 8. principalis ratio. Feli. in c. nonnulli. nu. 14. de reſcri. cum omnia tributa paupertatis cauſſa pia cenſeantur, quibus non præſumatur, niſi expreſſim, derogatum. Ac pariter eorundem fauore ſi relinquantur legata vſque ad pubertatem, licet cum pubertate deficiant, tamen in alimentis pubertas vlterius porrigetur, videlicet in maſculo ad annos decem & octo, & in fœmina vſque ad quatuordecim. l. Mela. ff. de alimen. legat. Franc. in cap. 1. col. 7. verſ. 6. de teſtamen. lib. 6. Ang. in d. gl. 45. num. 9.

34 Nec vſque adeò † hæc alimentorum præſtatio ſit fauorabilis & priuilegiata, vt conſtituta in bonis alienari prohibitis, aut aliàs reſtitutioni ſubiectis, ſuſtineatur poſt obitum grauati. l. ſi duobus. §. ſin autẽ ſub conditione. C. commun. de leg. Ripa. in l. filius. §. diui. nu. 78. ff. de leg. 1. Gig. de penſio. quæſt. 79. num. 4. de quo eſt COMMVN. opin. relata per Pariſ. conſil. 98. num. 13. lib. 2. Nec in bonis feudalibus, aut in emphytheoticis receptis pro ſe & filijs, & relicta alteri alimenta illis filijs præiudicent, quibus illicò fuiſſet ius quæſitum ex conceſſione prædicta, vt ibi per Pariſ. num. 8. qui dicit ibidem, num. 25. quod licet ea alimenta fuiſſent interdum præſtita, non propterea pro his ſubtractis poſſit agi de ſpolio ſub prætextu quaſi poſſeſſionis, ideoque bona feudalia & emphytheotica, eiuſque generis alia minimè contineantur ſub nomine hæreditatis velut alteri iam obnoxia. Bar. in l. item videndum. §. fi. in fi. ff. de peti. hæred. quod communiter comprobari dicit Alex. conſil. 100. verſ. & pro certo.
35 lib. 1. Nam etſi † grauatus per fideicommiſſum, poſſit ex bonis fideicommiſſ. ſubiectis ſemetipſum alere, etiam cum neceſſaria eorum alienatione, ac præiudicio fideicommiſſarij, vt latè Iaſ. contra glo. in authen. res quæ. num. 31. C. commu. de lega. Alexand. in l. Marcellus. §. res quæ. num. 2. ff. ad Treb. & à fortiori tex. in Authen. contra rogatus, in fin. C. ad Trebel. & teſtatur communem Roma. conſil. 267. ver. nihilominus: non tamen poſſet fideicommiſſarius in his bonis alteri conſtituere alimenta poſt eius obitum, vt ibi dicunt. Neque etiam res

iam res litigioſa regulariter alienari prohibita, poſſit aliquo fauore alimentorum aut famis vllatenus alienari. Milis, ver. litigioſa, quamuis res ſequeſtranda de mandato iudicis, poſſet ratione famis & 
36 alimentorum deuendi. Ac interdicta † patri prodigo adminiſtratione bonorum, quæ eſſent ſubiecta fideicommiſſo inducto ad fauorem filiorum, iuxta termin. l. Imperator. ff. ad Trebell. ex eiſdem bonis ei debita ſint alimenta, vt ibi per Angel. & Alexand. Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 296. ff. ſolut. matrimon. Eademque de cauſſa paternæ prodigalitatis in bonis proprijs aſſignanda ſit filijs pars bonorum congrua ex qua alantur, ne eis paterna diſſipatio in alimentis debitis præiudicet, vt ibidem Iaſ. num. 199. Expiraret autem alimentorum legatum filiæ relictum, donec nupſerit, illicò ſubſecutis nuptijs. Bald. in Authent. cui relictum. num. 4. C. de iudic. vid. tol. ac pariter ad pubertatem relicta deficerent, vnà cum pubertate, licet irregulari, vt dixi, & æquè extingueretur legatum alimentorum vxori factum, donec filiæ cum ea morarentur, ſi altera nupſit & altera deceſſit. Alexand. in l. 1. num. 4. C. de legat. & ſuperius latè dixi. De quibus dictionibus, donec & quouſque, in alimentorum legatis interpretandis vltrà nota. in d. l. 1. videndus eſt Bartol. in l. 1. num. 15. ff. de condit. & demon.

# DE ALIMENTIS DIVIDVIS ET INDIVIDVIS.

## Caput XVIII.

*SVMMARIVM.*

1. *Iudex eccleſiaſticus adiri poteſt pro alimentis debitis laicis & clericis.*
*Alimenta alia ſunt diuidua, alia indiuidua, num. eod.*
*Herede vno effecto non ſoluendo, non praiudicatur cateris, num. eod.*
*Iudex ſtatuit inter plures hæredes modum ſoluendi alimenta, num. eod.*
2. *Accreſcendi ius ceſſat in alimentis legatis, licet ſecus in vſufructu.*
*Accreſcendi ius viget in donatione facta ſpurio, & concubina, num. eod.*
3. *Alimenta annua quoad tempus futurum non tranſmittuntur, ſed bene alimenta præterita.*
4. *Decreſcendi ius non procedit in alimentis pauperi relictis, nec Falcidia.*
*Vſurarij legatum pijs locis, nomine alimentorum, an inprimis ſit detrahendum, num. eod.*
5. *Penſio pauperi reſeruata ſub nomine alimentorum poteſt comparari contractui, vel legato.*
*Feria, nec alia dilatio obſtat penſioni reſeruata pauperi, nu. eod.*

1 QVORVM † omnium alimentorum ius partim diuiduam naturam obtinet, partim indiuiduam; ſunt enim indiuidua vel reſpectu vnius perſonæ, cui relinquuntur. l. 3. ff. de aliment. lega. vel eorum natura, vt ſi plures ſint hæredes debitores alimentorum & clerici & laici, contra omnes ſit com-

ſit competens iudex Eccleſiaſticus, velut de re indiuidua. Bar. in d. l. 3. num. 14. & ibi apoſt. in princ. Fely. in c. 1. num. 10. de præſcript. Rebuff. de priuil. ſchol. 103. num. 13. Paul. de Caſt. conſil. 322. in fi. lib. 1. Diuidua verò cenſeantur ratione hæredum, qui ad ea præſtanda teneantur, non in ſolidum, ſed pro rata cuiuſque, d. l. 3. & Paul. d. conſil. in fi. vt nec altero eorum effecto non ſoluendo eius onus cæteris hæredibus accreſcat, d. l. 3. in fi. Specul. qui fil. ſint legit. num. 43. Ac inter plures hæredes inter ſe diſſidentes ſuper debita alimentorum præſtatione aditus iudex ſtatuet modum ea præſtandi, d. l. 3. & l. fi. ff. de iu. patro. Specul ibidem, num. 46. & ſeq. Sint pariter diuidua, ſi pluribus legentur, licet con-
2 iunctim, conſiderandi ſint tamen † in hoc tanquam ſinguli, neque, altero decedente, ſit futurus locus iuri accreſcendi, cum alimentorum debitum velut in vnoquoque limitatum, naturaliq́ue neceſſitate taxatum, non ſit reiterabile; vt dicunt. Bar. in l. re coniuncti. num. 42. vbi Iaſ. num. 174. Bal. in l. dominus. §. 1. in fi. ff. de vſufruct. Specul. vbi ſupra. Rom. in l. vni. num. 18. C. quan. non peten. par. Angel. conſil. 357. num. 7. quamuis iuri accreſcendi locus fieret in vſufructu legato, qui diuerſo iure cenſeatur ab alimentis. l. ſi mulier. ff. de vſufruct. accre. Specul. ibidem. Paul. de Caſt. conſil. 218. in prin. lib. 1. Ac ius accreſcendi etiam procederet in donatione coniunctim facta ſpurio & concubinæ, vt ſpurij pars, cui donari nequeat, concubinæ accreſcat, vti
3 deciſum refert Mohed. deciſ. 188. Et † quemadmodum eſt diſpar ratio inter alimenta & alia, quoad

 ius ac-

ius accreſcendi attinet, pariter ſit diſſimilis in tranſmiſſione, vt annuum legatum alimentorum,licet ad præfinitum tempus relictum velut multiplex non tranſmittatur pro annis futuris, cum cætera annuatim legata ad certum tempus tranſmitterentur,tanquam diſtributa in annis pro exoneratione hæredis, leg. ſi cum præfinitione. ff. quan.dies lega.& ad hoc nota. per Bar. in l. ſi ſingulos. ff. de annuis lega. & Iaſ. in l. ſi Stichum. §. 1. num. 4. ff. de verb. obliga. Gig. in tract. penſio. q. 52. num. 5. & q. 83. num. 7. & 12.quamuis alimenta legata,& pro tempore præterito iam debita tranſmitterentur. Bar. in l. 3.num. 9. ff. de aliment. lega. Gig. d. q. 52. Corn. conſil. 183. litt. C. in fi. lib. 1. & conſil. 212. litt. C.lib. 3. cum ea alimenta velut iure actionis exhibenda pro tempore præterito ſemper peti poſſint, vt mox dixi.

4 Sicuti † autem diximus non eſſe locum iuri accreſcendi in alimentis legatis, nec pariter in his locus erit iuri decreſcendi, ratione alicuius Falcidiæ, ſi pauperi ſint relicta, ex quo cedere dicantur in cauſſam piam, quæ Falcidiam non patitur, authen ſimiliter. C. ad. l. Falcid. vbi Roma. num. 4. Bar. in l. alio hærede. num. 4. ff. de alim. lega. & in tract. alimen. num. 23. Areti. conſil. 97. Angel. de teſta. gl. 45. num. 5. Bal. Nouel. in tract. dotis. 5. par. num. 6. Rebuff. de priuil. ſchola. 5. quod quidem ſi fieret diuiti, pateretur Falcidiam, vt dicitur per eoſdem, cum in eo caſu non cenſeretur pium, vt eſt COMMV. opin.licet Gig.contra ſentiat, vt ſuperius dictum inter priuilegia alimentorum, & dicit Deci.in l. ſi certis annis, & in c. 1. num. 17. de proba. In eo pariter diſſo-

diſſonat factum diuiti, aut pauperi, vt ſimpliciter pauperi factum dicatur in cauſſam alimentorum, quod non eueniat, ſi fiat diuiti. Bar. in l. cum hi. §. ſi in annos, in fi. ff. de tranſact. & alij in hoc ſuperius deducti. An autem alimenta pijs locis relicta per teſtatorem vſuarium ſint inprimis ſine diminutione detrahenda, dicit Bertac. in tract. de Epiſ. 4. part. lib. 4. num. 85.

5 Prædictis † alimentis ex conuentione ſiue vltima voluntate debitis proxima eſt cauſſa penſionis eccleſiaſticæ, quæ interdum contractui, interdum vltimæ voluntati comparetur, iux. ſubiectam materiã, vt per Roma. conſil. 348. 369. 388. ver. præterea. Gig. de penſio. q. 83. 87. Caccialu. in eo. tract. q. 5. & latè dictum in cauſſa Corduben. dimi. portio. cuius penſionis reſeruatio cedat in cauſſa alimentorum, vt dicit Rom. d. conſil. 388. ver. is tamen. Gig. in d. tract. q. 51. nu. 2. 10. q. 53. & Caccialu. q. 9. nu. 12. Proptereaq; in eius ortu ſit fauorabilis, vt in d. q. 51. nu. 19. & q. 96. nu. 4. vt pauperi reſeruata dilationem non recipiat, eiuſq; iudicium diebus feriatis in honorem Dei agitari poſſit. d. q. 51. nu. 3. & aliàs latè dictum, idque ad inſtar cuiuslibet legati alimentorum pauperibus relicti, quæ cum ex vitæ periculo moram non patiantur, poſſit ad eorum petitionem procedi diebus feriatis. l. 2. vbi per Docto. ff. de feriis. Iaſ. in l. ſi quis in ſuo. 3. nota. C. de inoffi. teſta. Alexand. in l. 1. num. 13. verſ. is autem. ff. ſolu. matrimon. Deci. in l. de alimentis. num. 10. C. de tranſact. Gig. d. q. 51. num. 24. In quo etiam conſulitur per ſtatutum Roman. vt in miſerabilibus

perſonis non obſeruetur feriarum dilatio, vt in lib. 1. cap. 99. in fi.

# IN QVIBVS DIFFERANT ALIMENTA DEBITA EX IVDICIS OFFICIO, AVT ACTIONE, in ordine iudiciali.

# Caput XIX.

## SVMMARIVM.

1. *Summarium iudicium alimentorum nec libellum, nec conteſtationem requirit.* 2.
2. *Editio instrumenti debetur Actori petenti alimenta officio iudicis.*
   *Alimentorum ſententia iudicis officio eſt diffinitiua, num. eod.*
   *Exceptio qualis recipiatur in alimentis à iure, vel ſtatuto, num. eod.*
3. *Appellatio ſuſpenſiua reijcitur à decreto alimentorum ex officio, niſi, &c.* 4.
   *Alimenta futura dicuntur à die mota litis, num.* 3.
4. *Clauſula, ſine retardatione, tribuit conditionalem iurisdictionem in alimentis & penſionibus, ac admit beneficium c. Odoardus.*
5. *Attentata non impediunt præſtationem alimentorum.*
6. *Appellabilis ſi fiat cauſſa, poſſet appellari in alimentis.* 7.

1 NEDVM † autem in præmiſſis caſibus differant alimenta iure petenda ab his, quæ iudicis officio decernuntur, ſed etiam in alijs pleriſque iudicialibus, cum in debitis ex officio, in quibus dilationes non recipiuntur, nec ſit neceſſaria libelli porrectio. Specu. de libel. concep. §. nunc videndum,

dendum, num. 25. idemq́; cauetur ſtatuto Romano. lib. 1. c. 49. & 52. cum tamen iure actionis petenda libellum expoſcant, vt ibidem dicit Specul. Quæ autem in libello contineri debeant, ponit Bar. in l. pecuniæ, & in l. liber. §. 1. num. 4. ff. de aliment. lega. Nec inſuper alimenta ex officio imploranda egeant litis conteſtatione tam de iure, quam ex ſtatuto prædicto. c. 78. lib. 1. quæ tamen eſſent neceſſaria in petendis alimentis iure actionis. Abb. in c. iudicis. num. 10. de offi. iudi. Iaſ. l. ſi quis in ſuo. 3.
2 not. de inoffi. teſta. Summariuſque † proceſſus ſufficeret in alimentis ex officio decernendis, ac in omnibus alijs, quæ eidem cauſſæ alimentorum accedunt, l. cum hi. §. ſi cui. ff. de tranſact. ad hoc not. per Ancha. in Clem. 2. in 7. nota. de iudicijs, & in Clem. cauſſam. 2. not. de elect. Ac in eodem iudicis officio tenuis probatio requiratur, vt inquit Bar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi qui ex his, in fi. ff. de lib. agno. & vt plerique voluerunt in eo iudicio poſſet officio iudicis cogi reus ad edenda iura penes ſe exiſtentia ad fundandam petentis intentionem, quos recitat Deci. in c. 1. num. 17. de probat. ſubdens id indiſtinctè verum eſſe in quolibet genere alimentorum. Breuiores dilationes etiam dentur in implorandis alimentis officio iudicis, quæ ſemper præſentem inopiam præferunt, quam in his, quæ actionis iure petuntur per non inopem. Iaſ. in l. de aliment. 2. not. C. de tranſact. Pariquo ratione ſententia lata in his alimentis, quæ pietatem principaliter reſpiciunt, ſit diffinitiua, glo. & Bar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. q. 1. & in tract. alim. num. 7.

quam-

quamuis Angel. in l. Imperium, ver. & per hoc. ff. de iurid. omni. iud. dicat ſententiam in cauſſis ſummarijs latam non cenſeri propriè diffinitiuam. Nec in his compenſationis exceptio reciperetur. l. in ea. C. de compenſ. ponit Gig. in tracta. penſio. q. 92. num. 4. aliæque exceptiones reijciantur etiam per ſtatutum Romanum, lib. 1. c. 79. Præterquam ex-
3 ceptiones in eo notatæ. Decretum † inſuper ſuper alimentis interpoſitum officio iudicis nullam admittat appellationem ſuſpenſiuam futurorum alimentorum, ſed tantum præteritorum, in quibus nullum verſetur vitæ periculum. Specul. de appel. §. in quibus, num. 11. verſ. 8. quæro. Bar. in l. fi. in fi. de appel. recip. & in d. tract. num. 47. Albe. in l. ſi iudex in fi. ff. de his qui ſunt ſui. Roma. in l. 1. num. 4. ſolu. matrimon. & in authen. ſimiliter, num. 43. C. ad leg. Falcid. & ſingu. 775. Iaſ. in d. l. de alimentis. 2. nota. Areti. conſil. 97. ver. ad tertium. Anto. Nicel. de concor. glo. 6. num. 35. ac futura dicerentur in hoc à die motæ litis, vti deciſum in cauſſa Roma. ſtatus & alimen. de Vrſinis. In quibus tamen futuris recipienda eſſet appellatio cognitiua, cum effectu tantum translationis iuriſdictionis, vt poſſit de iure cognoſci ſuper meritis cauſſæ, ſine vlla mora præſtationis alimentorum, quæ nullatenus interim ſint retardanda, vt inquit Ioan. Andr. poſt Specul. de
4 appella. §. 2. nu. 11. ver. ſed nunquid. Ideoq; de † ſtylo in commiſſione appellationis inſeri conſueuit clauſula, ſine retardatione, habens ſui natura vim ſuſpendendi iuriſdictionem, niſi continuè alimenta ſoluantur, ex quo talis commiſſio dicatur tribuere condi-

conditionalem iuriſdictionem, vt per Sarnen. in compen. ſigna. num. 84. 87. Gig. de penſio. q. 62. num. 12. quæ quidem clauſula, conſtito de bono iure, vt in d. num. 84. Ac deciſum in cauſſa prædicta, dum penderet coram Chiſan, vt etiam ſine aliqua clauſula in commiſſione adiecta, retardaretur principale iudicium alimentis non ſolutis. Ac in reſcriptis penſionum, quæ obtinent vicem alimentorum, vt per eundem Gigan. q. 95. num. 4. idem operetur dicta clauſula, quæ adiecta reijciat beneficium. c. Odoardus, de ſolu. vt dicit Sarnen. ibidem, num. 88. Verùm ſi aliqua rationabilis cauſſa appellandi deduceretur, recipienda eſſet appellatio in iudicio alimentorum, quemadmodum ex iuſtis cauſis reciperetur in alijs caſibus, in quibus regulariter appellatio de iure reijcitur, vt per Ioan. Andr. poſt Specul. de appella. num. 13. & Abb. in c. cum ſpeciali. §. porrò, num. 6. eod. tit. Roma. conſil. 324.
5 in fi. atque adeò † regulariter appellatio à ſententia lata ſuper alimentis, eorundem ſolutionem non ſuſpendat, vt nec pendente appellatione à ſententia lata per eccleſiaſticum iudicem ſuper fœdere matrimonij (in qua tacitè etiam contineatur alimentorum præſtatio) impediretur interim eorum petitio coram iudice ſeculari, cum etiam priuilegio alimentorum inductum ſit, vt in eorum iudicio ex æquitate non dicatur attentari, vt per Afflict. deciſ. 152. num. 3. & 6. ſicuti nec attentata nocent in alijs cauſſis notatis per Specul. de appella. §. nouiſſimè.
6 Prædicta tamen † de non recipienda ſuſpenſiua appellatione, à ſententia ſuper alimentis lata, ſibi locum non

cùm non vendicarent, ſi iam cauſſa effecta eſſet appellabilis, quæ ſemper duret appellabilis, ex no. per Bar. in l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. & in l. 1. C. de impo. lucra. deſcrip. lib. 10. Sicuti dicitur de re ſemel effecta alienabili, ſeu compromiſſibili, aut delegabili, per Bar. in d. §. quindecim. & in l. 1. in fi. qui pro ſua iuriſd. & in l. 1. ver. quæro quid ſi. ff. de offi. eius. Bal. in l. veluti. §. hoc verũ. 7 ff. de eden. Ac † appellabilis fiat, nedum ex ſilentio & patientia partis non impedientis proceſſum appellationis in alia inſtantia, verùm etiam euadat appellabilis in præſenti inſtantia ex iudicis delatione, quæ etiam operaretur idem in cauſſa ſpolij, vt per Iaſ. in l. patre furioſo. num. 20. ff. de his qui ſunt ſui. & in l. 2. nu. 8. C. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. Soc. in regu. 234. 4. fallen. & latè dictum de cauſſa alimentorum effecta appellabili in eadem cauſſá ſtatus de Vrſinis. Sed in alia cauſſa domus fuit dictum, tunc demum cenſeri cauſſam appellabilem effectã, quando ſententia prius lata fuiſſet poſtea in ſecunda inſtantia, & ſic in prima appellatione reuocata, & non aliàs, ex nota. per Soz. iun. con. 18. lib. 1.

# DE REPETITIONE ALIMENTORVM.

## Caput XX.

### SVMMARIVM.

1. *Alimenta ſoluta filio, aut patri putatiuo, repeti poſſunt.*
   *Tutor repetit alimenta præſtita, num. eod.*
2. *Mater repetit alimenta filio præſtita dum viueret pater diues.*

*Vitricus*

*Vitricus alens priuignum, cum proteſtatione poteſt alimenta repetere, nu. eod.*

5. *Vxor quando poßit repetere alimenta ſibi præſtita extra domum viri.*

*Maritus non repetit alimenta præſtita vxori, lite pendente inter eos, num. eod.*

6. *Pater non repetit alimenta filiæ exhibita ante traductionem ad domum viri, qui fuiſſet proteſtatus.*

*Fratres communiter viuentes, quomodo repetant alimenta inuicem præſtita, nu. eod.*

*Legato Apoſtolico, decedente ante finem officij non poſſet ei datum pro alimentis ab hærede repeti, num. eod.*

*Repetitio alimentorum non datur ad intereſſe laboris, aut temporis, ſed ad id, quod effectualiter fuerit expreſſum, nu. eod.*

QVEMADMODVM alimenta, quæ ſint legitimè debita, plurimis priuilegijs decorantur, ita pariter omni careant priuilegio, ſi indebitè petita fuerint, quin immò præſtita plerunque repe-
1 terentur. Nam † exhibita filio, aut patri putatiuo, qui malitioſè & callidè ſe tales effinxiſſent, poſſint detecto errore repeti. Bar. in l. 1. §. competit. ff. ſi muli. ven. nomi. referens, quod in accidentia facti fuit theologicè iudicatum in foro conſcientiæ indiſtinctè eſſe repetenda ceſſante etiam malitia, de quo per Dy. in regu. imputari. & ibi apoſ. in fi. Abb. in c. vnico. num. 3. de infanti. expo. Ac tutor qui non tenetur de ſuo proprio alere ſororem pupilli, poſſit in ea ſumtus factos repetere, ſi illam de ſuo aluerit. Bar. in tracta. alimen. num. 50. Cuma. conſil. 87. multò magis repetiturus impenſam ipſimet pupillo per ſe præſtitam, vt præſumitur ſi præſens ſit. l. fi. C. de alim. pupil. præſtan. & ibidem Cuma. in eo verſ. non ta-

non tamen præſumeretur pupillo abſenti aliment: præſtitiſſe, ſed id per eum probari deberet, vt innuunt verba d. l. fi. & dicit Alex. & Iaſ. in l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. & ita deciſum coram ſe de
2 anno 1563. refert Veral. Nec non † poſſit alimenta repetere mater, quæ filio alimenta exhibuerit, dum viueret pater, cui eius alendi facultates ſuppeterent. Idemque futurum ſi præmortuo patre aluerit filium, cuius bona adminiſtraret, ſeu fuiſſet proteſtata de animo repetendi, ex quo poſſet vel impenſam repetere, vel tantundem ex bonis filij retinere. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. ff. de liber. agno. Paul. de Caſt. conſil. *96*. in fi. lib. 2. nec aliàs ſine proteſtatione repetitura, cum præſumerentur ex charitate præſtita, quæ repeti nequeant. l. 1. & 2. & l. alimenta. C. de negot. geſt. d. l. Neſennius. ff. eo. tit. l. patrem, C. de nupt. l. cum is. in princ. ff. de condi. indebi. & notatur in d. §. ſi mater. & per Abb. in d. c. vnico. Soz. conſil. 161. num. 2. lib. 2. niſi in euentum ingratitudinis commiſſæ, l. pater. vbi Cyn. & Bal. C. de nupt. Nec ſecus futurum in vitrico præbente alimenta priuigno, vt in d. l. Neſennius. & Par. in d. tract. nu. 28. ac in alijs ſpeciebus diſtinctè relatis per Abb. in d. c.
3 vnico. de infant. expo. An autem † repeti poſſint expenſæ per virum factæ, in alenda vxore, ſiue promiſſa dote, ſiue non promiſſa, ponit latè Roma. in l. ſi inſulam. §. vſuras. ff. ſolut. matrimon. & Docto. in l. quod in vxorem. C. de negot. geſt. & è conuerſo, an repetantur expenſæ factæ ſibimet per vxorem extra domum viri, dicit Hoſtien. in ſumma

in tit.

in tit. ſi mulier petat. nu. 4. Non tamen alimenta per virum vxori præſtita, lite inter eos pendente repeti poſſent, vt per Afflict. deciſ. 152. nu. 4. & minus repeterentur alimenta exhibita ex edic. Carboni. aut ventris nomine, vt ibid. dicit Afflict. & Couarru. in pract.
4 quæſt. Nec † pater, qui in propria domo alimenta præſtiterit filiæ iam marito traditæ ab eo repetat, ſi maritus fuiſſet proteſtatus ſe paratum ad illa præbenda in eius domo, vt tradit Soz. conſ. 286. nu 3. lib. 2. Inter fratres autem communiter viuentes, ſi alter plus in alimentis erogauerit, quo pacto eorum repetitio fiat, latè dicit Pet. de Vbal. in tract. de duob. frat. part. 3. num. 6. Neque poterunt pecuniæ datæ pro expenſis alicuius legati, ſeu nuncij, qui ante perfunctam legationem deceſſerit, ab eius hærede repeti. l. legatus. §. 1. ff. de legat. quod certum eſt in ratione ſuſcepti oneris, ſecus ſi detur pro expenſis itineris, vt per Alex. conſ. 31. nu. 8. lib. 4. Quæ quidem legitima alimentorum repetitio in caſibus prædictis minimè reſpiciat exhibitum laborem in præſtandis alimentis, cuius non ſit habenda ratio, nec temporis, ſed eius tantum quod in his fuiſſet cum effectu erogatum, ad quod tantum referatur omnis repetitio alimentorum. vt per Bald. in l. patrem. in fi. C. de nup. Et hæc ſunt quæ in primis de alimentis dicere inſtitueram, vt reliqua altiora proſequar ſub præſidio ſummi & omnipotentis Dei Redemptoris noſtri.

FINIS.

# DE ALIMENTIS
## LIBRI TRES.

auctore

*MARTINO COLERO I. V. D.*

## CAPVT PRIMVM.

### Horum librorum delineatio: & alimentorum aliquot diuiſiones: & quot modis quis dicatur habere vnde ſe alat.

*SVMMARIVM.*

1. *Diuina ſapientia elucet ex humani corporis ſtructura, membrorumq́ ſingulorum varijs officijs.*
2. *Tres facultates animæ, ad quas illa collineant.*
3. *Alimentorum neceßitas vnde ſit, & quanta.*
4. *Cur alimenta in omnium ſcientiarum tractationem cadant.*
5. *Summa alimentarij tractatus quoad Theologiam.*
6. *Medicina quid de alimentis tractet, quid Philoſophia.*
7. *Iuriſprudentia quàm vtiliter & neceſſariò de alimentis tractet.*
8. *Partitio huius operis.*
9. *Alimenta alia ſunt animæ, alia corporis.*
10. *Alimenta quædam debentur ex diſpoſitione legis, quædam ex diſpoſitione hominis.*
    *Io. Bapt. Pontani diuiſio quædam declarata, ibid.*
11. *Alimentorum quædam debentur ad neceßitatem, quædam ad decorem: cuius diuiſionis vſus monſtratur, num. 15.*
12. *Verus intellectus l. quiſquis. §. filij vero. & §. ad filias. C. ad l. Iul. maieſt. & nu. 13.*
14. *Prædictum intellectum ab ipſis Impp. vſu obſeruatum eſſe.*

16. *In Phocione illuſtre magnanimitatis exemplum.*

17. *Alimenta alia ſunt futura, alia præterita. Item an & quatenus præterita verè appellentur alimenta.*

18. *Quis dicatur habere vnde ſe alat, & num. 23. & 24.*

19. *Baldi opinio conſiderata. & num. 20.*

21. *Reditus qui ſui natura non conuertuntur in alimenta, etiam in fructu eſſe.*

22. *Annuas penſiones etiam inſumendas eſſe in alimenta.*

Condidit Devs Opt. Max. ex inenarrabili ſuo conſilio, non tantum hominis membra, tam affabrè, vt ipſa eorum ſtructura & compoſitio magnam faciat ſui admirabili-
1 tatem: ſed etiam ſingulis ea † attribuit officia, vt autoris inde immenſa eluceat ſapientia & bonitas, *quemadmodum oſtendit Lactant. in lib. de opific. Dei. Cicero 2. de Natura Deor. & Galen. in oper. de vſu part.* Quorum officiorum etſi ingens
2 eſt diſsimilitudo: tamen quemadmodum † tres ſunt facultates animæ: quarum prima in capite tanquam in arce vigil collocata eſt, ἡγεμονικὴ dicta ſeu λογιστικὴ: in corde θυμικὴ, & denique in infimo ventre ἐπιθυμητικὴ, *Diogen. Laërt. in vita Platonis, mihi iuxta editionem Henrici Stephani pag. 113. & 120. Theages Pythagoricus apud Stobæum in libr. de virtutib. Ariſtot. lib. 2. de generat. animal. cap. 3. in med. Galen. lib. 6. de placit. Platon. & Hippocr. cap. 2. & D. Phil. Melanthon paſſim in lib. de Anima:* ita ſingulorum membrorum officia ſingula, ad iſtas facultates, ſi non omnes, ad ſaltem vnam earum præcipuè iuuandam, quaſi collineant. Quia verò natura † partim membra augere & ad iuſtam magnitudinem extollere: partim verò ijs ad explenda ſua munia vires ſufficere conatur: præſertim cum quotidie quædam particulæ ex corporibus noſtris decedant: ideo ita comparatum eſt, vt ineuitabili quadam neceſsitate corpora noſtra alimentis opus habeant *l. proponebatur. 76. in fin. ff. de iudic.* Nam poſſe hominem abſque neceſſario victu vitam tolerare, nemo ſibi ipſi perſuadet, *vt eſt apud Xenophont. in Oeconom. non longè à fin.* Cum itaq; tanta ſit alimentorum neceſsitas, vt etiam ex ijs

vita

vitâ noſtra pendere perhibeatur. *Bald. Salic. & alij in l. de alimentis. 8. C. de tranſact.* adeo vt iſtam ἐπιθυμητικὴν vel *vt Ariſtot. d. c. 3. in medio appellat* θρεπτικὴν facultatem nullis argumentorum rationibus, ne quidem ad menſes aliquot, nobis interim ſaluis, ſuſpendere, multò minus penitus tollere queamus? venter enim *iuxta Senecam lib. 3. epiſt. 21.* præcepta non audit, poſcit, appellat, &c. ac vt eſt in prouerbio, auribus caret. *Eraſm. Chil. 2. cent. 8. prouerb. 84.* euenit, vt non minimam vitæ noſtræ partem in ijs comparandis conſumamus. Quanquam autem hoc cum belluis commune habemus, vt non minus quàm illæ, omnia, quæ ſint ad viuendum neceſſaria, inquiramus & paremus, vt paſtum, vt lati-
4 bula, vt alia eiuſdem generis: ne † tamen iſte appetitus euagetur longius, neúe de ijs aliter quàm par ſit æſtimemus, veluti ſi noſtræ induſtriæ aut ventriculi, epatis, aut cæterorum membrorum bonitati imputemus, & vt ſemel dicam, ne in ijs vel conquirendis vel vſurpandis, pietatis aut honeſtatis modum tranſeamus: factum eſt, vt nulla neq; diſciplina neq; ſcientia liberalis ſit, quæ nullis alimentorum præceptis tradendis, ſuum finem aſſecuta eſſe videatur.
5 Regina † enim illa ſcientiarum SS. Theologia oſtendit, non tantum frumenti aliarumque frugum felicem prouentum, non agros colentium ſedulitati, ſed ſolius DEI benignitati, accepto ferendum eſſe: *Pſalm. 104. verſ. 14. & ſeqq. Pſal. 136. verſ. 25. Pſalm. 145. verſ. 15. & ſeq. & alijs locis quamplurimis:* atque cibo potuiq; corpora noſtra vegetandi vim à ſolo Deo tribui: *Deuteron. 8. verſ. 3. Haggæ. cap. 1. verſ. 9. & Matth. 4. verſ. 4.* ſed etiam præterea nobis cauſam aperit, cur nos, conditor ille rerum, non ἰσαγγέλους, quemadmodum futuri ſumus in altera vita, *Matth. 22. verſ. 30.* ſed alimoniæ indigentes condiderit: nempe vt ne otio difflueremus, ſed indigentia iſta cuilibet in ſua vocatione, alterum adiuuandi eſſet incitamento: *2. Theſſal. 3. verſ. 10.* ſic cur tot annos frugibus aduerſos experiamur, *Ierem. 2. verſ. 37. & Haggæ. d. c. 1. verſ. 9. & ſeqq.* nec non alia ſcitu digniſsima.
6 Sic medicorum † ſcientiam plurimum operæ in alimento-

rum conſiderationem, quatenus ea valetudini vel conferunt vel officiunt, ponere: præter quotidianam experientiam, teſtantur ipſorum libri de alimentis editi. Quod ſi Philoſophos acceſſerimus, videbimus & eorum ſcientiam in iis aliqua ex parte verſari: ſiue enim ad theoreticam, ſiue ad practicam Philoſophiam, oculos conuertamus, occurrit nobis quod ad alimentorum tractationem pertineat. Ne enim omnes locos ex phyſicorum libris adducam, ſatis poterit eſſe Ariſtot. *lib. 1. de ort. & interit. cap. 5. lib. 2. de anim. cap. 1. 2. & 4.* de ea autem parte, quæ de regendis moribus agit, notius eſt quàm vt probatione vlla indigeat. Cui enim parti Philoſophiæ magis conueniret docere, quomodo illam edendi bibendiq; cupiditatem tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet, quàm huic? vnde temperantiam præcipuè eò reſpicere, vt in cibo & potu modum teneamus, idem Ariſtot. *lib. 3. ad Nicomach. cap. 10.* (*iuxta Lambini diſtinct. cap. 13.*) teſtis eſt locupletiſsimus, adeò quidem vt Xenoph. *in Oeconom.* (*in Levvin Klay editione*) *pag. 660.* moderationem gulæ, tum in viro tum in fœmina, pro maxima diſciplina reputet: quemadmodum & in doctrina de regenda Republ. de alimentis tradi patet ex Vacon. à Vacun. *lib. 1. declar. 10. num. 5. & ſeqq.* & inferius hoc
7 libro dicetur. Cum igitur & † iuris prudentia noſtra de alimentis, propter lites, quæ non rarò ea de re mouentur, plurima cognitu vtilia & neceſſaria ſparſim tractet: conſtitui, Deo iuuante, ſi non omnia, at ſaltem præcipua, quæ in ll. & apud interpretes noſtros, de alimentis habentur, quæq; in hac ciuili conſociatione vſui eſſe poſſunt, hiſce libris tribus complecti: idq; non tantum, quia huius materiæ contemplatio iucunda eſt, ſed etiam vt vſus in primis eſt neceſſarius, ita praxis in iudicijs valde frequens. *Aſcan.*
8 *Clement. de patr. poteſtat. cap. 6. effect. 17. num. 1.* Primum † autem librum conſumam in perſonis, quibus & à quibus alimenta debeantur: ſiue id fiat ex naturali iure, ſiue ex ciuili aliqua obligatione, vel ex contractu, vel teſtamento, vel delicto originem ducente. In ſecundo, tractabo quid alimenta-

mentario dandum ſit, quomodo, quando & vbi: item quænam ſint alimentorum præcipua priuilegia, quando liceat de ijs tranſigere, paciſci & compromittere, quæ cognata, & denique quæ contraria. In tertio autem libro afferam ea, quæ ad iudiciarium proceſſum pertinere videbuntur. DEVS Opt. Max. vnicus illæ fons iuſtitiæ, hunc meum conatum, ad ſui nominis diuini gloriam, & ad promouendam iuſtitiam, & denique ad plurimorum emolumentum feliciter dirigat.

Verum enimuero quia diſtinctionum maximus eſt vſus, in tantum vt qui eas negligat, eum in plurimis decipi & labi neceſſe ſit: ideo antequam de perſonis dicam, quaſdam alimentorum diuiſiones præmittam. Sanè poſſent ea
9 diuidi, vt † quædam ſint animæ, quædam corporis: *Ioan. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 86. Pontan. de aliment. cap. 1. num. 3. Oldendorp. claſſ. 1. act. 4. num. 4.* ſed cum priora illa potius ad Theologiam quàm ad iuriſprudentiam pertineant, *Pſalm. 23. verſ. 2. Pſalm. 131. verſ. 2. Amos cap. 8. verſ. 11. & 12. cum alijs locis penè infinitis:* ideo ne falcem, quod dicitur, mittam in meſſem alienam, ijs omiſsis, afferam diuiſiones alimentorum, corporis ſolummodo augmentum & conſeruationem concernentium. Hæc igitur
10 aut † debentur ex quadam iuris neceſsitate, præter hominis conſenſum & conuentionem, naturali vel ciuili ſuadente ratione: aut ex hominis diſpoſitione. *Tract. Papienſ. in libell. prolegat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 112. Caſtrenſ. conſ. 76. incip. Ad confirmationem. vol. 1.* quod poſterius membrum ſubdiuiditur: aut enim iſta diſpoſitio eſt inter viuos, aut in vltima voluntate. *Bartol. in tract. de aliment. in pr.* cuius ſubdiſtinctionis vſus, præcipuè elucet ex not. *in l. cum hi. 8. ff. de tranſact. & ?. lib. 2. cap. 7. dicendis.* Et cum hac diſtinctione in effectu congruit illa, quam Pontan. *d. c. 1. num. 6.* affert, quod quædam alimenta debeantur officio iudicis, quædam iure actionis, quemadmodum enim quæ vel ex vltima voluntate, vel contractu debentur, iure actionis petuntur; ita ob ea, quæ naturali tantum inclinatione debentur, ſaltem

imploratur nobile iudicis officium, vt *ÿ*. lib. 3. explicabi-
11 tur. Deinde alia † alimenta præſtantur ad decorem, habita ratione dignitatis familiæ, & facultatum ex quibus ea debentur: alia verò ad neceſsitatem tantum, non conſiderato ſplendore familiæ, dignitate, vel facultatum amplitudine. Quæ diſtinctio optimè probatur *in l. quisquis. 5. §. filij verò. C.*
12 *ad l. Iul. Maieſtat.* vbi † cum vita filijs concedatur, quod ſine alimentis fieri non poteſt, imò vitæ appellatione alimenta intelliguntur. *Bart. in tractat. de aliment. num. 5. per l. quod nos. 234. §. verbum viuere. ff. de verbo. ſignific.* & tamen in fin. d. §. filij verò. ſanciatur, vt eiuſmodi filij perpetua egeſtate debeant ſordere: efficitur, ijs alimenta nulla habita ratione natalium, neque facultatum paternarum ita conſtituenda eſſe, vt tantum ſpiritum & oſſa trahant: quo eueniet, vt ipſis mors ſit ſolatium & vita ſupplicium. Si enim vera eſſet ſententia opinantium, filijs ibi alimenta denegari præterquam quod tex. ſecum pugnaret, in eo dum vitam verbis concederet, reipſa autem per famem adimeret, non viderem in quo eluceret imperatoria illa lenitas, quam textus ibi prædicat. Quod ſi quis putet, benignitati imperatoriæ id accepto ferendum eſſe, quod non illico ad ſupplicium cum patre filij rapiuntur: illi reſpondeo, hoc falſum eſſe. Cum enim fame extingui longè ſit grauius & miſerius, quàm vllum aliud mortis genus perpeti, *Ierem. in thren. cap. 4. verſ. 9. Homerus quem Iuſtinian. noſter in proœm. ff. §. & hæc omnia. Patrem omnis virtutis appellat, lib. 12. Odyſſ. Io. Borchols. de feud. cap. 8. num. 67.* poſſet profectò rectius crudelitati, quàm clementiæ aut lenitati conuenire. Præterea hanc diuiſionem & d. §. filij. explicationem, plurimum adiuuat §. ad filias.
13 in † quo filiabus plus clementiæ & gratiæ exhibiturus textus, conſtituit ijs alimoniam mediocrem, & quidem habita ratione bonorum maternorum, nempe vt inde quartum habeant, non conſiderato eo, quod forſitan in iſta quarta longè plus eſſe poſsit, quàm quod ad alimenta requiratur. Et hanc declarationem non tantum ipſe text. vt iam ſaltem ſummo digito fuit indicatum, expoſcit: ſed etiam tenet & con-

confirmat *Ripa in l. ex facto. §. ex facto. num. 9. ff. ad SC. Trebell. Plot. conſil. 30. incip. Extat decretum. num. 84. vol. 1. & Fr. Becc. in conſil. 8. vol. 1.* imô quod plus eſt Arnold. Ferron, *in conſuetud. Burdigalens. lib. 2. tit. 12. §. 3.* varijs ex hiſtoriarum
14 monumentis, repetitis exemplis oſtendit, † Cæſares ex parentum crimen læſæ Maieſtatis committentium bonis, filijs quantum ad huius vitæ ſuſtentationem opus fuerit, reliquiſſe: quæ obſeruatio certè non ita neglectui habenda eſt: *l. ſed & ea. 35. cum ſequ. ff. de ll.* Confirmatur etiam hæc alimentorum diuiſio per text. *in c. vnic. §. ſane vt hoc. & ibi gl. verb. abſq; penuria. de ſtat. regular. in 6. Ripa in c. cum M. Ferrarien-*
15 *ſis. num. 21. ext. de conſtitut.* Cuius † diſtinctionis vſus eſt, quod alimenta, quæ dantur miſerationis cauſa, non debeantur ſecundum dignitatem, ſed tantum ſecundum neceſſitatem viuendi. *quod valde not. reputat Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 24. nu. 3. ext. de donat. inter vir. & vxor. Io. Gars. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 23. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæſt. 94. num. 3.* quod vſui eſſe poteſt ad conſtituendum modum alimentorum ſpurijs item bonis cedentibus & alijs ſimilibus debitorum, vt dicetur ĩ. lib. 2. Quæ etſi quidem iure ita cauta ſunt: tamen vnumquenque, cuiuſcunque etiam dignitatis ſit, ita animum ſuum inſtituere decet, vt, iuxta Apoſtoli præceptum, habens alimenta & quibus tegatur, his contentus eſſe poſsit. *1. Timoth. 6. verſ. 8.* Quem
16 enim non delectat † Phocionis illa in hiſtorijs celebrata magnanimitas? qui cum à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatiq; hortarentur accipere: ſimulq; admonerent, ſi ipſe his facilè careret, liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet, in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam: his ille, ſi mei ſimiles erunt, idem hic, inquit, agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſin diſsimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam. *Æmil. Prob. in vita Phocion. Mantuan. ſingul. 683. ſimilia peti poſſunt ex Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4. & Ælian. lib. 4. var. hiſtor. cap. 13.*

17 Denique diſtinguuntur † alimenta, vt quædam ſint præteri-

terita, quædam verò præſentia & futura. De priore genere non immerito quis dubitet, imò ſi verum amamus, fateri cogimur, ea amplius propriè & verè alimenta non eſſe, poſteaquam vita aliunde in præteritum ſuſtentata eſt. *D. VVeſenbec. præceptor & ſocer meus honorandus ad tit. ff. de tranſact. nu. 5. non longè aa init.* quod ipſum D D. noſtri volunt, dum omnes vnanimi conſenſu affirmant, non ex præteritis, ſed ex præſentibus & futuris vitam hominis pendere. *in l. de alimentis. 8. Bald. Salicet. Lud. Roman. nu. 1. Iaſ. num. 4. in fi. Alciat. nu. 2. C. de tranſact. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. 5. §. Parens. num. 75. ff. de liber. agnoſc.* Etſi igitur alimenta præterita, ſaltem verbo alimenta dicuntur, re ipſa autem non ſunt. *Hug. Donell. d. l. de alimentis. 8. nu. 24.* quia tamen text. d. l. de alimentis 8. manifeſtè hanc appellationem ijs tribuit, poteſt & omninò debet iſta diſtinctio retineri: vocanturq; ita non inſpecto eo quid nunc ſint, ſed ad quid antea fuerint deſtinata, & ita quid olim fuerint. *arg. l. inſula. 56. in fin. ff. de acquir. rer. dom.* Quibus ita facilioris doctrinæ gratia præmiſsis, dicam nunc, vt conſtitui, de perſonis, ſi modò vnicum addidero, quod non minus quàm illa alimentorum diſcrimiua, ijs, quæ infra tractabuntur, facem præferet.
18 Nam ſæpiſsimè illa limitatione mihi vtendum erit, vt † alimenta non debeantur ijs, qui aliunde habent, vnde ſe alant: quod vt rectè accipiamus, omnino intelligendum eſt, quando vel quomodo quis dicatur habere vnde ſe alat: itaq; hoc euenire tradunt noſtri, quando quis ex bonis ſuis tot reditus habet, qui ſuſtentationi ſufficiant: exempli gratia, habet aliquis palatium picturis affabre factis egregiè ornatum, ſed inde nullos aut tam exiguos percipit reditus, ex quibus ea, quæ huius vitæ vſus poſtulat, comparare ſibi nequeat: is non dicitur habere vnde ſe alat, neque ad venditionem iſtius palatij, vt ex precio ſe alat, adigendus eſt. *Bald. in conſil. 30. incip. Sicut dixit. vol. 2. per text. l. qui bonis. 6. ff. de ceſſ. bon. quem, vt ſingularem, procul dubio voluit allegare Fr. Aret. in l. alimenta. 11. num. 3. C. de negoc. geſt. imò ſummè ſingularem appellat eum Iaſ. in §. ſed & ſi quis. num. 11. Inſt. de act. & Baldi* doctri-

*doctrinam. ſequitur Ph. Dec. in authent. praeterea. num. 22. C. vnde vir & vxor. Bart. Socin. l. diuortio. nu. 19. ff. ſolut. matrim. & vt pulchram commendat Crauett. conſil. 199. incip. Ad ſubtilia dubia. num. 6. & 11. Menoch. conſil 7. incip. conſultationem hanc. nu. 18. & conſil. 87. incip. Cauſa haec. num. 66. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 40. Rol. à Vall. conſil. 55. num. 6. vol. 2. Nic. Reuſner. lib. 2. conſultat. queſt. 2. num. 57. & omnino Petr.*
19 *Coſtal. l. ſi ſeruus. 22. ff. de noxal. act.* Qui DD. † etſi Baldi opinionem referunt & ſequuntur: tamen diligenter aduertendum puto ad ampliationem qua Baldus vtitur, ſine diſtinctione putans, eum, qui alimenta ab alio exigit, eſtque rei aut nullos aut exiguos fructus producentis dominus, non cenſeri habere vnde ſe alat, neq; adigi poſſe vt eam rem minus fructuoſam vendat, & inde ſe alat. Allegat quidem Baldus textum *d. l. qui bonis. 6. ff. de ceſſion. bon.* & pro vlteriore confirmatione adduci poſſet. *l. fin. §. ipſum autem. & §. filijs autem familias. C. de bon. quae liber. vbi traditur quod filius habens nudam & ſolam proprietatem à patre ali debeat, neq; eius proprietas ſit diſtrahenda.* Sed propterea non puto iſtam ampliationem ſimpliciter recipiendam eſſe. Certi enim & explorati iuris eſt, ipſam rem, vt dominus & eius familia inde alatur, diſtrahi & poſſe & debere. *l. ſi pupillus. 23. in pr. ff. de reb. auctor. ind. poſſ. l. diuus. 5. verſ. ſed & propter familiae cibaria. ff. de petit. hared.* Accedit quod nemo cum alterius iactura debeat locupletari. *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb.* & deinde, qui poteſt facere vt poſsit conditioni parere, iam poſſe videtur. *l. qui poteſt facere. 174. ff. de reg. iur.* Si igitur, exempli gratia, Titius poſsideret aedes egregiè extructas, pictisq; ac ſculptis imaginibus ornatas, ſed nullorum penè redituum, item multas catenas aureas, ſcyphos argenteos, aliamque precioſam ſupellectilem, & haberet fratrem Maeuium, à quo nihilominus ſibi vtpote egeno, & ex rerum ſuarum reditibus vitam ſuam ſuſtentare non valenti, alimenta dari poſceret: hunc propitijs auribus iudex non audiet: *quemadmodum expreſſè ita ſentit Io. de Imol. in l. ſi maritus. 43. num. 2. ff. ſol. matrim. Alexand. conſil. 72. incip. Viſo proceſſu. num.*

*ſu. num. 12. vol. 5. Cord. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. num. 24. cum ſeq. ff. de lib. agnoſc.* Quod verò textus adductos *tam d. l. qui bonis. 6. ff. de ceſſ. bon. quam d. l. fi. § ipſum autem. & § filijs autē familias. C. de bon. quæ liber* attinet: non puto eos extra ſpecies, de quibus agunt, porrigendos, propter eorum rationes alijs caſibus vix ac ne vix quidem congruentes. Cum enim qui primo bonis cedit, vſq; ad peram & ſacculum, vt noſtri loquuntur, prima vice excutiatur, *quemadmodum dixi ſ. hoc libr. cap. 14. num. 74. cum ſeq.* æquitatis & condolentiæ ratio exigit, vt altera vice cum eo mitius agatur. *§. 1. & ibi gl. verb. commodum præſtatur. Inſtit de hered. qual. & differ.* Sic textum *d. l. final. §. filijs autem familias. C. de bon. quæ liber.* quia alienationem non ſimpliciter, ſed ſolummodo citra voluntatem patris alimenta præſtantis fieri prohibet: ideo ad alios caſus, in quibus alimentorum debitor alimentarij bonis non vtitur fruitur, porrigere non debemus. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patron.* Quod verò Bald. *in d. conſil. 30.*
20 hoc axioma † limitat, vt non procedat in ijs rebus, quarum natura eſt, quod conuertantur in alimenta, verbi gratia, colligit multum vini, nulla autem frumenta: ſed parte aliqua vini vendita, poteſt ſibi etiam cibum, potum & alia comparare, & tunc teneatur vendere: at ſi res non conſueuerunt vendi pro alimentis, ſed conſeruari aut cuſtodiri, tunc non tenetur vendere: certè de hac reſtrictione vehementer dubito. Mouet me primò iſta ipſa ratio quam Bald. adducit *ex l. ius alimentorum. 3. ff. vbi pupill. educ. vel mor. deb.* qui text. cum de reditibus indiſtinctè loquatur, indiſtinctè erit accipiendus. *vulg. l. de precio. 8. ff. de public. in rem act.*
21 idque tanto magis, cum videam etiam † eos reditus, quorum natura non patitur, vt in alimenta conuertantur, in fructu eſſe, vt aurum, argentum, arena effoſſa *l. diuortio. 8. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. matrim.* quæ certè tanquam reditus & fructus dotis maritus in alimenta vxoris conuertere debet,
22 *arg. l. ſi pater. 76. in fin. ff. de iur. dot.* Accedit † quod annuæ penſiones, quæ vſurarum nomine ex ſorte percipiuntur, non quidem eius naturæ ſint, vt in ſuccum & ſangui-

nem

nem conuertantur, attamen iſti annui pecuniarum reditus, nihilominus in cauſam alimentariam inſumi debent, non verò aſſeruari aut cuſtodiri. *l. ſolent 3 ff. de alim. vel cibo leg.* Itaque verius, vt hoc axioma de fructibus, quales quales ij
23 ſint, intelligamus. Secundò † cenſetur etiam is habere vnde ſe alat, qui earum eſt virium, vt operari, vel alijs queat inſeruire. *l. ſi quis à liberis. 5 §. ſed ſi filius. verſ. ſi modo in ea valetudine es vt operis ſufficere. ff. de lib. agnoſc. iunctis ijs quæ dixi ſ.*
24 *cap. prox. num. 80. & ſeq.* Tertiò † videtur etiam is habere de quo ſe alat, qui habet perſonas idoneas, quæ coguntur illum alere. *ita per leg. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt. fun. ſentit Raph. Cuman. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo. num. 5. ff. ſol. matrim. quibus addi debent quæ dicta ſunt ſ. hoc lib. cap. 5. num. 47. cum ſeqq.*

# FILIIS NATVRALIBVS ET LEGITIMIS ALIMENTA DEBET PRÆSTARE PATER.

## Caput II.

### SVMMARIVM.

1. *Perſonarum dignitas primum ſibi vindicat locum.*
2. *Liberi repræſentant perſonam parentum.*
3. *Educationem eſſe iuris naturalis, contra Angel. & nu. 9.*
4. *Vaſquij opinio refellitur.*
5. *Alimenta non deberi ex quaſi contractu, contra Claud. de Battand.*
6. *Liberos ex quarundam ciuitatum inſtitutis abijcere licuiſſe.*
7. *Legum latorum ſanctiones, de educatione liberorum.*
8. *Aliud inuenire, aliud inuentum cuſtodire.*
10. *Filiorum genera alij ſtatuunt tria.*
11. *Alij quatuor, alij ſeptem, alij octo, & nu. 12.*
13. *Sextuplex eſſe genus filiorum.*

14. Re-

14. *Regula, Naturalibus & legitimis filijs ſimul, alimenta à patre deberi, cum duodecim Ampl. & quatuor limit. & num. ſeqq.*

15. *Bannitus filius an à patre alendus?*

16. *Et quid ſi ſtatutum caueat, ne bannitus filius alatur?*

17. *Bannitus retinet, quæ ſunt iuris naturalis & gentium.*

18. *Filio immorigero & inobœdienti an debeantur alimenta?*

19. *Qui alimenta negat, necat.*

20. *Parentes nimis indulgenter habendo liberos, corrumpunt.*

21. *Reſpond. fundamentis Caccialupi, filio immorigero alimenta deneganda aſſerentis.*

22. *Filio prodigo debentur alimenta, etiamſi prodegerit bona, ſibi in alimenta aßignata. contra Bald. Alex. & alios. & nu. 23.*

24. *Filius non poteſt alimentis per iuramentum renunciare.*

25. *Culpa filij prodigi venit ex culpa patris bona aßignantis, contra Vaſquium.*

26. *Regula, qui ſemetipſum ponit in neceßitate, indignum ſe reddit beneficio, limitatur.*

27. *Legitimam ſibi à viuente patre aßignatam prodigens filius, alendus eſt, non ſolum à patre, ſed & ab eius defuncti hærede contra Claud. de Battand. num. 28.*

29. *Pater tenetur alere filium vxoratum. Limitatur num. 35.*

30. *Et quid in nepotibus filij?*

31. *Quid ſi filius duxerit vxorem patre inſcio?*

32. *An patri incumbat onus alendi nurum, quam filius ipſo inuito duxit.*

33. *L. fi. C. de aliment. lib. perpenditur co. Amanell. de Clariſaq.*

34. *Fructus rerum dotalium non acquiri filiof. coniugato contra Aſcan. Clement.*

36. *Filiæ nuptæ deberi à patre alimenta, contra ſingularem op. Bartoli. num. 37. Ampl. & limit. dupliciter num. 38. 39.*

40. *Filium puberem à patre eſſe alendum, contra quàm Connan. & Vaſq. putarint.*

41. *Tex c. ius naturale. diſt. 1. explicatur.*

42. *Lex loquens de caſu frequentiori, includit etiam caſus minus frequentes.*

43. Vaſ-

43. *Vaſquij duæ paleæ difflatæ.*
44. *Tex. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. de lib. agnoſc. perperam acceptus à Vaſq.*
45. *Liberos etiam homines olim Romæ ſeruiſſe, præter opinionem Vaſquij.*
46. *Romuli lex facit contra Connan. allegantem eam.*
47. *An alimenta debeantur filio ingreſſo monaſterium? & quid ſi inde aufugiat? num. 50.*
48. *Quomodo dos dicatur deberi filio.*
49. *Exponens aliquid pro alimentis filij monachi intuitu patris à patre repetit, non à monaſterio.*
51. *Filius alendus eſt à patre ingreſſo monaſterium.*
52. *Legitima an debeatur filijs ex bonis patris ingreſſi monaſterium, necdum tamen defuncti? remiſſiuè.*
53. *Patris bonis ob delictum confiſcatis, liberi alendi ſunt à fiſco, ampliatur. num. 55.*
54. *Vſusfructus bonorum filij, quem habet pater, hoc viuo, manet penes fiſcum. remiſſiuè.*
56. *Ex bonis defuncti patris, an & quatenus alimenta debeantur filijs.*
57. *Ventri an & quomodo præſtentur alimenta ex bonis patris defuncti.*
58. *Mulier ventris nomine in poſſeſſionem miſſa, non poſſidet.*
59. *Mulieri ventris nomine præſtantur alimenta vel ſine cauſæ cognitione. limitatur duob. modis ibid.*
60. *Quid iuris ſit ſuper alimentis, ſi filius natus negetur eſſe defuncti.*
61. *Exhæredato filio an & quatenus debeantur alimenta ex bonis defuncti patris, & num. 63.*
*Alb. Ros. aſſertio ſuper hac re malè accepta à Io. Gars.*
62. *An alimenta debeantur filijs reſpectu bonorum, an verò reſpectu naturalis vinculi?*
64. *Hiſpanorum ius nouum ſpeciale, innuit ius commune eſſe in contrarium.*
65. *Exhæredatum filium fame preſſum, petere alimenta poſſe à propinquis.*
66. *Filiæ an debeantur alimenta, ſi ex ſtatuto tantum dos ei competat.*

67. Et quid ſi ſtante tali ſtatuto pater filiæ leget dotem.
68. Pendente inter patrem & filium iudicio præiudiciali, filius reus interim à patre alendus eſt.
69. De filio hæretico, Negatiua ſententia.
70. Eaſdem eſſe cauſſas exhæredandi, & denegandorum alimentorum.
71. & 77. Affirmatiua, noua ratione ſtabilita. num. 72.
73. Alimenta debentur reciprocè.
74. Text. l. cognouimus. C. de hæretic. perpenditur, contra Zaſium. num. 69.
75. Gl. fin. in c. paſtoralis. ext. de appell. ponderata contra Pontanum. num. 69.
76. Reditus Eccleſiaſtici debentur clericis propter ſeruitia.
78. Filio aliunde habenti alimenta, an pater nihilominus præſtet?
79. Si filius tenet artem aliquam, alit ſeipſum. Limitat. num. 81. 82. & 84.
80. Pauper non eſt, qui nouit artem, qua ſe alat.
83. L. Nepos Proculo. de verb. ſign. inductio.
85. Pater pauper, an & quatenus filium teneatur alere.
86. Pater conuenitur in id quod facere poteſt.
87. Charitas ordinata incipit à ſe ipſa.
89. Filiæ peccanti in corpus, denegari poſſunt alimenta. Ampl. cont. Ruin. num. 93. & ſeq. Limitatur. nu. 90. 91. & 92.
94. L. Imperialis. 22. C. de nupt. ponderata co. Ruin. & nu. 98. 99.
95. Scholaris deletus ex matricula, recipitur ex mera Rectoris gratia.
96. Non idem in filio. & quæ ſit diuerſitatis ratio, contra Ruin. & num. 97. 98.
100. Partum monſtroſum pater alere non tenetur. Limit. num. 101.
102. Partus monſtroſi an & quomodo ſuccedant, remiſſiuè.

QVemadmodum homo, cætera animalia cuncta, dignitate longè antecellit. *l. iuſtiſſime. 44. in pri. ff. de edil. edict. Cic. lib. 1. Offic.* ita in iure noſtro penè receptum eſt, vt
1 ea † quæ de perſonis dici poſſunt, ante omnia primo loco expediantur. *§. vlt. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 2. ff. de ſtat. homin. l. 1. ff. de tutel. l. ſi quæramus. 4. ff. qui teſtament. facer. poſſ.*

*poſſ. l. 1. ff. de accuſat. cum ſimilib.* Huic mori vt morem geram, commodiſsimum mihi videtur, cæteris poſthabitis omnibus, primo loco dicere de perſonis, quæ ad alimenta alijs
2 præſtanda ſunt obligata. Quia verò liberi † perſonam parentum quodammodo repræſentant. *§. ei verò. Inſtit. de inutil. ſtipul.* imò pater magis filium, quàm ſeipſum diligit *§. fin. Inſtit. de noxal. act. l. iſti quidem. 8. in fin. ff. de eo quod met.* ideo de his alimentis à patre debitis, primò omnium viden-
3 dum eſt. Natura † namque vt humanum genus propagaret, ne ſua imbecillitate deficeret, procreatione ſobolis conceſſa, proximum fuit, vt educationem inſtitueret. *Io. Garc. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 3.* vt ita homo, qui in indiuiduo conſeruari non poteſt, in ſpecie ſaltem conſeruaretur. *Achill. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ. num. 572. per l. liberorum. 220. in fin. ff de verb. ſignific.* Quam educationem quia in omnibus brutis animaduertere licet, *Connan. lib. 1. commentar. cap. 4. num. 6.* ideò rectè Iuriſconſultus *in l. 1. §. ius naturale. vbi gl. Cynus num. 12. Bald. num. 3 ff. de iuſtit. & iur. & §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* & Imperator. *in l. vnic. §. ſileat. C. de rei vx. act.* ad ius naturale eam retulit. qui textus ſatis manifeſtè, ſententiam Angeli *in l. cum non ſolum. §. ipſum autem. num. 1. C. de bon. quæ liber.* negàntis, hanc educationem ad ius na-
4 turale primæuum pertinere, refellunt: ijsque † vti poſſumus contra eos, qui alimenta filijs à parentibus deberi autumant, non tam iure naturali, quàm ciuili: in qua ſententia eſt Vaſqu. *de ſucceſſ. tom. 1. §. 20. num. 301.* hac ratione motus, quia (inquit) regulariter legitima & alimenta liberorum æquiparantur: in qua argumentatione fallaciam, quàm Dialectici A dicto ſecundum quid, appellant, committi, apparet ex ijs, quæ de iſta legitimæ & alimentorum comparatione j. lib. 2. dicentur: imò ipſe Vaſqu. *d. num. 301.* vbi de c. ius naturale diſt 1. agit agnoſcit, educationem quæ ſine alimentis fieri non poteſt, eſſe iuris naturalis. Neque puto fieri poſſe vt huic Vaſquij opinioni ſuccurratur dicendo ius alendi liberos qui victum ſibi quærere poſſunt, de iure ciuili eſſe, quod facere velle videtur Io. Marc. Aquil.

*in l. Centurio part. 1. num 115 ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Huiuſmodi enim liberis ne quidem iure ciuili alimenta deberi, notius eſt *per l. ſi quis à liberis 5. § ſed ſi filius ff. de lib. agnoſc.* quàm vt à quoquam negatum iri ſperem. Multo minus videtur admittenda ſententia Claudij de Battand. *in tract. de legitim. cap. 8. num 7.* putantis † natiuitate filij inter patrem
5 & filium, ratione alimentorum, quaſi contrahi, ob iuris diſpoſitionem & ex eo præſumptam voluntatem & conſenſum, *tot. tit. C. de alend. lib. & ff. de liber agnoſc.* Præterquam enim quod *d. l. 1 §. ius naturale ff. de iuſtit. & iur. & § 1. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. ac d c. ius naturale. diſt. 1. & alij* textus plures, obſtant: repugnat inſuper non tantum natura eorum negociorum, quæ inter quaſi contractus recenſentur: quandoquidem ea, primò nituntur æquitate non ex illo iure naturali, quod nobis cum brutis animantibus commune eſt, ſed ex iure gentium deriuatâ, veluti, non licere locupletiorem fieri alterius iactura, item iudicis iuſſui obœdiendum eſſe: & poſtea requirunt actum aliquem ciuilem, vt eſt alienorum negociorum curatio, aditio hæreditatis, tutelæ geſtio, litis conteſtatio, &c. *tot: tit Inſt de obl. quæ ex quaſ. cont. l 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul.* ſed etiam effectus reclamat: ex quaſi enim contractib. datur ordinaria actio, *quod inductione omnium exemplorum ex tit. Inſt de oblig quæ ex quaſ. contr. oſtendi poſſet*: at inter patrem & filium alimentorum nomine, nulla datur actio, ſed tantum officium iudicis. vt j. lib. 3. explica-
6 bitur. Quod ſi † quis vel quarundam vrbium inſtituta, vbi liberos abijcere fas fuit, vt in quibuſdam Græciæ partibus, *Turneb. lib 3. Aduerſ c. 6. Nic. Crag. lib. 3. de Repub. Lacedem. tab. 3. inſtit. 2.* vel quorundam peſſimorum parentum exempla, induceret: ei reſpondeo, diſtinguendo inter notitiam iſtius iuris, & inter obœdientiam: licet enim aliqui iſti naturali inclinationi non obœdiant, tamen non ſequitur quòd non intelligant: potius iſtum naturæ inſtinctum in iniuſtitia captiuum quodammodo detinent. *Roman. 1. verſ. 18.* Illud
7 ſanè † negari non poteſt, nonnullos legumlatores, cum eiuſmodi peruerſitatem in quibuſdam animaduerterent, vt dili-

diligentiori cura pecudes, quàm liberos educarent, *quod Diogenes ille Sinopenſis Megarenſibus obiecit, vt eſt apud Diogen. Laert. in ipſius vita ( in Henrici Stephani editione ) pag. 191. & Ælian. lib. 12. Var. hiſtor. cap. 56.* de alendis & educandis liberis ſanctiones certas conſtituiſſe: quod factum eſſe à Thebanis, teſtatur idem Ælian. *lib. 2. Var. hiſtor. cap. 7. & Nic. Crag. d. inſtit. 2.* & à Romanis. *tot. tit. ff. de lib. agnos. & tot. tit. C. de alend. lib. à parent. & Nouell. 153. in pr.* Hinc tamen non ſequitur, liberorum educationem, à legibus ciui-
8 libus primo inuentam eſſe: quia † aliud eſt primo inuenire & aliud cuſtodire illud, quod dudum ante fuit introductum: hoc enim diſcrimine repudiato, neq; ſui ipſius defenſio, neque quicquam aliud, cuius in ll. noſtris fieret mentio, iuris naturalis amplius eſſe, dici poſſet: & hanc alimentorum ex iure naturæ originem, ac ex legibus confirmationem, indicat text. *in l. cum non ſolum. 8. § ipſum autem filium verſ propter ipſam naturam. & ll. quæ à parentibus alendos eſſe liberos & § filijs autem. verſic: cum enim. C. de bon: quæ liber. Claud. de Seiſell. d. l. 1. §. ius naturale. num. 4. & 5. ff. de iuſt. & iur.* Veriſsima
9 † igitur ea eſt ſententia, quod liberi ex iure naturæ educandi & alendi ſint: *quam præter antea allegatos Doctores, etiam tenent Iaſ. in l. ius ciuile. num. 23. ff. de iuſt. & iur. Romul in l. vt vim. num. 136. ff eod. Sarmient. lib. 2. ſelect interp. cap. 14. num. 6. Port. conſil. 19. incip. In propoſito. num. 1. & conſil 92. incip. Magnificus. num. 9. Vacon. à Vacun. declar. 7. nu. 6. Io. Coraſ. de art. iur. part. 2. cap. 4. Io. de Roias in Epitom. omn ſucceſſ cap. 21. num. 4. & 5. Aſcan. Clement. de patr. poteſtat. cap 6 effect. 17. num. 8. & contra alios defendunt Ioan. Garſias de Expenſ & meliorat. cap. 3. num. 10. & ſeqq. Cordub. de Lar. l ſi quis à liberis. § parens. num. 1. & ſeq. vſq; ad num. 14. ff. de liber. agnoſc.* adeo vt qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videatur habere morbum cerebri & defectum rationis. *Bald auth. ex cauſa. num. 26. C. de liber. præter. Tiber. Decian. conſil. 117. num. 48. vol. 3. Brunor. à Sol. in quæſtion. legalib. quæſt. 50. num. 16.* Cum igitur ex ſola natura, quæ omnibus eadem eſt, *l. hos accuſare 12. §. vlt ff. de accuſat.* hæc alimenta pendeant, &

proinde omnibus filijs indiſtinctè deberi videantur. *Io. de Roſas in Epit omn. ſucceſſ. d. cap. 21. num. 8. & 9.* etſi de ijs à patre ſiue legitimo & naturali ſimul. ſiue naturali tantum, ſiue alterius cuiuſpiam generis, debitis, promiſcuè tractari poſſit; tamen explicatioris doctrinæ cauſa, conſtitui iuxta diuerſitatem filiorum, de his alimentis dicere. Et quidem
10 † tria genera filiorum iure ciuili inducta eſſe, tradit Caſtr. *conſil. 467. incip. Viſo puncto occurrunt. num. 4. vol 2.* vt alij ſint legitimi & naturales ſimul, alij tantum naturales ex concubina nati, alij denique ex adulterino vel inceſtuoſo coitu procreati: & hanc eandem diſtinctionem habet etiam gl. *in c. vlt. verb. libert 32. q. 4 & in c. tanta. 6. verb. repel-*
11 *lendus, extr. qui filij ſint legitimi.* niſi quod † quartum genus filiorum legitimorum tantum, vt ſunt adoptiui & arrogati, addit. Sed Port. *in §. 1. nu. 5. Inſtit. de adopt.* conſtituit ſeptem
12 † genera filiorum, vt primum ſit naturalium & legitimorũ ſimul: ſecundum naturalium tantum ex concubina domi retenta natorum: tertium legitimorum tantum, vt ſunt adoptiui & arrogati: quartum eorum qui procreantur ex muliere ſoluta, quam pater iſte non vt concubinam domi retinet, quos vulgò quæſitos appellamus: quintum eorum qui ex inceſtuoſo vel adulterino coitu naſcuntur: ſextum naturalium quidem ſed per oblationem curiæ legitimatorum: ſeptimum per ſubſequens matrimonium legitimatorum. Quam Portij diſtributionem Hier. Ver. *in l. ex facto. nu. 147. & ſeqq. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* non tantum à verbo ad verbum ſequitur: ſed etiam *ſub. num. 157.* octauo genere, nempe eorum qui per reſcriptum Principis legitimantur, locupletat. At quia tria poſtrema genera in prioribus continentur: ſiue enim iſtos filios ante legitimationem conſideres, & tum dicendi ſunt naturales tantum: ſiue conſideres, poſt legitimationẽ, & tum referuntur inter eos qui naturales ſimul & legitimi appellantur: ideo retineo tantum priora
13 quinque genera, ijsque addo ſextum † filiorum ſpiritualium, vt quos ex ſacro baptiſmate leuauimus, *ex Panorm. in d. c. tanta.*

*a. tanta. 6. num. 11. quæ ſex genera recenſet quoq; Schneidvv. ad rubr. Inſtit. de adopt. num. 4. & in tit Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. verſ. De primo ordin. ſucced. num. 5. cum quo conſentit Nicol de Vbald in tract. de ſucceſſ part. 1. num. 3. cum ſeqq. niſi quod num. 12. legitimatos tanquam peculiare genus conſtituentes, non verò ad primum pertinentes, adducit.* Vt igitur habeamus, quo ea quæ in hoc cap. dicentur, commodè referri queant, conſtituo de primo genere filiorum hanc theſin:

14 Filijs † naturalibus & legitimis ſimul, à patre debentur alimenta: *eaq; probatur per d. l. 1. § ius naturale ff de iuſtit. & iur. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. cum alijs ĩ. allegat.* Et am-

15 pliatur † primò vt etiam procedat, licet filij ſint banniti. *Nell. de Bannit. part. 1. ſecundi temp. quæſt 48. num. 121. Hippol. de Marſil. in pract. crimin §. aggredior. num. 103. & in tract. de Bannit. verb. Exules. num. 6. Petr. Duen in reg. 68. incip. Bannitus. limit. 10. Pontan. de aliment. cap. 2. num. 15. Cephal. conſil. 324. incip. Magnificus. num. 12. per Rayn. de Forli d. l. ſi quis à*

16 *liberis § vtrum. ff. de lib. agnoſc.* imò † licet adhuc per ſtatutum expreſsim cautum ſit, vt ne filij banniti à patre alantur: ſi tamen is filio bannito alimenta præbeat excuſatur. *Cornel. Benincas. de priuil. paupert. quæſt. 7 ſpecial. 2. num. 7. Aſc. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 10* per ſtatutum enim alimenta filijs debita tolli non poſſunt vt *ĩ. lib. 2. c. 12.* dicetur: idem eſt vt pater ſi filium bannitum ad ſe recipiat, pœna ordinaria receptatorum non teneatur *l. 2. ff. de recept. latè Menoch. lib. 2 de arbitr. iud. quæſt. Cent. 4. caſ. 348. num 7. & conſil 74. incip. Dubitari num. 22. Andr. Gail lib. 2. de pac. publ. cap. 10. num. 19.* Quæ ampliatio commodiſsimè

17 probatur hac ratione: Cum † bannitus retineat omnia ea quæ ſunt iuris naturalis & gentium: *per text. l. ſunt quidam. 17. in fin ff. de pœn. Bartol in l. amiſſione. 5. §. qui deficiunt. num. 2. ff. de cap. minut. Ripa in l. generaliter. quæſt. 23. num 86. C. de reuoc. donat. Tib. Decian. conſil. 123. num. 73. vol. 3.* & alimenta filijs à patre iure naturæ debeantur, vt paulo antè fuit traditum: ſequitur vt ea propter bannum non deſinant deberi, *ita in terminis noſtris arguit Gomeſ. §. ſupereſt. num. 52.*

M 3 *Inſtit.*

*Inſtit. de act. Petr. Duen. d. limit. 10. Cephal. conſil. 498. incipi: Mihi quoq; num. 3. & 4. & manifeſtiſſimè probant text. l. mutus. 73. §. manente. ff. de iur. dot. & § ſi verò contigerit. & ibi gl. verb. alia neceſſaria. in Authent. de inceſt. & nefar. nupt. collat. 2. Surd. de aliment. part. 1. quæſt 3.*

18 Secundò † ampliatur in filio immorigero, malè morato, & patri non obſequente, vt nimirum & huic alimenta debeantur. *Cord. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. nu. 53. ff. de liber. agnoſc.* Quam ſententiam ego vlterius probo, primo: ſi filius, non obœdiens iuſſui paterno in vltima voluntate facto, nihilominus retinet legitimam, multò magis filius, inobœdiens patri adhuc viuenti, retinebit alimenta. Sed prius eſt verum: Ergo & poſterius. Copulatum probatur, partim quia legitima citius aufertur quàm alimenta, vt j. lib. 2. dicetur: partim quia iuſsiones vltimarum voluntatum, longè ſunt fauorabiliores, quàm quæ fiunt à viuis. *l. 1. cum ibi notat. C. de SS. eccleſ.* Aſſumptum probatur *ex Panorm. in c. ſi hæredes. 6. nu. 8. ext. de teſtament. auth. hoc amplius. & ibi gl. verb. naturale. Salic. quæſt. 5. & Caſtrenſ. nu. 4. C. de fideicommiſſ.* Deinde probo iſtam ampliationem etiam
19 hoc medio: Qui † negat alimenta indigenti, is necat. *l. necare. 4. ff. de liber. agn.* Sed patri non licet filium necare. *tot. tit. C. de his qui par. vel lib. occid. §. alia. Inſtit. de publ. iudic.* Ergo nec alimenta negare. Denique manifeſtè probatur *ex l. ſi filius. 3. C. de patr. poteſt. vbi filium immorigerum pater poteſt iure patriæ poteſtatis caſtigare: quæ certè non in atrocitate ſed in pietate conſiſtit. l. diuus. 5. in fin. ff. de leg. Pomp. de parric.* Quibus
20 omnibus addi poſſet † parentes non omnino eſſe extra culpam, qui filios indulgentia ſua corrumpentes, ad obœdientiam ſtatim à teneris vnguiculis non aſſuefecerunt. *1. Sam. 3. verſ. 12. & 13. c. licet Heli. 31. in pr. extr. de Simon.* Ex quibus
21 reſponderi † poteſt Caccialupo *in l. frater. à fratre. quæſt. 30. num. 108. in fin. ff. de condict. indeb.* negatiuam ſententiam, alimenta non deberi, tuenti. Mouetur enim tantum per d. l. ſi filius. 3. C. de patr. poteſt. de quo text. iam dictum eſt. Multò minus ad rem facit exemplum Phocionis cuius ſ. *c. 1. nu. 16.*

facta

facta eſt mentio, quo Marcus Mant. *ſing 683*. mouetur. Non enim ex eo, dum Phocion illa munera à Philippo ſibi oblata ſpreuit, ſequitur, quod filijs ſuis degeneribus planè non voluerit de alimentis proſpicere, ſed tantum quod noluerit, eos paternis veſtigijs non inſiſtentes, delicatius & opulentius fouere: interim tamen quod eos voluerit alere, quantum ad vitam ſuſtentandam ſatis eſt, apparet ex eo quod vt ad eos agellus iſte perueniret, voluit, vt ex Æmil. Probo apparet: atq; ita plus noſtræ ſententiæ fauet, quàm contrariæ.

22 Tertiò † ampliatur vt filium, qui bona, ſuorum alimentorum cauſa à patre ſibi aſsignata, dilapidauit, pater nihilominus teneatur alere. *l. libertus, qui operarum. 41. & ibi not. Iac. de Aren. ff. de oper. libert. Bald. in auth. ſi captiui. num. vlt. C. de Epiſcop. & cleric. l. 1. §. ius naturale. nu. 7. ff. de iuſt. & iur. Caſtr. in l. ſi cùm dotem. 23. §. ſi poſt. num. 7. Alex. nu. 9. ſolut. matr. Iaſ. § fuerat. num. 137. Inſtit. de act. Hippol. de Marſil. ſingul. 104. Io. Saport. in tract. de collat. cap. 5. num. 109. Fab. de Gioch. in auth. nouiſſima. quæſt. 26. num. 265. in fin. C. de inoffic. teſtam. Cucch. in d. auth. nouiſſima. verſ. poteſt præterea. mihi fol 136 num. 4. Ripa in l. is cui bonis num. 55. ff de verb. oblig. Franc. Turzan. in commun. opin. lit. P. §. An pater filio prodigo. num. 1. & 2 Petr. de Rauen. ſing. 44. Zobell in addit. ad libr 2.* Landrecht. *artic. 19. lit. B. qui omnes nituntur d. l libertus qui operarum. 41. ff. de oper. libert. Præterea verò probatur in l. cum non ſolum. 8. §. filijs autem. verſ. cum enim. & ibi Angel. numero 2. C. de bonis quæ liber. Bald. de Bartolin. in l. 1. numero 137. ff. ſolut. matrimon. quibus addi poſſunt Guid. Pap. ſingul. 568. qui inducit l. imperator. ff. ad Trebell quemadmodum & Cord. de Lar in d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. num. 10. & ſeq. ff. de liber. agnoſcend.* Etſi autem hæc ampliatio reſtringitur vt vera ſit, ſi

23 † caſu vel leui culpa filius bona pro alimentis ſibi aſsignata amiſerit, ſecus ſi lata culpa vel data opera vel dolo: *ita expreſsè ſentit Bald in auth. contra cum rogatus. num. 8. C. ad SC. Trebell. ſequitur Alex. in d. l ſi cum dotem 23. §. ſi poſt. num. 9 ff. ſol. matrim. Palat. Rub. in c per veſtras. notab. 3. § 26. num 9. & 10. extr de donat. int. vir. & vxor. Fr. Viuius in commun opin.*

*§. Alimenta tenetur. numero 5. Ruin. conſil. 144. incip. Videtur prima. num. 14. vol. 5. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. Centur. 2. caſ 182. num. 55. latè Felin. in c. quæ in Eccleſiarum. 7. num. 67. extr de conſtitut. Fern Vaſq. lib. 1. illuſtr. controuerſ cap. 35. num. 14. Baptiſt. Pontan. de alim. c. 2. nu 5. Marc. Mant. conſ. 13. incip. Viſis deductis. num. 6. Gul. Benedict. in c. Rayn. verb. in eodem teſtamento el. 1. nu. 222. & ſeq extr. de teſtam.* tamen ea vera non eſt, primò *per text. l. pen §. 1 ff. de curat. furioſ. Lud. Roman in auth. quod locum. num. 12. C. de collat. Ripa d. num. 55.* Secundò per textum adhuc manifeſtiorem *in l. libertus qui operarum. 41. in fin. vbi id expreſsè notant Iac. de Arena & Albericus de Roſat ff. de oper. libert. & Baldus ſibi ipſi contrarius in l. 1 §. ius naturale nu 7. ff. de iuſtit & iur. ac in auth ſi captiui in fin C. de Epiſcop. & cleric. vbi expreſſè loquitur de filio qui ludendo bona à patre ſibi aſſignata perdidit.* Tertio per textum *l. Imperator. 50. ff. ad SC. Trebell. §. 1. in Auth. de inceſt. nupt collat. 2.* vbi cum filius patrem ingratum cogatur alere, efficitur vt multò magis pater filio obſtringatur: cum pater plus diligat filium quam ſemetipſum. *l. iſti quidem. 8. in fin. ff de eo quod met. cauſ. Bald. d. l. 1. §. ius naturale. num. 7. & d. auth. ſi captiui. in fin. Guid. Pap. ſing. 568. verſ. circa hæc quæro.* Quartò quia alimenta
24 debentur ex iure naturali, vt † nec filius poſsit expreſſè per iuramentum ijs renunciare. *Iaſ. in d. auth. quod locum. num. 7. & 8. Cacher. deciſ. 124. incip. in quæſtione. nu. 9. & 10. Fr. Turzan. d. §. An pater. num. 3. & 4.* Quintò non immeritò huc accommodari poteſt exemplum patris illius filium prodigum recipientis, *Luc. 15.* Quibus fundamentis, addi poteſt inſu-
25 per hæc ratio, quod patris † culpa præceſsit in eo dum alimenta non dietim, vt fieri debet, *quemadmodum dicetur j. lib. 2.* ſed vnica vice & ſemel præſtitit: ac quidem filij continentia non ſatis explorata: vnde ſubſequens infortunium non immeritò in patris detrimentum redundat. *per text. §. item is cui. verſ. alioqui ſi id Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* Igitur eam ſententiam, vt filius qui bona à patre ſibi aſsignata vel dolo vel culpa conſumſit, à patre nihilominus alendus ſit, VERIOREM ET MAGIS TENENDAM cenſet Brunorus

rus à Sole *in quæſtionibus legal. quæſt. 50. num. 27.* Ex qua poſtrema ratione refutatur fundamentum Vaſquij *d. c. 35. nu. 14.* putantis, niſi iſta reſtrictio admittatur, futurum eſſe, vt culpa ſua deſineret ſuo auctori nocere: noceret autem patri innocenti: labitur enim in eo, dum patrem vt inno-
26 centem omni culpa liberat. Nec † iuuat illam limitationem quod beneficio indignum ſe reddiderit, qui ſemetipſum in neceſsitate poſuit. *l. fideiuſſor. ff qui ſatisdar. cog. Gul. Benedict. d. num. 223. cum alijs alleg. per Felin. d. c. quæ in Eccleſiarum num. 67.* quia reſpondeo, ea procedere in ciuili beneficio, *per d. l. fideiuſſor. & gl. in l. vlt. §. ſin verò poſtquam. verb. cenſuerunt. C. de iur. delib.* vt eſt dos, in ea rectè iſta adhibetur diſtinctio: *Caſtr. conſil. 8. incip. Quia per ſupraſcriptum. nu. 2. vol. 1. Angel. in l. pater. 71. num. 1. & 2 ff. de euict. Ripa in l. 2 §. item ſi voluntate. num. 7. ff. ſolut. matrimon. Schneidvv. §. fuerat. nu. 91. Inſtit. de action. Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 2. part. 3. nu. 86 ff. de ll.* ſecus in eo beneficio, quod delinquenti ex iuris naturalis diſpoſitione debetur, et ſunt alimenta. *text. eſt manifeſtus in l. mutus. 73. §. 1. ff. de iur. dot. §. ſi verò. in Authent. de inceſt. & nefar. nupt. Hippol. de Marſil. in d. ſing. 104. in fin. Io. de Roias in Epito. omn. ſucceſſ. cap. 21. nu. 52. & ſeqq. apoſtill. ad Bart. in l. ſi cum dotem. 23. §. ſi poſt. verb. legitimam ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. ſcimus, antea. 36. in pr. nu. 6. in fin. C. de inoffic. teſtam. quam ſententiam vt æquam & probabilem ſequitur Lud. de Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 16. nu. 24.* Imo noſtra hæc ampliatio ita extendi-
27 tur, vt quando † pater filio aſsignauit non tantum alimenta, ſed etiam totam ipſius legitimam, quamuis ad aliam legitimam dandam non obligetur: *Barthol. Socin. conſil. 75. incip. Circa præſentem. num. 7. vol. 1. Paul. de Montepic. in l. in quartam. num. 287. ff. ad l. Falcid.* tamen nihilominus ipſum alere teneatur. *Bald. in d. l. ſcimus. 36. in pr. num. 11. C. de inoffic. teſtament. per l. Imperator. in fin. ff. ad SC. Trebell. Tiraq. de iure primigen. quæſt. 62. num. vlt. Barthol. Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. 7. de ſucceſſ. §. 2. verb. ſi non pour. ancunes des cauſes. num. 31.*
28 *& ſeq.* Quod † denique Claud. de Battand. *in tract. de legitim. cap. 8. num. 21.* hanc ampliationem ita reſtringit, vt filio, qui

M 5 legiti-

legitimam acceptam deglutijt, alimenta præſtare teneatur tantum pater viuus, non etiam ipſius hæres: id neq; textu, neque ratione, neque auctoritate DD. confirmat: erubeſcimus autem ſine lege loqui. *§. 1. in Authent. de trient. & ſemiſſ.* & contrarium probat Pontan. *de alim. cap. 2. num. 19. & cap. 10. num. 1.* Quemadmodum nec limitatio Surdi *de aliment. tit. 7. quæſt. 5. num. 10. cum ſeq.* ſatisfacit putantis patrem nullo iure nullaq; humana ratione teneri filio præſtare alimenta, quia iam data diſsipauit dolo & fraude: ſed huiuſmodi filio ſubueniendum eſſe per viam & rationem eleemoſynæ. Nam primò repetit ſurdus principium, dum pro confirmatione affert illud ipſum quod præcipuè controuerſiam patitur: ſiquidem de eo maximè quærimus an filium qui conſulto vel dolo diſsipauit bona ſibi aſsignata, pater amplius teneatur alere: quod negat Surdus, addita hac ratione, quia iam data diſsipauit dolo & fraude. Deinde quòd Surdus addit illi filio ſubueniendum eſſe per viam & rationem eleemoſynæ: id anceps eſt & ambiguum. Si enim ita accipiatur vt huiuſmodi filium ex ea pecunia quæ in vſum pauperum eſt deſtinata ali oporteat, tũ rurſum eſt petitio principij, quia hoc ipſum quærimus an onus alendi filium propter huius prodigalitatem à patre in alios transferatur. Sin verò accipiatur hoc ſenſu quod eiuſmodi filio teneatur pater præbere alimenta nomine eleemoſynæ, quemadmodum in paulo latiore ſignificatione eleemoſynam accipere videtur idem Surdus *tit. 7. quæſt. 9. num. 29.* tum quantum ego intelligo in effectu tenet opinionem non primo ſed ſecundo loco ab ipſo propoſitam. Nec enim de vocabulo lis eſt vtrum alimonia an eleemoſyna vocetur: ſed de re ipſa. Denique rationibus ſuperius allatis addo hanc, quòd prodigalitatem non inueniam inter exhæredationis cauſſas. Si igitur filius propterea quod bona quædam ſibi aſsignata dilapidauit, non poteſt exhæredari (niſi accipiens illa bona renunciauit legitimæ, qua de re dicam D e o volente in tract. de Renunciat.) non video quomodo ipſi egeno & inopi alimenta queant denegari: cum in horum præſtatione dominium

quod

quod liberi in bonis parentum etiam his ſuperſtitibus ha-
bere dicuntur, conſiſtat. Schneidvv. §. ſui autem. nu. 4. Inſtit.
de hæredit. qual. & differ.
Quarto amplia vt etiam † filium vxoratum teneatur
29 pater alere: ita eſt text. apertus in l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ff.
famil. herciſc. Bero. conſil 52. incip. Quidam Magiſter. num. 1.
vol. 2. imò etiam filij vxorem & liberos. gl. & Bart. in l. ſi quis
à liberis. §. non tantum. ff. de liber. agnoſc. Specul. in tit. qui filij ſint
legitim. num. 28. Bart. de alim. num. 16. quos ſequitur Pontan. in
eod. tract. cap. 13. nu. 9. Iaſ. in l. ius ciuile. nu. 24. ff. de iuſtit. & iur.
Marcus Mant. conſil. 264. incip. Doleo vehementer. nu. 8. Guid.
Pap. conſil. 127. incip. De hoc anno. nu. vlt. in fin. Natta conſil.
278. incip. Circa hunc caſum. Rol. à Vall. conſil. 54. incip. Quod
promiſſio. num. 58. vol. 2. Benincas. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpe-
cial. 2. num. 7. quam ſententiam COMMVNEM eſſe aſſerunt Ant.
de Padill in Auth. res quæ. num. 87. C. commun. de legat. & Cor-
dub. de Lara in d. §. non tantum. num. 42. & 43. præſertim
quando pater accepit dotem à nuru ſua. Alciat. conſil. 76. in-
cip. Breuiter quoad primum. in pr. lib. 5. Ratio ſumi poteſt ex l.
ſi pater. 76. in fin. ff. de iur. dot. & l. pro oneribus. 20. C. eod. Me-
noch. conſil. 346. incip. Reſpondendum. num. 16. & deinde poteſt
eſſe ea ratio, quia dotem accipiendo, videtur ſe ad onera
30 matrimonij obligaſſe. Natta d. conſil. 278. Præterea † ex-
tenditur hæc ampliatio vt etiam pater dotare teneatur ſui fi-
lij neptes. l. dotem. 6. ff. de collat. bon. Fr. Viuius in Commun.
opin. lit. A. §. Alimenta teneatur. verſ. amplia tertio. Extendi-
31 tur denique hæc noſtra ampliatio, vt licet filius † patre in-
ſcio vxorem duxerit, nihilominus adhuc ab eo alendus ſit,
ita expreſſe tenet Ph. Dec. in conſil. 231. incip. Viſo caſu. num. 4.
verſ. Quarto quæritur an filius, vtiturq; hoc fundamento, quia filius
propterea non poteſt exhæredari, ergo nec alimentis priuari. Quod
vt ab nemine negatur, quantum ad ipſum filium attinet: ita
32 non omni ſcrupulo carere videtur, an † etiam pater nurui,
contra ipſius voluntatem inductæ, debeat præſtare alimo-
niam: in qua quæſtione contrarium conſuluerunt celebres
aliquot IC. vt refert. Natt. d. conſil. 278. in fin. Sed quod etiam
huic

huic nurui, non minus quàm ipſius marito, à patre & ſocero alimenta debeantur, bonis argumentis defendit Car. Ruin. *conſil. 144. incip. Videtur prima conſideratione. vol. 5.* & rationibus Socini, qui *teſte Natt. d. conſil. 278. in fin.* conſulendo contrariam ſententiam amiſſus fuit defendere, acutè reſpondet Crotus *in l. ſi conſtante. lect. 2. quaſt. vlt. num. 160. & ſeqq. ff. ſolut. matrimon. Marcus Anton. Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 63.* An autem filio coniugato liceat dotem vxoris à patre petere, vt ſemetipſum alat, commodius dicetur ĩ. lib. 2. cum tractauero vbi alimenta præſtari debeant.
33 Verum quia ab hac ampliatione † diſcedunt Amanell. de Clariſaq. *ſing. 182.* & Aſcan. Clement. *de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 31.* ipſorum rationes videndæ ſunt. Et quidem Amanell. nihil allegat, niſi l. fin. C. de alend. liber. qui textus quomodo ad præſens inſtitutum accommodandus ſit, vt inde exſculpetur, filio coniugato alimenta à patre non deberi, ego ſanè non video. Quod ſi thema ſibi conſtituiſſet de eo, qui inſcio patre vxorem duxiſſet, & vellet prima verba d l. fin. vrgere, quaſi iſte filius patrem ſuum debito officio non promeruerit: tamen adhuc facilè reſponderi poſſet, committi fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Non enim tam latè id accipiendum eſt, quaſi ob quamlibet offenſam filio alimenta negare pater queat, ſed admittuntur tantùm eæ cauſæ, quæ iure ſunt probatæ; *vt gl. in d. l ſi quis à liberis. verb. detulerat. & ĩ lib. 2. latius dicetur.*
34 Aſcan. autem Clementin. *d num. 31.* ita † ratiocinatur: Filio habenti vnde ſe alat, alimenta non debentur. Sed filius coniugatus habet vnde ſe alat. Ergo, &c. Minorem probat, quia maritus lucratur fructus dotis ab vxore ſibi allatæ. *l. dotis fructus. ff. de iur. dot. d. l. pro oneribus. C. eod* Reſpondeo primò negando minorem: cum enim de iure ciuili, filius acquirat patri bona aduentitia ſaltem quo ad vſumfructum. *§. hoc quoq;. Inſtit. per quas perſon cuiq; acquir.* ideo iſti fructus rerum dotalium non filio coniugato, ſed patri ipſius acquiruntur, vt etiam probat text *d. l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ff. famil. herciſc. & l. 2. in fin. C. de bon. quæ liber.*
vnde

vnde pater inuitus cogi non poteſt, vt filio vxorato dotem reſtituat. *Marian. Socin conſil. 15. incip. Viſa contingentia. volu. 2. in qua eadem ſpecie. reſpondit etiam Aug. Bero conſil. 129. incip. Requiſitus. vol. 3. facit Petr. de Ferrar. in pract. in form. libell. quo vxor agit ad dot. verb. Vxor quondam domini. num. 21.* Deinde reſpondeo, hoc argumentum non procederet, niſi
35 quando † tam ampla dos data eſſet, cuius fructus toti familiæ alendæ ſufficerent, quod rarò contingit: minore igitur dote conſtituta, rurſum neganda eſt minor, quia etiam poſito, fructus dotis non patri ſed filio acquiri, tamen non haberet vnde ſe aleret, per ea quæ in fine cap. præced. dicta ſunt. Denique quicquid ſit, reſpondeo plus eſſe in concluſione quàm in præmiſſis: non enim ſimpliciter ſequitur filio coniugato non deberi alimenta: ſed filio qui ſufficientem dotem accepit, & patre volente eius fructus lucratur, non deberi amplius à patre alimenta: quæ concluſio non
36 magnam difficultatem habet. Poſtremò † hæc quarta ampliatio procedit quoque in filia, *Pontan. de aliment. cap. 5. in fin.* cum eam pater non minus quàm filium alere teneatur. *d. l. ſi quis à liberis. in pr. ff. de liber. agnoſc.* Quia enim filia nubendo in aliam tranſit domum. *l. cum hic ſtatus. 32. §. pen. ff. de don. inter vir. & vxor. l. mulierem. 5. ff. de rit. nupt. Barnab. Briſſon. lib. 1. antiq. cap. 18.* ideo opus eſt, vt pater loco alimentorum filiæ aliquid in dotem aſsignet. *Io. Corraſ. l. qui liberos. 19. num. 4. ff. de rit. nupt.* Etſi vero Bart. *in l. obligamur.*
37 *§ 1. ff. de oblig. & act.* in ea eſt ſententia, vt † pater filiæ iam maritatæ dotem præſtare non teneatur: motus ea ratione, quia dos datur vt elocetur filia: quæ cum iam nupta ſit, non poterit dotem à patre exigere: cui aſſentiuntur plurimi alij DD. quorum pleroſq; ibi in addition. Pomar. recenſet: tamen iſta ſententia Bart iure non probatur. *Conſtant. Roger. de dot. §. 2. num. 22. & ſeq. Steph. Ranch. in deciſ. part. 4. concluſ. 413. Iaſ. §. fuerat. num. 97. Inſtit. de act. Crot. l. 1. num. 78. ff. ſolut. matrim.* & iſta opinio Bartoli COMMVNITER non ſeruatur in practica, *vt inquit Curtius Senior in l. de alimentis. 8. num. 17. C. de tranſact.* Et ad rationem Bartoli reſpondetur, quod

quod dotis cauſa finalis ſit, non tantum vt elocetur, ſed etiam præterea vt maritus onera matrimonij facilius ſuſtineat, & ita non omnis ceſſat ratio dotis dandæ, filiá iam maritum adeptâ. *Iaſ. in Authent. res quæ. num. 14. C. commun. de legat. Tiraqu. in tract. Ceſſante cauſſ. limitat. 22. num. 9.* Quæ o-
38 pinio contra Bart. procedit, non † tantum quando filia patre conſentiente nupſit, ſed etiam cùm palam eo inuito contraxit, non conſiderato an ſponſo ſuo dotem promiſerit nec ne. *hac eſt* COMMVNIS *opinio, vt tradit Iaſ. in l. 2. §. quod ſi. nu. 28. ff ſolut. matrimon. & eſt verior &* MAGIS COMMVNIS, *teſte Andr. Gail. lib. 2. practicar. obſer. cap. 95. num. 10.* ſi modo non omnino indigno nupſit. *Iaſ. d. §. quod ſi. num. 28. Tiraq. in d. limit. 22. num. 10. & in tractat. de Nobilit. cap. 20. num. 176.*
39 *Andr. Gail. d. c. 95. num. 17.* Attamen † hoc caſu debentur alimenta non quidem illa ad decorem, ſed tantum ad ſufficientiam. *Lud. de Molin. in d. cap. 16. num. 8. & ſeq. Stephanus Ranch. in deciſ. concluſ. 426. part. 4.* imò ſi expectaſſet vltra legitimam ætatem, intra quam pater filiam non elocaſſet, dote priuari non poſſet, *per Authent. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtament. Bald. de Bartolin. in l. 1. num. 148. & ſeqq. ff. ſolut. matrimon.*

40 Quintò † ampliatur vt pater etiam alere teneatur filium iuſtæ ætatis & puberem: ſi enim, vt iam dictum eſt, alendi ſunt liberi etiam coniugati, certè non poſſumus hoc ius ad puerilem ætatem coarctare. *Io. Corraſ. de art. iur. part. 2. cap. 4. Ioh. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 12.* deinde probatur etiam hac ratione, cum plenum dominiũ rerum, quas liberi cuiuſcunque etiam ætatis ij ſint, ex ſubſtantia patris acquirunt, ad patrem pertineat: cæterarum verò quas ſuis laboribus acquirunt vſusfructus. *§. quod nobis Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.* atque ita ante emancipationem, nihil poſsint habere, excepta cauſa caſtrenſis & quaſi caſtrenſis peculij: ſequitur vt etiam in ætate profectiore à patre ali debeant: cum aliàs nihil habeant, vnde vitam ſuſtentent. Quod admonere, etſi multis ſuperfluum videri queat: quia tamen animaduerti, quibuſdam doctoribus,

*inter quos eſt Fr. Connan. lib. 1. comment. cap. 6. num. 7. & Fernand. Vaſqu. de ſucceſſion. tom. 1. §. 20. num. 311.* Contrariam ſententiam magis placere, ideo vt adderetur fuit neceſſe.
41 Neque verò quicquam ad rem facit † c ius naturale diſtinct. 1. quo vterque vtitur: Quod enim ponderant verbum *puerorum*, quod text. *in d. c. ius naturale.* dixerit non liberorum ſed puerorum educationem, ad ius naturæ referri oportere: neminem mouere debet. Et poſſet ſanè Vaſquio reponi, id quod paulo ante *num. 301.* de Decreto Gratiani dixit, & quidem de illo ipſo c. ius naturale. diſt. 1. verba faciens, quod non habeat vim nec auctoritatem legis: quod quia Connan. forſitan non placet, ideo reſpondeo, primò verbum iſtud *puerorum* in recentiſsimo exemplari quod iuſſu Gregorij XIII. Pontificis Romani editum & Lugduni Anno 1584. excuſum eſt, non inueniri: ſicut & reuera apud Iſidor. *lib. 5. Origin. ſiue Etymol. cap. 4. quem locum Gratianus nominatim & in ſpecie allegat,* non habetur: ſed Vlpianum noſtrum *in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iure. prout ipſe Vaſq in d §. 20. nu. 301 fatetur,* ſecutus, tantum ſcribit, liberorum ſucceſsionem & educationem eſſe iuris naturalis: ex qua ſcriptura, verbum *liberorum* apertè pro noſtra ampliatione contra Connan. & Vaſq. vrgeri poteſt. Quod autem in anterioribus Decreti editionibus reperitur, id factum eſt inſcitia cuiuſdam ſcribæ, qua conſulto vti velle magis inſcitum videtur Deinde etiamſi concederetur, eam lectionem quam illi allegant, veram eſſe: tamen inde non poſſet euinci, liberos puerilem ætatem egreſſos amplius ali non debere: quia ita ſcriptum fuiſſe dici poſſet, frequentioris vſus cauſa, quod liberi hac ætate plus curæ & laboris deſiderent: id quod
42 quotidiana teſtatur experientia: ſed quando † lex facit mentionem de aliquo, ratione frequentioris vſus, per hoc lex non intelligitur excludere caſus alios. *gl. 1. l. 1. C. de his qui ad Eccleſ. confug. & in l. vnic verb. ſponſam. C. de rapt. virgin. Iaſ. in l. 1. lect. 1. num. 27. C. de SS. Eccleſ.* Quod autem Vaſqu.
43 *d. num. 311.* ait ſe præterea ratione moueri, quod † nimirum pater ad filium adultum poſsit dicere: huc vſque piè edu-

educaui te &c. in eo admiſit Petitionem principij, dum præſupponit hoc patri licere, de quo vtrum liceat, adhuc controuertitur. Id quod tertio loco de exemplo animantium affert, ſuæ ſententiæ nihil patrocinatur, imò ſi rectè ponderetur, eam euertit. Nam dum agnoſcit, beſtias fœtus ſuos adultos negligere, idq́ue propterea fieri, non quia iſti fœtus iam ſunt adulti, ſed quia eorum notitiam parentes perdunt, & eos ab alienis diſcernere nequeunt: in homine autem ſanæ mentis, hæc ſuos ab alijs diſcernendi facultas, perpetuò durat, adeo quidem vt aliter fieri non poſſe videatur, *Eſaie cap. 49. verſ. 15.* ideo fateatur neceſſe eſt, ad homines hinc argumentum aptè duci non poſſe: imò ſequi, filios etiam adultos eſſe alendos, cum horum notitiam parentes non perdant. Et nihilominus iſte parentum amor erga liberos, etiam adultæ ætatis, iuris naturalis dicitur: partim quia ſola naturalis inclinatio eò parentes rapit, teſte experientia: partim quia principium obligationis, quod ijs cum brutis commune eſt, *§. 1. Inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil.* ſpectare debemus: *l. ſi procuratorem. 8. in pr. ff. mandat.*

44 Sic † nec quicquam iuuat, dum quarto loco ponderat text. *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. in pr. ff. de liber. agnoſc.* In eius namque accommodatione rurſum vtitur falſo præſuppoſito. Quemadmodum enim concedo, filio, qui ſemet ipſum exhibere poſsit, alimenta decernenda non eſſe: ita nego ſolam ætatem adultam, vt quis ſe exhibere poſsit, ſatis eſſe: quod tamen Vaſqu. vtpote certum & indubitatum præſupponit. Quid enim ſi parentes aliqua arte neceſſaria inſtrui filium non curarunt? is certè non ita educatus eſt, vt poſsit ſemetipſum alere, *vt text. d. §. ſed ſi filius. in verb. opificem te eſſe. manifeſtè indicat.* Quo in loco ſatis mirari non poſſum, quid Vaſquio in mentem venerit, dum ſcriberet, tempore Romanorum in vſu non fuiſſe, vt homines liberi ſeruirent. Etſi enim Romani plurima habebant mancipia:

45 nihilominus † tamen etiam eos, hominum ingenuorum, ex plebeis familijs natorum, operas conduxiſſe, & hos eas locaſſe, vel alia ratione promiſiſſe, cuilibet eſt notiſsimum. *l.*

*qui*

*qui operas. 38. ff. locat. l. cum ſtipulatus. 113. l. continuus. 137. §. item qui inſulam. ff. de verb. oblig. cum alijs ſimilibus. Io. de Roias in Epit. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 14. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. num. 129. ff. de lib. agnoſc. Dn. præceptor meus Matth. Coler. de proceſſ. exec. part. 1. cap. 9. num. 24. & omnium optimè Varr. lib. 1. de re ruſt. cap. 17.* Quia deniq; ad quintum argumentum idem illud falſum præſuppoſitū affert, quaſi ſola ætas adulta ſatis ſit ad ſe alendum: ideo ex iam dictis patet reſponſio, quod nimirum æquitas ſuadeat, vt parentes filios,
46 quos nulla arte curarunt imbui, ocioſos alant. De † lege Romuli quam Connan. *d. c. 6. num. 7.* allegat, non opus eſt dicere, quia etiamſi adhuc in vſu obtineret: tamen inde ſequeretur quod ſtatim poſt triennium liberi non ſint alendi, , quod quam abſurdum ſit, quilibet intelligit.

47 Sextò † ampliatur vt etiam pater filio, qui monaſterium ingreſſus eſt, alimenta conſtituere debeat. *Io. de Anan. in rubr. de infant. expoſit. num. 6. in fin.* ſicut enim pater dare tenetur dotem filiæ nubenti: *l. fi. C. de dot. promiſſ.* ita etiam monaſteriū intranti. *Nic. Euerhard. in Topic. loc. 76. A. matrimon. carnal. ad ſpirit. num. 4. Bart. in auth. res quæ. numero 7. C. commun. de legat. Bald in d. l. fin. nu. 5. C. de dot. promiſſ.* Qui autem tenetur dotare: tenetur etiam alimenta præbere, ſed non vice
48 verſa, *quemadmodum ĩ. lib. 2. c. 10. dicam.* Neq; obſtat, filio † dotem non dari, *id quod ſcrupulum inijcit Gul. Benedict. in repet. c. Raynutius. verb. dotem quam ei dederat. nu. 11. extr. de teſtam.* quia dos & donatio propter nuptias æquiparantur & æquis paſsibus ambulant, hæc danda eſt filio, illa filiæ. *l. cum multæ. 20. §. ſin autem donatio. C. de donat. ant. nupt. Catell. Cott. in memoral. verb. Donatio propter nuptias. Iodoc. Damhoud. in Enchir. Par. verb. Dos & don. nuptial.* Cum igitur pater obſtrictus ſit filio vxorem ducenti, quem ad ſe in domum ſuam non recipit nec nutrit, donationem propter nuptias aſsignare *d. l. fin. C. de dot. promiſſ.* pari ratione hoc facere debet, ſi monaſterium ingrediatur & ita ſpirituale matrimonium contrahat: idque tanto magis fieri oportet monaſterio non ita facultatibus abundante. *Fra. Marc. deciſ. 962. nu. 5. part. 1. Gul. Benedict. in d. c. Raynutius. verb. dotem quam num. 11. Petr. Gregor. lib. 45. ſyntagm. cap. 2. num. 9.*

Nec enim putandum eſt patrem, eo ipſo quod filius monaſticum habitum aſſumſit, ab onere ipſum alendi penitus liberatum
49 eſſe : ſi namque quis † patris potius, quàm monaſterij negocium geſturus pro filio alimentorum egente, quicquam expoſuerit, à patre poterit id repetere. *Domin. de S.Geminian. in c. vt periculoſa. 2. in pr. num. 11. nec cleric. vel monach. ſecul. negoc. ſe immiſc. in 6. per ea quæ tradit Speculat. in tit. de Salar. §. fin.*
50 *num. 5.* Similiter † ſi filius vitæ monaſticæ pertæſus aufugiat, quamuis bona monaſterio per ingreſſum quæſita non reuocentur : *l. Deo nobis. 54. §. huius autem. & ibi Salic. C. de epiſc. & cleric. §. ſi quis autem forte. in Authent. de Monach. collat. 1.* tamen nihilominus onus alendi iſtum transfugam, ad patrem redit. *Caſtr. conſil. 76. incip. Ad confirmationem vol. 1.*

51 Septimò † ampliatur vt etiamſi pater monaſterium ingrederetur, nihilominus filio vitam ſecularem agenti alimenta debeantur. *arg. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. & ibi Bart. num. 3. ff. de liber. agnoſc. quem ſequitur Io. Pet. de Ferrar. in pract. in form. libell. pro legat. rei ſingular. verb. Coram vobis. num 128. Panorm. c. tranſmiſſæ. 3. num. 6. in fin. extr. qui filij ſint legitim. Felin. c. in præſentia. 8. num. 39. extr. de probat. Pet. de Rauenn. ſing. 520. incip. Fui ſemel. Ripa in l. ſi vnquam. quæſt. 27. num. 72. C. de reuoc. donat. Cordub. de Lar. in d. §. item reſcriptum. num. 11. & pro hac ſententia bonus eſt text. in c. ſi qua mulier. 9. § nunc autem in fin. 19. q. 3. quem ad hoc propoſitum etiam allegat Claud. de Battand. in tract. de legitim. cap. 8.*
52 *num. 23.* An † autem filijs, ex patris monaſterium ingreſsi & adhuc viuentis bonis, legitima debeatur, diſputare non eſt huius loci, *qui velit poterit videre ea quæ allegat Cordub. de Lar. d. §. item reſcriptum. num. 14. & ſeq. & M. Ant. Cucch. in repet. Auth. nouiſſima. ſub tit. Legitima an augeatur. aucto patr. num. 17. & ſeqq. C. de inoffic. teſtament.*

53 Octauo † ampliatur vt liberis alimenta etiam debeantur, ex bonis paternis ob delictum patris confiſcatis : cum enim hoc onus alendi ad hæredes tranſeat, quando ij qui alendi ſunt in extremam egeſtatem inciderint, *d. l. ſi quis a liberis. §. item reſcriptum.* & fiſcus hæredis locum in bonis confiſcatis obtineat *l. 2. C. ad l. Iul. de vi. gl. in l. non intelligitur. 3. §. cum ex cauſa.*

verb.

*verb. pertinent.& ibi Bart.num. 1.ff.de iur. fiſc. Peregrin. lib. 5.de iure fiſc.cap. 1.num.53.60.& ſeqq.*efficitur vt fiſcus liberos egenos teneatur alere: *atq; ex hoc fundamento ita ſentit Boſſ. in tract. crimin. tit.de aliment. præſtand.num. 3.& 4. Ripa l.ex facto.§.ex facto. num 9. ff. ad SC.Trebell.Gabr. Sarayn. in addit. ad Matheſil.deciſ.147. Aſca. Clement. de patr. poteſt. cap.6.effect. 17.num. 14. Io. Baptiſt. Plot. in conſil.30.incip. Extat decretum.nu. 84.vol.1. quod etiam habetur inter conſil.criminal.diuerſor.conſil.130.vol.1.Peregrin.d. c.1.nu. 75. quibus addi poteſt Angel.Peruſ. conſ.357. incip. Dominus Gregorius. & Pet. de Benintend. deciſ. 91. incip. confiſcatis bonis.qui de dote item aſſerit, vnde bonum argumentum ad præſens inſtitutum ſumi poteſt.* Quæ ampliatio tanto magis procedit, quando pater habet vſumfructũ

54 in bonis filij: qui † licet apud fiſcum viuo patre remaneat *vt in tract.de tutel. Deo volente dicam*, tamen interim filio alimenta

55 inde præſtanda ſunt. *Boër. deciſ. 7.num. 7.& 8.* Quod † autem à nonnullis reſtringitur, vt non procedat in caſu quo publicatio, ob crimen læſæ Maieſtatis à patre patratum, facta eſt, ita vt tunc alimenta filijs non debeantur: *per l.quiſquis.5.§.filij.C.ad l. Iul. Maieſt. Io. Hannib. in l.poſt contractum. num. 266.ff.de donat. Pontan.de aliment. cap. 2.num.17.*id eſſe contra text.d.l.quiſquis. & propterea non admittendum, in cap. præced.*nu. 12.& ſeq.* dictum eſt.

56 Nono † ampliatur, vt liberis debeantur alimenta ex bonis patris etiam iam defuncti. *arg. d. l. ſi quis à liberis.§. item reſcriptum.ff.de liber.agnoſc.per quem text.ita decidit Cynus in l.alimenta in fin.C.de negoc.geſt. Matheſilan.ſing.147. Bertrand. conſil. 247. incip. Cum quinquaginta floreni.part.1.vol.3.& per §.ſi quis igitur habens. in Auth.quib.mod.nat.effic.ſui.collat.7.ita ſentit Lud. Sard.de legitimat.part.2.nu.23.verſ.quarto quæritur an pater. Aſc. Clement. de patr.poteſt.cap.6.effect.17.num. 21.in fi.vbi tantum allegat Io.le Cirier lib.2.de primogen.quæſt.16.num. 5.qui tamen in his terminis non loqui-*

57 *tur.* Et hæc † ampliatio extenditur, primò vt etiam filius nondum natus ex bonis defuncti alendus ſit, quo caſu ventrem in poſſeſsionem bonorum mitti oportet *l. 1. §.mulier. autem.ff.de ventr. in poſſeſſ.mittend. Angel. l. Neſennius.§. in ſolidum. num 3. ff.de re iudic. Pontan.de alim.cap.2.nu. 19 quod idem obtinet de iure Sax.vt*

N 2 *babe-*

*habetur lib.3.* Landt. *art.38.§.* Das Weib ſol man nicht verweiſen aus jhres Mannes gutt/als er ſtirbt / die ein Kindt tregt/ehe ſie geneſet / *& artic. 94.* Weichbildt / *& bona gl. art. 20.* Lehenrecht. §. auch ſollet jhr mehr wiſſen/ das man die Frawen nicht ſol weiſen/ *Matth. Coler. Dominus præceptor meus perpetuò mihi colendus in eruditiſſimo ſuo opere de proceſſib. execut part.1.cap.2.nu. 33.& ſeqq.*
58 Quia † verò mulier nudam habet detentionem, ſeparatam à poſſeſsione: *l. poſſideri. 3. §.fin.ff.de acquir.poſſeſſ.Io.Faber. §.cum igitur.num. 6.Inſtit. de bonor.poſſeſſ.* & ipſi nullum ius acquiritur, ſed bonis curator datur, à quo mulieri alimenta ſecundum dignitatem & facultates dantur. *d.l.1.§. mulier autem. & l.cura-*
59 *tor. 5.ff.de ventr.in poſſ. mitt.* ideo cauſæ † cognitio non adhibetur, *vt tradit Accurſ. ad §. Septima. verb. extraordinarium. Inſt. de bonor. poſſeſſ.* quod tamen intelligendum eſt, primò ſi nemo illi contradicat: aliud enim eſſet ſi fortè ab aliquo negetur defuncti vxor. *d.l.1.§.ſi ea quæ in poſſeſſionem. l. vbicunq;.7.§.interdum. ff. de ventr.in poſſeſſ. mitt. Petr. de Rauenn. ſing. 767. incip. Quando venter. in cuius tamen ſententiam ſollicitè nolo inquirere.* deinde vt Accurſ.ſententia vera ſit de exacta illa cauſæ cognitione, quæ in ordinarijs adhiberi debet: hac etenim opus non eſt. *Ronchegall.in d. §.ſeptima.num.33.* Multò minus ſecundum decretum interponitur. *Specul. in tit. de ſecund. decret. §. videndum reſtat.*
60 *num.3.* Secundò † extenditur hæc nona ampliatio, vt ex defuncti bonis alimenta præſtanda etiam ſint filio in lucem quidem edito, ſed cui controuerſia, an inter liberos ſit, mouetur. *Pontan.de aliment.cap. 2. num.2.* & quidem modica præſumptio puerum adiuuans efficit, vt ipſi hæc poſſeſſio decernatur. *Butr. c.cum inter num. 8. ext.qui fil.ſint legit.* de qua re quia extant integri tit. in iure noſtro tam in ff. quàm in C. de Carbon.edict. & ad eos poſt Bart. Bald. Salicet. Caſtr. eruditè & ſat copioſè præ cæteris ſcripſerunt Iaſ.& Io. Mar. Riminald. ideo conſulto eam prætereo. Quòd autem hæc ampliatio porrò à non-
61 nullis extenditur, vt filijs † etiam à patre iuſta de cauſa exhæredatis, alimenta ex bonis paternis debeantur. *in qua ſententia Richardum fuiſſe per d.§.item reſcriptum, teſtatur Alberic. de Roſat.in d.l.ſi quis à liberis.§.parens.num.3.ff.de liber.agnoſc.* id iuri ciuili conſenta-

ſentaneum eſſe, *per d. §. item reſcriptum.* vt credam, induci non poſſum. Et certè Alberic. de Roſat. *in d. num.3.* Si rectè inſpiciatur, nequaquam Richardi ſententiæ, vt perperam putat Io. Garſ. *in tract. de Expenſ. & melior. cap. 4. num. 23.* aſtipulatur: ſiquidem non obſcurè innuit d. §. item reſcriptum, aliter quã à Richard factum ſit, intelligi poſſe & debere: nempè vt eo caſu in quo pater tenebatur alere filium, etiam ad ipſius hæredem hoc onus deuoluatur: at exhæredatum filium non tenetur pater alere *per gl. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. verb. detulerat.* Ergo nec eius hæres. Quod ipſum bene confirmat definitio hæreditatis, quæ nihil aliud eſt quàm ſucceſsio in vniuerſum ius quod defunctus tempore mortis habuit. *l. nihil aliud. 24. ff. de verb. ſignific. l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur.* Ne-
62 que dici poteſt, hæredem † ad hoc alimentorum onus obſtrictum eſſe, non propter patris exhæredantis perſonam, ſed propter bona paterna: quia reſpondeo veriſsimum eſſe, inter bona in ſe conſiderata, ſine relatione quod ſint patris bona, & inter filium, neutiquam intercedere illud naturale vinculum alimentorum, quæ non propter bona, ſed propter naturam debentur. *Bertrand. conſil. 127. incip. Ex themate mihi tranſmiſſo. num. 3. part. 2. vol. 1.* idque inde patet, quia bona per patrem inter viuos penitus poſſunt alienari, & filijs nec alimenta nec aliud quicquam inde poſtea exigere fas eſt, quæ exactio tolli non poſſet, ſi naturale vinculum alimentorum, illis bonis cohæreret. *§. ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.*
63 Quia † igitur nec ex natura bonorum, nec ex perſona patris filium ingratum exhæredantis, onus filium exhæredatum alendi, in hæredem ſcriptum deſcendit: ſequitur eiuſmodi filium iuſtè exhæredatum omnino nihil nomine alimentorum ab hærede inſtituto exigere poſſe: *quam ſententiam bene confirmat gl. in §. ſiue igitur omnes. verb. habere. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. collat. & per l. fin. in pr. verſ. liberi enim ſcientes. C. de ſecund. nupt. & alios text. quos breuitatis cauſa non induco.* Neque ad
64 † rem facit quod iure Hiſpano nouè hoc introductum ſit, *vt ait Cordub. de Lar. d. §. item reſcriptum. nu 6.* quia inde non ſequitur idem eſſe de iure communi, imò potius contrarium efficitur. Illud ſanè non negauerim, exhæredatum filium, in famis

65 neceſsitate conſtitutum, à ſuis † propinquis poſſe petere alimenta. *Barthol. Cœpol. caut. 247. incip. Si pater habens.* Vnde ſi eueniret, vt pater habens duos filios, quorum alterum merito ſuo exhæredaret, alterum verò hæredem inſtitueret: poſſet exhæredatus, ſi aliter ſe exhibendi facultas non ſuppeteret; ab hærede bonorum paternorum alimenta exigere quidem, non tamen propterea quòd ſit hæres patris, ſed quod ſit frater. *Cæpol. d. caut. 347. per ibi alleg.* Ex his ergo puto dicendum, hanc nonam ampliationem non procedere, quando filius iu-
66 ſtè & merito ſuo à patre eſt exhæredatus. Decimo † ampliatur, vt alimenta ex bonis paternis debeantur, etiam eo caſu quo ex diſpoſitione ſtatuti ſufficeret à patre filiabus
67 tantummodo dotem dari: Nam etſi quidem de tali † legato quo pater eiuſmodi ſtatutum ſecutus, filiabus dotem in teſtamento relinquit, variè diſceptant D D. vtrum debeatur tantum poſt nuptias, an verò etiam ijs nondum contractis, & ita vtrum ſit conditionale vel purum: atque quænam ætas ſit conſideranda, vtrum infantilis, an verò nubilis, *vt videre licet apud Angel. conſil. 392. incip. Pierus olim. & conſil. 393. incip. Si bene inſpiciatur. Caſtr. conſil. 125. incip. Viſo teſtamento Ambroſij. vol. 1. & conſil. 25. incip. Super eo quod quæritur. vol. 3. Anchar. Bonon. conſil. 232. incip. Subtiliſſime. & conſil. 323. incip. Iſta omnia. Steph. Ranch. concl. 188. incip. Filia cui. part. 2. & deciſ. 72. incip. Pater relinquens. part. 4. ac plura congeſſit Thom. Grammat. conſil. 146. incip. Eximie Doctor. & omnium optime Mich. Graſſ. in §. legatum. quæſt. 48. per tot. & Iac. Menoch. lib. 4. præſumpt. 146. per tot. qui ambo caſus diuerſos exactè diſtinguunt:* tamen hoc extra dubium eſt interim alimenta ex bonis paternis eiuſmodi filiab deberi *text. eſt in l. qui filium. 4. in pr. & ibi not. Bart. & Bal. ff. vbi pupill. educ. Bald. in l. non ſine. 5. num. 3. C. de bon. quæ lib. Rofred. in Sabbatin. quæſt. 33. Caſtrenſ. conſil. 16. incip. Viſo dicto puncto num. 2. in fin. vol. 2. Io. de Anan. in c. 2. num. vlt. in fin. ext. de delict. puer. Alex. conſil. 45. incip. ſtatuto. ſub num. 1. vol. 3. Bened. Capr. conſil. 72. incip. Quidam Michael num. 9. Corn. conſil. 85. incip. Plura dubia. nu. 24. vol. 3. Curt. Sen. conſil. 27. incip. Magnificus nu. 42. Pariſ. conſil. 108. incip. Vidi teſtamentum num. 47. vol. 3. Crauett. conſil. 189. incip. Quando fœmina num. 4. latè Io. Cephal. conſil. 485. incip. Magnifici. num. 72.*

cum

*cum ſeqq. vſq; ad num. 103. & conſil. 498. incip. Mihi quoq;. num. 11. & 12. quam ſententiam* RECEPTISSIMAM *eſſe teſtatur Iac. Menoch. conſil. 81 incip: Cauſa hæc num. 63.*

68 Vndecimo † ampliatur principale thema huius cap. vt pater etiam alimenta debeat præſtare ei, cum quo an ſit ipſius filius nec ne, adhuc litigat: quod quatenus procedat, hic non proſequor, ſed reſeruo ad eum locum vbi de alimentis litium cauſa faciendis dicetur, in huius lib. cap 14 nu. 52. cum ſeq.

69 Denique de filio † excommunicato vel per ſententiam ob hæreſin damnato (antea enim hæreticus cenſeri non debet, *Mynſing. cent. 2. obſeru. 43.*) non ſine cauſa, quis dubitare poſſet, vtrum is inter ampliationes an verò limitationes referendus ſit. id eſt, vtrum alimenta ipſi à patre debeantur nec ne. Nam alimenta ipſi non deberi expreſſè ſcribit Zaſ. *in §. fuerat. nu. 35. Inſt. de act. per l. cognouimus. 11. C. de hæretic. Pontan. de alim. c. 2 nu. 14. per gl. fi. c. paſtoralis. 53. ext. de appell.* ego puto hanc ſententiam magis confirmari ex gl. *in l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis ex his verb. detulerat ff. de lib. agnoſc.* vbi habetur, quod ex ijſdem

70 † cauſis alimenta filijs deberi deſinant, ex quibus ij poſſunt exhæredari: ſed filius hæreticus exhæredari poteſt. *§. ſi quis de prædictis parentibus. in Authent. vt cum de appellat. cognoſ. coll. 8.* Ergo alimenta ipſi non debentur. Verum cum videam quoſdam

71 DD. in contraria eſſe ſententia, nempè † alimenta hæretico filio à patre deberi: *Io. Fab. §. 1. num. 5. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. Hippol. Bonacoſſ. in tract. de æquit. Canonic. concl. 2. quorum vterq; allegat Specul. in tit. qui filij ſint legit. nu. 13. Bonacoſſ. vero adducit præterea Alciat. conſil. 22. lib. 8.* atque Specul. *d. num. 13.* loquatur de patre infidele vel hæretico, & forſitan quis aliquam diuerſitatis cauſam excogitans, poſſet conſequentiæ rationem labefactare: ac apud Alciat. *d. conſ. 22. lib. 8.* ne quidem vnicum verbũ

72 de alimentis inueniam: ideo mihi videtur † eam ſententiam rectè probari ex ſacris literis *Galat. c. 6. verſ. 10.* vbi cum Apoſtolus iubeat beneficentiam exercere erga omnes, maximè tamen erga domeſticos fidei: ſequitur vt illis, qui veræ religioni & fidei addicti non ſunt, inopia laborantibus ſuccurrere debeamus: idq; indicat non tantum particula implicatiua,

 maxime,

*maxime*, de qua multa tradit Nic. Euerhard *in Topic. loco 110.* Sed etiam patet ex verbis apertis, *erga omnes.* idemque per manifeſtam diſtributionem vlterius confirmatur. *1. Theſſal. cap. 5. verſ. 15.* vbi iubemur beneficentiam ſemper ſectari, tum inter nos mutuo, tum erga omnes: ad quæ loca procul dubio reſpicit text. *c. non ſatis eſt. diſt. 8. 6. & plura dicentur ĵ. c. 5. nu. 22. cum ſeq.* Vnde argumentum probabile ſumi poteſt, non tantum
73 quia alimenta † reciproce debentur, ita vt ſi ego ad inopiam redactus poſſum à te alimenta petere, tu vicilsim fame laborans, à me tibi ſuccurri, officium iudicis implorare poſsis. *Auth. licet. in fin. C. de natural. liber. Cephal. conſil. 278. incip. Deceſſit Comes. nu. 44. & conſil. 408. incip. In præſenti quæſtione. nu. 5.* ſed etiam quia filijs à parentibus fortiore iure debentur, quàm contrà, parentibus à filijs, vt d. cap. 5. num. 7. ĵ. videbimus: & tamen parentes hæreticos liberi tenentur alere, vt dicetur d. cap. 5. nu. 22. Neque credo huic argumento ſatisfactum eſſe à præſtantiſsimo IC. Io. Petr. Surdo qui *in eruditiſſimo ſuo opere nuper edito de aliment. tit. 7. quæſt. 2. num. 10.* non tantum negat arctiore vinculo liberis deberi alimenta à patre; ſed etiam econtra aſſerit arctiorem & magis obligatoriam eſſe eam neceſsitatem ciuilem, qua filius obſtringitur erga patrem: propterea quod ex ciuili obligatione oriatur actio, ſed non ita ex naturali. Reſponderi enim poteſt, primò vim & efficaciam obligationum non æſtimandum eſſe ex actionum dandarum facilitate, ſed ex ſolutionum firmitate. *vt patet ex definitione §. Inſt. de obligat.* plus autem roboris adeſſe ſolutioni factæ ex obligatione naturali tantum, quam ex ciuili tantum, colligi poteſt ex Bart. *l. 1. nu. 17. & 25. ff. de condict. indeb.* Deinde reſpondetur à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter, non valere conſequentiam. Nam licet ad actionem à prætore impetrandam, ciuilis obligatio efficacior ſit quàm naturalis; non tamen vniuerſaliter inde ſequitur, ergo ſemper & vbique & in omnibus caſibus arctior & efficacior eſt obligatio ciuilis quam naturalis: quia ex particulari antecedente, vniuerſale conſequens non rectè extruitur. Quæ ambæ reſponſiones tanto magis huic inſtituto conueniunt, cum alimenta aſcendentes

tes & deſcendentes ſibi inuicem debeant, non ex actionum ciuilium conſideratione, ſed ex æquitate, charitateq; ſanguinis. *l. ſi quis à liberis. 5. §. vtrum. ff. de lib. agnoſc.* Neque impedit textus *§. optime. verſ. ne forte. in Auth. de nupt. Nouell. 22.* quem ex Baldo *l. fin. nu. 11. C. de dot. promiſſ.* & Io. Lupo *in c. per veſtras. notab. 3. §. 4. nu. 6. ext. de donat. inter vir. & vxor.* adducit D. Surdus *d. quæſt. 2. nu. 11.* Nam iſte verſiculus quantum ego video aliter ad propoſitum non poterit accommodari, niſi præſupponatur veritatem religionis Chriſtianæ ex iure naturæ nobis cognitam eſſe. Quod præſuppoſitum cum ſit falſum *Matth. 16. verſ. 17. Ioh. 1. verſ. 18.* facilè apparet quod iſte textus *in d. §. optime* ad præſentem diſputationem non quadret. Deinde diſtinguenda eſt in hoc alimentorum priuandorum negocio, ingratitudo quæ principaliter contra patrem committitur ab ea qua ſecundario ſaltem patrem lædit, *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 12. nu. 14. His omnibus addi poteſt Burſat. conſil. 43. incip. Ob crimen hæreſis. num. 9.* Quam ſententiam ita confirmatam reſtat ſaltem vt ijs quæ in contrarium adducta ſunt reſpondeam. Et primo
74 † quidem *d. l. cognouimus.* non loquitur in hoc noſtro caſu, vbi pater fidelis eſt & filius hæreticus: ſed plane in caſu conuerſo, vbi pater eſt hæreticus & filius fidelis: & à diuerſis nihil infertur *per l. fin. ff. de calumn.* Quod ſi dicat quis, argui inde poſſe à contrario ſenſu, pater hæreticus debet præſtare filio fideli alimenta. *d. l. cognouimus.* Ergo pater fidelis non debet præſtare filio hæretico: ei reſpondeo, hanc argumentationem non valere, primò quia inter iſtos duos caſus, dari poteſt diuerſitatis ratio. Nam diſpoſitio *d. l. cognouimus.* introducta eſt non, vt hoc argumentum innuit, in odium hæreticorum, ſed in fauorem fidelium, *vt aperte indicat verſ. ne propter diuini amoris electionem. &c.* ſi verò filius hæreticus fame necetur, & ita ipſi in viam redeundi via præcludatur, non poteſt dici res grata fieri patri fideli. vbi autem ſubeſt ratio diuerſitatis, item vbi ratio ceſſat, ibi etiam argumentum à contrario ſenſu ceſſat. *Nicol. Euerhardus in Topic. loc. 82. numero 21.* deinde reſpondeo quia nec admittitur iſta argumentatio, quando correctio iuris inde ſequeretur. *Euerh. d. loco. num. 8.*

ſed hic non tantum abrogaretur iſtud ius naturale, *de quo habemus in l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. & §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* verum etiam ſacrarum literarum præcepta,
75 quorum paulo ante memini, violarentur. Quod † ad d. gl. fin. *in c. paſtoralis. 53. extr. de appellat.* attinet, quæritur in ea an excommunicato debeantur rerum Eccleſiaſticarum prouentus, & reſpondetur quòd non: & rectè. Sed in accommodatione ad præſentem noſtram quæſtionem, committitur fallacia cauſæ. Quod enim excommunicato ſubtrahuntur prouentus rerum Eccleſiaſticarum, id fit non quia eſt excommunicatus, ſed quia amplius non ſeruit Eccleſiæ. Nam cum Ec-
76 cleſiaſtici reditus † debeantur clericis propter ſeruitia: *Panorm. in c. Epiſcopus. 4. nu. 2. in fin. ext. de prabend. per c. fin. 2. q. 1. Ripa conſil. 26. incip. Ex impenſis. nu. 8.* & excommunicati Eccleſiæ inſeruire non poſsint. *Hoſtienſ. in ſumm. de ſentent. excommun. nu. 11.* rectè ſequitur vt ei etiam amplius non debeantur reditus. *per c. cum ceſſante. 60. extr. de appell.* At cum excommunicatio filiationem, quæ eſt proxima cauſa alimentorum, non tollat: efficitur vt etiam nec alimoniam auferat. Poſtremo ad argumentum *ex d. gl. l. ſi quis à liberis. verb. detulerat.* deſumptum, reſpondebitur in cap. 5 num. 23. Iam præterea intelligo in contrarium etiam auferri à Io. Petro Surdo *in tract. de aliment. tit. 7. quæſt. 2. nu 7.* hanc rationem, quod filius hæreticus potius necandus, quam alendus videatur, *per c. leg. 23. quæſt. 8. & per Specul. in tit. qui filij ſint legit. num. 13.* Sed ſi quis textum allegatum inſpiciat, facilè comperiet, id quod vult Surdus, inde non probari. Nam Pineæ eum qui contra præceptum Dei cum peregrina fœmina rem habebat haſta transfigentis. *Numer. 25. ver. 8.* Eliæ igne cœlitus deuocato conſumentis bina vice quinquaginta viros cum Capitaneo. *2. Reg. 1. verſ. 13. & 15.* & alia ſimilia exempla non à quouis imitanda eſſe docet Saluator noſter apud Lucam *cap. 9. verſ. 52. cum quatuor ſeqq.* Vnde etiam additionator in Apoſtilla ad Speculatorem *d. num. 13.* diſcedit ab ipſius ſententia. Deinde affert Surdus *in d. quæſt. 2. nu. 9.* tale argumentum: Pater non tenetur dotare filiam hæreticã, Ergo nec alere. In qua argumentatione primo neganda eſt

ratio

ratio conſequentiæ: cum multis caſibus dos non debeatur, alimenta autem dari oporteat, *vt dixi ſ. lib. 2. cap. 10. num. 9.* Poſtea ad antecedens poteſt etiam reſponderi per diſtinctionem dotis: quæ nonnunquam conſtituitur iuxta dignitatem, opes &c nonnunquam vero iuxta ſolam alimentorum neceſsitatē, *vt dixi ſ. c. proxime ſeq. num. 52. & 70. ac lib. 2. cap. 10. nu. 28.* ita vt antecedens verum ſit de priore dote: ſecus de poſteriore *per ea quæ attuli ſ. d. cap. ſeq. num. 56. cum ſeqq.* Quod inſuper Surdus *d. quæſt. 2. num. 12.* ideo filio hæretico deneganda eſſe alimenta cenſet, ne ſubſidio alimentorum fretus negligat redire ad pœnitentiam: ſimiliter nihil ad rem facit. Primo quia non ſunt mala facienda vt bona inde eueniant *Roman. 3. verſ. 8. gl. c. noſſe. verb. copulari. 30. q. 1.* Alimenta autem denegare malum eſſe, ex eo patet, quod ita filius necetur *l. necar. 4. ff. de agnoſc. liber.* Secundò reſpondetur in hoc argumento eſſe fallaciam cauſæ. Sacræ enim literæ teſtantur ex alimoniæ inopia, non tam pietatem, quam furta pullulare. *Prouerb. 30. verſ. 9.* Tertiò ſi alimentorum denegatio, tam efficax eſſet hæreticos reuocandi ad fidem orthodoxam, tum etiam filius patri hæretico deberet alimenta denegare. Sed conſequens eſt falſum. Ergo & antecedens, Ratio conſequentiæ in copulato eſt manifeſta, quod filius teneatur omnem rationem inire vt patrē Chriſto lucrifaciat. Aſſumtum probat ipſe Surdus *tit. 1. q. 19.* Vltimum argumentum D. Surdi *d. q. 2. nu. 13.* duobus præſuppoſitis nititur, quorum prius eſt, filio ob crimen læſæ maieſtatis humanæ denegari alimenta: alterum, quod grauius delictum ſit diuinam maieſtatem lædere quam humanam. Cui argumento reſponderi poteſt primo negatione prioris præſuppoſiti, quod accipiendum arbitror non de filio qui ipſe eſt reus læſæ maieſtatis humanæ, cum is vltimum ſupplicium potius quam alimenta mereatur: ſed cuius pater hoc crimen commiſit. Filios autem ex patris crimine læſæ maieſtatis condemnati bonis ali oportere, non tamen iuxta paternarum diuitiarum copiam, nec iuxta dignitatem familiæ vel natalium, ſed ad neceſsitatem tantum probatum fuit *ſ. c. 1. num. 12. cum ſeqq.* Deinde licet vtrumq; præſuppoſitum eſſet veriſsimum: tamen

tamen ſi hanc ratiocinationem preſsius conſideremus appa-rebit, ei conuenire adagium illud Græcum οὐδὲν πρὸς ἔπος, quo vtitur Vlpianus *in l. de ætate.11.§. quod autem ait.ff. de interrogat. act.* vel vt Dialectici loquuntur plus eſſe in concluſione quam in præmiſsis. Non enim inde ſequitur concluſio, quam ſibi propugnandam propoſuit D. Surdus, quod filio hæretico de-neganda ſint alimenta: ſed quod filius ex patris hæretici bonis non ſit alendus. Quam concluſionem ipſe Surdus non am-plectetur, ſat ſcio. Nam filius aut etiam eſt hæreticus, vt pa-ter: aut non eſt hæreticus ſed orthodoxus. Primo caſu ex-preſſè ſcribit D. Surdus *d. queſt. 2.nu. 15.* filium hæreticum à patre hæretico alendum eſſe, quia nihil Catilina Cethego. Altero caſu ſiue pater hæreticus diem obeat, tum filius or-thodoxus, cui defertur hæreditas paterna, ipſe iam habet bo-na patris ex quibus ſe alat: ſiue pater hæreticus adhuc viuit, tum omnino eſt alendus filius à patre. *textus manifeſtus in l. co-gnouimus. 11. C. de hæretic.* Atq; ita hinc conſtituenda eſt duo-
77 decima ampliatio, vt † pater etiam filio hæretico alimenta præbere obſtrictus ſit.

His ampliationibus ita declaratis, videndæ nunc ſunt quædam limitationes: & primò quidem non procedit prin-
78 cipale thema huius capitis, quando † filius aliunde habet, vn-de ſe alat, *Tib. Decian. conſil.9.num. 43. vol. 1.* puta ſi habeat ex bonis caſtrenſibus vel quaſi, reditus ad huius vitæ ſuſtenta-tionem ſufficientes. *Mar. Socin. l. 1. num.157.ff. ſolut. matrimon. Ranchin. concluſ.85. incip. pater filium. part. 1. Natta conſil.201.incip. Egregius.nu.12. Corneus conſil.25. incip. In præſenti. num. 13. volu.1. qui omnes rectè ſe fundant in text.l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de*
79 *liber. agnoſcend.* Idemque eſt quando † filius tenet artem, ex qua ſibi victum & alia neceſſaria poteſt quærere, *per d. §. ſed ſi filius. & ibi Bart. & Cordub. de Lar.nu. 1. & 123. Fr. Aret. in l. ali-menta.11.num.3. C. de negoc. geſt. Palat. Rub. in rep. c. per veſtras in 3. notab.§.4.nu.2.ext. de donat. int. vir. & vxor. Barthol. Socin. conſil. 30.incip. In cauſa Dominæ Agnetis. nu. 13. vol.4. & conſil.121. incip. præmittenda eſt diſputatio num.47. eod. vol. Ripa in tract. de peſt. cap. 4.nu.168. Rol. à Vall. conſil. 14. incip. Etſi ambigui. num. 16. volu. 3.*

*Alciat.*

*Alciat.conſ 36.incip.Quantum ad alimenta. nu. 1.vol. 5.Ceſar Lamb. in tract.de iure patronat. art.3.tertiæ q.pr.nu.5. Aſca. Clem. de patr. poteſt.c. 6.effect.17.nu.31.Menoch.qui plura allegat conſ.321.incip.Etſi ex his nu.26.Tiber. Decian.conſ.111.incip.Deceſſit.nu.6.vol 3.*Qui e-
80 nim † artem nouit ex qua vitam poteſt ſuſtentare,non dicitur pauper *gl.in l.ſi quis argentum.35.§.ſed & ſi quis vniuerſitatis. verb. quantū donauit.C. de donat. Fr. Aret. d. l. alimen.nu.3. Maſcard.de probat. concl.1154.nu.36.*Hoc autem poſterius, vbi dictum eſt, filium arte inſtructum à patre non eſſe alendum,declaratur,vt
81 † verum ſit,ſi filius tam ſit robuſtus & ea valetudine præditus, vt iſtam exercere queat,ſecus ſi morbo aliquo impediatur. *d. §.ſed & ſi filius.verſ.in ea valetudine es. &c. Bart. in l.vnic.in fin.C.de mendicant.valid.lib.11.Caccialup.l.frater à fratre.nu.106.ff de condict. indeb.Pet. de Rauen.ſing.27.incip.Alimenta pater.Io.Ceph.conſ.216. incip.Videbatur.nu.12. quæ ſententia* COMMVNIS *eſt,teſte Curt.iun. conſ.148.incip.Circa controuerſiam.nu.5. Villalob. in commun.opin. lit. T.nu.30. Emanuel Soarez. ibid. nu.40.* Deinde declaratur hæc
82 prima limitatio vt procedat , ſi † honeſte talem artem exercere poteſt : ſi enim familiæ, propter nobilitatem & ſplendorem,eiuſmodi arti incumbere probroſum ſit,nihilominus filius alendus eſt à patre. *Bart. in tract. de aliment. num.12. per d.l. ſi quis à liberis.§.vtrum autem.verſ. quorundam neceſſitatibus facilius.ff. de agnoſc.lib.quem ſequitur Tiraq. de nobilitat.cap.20.num.104.Quod verò ex Iac.de Aren. vterq; adducit,id in editione hodierna apud Iac.*
83 *de Aren. inueniri non poteſt : corroboratur † tamen hæc ſententia per l. Nepos Proculo.125.ff de verb.ſignific. Ant.Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc.cap.18. nu.74. Royzius deciſ. Lituan.4.nu.274.& ſeq omnino Io.Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 4. nu. 22.* Neque tamen hoc tam latè accipiendum eſt vt promiſcuè procedat in quo-
84 uis nobilitatem prætendente,ſed tantum in eo † cuius proſapia præcipuo & inſigni quodam ſplendore fulget , & cæteras familias anteit. *Fr. Burſat. conſil. 62. incip. Nullibi video.num. 23. Rol.à Vall.d. conſil. 14. incip. Etſi ambigui.num.51 vol. 3.*

85 Secundò † limitatur principale huius capitis thema vt non procedat ſi pater tanta paupertate prematur, vt vix ſemetipſum exhibere poſsit. *Angel.in l. Iulianus.26. per illum text. num.*

*num. 2. ff. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtament. Marc. Mant. ſing. 1. nu. 6. bene facit etiam text. in l. 1. §. præterea. verſ. vtrunq; igitur concurrere oportet vt & mater egena ſit & filius in facultatibus poſitus. ff de tutel. & rat. diſtrah. quem text. ad confirmationem huius ſecundæ limitationis ponderat. Petr. de Rauenn. in Alphabet. aureo. verb. charitas. cum quo plane congruit text. in d. l. ſi quis à liberis. §. vltim. verſ. tandiu præſtabuntur quandiu liberto ſuperſit, patrono deſit. ff. de liber. agnoſc. & l. pen. in fin. ff. eod.* præterea confirmatur quia
86 quando † pater à filio conuenitur, tum patris facultates penitus excutiendæ non ſunt, ſed relinquatur ipſi oportet, ne egeat. *§. ſed & ſi quis cum parente. Inſtit. de act. l. patronus. 17. ff. de rei vindic. l. licet. 7. ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand. quo fundamento vtuntur Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 52. num. 4. Ant. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. nu. 43. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 23. & Hippol. Bonacoſſ. in tract. de æquitat. Canonic. concl. 2. vbi tamen perperam Emanuelem Soarez in commun. opin. lit. P. num. 39. allegat, ſiquidem in eo loco, quod ad hanc limitationem pertineat, nihil*
87 *habet.* Denique confirmatur illo vulgato † axiomate: ordinata charitas incipit à ſe ipſa. *l. præſes 6. & ibi notat Bald. & Salic. C. de ſeruit. & aqua. idq; huc in ſpecie accommodant Corn. conſil. 128. incip. Circa hanc conſultationem. nu. 9. vol. 3. Matth. de Afflict. deciſ. 290. incip. Quidam Baro. num. 9. Duenn. reg. 529. incip. Pater de iure tenetur. limit. 1. Petr. de Rauenn. d. verb. charitas. Mant. conſ. 276. incip. Cum diebus ſuperioribus. nu. 19. vbi etiam illud Terentianum addit, Omnes ſibi melius eſſe malle quam alteri. Benincas in tract. priuileg. paupertat. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 21. & 22. Ant. de Padill. in d. l. præſes. nu. 14. Io. de Reias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 22. nu. 8. & 9. Aſcan. Clement. d. effect. 17. nu. 22.* Neque quiſquam putet, quaſi Baldus *in l. vbi adhuc. 29. nu. 25. C. de iur. dot.* contrarium huic limitationi doceat, dum ſentit filios à patre, & vxorem à marito etiam non habente congruè vnde ſeipſum alat, alendos eſſe. Repetenda enim eſt diſtinctio *ſ. cap. 1. num. 11.* adducta, quod quædam alimenta referantur ad alimentarij dignitatem, quædam verò ad ſolam naturæ neceſſitatem. Si itaque verba Baldi conſiderentur, apparebit, ipſius mentem

eſſe

eſſe hanc, quod non ferendus ſit pater vel maritus, qui, ſi in
bonis haberet, quod ad dignitatem ſuæ tantum perſonæ tu-
endam ſatis eſſet, liberos & vxorem fame affligi pateretur,
potius quam vt de ſuo ſplendore aliquid remitteret. Et hanc
eſſe mentem Baldi, præterquam quod ipſius verba hoc præ
ſe ferunt, aſſeuerat etiam Brunorus á Sol. *in quæſt. legal. quæſt.
50. nu. 12. cum ſeqq.* Atque ita ſumenda eſt hinc declaratio hu-
ius ſecundæ limitationis, eam nempe procedere in alimentis
ad patris neceſsitatem tantum, non etiam ad dignitatem &
ſplendorem pertinentibus: quod eſt notatu dignum.

88 Tertiò † limitatur vt filijs delictum exhæredatione di-
gnum committentibus, alimenta non debeantur. *gl. in l. ſi quis
à liberis. 5. verb. detulerat. ff. de lib. agnoſc. quam ſententiam* COM-
MVNEM *eſſe tradit Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. A.
num. 164. de qua re plura dicam j. lib. 2. cum de contrarijs alimen-*
89 *torum tractauero.* Hinc DD. noſtri tradunt, quod filiæ † pec-
canti in corpus ſuum, alimenta pater denegare poſsit, mo-
uenturq́; hac ratione, quia poteſt exhæredari. *§. aliud quoq; ca-
pitulum. verſ. ſi alicui ex prædictis. in Auth. vt cum de appellat. co-
gnoſc. collat. 8. Albert. Galeott. in Margarit. cap. 38. nu. 21. Specul.
in tit. qui filij ſint legit. ſub num. 15. ſequitur Bald. in l. ſi iudex. lect. 3.
num. 3 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Marc. Mantuan. lib. 2. obſer-
uat. cap. 16. in fin. Campeſ. de tot. part. 1. quæſt. 13. num. 3. atq; hæc*
COMMVNIS *eſt opinio, vt teſtatur Eman. Soarez in theſaur. com-
mun. opin. lit. F. num. 287.* Ex qua ratione ſimiliter ſequitur, vt
90 ſi † pater eam elocare vltra vigeſimum quintum ætatis annum
diſtulerit, non poſsint ei alimenta denegari, quia non poſſet
exhæredari. *auth. ſed ſi poſt. C. de inoffic. teſtam.* Multo minus fi-
liæ, quæ ſine conſenſu parentum nupſit, inopia laboranti de-
negari poterunt alimenta. *Dec. l. nuptias 30. nu. 1. 5. ff. de reg. iur.
Georg. Bemel tract.* von Teſtamenten vnd letzten willen / § Zum ſie-
benden exheredire vnd enterbe ich / &c. *pag. 55.* cum nec iſta filia
propter hanc cauſam queat exhæredari. *Iaſ. in auth. non licet.
nu. 8. & 9. C. de liber. præterit. Ioach. à Beuſt. in tract. de Matrimon.
cap. 46.* idem eſt licet viro indigno nubat. *Alex. l. 1 nu. 32. ff. ſo-
lut. matrim. Pyrr Angleber in conſuet. Aurelian. tit. de ſucceſſ. cap. 25.*

Sic

91 Sic nec, † ſi filia impudica reſipiſcat & ad honeſtatem redeat. *Albert. Galeot. in Margar. cap.38. num. 22. Specul. in d. tit. qui fil. ſint legit. nu. 16. vbi licet pro vtraq; parte arguant, tandem tamen concludit, filiæ impudicam vitam omittenti, & ad frugem reuertenti, alimenta denegare nec ius nec fas eſſe: quam ſententiam ſequuntur in c. Quinta vallis. 24. Panorm. nu. 6. & ibi apoſtill. Ant. de Butr. nu. 13. ext de iureiur. Alex. l. 1 num. 33. in fin. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. ius ciuile. 6. nu. 29. ff. de iuſtit. & iur. ac in l. in arenam. 11. nu. 6. C. de inoffic. teſtam. Gomez. Leonius in informat. 45. num 4. Hippol. de Marſil. in repet. rubr. ff. de fideiuſſor. quæſt. 31. nu. 260. iuxta Lugdu. editionem, ſed in nouiſſima Francfort. habetur in num. 220. Rauenn. ſing. 197. incip. Filia quæ peccauit. Io. Campeſ. d. quæſt. 15. num. 3. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 7. §. 2. verb. Si non pour aucunes. num. 21. Io. Schneidvv. in pr. tit. Inſtit. de exhæred. lib. nu. 18. qui omnes pro confirmatione adducunt præcipuè l. imperialis. 23. C. de nupt. & c. ferrum. 18. & ibi gl. verb. incipit. diſtinct. 50. Bald. verò in l. ſi filiam. 19. in fin. C. de inoffic. teſtam. allegat præterea l. Mela. §. 1. ff. de alim. vel cib. leg. ex quo text. colligitur, poſtremam conſuetudinem inſpiciendã eſſe. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæſt 70. nu. 6. & ſeq.* Quæ ſententia quia à tot tantæq; auctoritatis viris approbatur, & quidem his verbis & hac mente, quod eiuſmodi filia

92 † pœnitentiam agens, hæreditate vel alimentis à patre non poſsit priuari, *atq; ita* COMMVNEM *eſſe aſſerit Ripa in l. generaliter. quæſt. 67. nu. 224. C. de reuoc. donat. & Emanuel Soarez. d lit. F. num. 289.* ideo eam omnino tenendam arbitror: neq; curanda eſſe ea, quæ ad reſtringendam vel potius euertendam hanc ſententiam, in medium affert Ruin. *conſil. 131. incip. Con-*

93 *ſideratis. num. 8. vol. 4.* vbi vult eam † ita intelligendam & limitandam eſſe, vt filia, poſtquam ad frugem redijt, non quidem iure, priſtinum ius alimoniæ & ſucceſsionis recuperet, ſed ex gratia paterna ipſi ea omnia reſtitui poſsint, ab inuito & nolente patre peti iure nequeant: cuius reſtrictionis ſtabilien-

94 dæ ergò, retorquet † text. *d. l. Imperialis. 23.* vbi mulieribus, quæ ſcenicis ludis ſeſe prius immiſcuerunt, & poſtea derelicta mala & inhoneſta conuerſatione, commodiorem vitam amplexæ fuerunt, honeſtatiq; ſeſe dediderunt, impertitur tantum

facul-

facultas ſupplicandi Imperatori, veniam ipſis daturo, &c. ac inducit porro deciſionem quandam Baldi *in l. acceptam. 19. q.*
95 *19. num. 30. C. de vſur.* tradentis † ſcholarem, à Rectore ſententialiter è matricula deletum, & poſtea pœnitentiam agentem, non poſſe à Rectore in matriculam ſe recipi, iure poſtulare: ex gratia Rectoris ſolummodo fieri poſſe. Quæ etſi quidem ancipitem aliquam curam cogitandi nobis afferre poſſunt: tamen ſi aliquanto diligentius iura inuicem conferantur, diuerſitas caſuum, reſponſionem facile ſuppeditabit.
96 Nam vt primò de hac Baldi deciſione dicam, † certum eſt, ſcholarem à Rectore in matriculam ſe recipi, non eodem nec pari iure poſtulare poſſe, quo filius à patre ſe ali exigit. Quia igitur res, præſertim quam ipſa natura adiuuat, facile ad ſuam naturam redit: *l. ſi vnus. 27. §. pactus ne peteret. verſ. quoties enim ad ſu. ff. de pact.* ideo mirum videri nemini poteſt, quod filij ad frugem redeuntes, à patre etiam inuito, alimenta iure exigere poſsint: & aliud ſit in ſcholari. Deinde in caſu Baldi
97 ſcholaris penitus à cœtu ſcholaſtico eſt abſciſſus: † at filius de patre malè meritus, non eſt penitus ab eo viuo, eiuſq; bonis abalienatus: alias enim ad hæreditatem paternam nullo modo admitteretur, etiamſi pater, ſceleris à filio perpetrati, in teſtamento ſuo mentionem non feciſſet: *quod eſt contra text. §. aliud capitulum. in princ. verſ. & ipſas nominatim ingratitudinis cauſas. in auth. vt cum de appell. cognoſc. collat. 8.* Atque quia ita filius non eſt viuo patre à bonis eius omnino excluſus, ſed tantum quodammodo ſuſpenſus, ideo contra Ruinum retorqueo
98 Baldi deciſionem, qui *in d. num. 30.* diſtinguit † inter ſcholarem planè ex matricula deletum, & inter eum qui tantum eſt ſuſpenſus, ita vt hic, poſtquam redijt ad meliorem vitam, ſe in matricula tolerari iure petere poſsit: ille verò nequaquam. Quod idem cum in muliere ſcenica animaduertere liceat, ſiquidem eo ipſo dum ſe ludis ſcenicis immiſcet, eius dignitas
99 nô eſt in ſuſpenſo, ſed eam penitus perdit, ideo † ad d l imperialis. 23. eandem accommodo reſponſionem: cui addi poteſt, quod de iure nouiſsimo, mulier ſcenica, quàm primum ad vitæ honeſtatem redijt, etiam ſine peculiari ſupplicatione, ſua

O iura

iura recuperat, atque ita quo ad reſcripti impetrationem d. l. imperialis. 13. eſt correcta. *vt vult. gl in §. 1. verb. vitam in auth. Scenic. non ſolum ſi fideiuſſ. praſt. & c. collat. 5.*

100 Quarto limitatur, vt pater † monſtroſum partum alere non ſit obſtrictus *Lamb. Dan. lib. 2. Ethic. Chriſtian. cap. 13. mihi fol. 196. qui eccleſi primitiuæ hac de re iudicium ex Niceph. lib. 18. hiſtor. cap. 35. aſſert.* Quam tamen limitationem accipi volo

101 non † de eo partu, qui tantummodo eſt deformis, ſed de eo qui planè contra naturam humanam natus eſt, qualem Anno 1543. die Conuerſionis Pauli editum fuiſſe in Belgico, teſtatur Caſp Peucerus *in comment. de diuinat. generib. tit. De teratoſcopia. mihi fol. 443.* Vt enim prioris generis partus educandos eſſe ex hiſtorijs veterum, quarum nonnullas Danæus *d. cap. 13.* & Petr. Crinit. *lib. 21. de honeſt. diſciplin. cap. 8.* recenſent, conſtat: licet Lacedæmonij contrà ſenſerint. *Ioh. Ferrar. Montan. in l. iura ſanguinis. 8 ff. de reg. iur. Tiraqu. in ll. connub. l. 2. num. 48.* ita poſterioris generis partus non tollendos eſſe, colligitur ex *Ant. Vacc. l. non ſunt. 14. ff. de ſtat. homin.* & Dan. *d. c. 13. vbi meminit legis à Romulo latæ, quam habet etiam Partul. Prat. lib. 3. iuriſprudentiæ veter. cap. 18. confirmaturq́ ex Angel. Aret. de maleſic verb. Et ex interuallo. num. 9. iuxta quam Angeli ſententiam Veronæ deciſum fuiſſe tradit Petrarch. lib. 4. memorab. tract. 6. cap. 20. & refert. Vacc. d. l. non ſunt. 14.* Atque eadem

102 † diſtinctio adhibetur, cum de ſucceſsione quæritur *Hieron. Schurpf. conſil. 53. incip. Præſens conſultatio. vol. 3. Ambroſ. Schurer. de ſucceſſ. deſcendent. reg. 1. limitat. 3. mihi pag. 98. & omnium optime D. Io. Danth. de teſtament. nu. 307. cum aliquot ſeqq.*

# DE ALIMENTIS FILIORVM SIVE EX CONCVBINATV SIVE EX INCESTVOSO AVT ADVLTERINO COITV PROCREATORVM

## Caput III.

*SVMMARIVM.*

1. Natu-

1. Naturales liberi qui dicantur proprie, & qui hoc loco.
2. Regula, cum ſex ampliat. num. 7. & ſeqq. & limitationibus quatuor. nu. 72. & 63.
3. L. vlt. verſ. ſed debere. ff. pro derelict. expenditur contra Ang.
4. Text. in c. per venerabilem. 13. ext. qui fil. ſint legit. declaratio.
5. Gabr. Paleoti intellectus ad c. cum haberet. de eo qui dux. reijcitur.
6. d. c. cum haberet. explicatur contra Iac. Cuiacium.
8. An diſpoſitio d. c. cum haberet. obtineat etiam in locis Imperij?
9. Introducta in fauorem perſonarum miſerabilium ſeruantur in vtroque foro.
10. Ius Canonic. praualet iuri ciuili in caſibus nutritiuis peccati.
11. Examinantur fundamenta Fr. Aretini, contra comm. ſententiis. & num. ſeq.
12. Statutum de liberis ſpurijs hæredibus pro lubitu inſtituendis.
13. Ferrar. Imolæ, aliorumq; rationibus reſpondetur.
14. L. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus reſtringitur contr. Vaſquium.
15. Leges inuidioſæ quatenus valeant, contra eundem Vaſquium & num. 16.
17. 18. 20. l. vnic. § & cum lex C. de caduc. toll. & l. Gracchus 4. C. ad l. Iul. de adult. & l. 1. §. initium de poſtulando à Vaſq. perperam inducta.
19. Poteſtatem vitæ necisq; à parentibus & dominis olim non vſurpatam & mox abrogatam fuiſſe.
21. Naturales filij an habeant alimenta ab hæredibus patris defuncti? & num. 23. 25. & 26.
22. Et quid in adulterinis filijs iuris ſit?
24. Baldus vindicatus ab iniuria Iac. de Puteo.
27. An onus alendi liberos naturales, cum bonis ad fiſcum tranſeat?
28. Quid valeat prohibitio teſtatoris, ne ſpurij ab hæredibus alantur? & num. 29.
30. An hæres exigere quid poſſit pro alimentis defuncti ſpurio præſtandis.
31. Quis ſit effectus alimentorum cum onere fideicommiſſi ſpurio relictorum, contra Io. Garſ. & num. 32.
33. Alimenta poſſunt adulterinis & inceſtuoſis liberis à patre legari.

*Ampl. num. 34. 35. limitat. num. 40. 52. & 53.*
35. 36. *Legatum huiuſmodi liberis ſimpliciter relictum, quid in dubio operetur? & num. 38. contra Calcan. & Chaſſan. num. 39.*
37. *Legata interpretamur ex conditione legatarij.*
40. *An prædictum legatum in totum inualidum ſit, quando excedit neceßitatem alimentorum. & nu. 41. 43.*
42. *Subſtitutio pupillaris facta ſpurio quatenus valeat.*
44. *Exceſſus legati ſpurio relicti an ad fiſcum pertineat, an verò ad hæredes defuncti, num. 46.*
45. *Spurius reſpectu ſibi dati legati incapax non eſt.*
47. *Filio ſpurio nec tanquam extraneo quid vltra alimenta rectè relinquitur. Ampli num. 50.*
48. *Statutum, vt adulterinus filius ſuccedat.*
49. *Statutum, vt pro libitu liceat filio ſpurio legare, an valeat?*
51. *An valeat teſtamentum, quo ſine cohærede inſtituto filio ſpurio alimenta relinquuntur?*
54. *Qualiter caueat filius ſpurius de reſtituendo fundo ſibi in alimenta legato.*
55. *Spurio excommunicato an debeantur alimenta.*
56. *Pater naturalis dotem debet filiæ ſpuriæ. limitat. nu. 57. 58. 64. 65. 66. 67.*
59. *Exceſſus dotis data filiæ ſpuriæ quando & à quo auocetur. & num. 61. 62.*
60. *Vſurario ex vſuris dotante filiam an creditores eam dotem poßint auocare à marito conſtante matrimonio?*
61. *Bartol. à ſuſpicione contrarietatis liberatus.*
63. *Quid circa auocationem prædicti exceſſus interſit, vtrum ſcienter an ignoranter quis duxerit filiam ſpuriam.*
66. *An filia naturalis dotem exigere poßit, ſi à patre certi quid acceperit, ex cuius fructibus alimenta habet?*
67. *Dos filiæ ſpuriæ ad quem ipſa mortua deuoluatur? & 68.*
69. *L. vxorem. 41. §. pater. de leg. 3. explicatur.*
70. *Dos filiarum legitimarum & naturalium ſimul, à dote naturalium tantum, vt differat.*
71. *Naturalibus liberis tantum an debeantur alimenta, ſi legitimi & naturales ſimul extent.*

74. An

74. *An hæredes auocare poſſint alimenta à patre vltrò collata in filium naturalem, habentem aliàs vnde ſe alat.*

75. *Si filius ſpurius diu poſt mortem ſui patris efficiatur locuples, illico legatum alimentorum expirat, quod declaratur. Ibid.*

NON me latet, liberos ex concubina ſuſceptos, qui ſpecia-
1 liter † naturales appellantur, à vulgo quæſitis, & multo magis ab adulterinis & inceſtuoſis diſtingui, *vt videri poteſt apud Oldrad. conſil. 196. incip. Factum tale eſt: quidam nobilis. num. 1. & 2. Bertrand. conſil. 376. incip. Etiamſi ex parte. num. 3. & 4. vol. 6. Angel. conſil. 30. incip. Domina Franciſca. num. 5. & 6. Io. Petr. de Ferrar. in libell. pro hæredit. ab inteſtat. verb. Nulliſq; ſuperſtitibus. nu. 5. & 19. Alciat. de præſumt. reg. 2. præſumt. 5. num. 6. Io. Garſ. de Expenſ. cap. 3. num. 21. Burſat. conſil. 62. incip. Nullibi video. num. 5. Menoch. conſil. 60. incip. Longo ſtudio. num. 3. Mich. Graſſ. §. inſtitutio. quæſt. 7. num. 7. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 18. num. 12. & deniq; Gabr. Palæot. de Nothis & ſpur. cap. 16. & 17.* Quam diſtinctionem etſi iura ciuilia, non tantum in ſucceſsionibus, *Alb. Galeot. Margarit. cap. 36. num. 4.* ſed etiam in materia alimentorum obſeruandam conſtituerunt: *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Speculat. in tit. qui filij ſint legit. nu. 17. Hoſtienſ. tit qui fil. ſint legit. nu. 6. Alex in l. 2. nu. 13. ff. de in ius voc. Bero. conſil. 165. incip. In cauſa ſpurietatis. nu. 16. & 17. vol. 2. Cuiac. lib. 5. obſeru. cap. 6. Ambroſ. Schurer. de ſucceſſ. deſcend. reg. 1. limitat. 7. pag. 103.* quia tamen ex iuris Canonici æquitate hoc diſcrimen ſublatum eſt: *Cranett. conſil. 368. incip. In cauſa nobilis Iſabellæ. num. 1. & 2.* ideo conſtituo in hoc cap.
2 hanc † theſin: Liberis ſiue ex concubinatu ſiue ex adulterio ſiue ex inceſtu procreatis, alimenta à patre præſtanda ſunt. *text. eſt. in c. cum haberet. 5. in fin. vbi gl. & DD. ext. de eo qui*
3 *dux. in matrim. quam poll. per adult.* Quod † enim Angel. *in l. vlt. ff. pro derelict.* ait, in iſtius legis verſ. *ſed debere.* eſſe textum, quod onus alendi liberos non ſpectat ad patrem naturalem, & propterea mente tenendum eſſe: id verum non videtur. Siue enim inducat iſtum verſ. quod inde pateat, Sempronium poſſe Thetidi, cui quaſi de ſerua ſua natæ, volebat ſtatus quæſtionē

facere, alimenta denegare: tum nego id quod Angelus præſupponit, nempe Sempronium eſſe Thetidis patrem, quod non prius credo, quàm ſi mihi oſtenſum fuerit, ſeruas Romanorum tantummodo à dominis impregnatas fuiſſe: cum omnibus notum ſit, apud Romanos inter ſeruos & ſeruas non quidem nuptias, ſed tamen contubernium fuiſſe. *Cuiac. ad Paul. lib. 2. ſentent c. 19. §. inter ſeruos. per l. 3 in pr. C. de inceſt. nupt.* Siue Ang. ita accommodet, Sempronius alimenta denegans, iubet illam Thetin ſuo patri Lucio Titio reſtituere, &c. ergo antea Thetidi, non pater Lucius Titius ſed Sempronius alimenta præſtitit: tum dico de alimentis ante controuerſiam motam nihil ibi extare. Deinde poſito, id ex textu iſto euinci poſſe: tamen nondum ſequeretur quod vult Angel. quia hoc obtinet in omnibus filijs, qualeſcunque etiam ij ſint, vt quando aliunde habent de quo viuant, à parentibus non ſint alendi, vt præcedent. cap. dictum eſt: malè verò quis hinc inferret, Ergo nulli liberi ſunt alendi. Cum igitur id quod Angelus *in d. l. vlt.* de alimentis liberorum naturalium tradit non probetur iure, ideo etiam mente non erit tenen-
4 dum. Sic nec † obſtat, quod *in c. per venerabilem. 13. in fin. ext. qui filij ſint legitim.* iſta iuris ciuilis diſpoſitio allegatur: quia id fit, non approbando legem ciuilem iam antea *per d. c. cum haberet.* correctam, ſed arguendo ex legis correctæ ratione, quomodo ll. abrogatas allegare licet: *gl. c. nouit. 13. verb. quicunq;. ext. de iudic. Iaſ. in §. in perſonam. num. 20. Inſtit. de action.* vt ſic oſtendatur, quanto odio tam eges diuinæ quàm humanæ filios adulterinos & inceſtuoſos proſequantur. *Bero. in c. in præſentia. 8. num. 214. ext. de probat. & forſitan. hoc idem voluit Io. Ign. qui intricatè loquitur in l. neceſſarios. §. non alias. part. 2. num.*
5 *147. ff. ad SC. Sillanian.* Multò † minus hanc theſin euertit Gabr. Palæot. *de noth. & ſpur. cap. 46. num. 4.* qui putat ex filijs iſtis decem, quorum fit mentio *in d. c. cum haberet.* nullum natum fuiſſe, prima patris vxore viuente: & deinde ſecundum matrimonium potuiſſe conſiſtere: quod vtrumque quia Palæot. probare non poteſt, ideo conſequens, quod hinc elicere cupit, per ſe corruit, *vt pluribus oſtendit Cordub. de Lar. in d. l. ſi*
*quis*

6 *quis à liberis. §. idem reſcript. num. 12. & ſeqq.* Pariter † non audiendum puto Cuiac. qui *in conſultat. 2.* iſtud c. cum haberet. reſtringere conatur, quaſi ſtatus liberorum, ex matrimonio putatiuo ſuſceptorum, propter diuturnitatem temporis, quo matrimonium ſtetit, & propter numerum liberorum, confirmetur; & propterea credit, malè ſpuriorum omnium ſtatum exemplo iſtius cap. cum haberet. confirmari. Quia enim certum eſt, ſtatum hominis & alimenta, plurimum inuicem differre: ſiquidem etiam ij, qui nullum ſtatum iuris ciuilis habent, vt ſerui & in metallum damnati, alimentorum ſunt capaces: *l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript* nequaquam confundi debent. Cum itaq; in fine d c. cum haberet agatur, non de ſtatu liberorum, ſed de eorundem alimentis. & econtra in l. qui in prouincia. 57. §. 1. ff. de rit. nupt. agatur, non de alimentis liberorum, ſed de eorundem ſtatu: cuilibet apparet, iſtos duos textus inuicem nihil habere commune, neque deciſiones vtrobique propoſitas, commode conferri poſſe. Deinde in d. §. 1. mulier ab auia ſua in matrimonium fuit collocata, & ita habuit bonam fidem: præterea ibi matrimonium fuit ante quadraginta annos contractum: quæ omnia in d. c. cum haberet. non habentur. Denique tantum abeſt, vt in c. cum haberet. prolis multiplicitas, vel diuturnitas temporis peccatum ſubleuet, vt etiam plurimum aggrauet. *Panorm. ibi. num. 4.* proindeque nequaquam dici poteſt, Pontificem conſideratione iſtius temporis vel numeri liberorum, ad alimenta liberis concedenda inductum fuiſſe: ſiquidem hanc interpretationem ipſa verba textus reſpuunt. Neque quicquam opitulatur Cuiacio id, quod de incapacitate filiorum ſacerdotis ſcribit Accurſius *in §. vlt. verb. participium. in Auth. quibus mod. natural. effic. ſui.* Nam id facit ex mente iuris ciuilis, prout textus ibi allegati indicant: quo iure, an ex damnato coitu liberis procreatis alimenta denegentur, extra omnem eſt controuerſiam. Retenta † igi-
7 tur illa theſi: quod ali debeant, non tantum naturales ex concubina ſuſcepti: *Bart. in tract. de aliment. num. 17. Thomas Grammat. conſil. ciuil. 33. incip. In cauſſa Dominæ Ioannæ. num. 1. Aſcan.*

*Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 11. num. 6. & alij quam plures, per auth. licet. C. de natur. lib.* ſed etiam æquitate Canonica, ex damnato coitu procreati: *Bartol. in tract. de differ. iur. Can. & ciuil. num. 60. & in eod. tract. Hier. de Zanet. differ. 60. Angel. conſil. 402. incip. Petrus Paulus. nu. 9. Panorm. in d. c. cum haberet. num. 5. Ant. de Butr. c. tanta. 6. num. 12. ext. qui fil. ſint legit. Berengar. Fernand. in l. in quartam. cap. 1. num. 50. ff. ad l. Falcid. Anchar. Bonon. conſ. 401. incip. Stipoſitus nu. 3. Franc. Marc. deciſ. 458. part. 2. Corraſ. l. qui liberos. nu. 103. ff. de rit. nupt. Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 1. part. 3. nu. 53. ff. de ll. Paul. Grilland de pœn. omniſar. coit. queſt. 2. num. 13. & 14. Hieron. Gabriel. conſil. 140. incip. Gentilis. nu. 23. volu. 1. Hippol. Bonacoſſ. de æquitat. Canonic. concluſ. 2. in pr. Pontan. de aliment. cap. 2. nu. 8. Anton. Gabriel. Roma. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 5.* ita quidem vt & ex inceſtu procreati, à parentibus iſtis nefarijs alend ſiint: *Mar. Ant. Peregrin. lib. 3. de iure fiſc. cap. 18. num. 57. Hartman. Hartmanni ab Epping. in practic. obſeru. tit. 36. obſ. 3. circa med. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 46. & ſeqq.* item filij à clerico procreati, ab iſto patre, etiam adhuc in ſacris conſtituto, de reditibus Eccleſiaſticis, ali debent. *c. omnino. 11. & ibi gl. verb. de mercede. diſtinct. 31. Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 23. num. 13. ext. de donat. inter vir. & vxor. Panorm. in c. 1. num. 4. de cohabit. cleric. & mul. Io. de Roias d. cap. 21. num. 65. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 26. ff. de lib. agnoſc. quam theſin* COMMVNEM *eſſe teſtantur Phil. Decian. in c. in præſentia. 8. num. 39. ext. de probat. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 10. num. 14. extr. de donat. inter vir. & vxor. Lud. de Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 15. num.*
8 *42.* retenta, inquam, iſta theſi, pro prima † ampliatione ſciendum eſt, quod non ſolum in terris Pontifici Roman. ſubiectis, ſed etiam in terris Imperij atq; ita in foro ſeculari, inceſtuoſos vel adulterinos liberos pater alere, *ex diſpoſitione d. c. cũ haberet* obſtringatur: *Ioan. Iac. à Canib. in tract. de execut. vlt. vol. partic. 2. §. conſentaneum. num. 57. Iaſ. conſil. 26. incip. omiſſis. num. 13. vol. 1. Phil. Dec. c. Eccleſia S. Mariæ. 10 nu. 30. ext. de conſtit. & conſil. 311. incip. In caſu propoſito. nu. 3. conſil. 611. incip. Magnificus*

*Pan-*

*Pandulphus. num. 5. Claud. de Seiſell. in l. 1. num. 11. ff. ſolut. matrim. Ruin. conſil. 98. incip. Viſis dubijs nouiſſimè factis. num. 4. vol. 3. Capyc. deciſ. 164. nu. 2. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 19. Car. Molin. in addit. ad Alex. conſil. 74. incip. Circa primum dubium. lit. C. vol. 3. Anton. de Padill. in authent. res quæ. nu. 65. C. commun. de legat. Hartman. Hartmanni ab Epping. tit. 36. obſer. 3. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. cap. 18. num. 55. Pontan. de aliment. cap. 2. num. 12. Menoch. conſil. 60. incip. Longo ſtudio. num. 6. latè Fortun. Garſ. de vlt. fin. iur. num. 109. & ſeqq. quam ſententiam in iudicijs obſeruari teſtatur Angel. Aret. in §. 1. num. 9. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. & in tract. de teſtament. gl. 4. nu. 5. ſed in recent. edition. eſt num. 3. & gl. 69. num. vlt.* & quidem etiam in harum terrarum conſiſtorijs, *vt ſcribit Reinhard. lib. 2. differentiarum iuris ciuilis & Saxon. differ. 50. iuxta editionem Ienenſem, & Ioach. à Beuſt. in tractat. de matrimon. cap. 60. quod ex conſtitut. prouinc. 27. part. 4. ſatis probatur :* & eſt COMMVNIS opinio, *Iaſ. in d. conſil. 26. incip. omiſſis. num. 13. vol. 1. Benintend. deciſ. 22. num. 4. in fin. Ripa l. 1. nu. 66. ſolut. matrimon. & in rubr. ff. de verb. obligat. num. 58. Couarru. in Epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 6. Bapt. à Villalob. in commun. opin. lit. F. nu. 123. Io. Dilect. de art. teſtand. tit. 1. cautel. 14. nu. 13. Duenn. reg. 354. incip. Filius ſpurius de iure Canonico. ampliat. 1. Andr. Gail. lib. 2. practic. obſer. cap. 88. num. 4. Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 6. num. 1. Cordub. de Lara in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 17. ff. de liber. agnoſc. Eman. Soarez. in theſaur. commun. opin. lit. A. num. 166. Brunor. à Sole in quæſtion. legal. quæſt. 25. num. 16. imo MAGIS COMMVNIS vt teſtatur Ruin. conſil. 124. incip. Videtur prima conſideratione. num. 12. vol. 1. Rol. à Vall. conſil. 22. incip. Piſò teſtamento. num. 31. vol. 3. Burſat. conſil. 62. incip. Nullibi video. num. 9. & Anton. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. titul. De Aliment. concluſ. 1. num. 2. atq; etiam fatetur Fern. Vaſq. de ſucceſſion. tom. 1. §. 20. num. 314. quamuis ipſe hanc magis communem opinionem repudiet, cuius rationibus paulo poſt. num. 14. annitur reſpondere.* Huius autem ampliationis rationes quatuor, adducit Gabr. Palæot. *de ſpur. & noth. cap. 47.* quibus nunc addo duas : primò enim ſic arguo, quæ
9 † inducta ſunt in fauorem miſerabilium perſonarum debent

ſeruari in vtroque foro. *Anton. de Butr. c. clerici. 8. num. 12. ext. de iudic. Io. Mar. Riminald. in l. in ius vocare. §. prætor. num. 8. in fin. ff. de in ius voc.* Sed d. c. cum haberet. inductum eſt in fauorem perſonarum miſerabilium. Quid enim homine recens nato, qui præter fletum nihil nouit, miſerabilius excogitari poteſt? *Plinius in natur. hiſtor. lib. 7. in proœm. Io. Garſ. de Expenſ. cap. 3. num. 4. l. legem. 7. verſ. mouente miſericordia. qua indigni non ſunt qui alieno laborant vitio. C. de natural. liber.* Ergo, &c. Dein-
10 de, quia hic agitur de peccato: in quibus † caſibus iuri ciuili Canonicum, etiam in foro ſeculari præualet. *DD. in cap. 1. ext. de noui oper. nunc. c. fin. extr. de præſcript. gl. cap. 2. verb. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. Angel. Aret. §. 1. num. 10. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Phil. Dec. in d. conſil. 611. incip. Magnificus. num. 6.* Occidere autem hominem, quod facit qui alimenta denegat, *per l. necare. 4. ff. de lib. agnoſc.* peccatum grauiſsimum eſſe, omni caret dubio. Non igitur recipienda eſt ſententia eorum qui putant *d. c. cum haberet.* ſolummodo procedere in terris Eccleſiæ, nequaquam verò in terris Imperij: & in his, iuxta iuris ciuilis diſpoſitionem, liberis ex damnato coitu natis alimenta omnino deneganda eſſe. Præterqua enim quod à communi opinione, præſertim rationibus probabilibus ſtabilitâ, temere recedendum non eſt, *latè Neuizan. in ſylu. nupt. lib. 5.* accedit inſuper, quod à contrariæ opinionis fautoribus, nihil eiuſmodi affertur, quo vel rationes iam adductæ labefa-
11 ctentur, vel contraria ſententia confirmetur. Et primo † omnium in foro ciuili *d. auth. ex complexu.* adhuc obſeruandam eſſe, tradit Fr. Aret. *conſil. 48. incip. Reuocatur in dubium.* moueturq; primo *per c. per venerabilem. in fin qui fil. ſint legit.* Cui argumento quia paulo ante num. 4. ex Auguſt. Bero. ſatisfactum eſt, nolo ea nunc repetere: deinde mouetur ratione Ancha-
12 rani *in c. poſſeſſor. nu 28. de reg. iur. in 6.* ſcribentis, ſtatutum † vt parentibus pro libitu ſuos filios ſpurios inſtituere liceat non valere, ob hanc cauſam, quia nutrit peccatum: &c. vnde Aret. infert, quia ideo à iure damnantur tales filij, vt reſtringatur incontinentia & luxuria: igitur lex ciuilis *in auth. ex complexu.* potius eſt reſtrictiua quàm nutritiua peccati. qua ratione et-

ne etiam præcipuè nititur Gregor. Lopez. *in animaduerſ iur. ciuil. cap. 32.* At certe ex hac ratiocinatione, ſequi fateamur neceſſe eſt diſpoſitionem *d. c. cum haberet.* ceu nutritiuam peccati, nequidem in foro Eccleſiaſtico ſalua conſcientia obſeruari poſſe, contra ipſum Aret. deinde longè inter ſe diſtant, filios non inſtituere hæredes & filios non alere: partim ob cauſſam efficientem, quia inſtitutio hæredis eſt iuris ciuilis, educatio ſobolis eſt iuris naturalis: partim ob effectum, quia qui denegat alimenta, necat, quod nuſquam de eo, qui hæredem non inſtituit, legimus: præterea vt concedo, coërcendam eſſe incontinentiam & luxuriam: ita nego, hoc fieri debere cum eorum, qui nihil peccarunt, vitæ diſcrimine: quia pœna ſuos debet perſequi autores, non inſontes. *l. ſancimus. 20. C. de pœn.* nihil autem, (politicè loquendo) peccauit, infans, ex qualicunque etiam coitu, procreatus. *c. naſci. diſtinct.*

13 *56.* Alio † igitur fundamento hanc ſententiam fulcire voluerunt, *Io. Petr. de Ferrar. in pract. Papienſ. in libell. pro hæreditat. ab inteſt. verb. Nulliſq; ſuperſtitibus. num. 17. Imol. in l. Lucius Titius. 123. §. in teſtamento. in fin. ff. de leg. 1. & in l. ex facto. 17. §. ſi quis rogatus. ſub num. 7. ff. ad SC. Trebell. Alexand. conſil. 74. incip. Circa primum dubium. num. 3. vol. 3. Felin. c. Eccleſia S. Mariæ 10. nu. 45. ext. de conſtitut. Bertrand. conſil. 315 incip. Pro faciliori. num. 9. vol. 4. Ruin. conſil. 1[illegible]3. incip. Viſis legitimationibus. num. 17. vol. 3. Natt. conſil. 421. incip. Eſt conſiderandum. num. 4. & 5. Anton. Capyc. deciſ. 164. num. 1.* Nam Io. Petrus de Ferrar. & Imola. allegant gl. in c. 2. verb. lex ciuilis. de arbitr. in 6. cæteri omnes, nullo excepto, auctoritate Imolæ contenti ſunt. At d. gl. primò ait iſtud c. 2. de arbitr. in 6. ſolummodo obtinere in terris Eccleſiæ, non autem in foro ſeculari: deinde remittit lectorem ad not. in c. 2. de reg iur. eod. lib. Quod iam argumentantur, in arbitris obſeruatur ius canonicum in terris Eccleſiæ: & ius ciuile in foro ſeculari: Ergo idem obtinet in alimentis denegandis: Hîc deſidero probationem rationis conſequentiæ. Interim video, illam ipſam gl. *in d. cap. 2. de reg. iur. eod. libr.* expreſsè dicere, in his caſibus, in quibus periculum animæ vertitur, quò ad vtrumque forum, tolli legem per ius

Canoni-

Canonicum : idque aliquot exemplis ibi confirmatur, quæ nolo recenſere. Quia verò alimenta denegans, necat: *d. l. necare. 4. ff. de liber. agnoſc.* & occidere hominem in decalogo, ſeuere à Deo prohibitum, ac propterea, ne anima peccato ſe inquinet, verendum eſt: ideo ſequitur, legem ciuilem iure Canonico, quo ad vtrumque forum, ſublatam eſſe: atq; ita gl. *in cap. 2. de arbitr. in 6.* non tantum non fulcit ſententiam Io. Petri. de Ferrar. & Imolæ, ſed etiam plane diruit. Alijs
14 † denique rationibus, contra communem nouiſsime pugnauit Fern. Vaſquius *in tract. de ſucceſſ. tom. 1. §. 20. num. 313.* ſed fruſtra. Nam quod primo *ex l. proſpexit. 12. ff. qui & à quib. manumiſſ.* in medium affert, etiam legem perquam duram valere: nunquam inde efficiet, quod propterea lex iuri naturæ aut decalogo repugnans, ſit valida: cum enim durities iſta, in d. l. proſpexit. tantummodo aduerſetur iuri ciuili: non rectè, ad ſtabilienda iura legi naturæ & decalogo contraria, extenditur, *quemadmodum vberius dici poſſet ex Domin. Soto lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. artic. 5. Alciat. lib. 4. de verb. ſignif. num. 14. Io. Crot. in l. omnes populi. num. 164. ff. de iuſtit. & iur. & Ioan. Bo-*
15 *logn. ibid. num. 181. & ſeq.* quæ ſciens prætermitto. Quæ † deinde *ex l. vnic. in pr. C. de caduc. toll.* adducit, ea communem ſententiam non euertunt. Quod enim ibi ſancitur, vt lex Papia inuidioſum ſuum vigorem amittat, quilibet intelligit, eius textus rationem, pro communi opinione, contra Vaſquium plurimum facere. Ita enim inde arguo: Leges inuidioſæ vigore carent *d. l. vnic. in pr. & §. vnic. verſ. quodammodo inuidam. Inſtit. de l. Fuſ. Canin. toll. §. erat olim. verſ. hoc quaſi inuidia plenum. Inſtit. de donat.* Sed d. auth. ex complexu. eſt inuidioſa, quia liberis ex damnato coitu natis, alimenta inuidet, id quod etiam Vaſquius procul dubio præſupponit. Ergo d. auth. ex complexu. vigore caret. Dicet aliquis, Vaſquium in inductione d. l. vnic. in pr. non conſideraſſe legem Papiam à Iuſtiniano abrogatam, ſed prout valuit ante Iuſtinianum: huic reſpondeo, neque ſic euerti communem opinionem: quia ſal-
16 tem hoc ſequeretur, quod leges inuidioſæ † valeant, quo vſq; à ſequente vel lege vel conſuetudine abrogentur, quæ abrogatio

gatio iam facta eſt *per d. c. cum haberet*: deinde diſtinguo, aut enim leges ciuiles inuident nobis iuris ciuilis beneficium, & eæ valent: aut iuris naturalis beneficium, & eæ non valent. *§.*
17 *ſed naturalia. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* Præterea † ex d. l.vnic. §. & cum lex. verba, *ſuis machinationibus*, vrgenti, oppono verba, quæ illico ibi ſequuntur, quod lex Papia erubuerit iugum ſuum parentibus & liberis imponere: vnde infero, *iuxta l. inciuile. 24. ff. de ll.* non vnâ particulá, ſed toto contextu inſpecto, Vaſquium non poſſe contra liberos vti d. §. & cum lex. Si enim lex Papia liberis & parentibus adeo pepercit, vt ne quidem iuris ciuilis beneficium ipſis voluerit denegare: multo minus iuris naturalis debitum ipſis abſtuliſſet: & ſic d.
18 §. & cum lex. huc non quadrat. Caſus † *in l. Grachus. 4. C. ad l. Iul. de adulter.* propoſitus, nullam habet conuenientiam cum noſtra quæſtione: quia naſci de adulterio non eſt eius culpa, qui naſcitur, ſed illius qui generat, *vt ſunt verba textus in c. naſci. diſtinct. 56.* atque ita omni ratione caret, infantem inſonté comparare velle cum eo, qui in flagranti delicto adulterij
19 comprehenſus eſt. Quod verò olim lex † impunitatem interfectionis, à patre in filium & à domino in ſeruum patratæ, permiſit: id adeo iniquum & impium ſemper fuit habitum, vt non tantum nunquam vſu fuerit receptum, ſed etiam alijs ſanioribus legibus penitus abolitum. *§. alia. Inſtit. de public. iudic. tot. tit. ff. de l. Pomp. de parricid. l. vnic. C. de his qui parent. vel lib. occid. l. 2 ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. §. ſed maior aſperitas. Inſtit. eod.* Sic neq; quicquam ad rem facit quod ex Vigl. *§. acceſſit. num. 9. Inſtit. de teſtam. ordin.* affert, quia paciſci de viuentis hæreditate, non adeo eſt turpe, quemadmodum hominem innocentem occidere. *l. probrum. 42. ff. de verbor. ſignific.*
20 Quod † denique l. 1. §. initium. verſ. quia moderatam. & ibi gl. verb. ratus ff. de poſtul. adducit, ſi inde effici poſſe putat, omnem legiſlatoris ſanctionem, ſiue illa iuſta ſit, ſiue non, promiſcuè & ſine vllo diſcrimine, verè & reipſa legem eſſe, profectò labitur, *vt patet ex Ariſtot. lib. 5 Ethic. ad Nicomach c. 7. iuxta vulgatam diſtinctionem. ſed iuxta Lambin. diſtinct. habetur. in c. 10.* Et hæc de prima ampliatione dixiſſe ſufficiat.

Am-

Ampliatur theſis principalis ſecundò, vt etiam mortuo
21 † patre, hæredes, ſuis fratribus naturalibus, alimenta præſtare teneantur. *Auth. licet verſ. huiuſmodi enim. C. de natur. lib. l. ſi quis à liberis 5. §. item reſcriptum. ff. de lib. agnoſc. Ruin. conſil. 124. incip Videtur prima conſideratione num. 12. vol. 1. Mattheſil. ſing. 147. Bertrand. conſil. 210. incip. Licet Honoratus. num. 5 part. 2 volu. 1. Crauett. conſil. 522. incip. Magnificus Carolus. num. 2. Paleot. de ſpur. cap 47. num. 8. Mar. Anton. Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 65. Claud de Battand. in tract. de legitim. cap. 3. num. 11. Lud. de Molin. lib 2. de primogen. Hiſpan. cap 15. num. 43. Michael Graſſ. § inſtitutio. num 6 quæ opinio* COMMVNIS *eſt. iuxta Ioan. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21 num. 56. cum ſeqq. Burſat. conſil. 60. incip. Fuit alias. num. 7. Gomez. Leon. in form. 15.* Et ne quis putet, hanc ampliationem ſolummodo referendam eſſe ad eos,
22 qui ex concubina nati ſunt, ideo etiam in ſpecie † porrigunt DD. noſtri ad adulterinos & inceſtuoſos partus *Panorm. in conſ. 115. incip. Videtur primo attingendum. in princ. vol. 2. Anton. Capyc. deciſ. 164. num. 3. Hippol. de Bonacoſſ. in tract. de æquitat. Canonic.*
23 *concl. 2.* Neque † verò ſolummodo hoc procedit in liberis vel deſcendentibus, qui ſui hæredes appellantur: *§. ſui autem. Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Sed etiam in extraneis, atque ita ad quoſcunque hæredes hoc onus alimentorum præſtandorum, defunctus transfert, *text. eſt in d. auth. licet verſ. quilibet alij ſint hæredes. C. de natur. lib. & ibi Bald. num. 3. idem Bald. conſ. 258. incip. Erant tres fratres. in fin. vol. 1. Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſion. part. 1. num. 32. Ioan. de Roias d. cap. 21 num. 56. Rol. à Vall. conſil. 54. incip. Quod promiſſio. num. 65. & 66. vbi multa allegat. vol. 2. Port. conſil. 188 incip. Cum ea ſit. num 8. in fin. Claud. de Battand. de legitim. cap 3. num. 11. quæ ſententia* COMMVNIS *eſt. Tib. Decian. conſil. 30. num 1. vol. 2. imò* COMMVNIOR & VERIOR *teſte Cordub de Lar. l. ſi quis à liberis. 5. §. idem reſcripſit. num. 79. & 80. ff. de lib. agnoſc.* Atque hic ſilentio præterire non
24 poſſum. Baldo † iniuriam fieri a Iac. de Puteo *in conſil. ſuo quod eſt inter Laur. Calcan. conſil. 62. incip. Aggredienti mihi. num. 17.* vbi ſcribit Baldum *in l. id quod pauperibus. 24. non column. 1. vt Iac. de Puteo allegat, ſed column. penult. num. 35. C. de Epiſc. & Cleric.*

in ea

in ea eſſe ſententia, quod tale ius alendi natos ex damna-
to coitu, non tranſeat ad hæredes: ac id quidem arg. l. fin. ff.
de exercit. act. Nam ſi inſpiciamus ipſa verba Baldi, contra-
riæ opinioni eum ſubſcribere manifeſto apparet: hac ſolum-
modo reſtrictione addita, hæredi non licere, ſub prætextu
alimentorum vel omnia defuncti bona, vel eorum maximam
partem in ſpurium conferre: cuius reſtrictionis confirmatio-
ni commodiſsimè aptari poteſt d. l. fin. verſ. quare etſi in ea
cauſſa ff. de exercit. act. & hoc clarius repetit idem Bald. *in l.
quamuis. 14. num. 40. in fin. & 41. C. de fideicommiſſ.* Salic. qui-
dem *in authent. ex complexu. num. 1. in fin. C. de inceſt. nupt.* putat
25 † hæredem ad alimenta præſtanda non obſtrictum eſſe, hac
ratione adductus, quia de facili fieret fraus legi: ſed certè ſi
ratio conſequentiæ in hoc argumento vera eſſet, nullæ leges
valerent: cum noua lege inuenta, noua fraus plerunque in-
ueniatur. *l. contra. 29. & ibi gl. ff. de ll.* & deinde iſte metus frau-
26 dis ceſſat ex d. l. fin. ff. de exercit. act. Multò † minus po-
teſt aut debet nos à communi opinione deterrere Vaſqu. *in
tract. de ſucceſſ. tom. 1. §. 20. num 315.* ſiquidem tantummodo mo-
uetur ijs rationibus, quibus paulo ante *num 14 & ſeqq.* reſpon-
27 dimus. Extenditur porro hæc ſecunda ampliatio, vt † etiam
fiſcus, ſi ad eum patris bona deferantur, filio naturali alimen-
ta debeat præſtare. *Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. in 3. no-
tab. § 24. num. 9. ext de donat. inter vir. & vxor. Anton. Gabriel.
in concluſ. commun. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 13. Hippol.
Bonacoſſ. in tract. commun. opin. verſ. Alere. Gabr. Sarayn. in addi-
tion. ad Matthesil. ſingul. 147. num. 2. Petr. Duen. reg. 354. incip.
Filius ſpurius de iure Canonico. ampliat. 4. Ripa in l. ex facto. §. ex
facto. num. 9. ff. ad SC. Trebell. per d. l. ſi quis à liberis. 5. §. item re-
ſcriptum ff. de lib. agnoſc. & l. quiſquis. 5. C. ad l. Iul Maieſt.* Præ-
28 terea extenditur hæc ampliatio, vt hæredes † ad alimenta
danda ſpurijs adeo obſtringantur, vt ne quidem hoc onere
liberentur, licet pater in teſtamento ſpurios ali prohibuerit,
*ita tenet Dynus conſil. 9. incip. Quæſtio talis eſt: quidam nomine Can-*
29 *dutius, &c. num. 2.* per hanc rationem, quia quod † à lege datur,
non poteſt auferri per hominem: Sed alimenta debentur ex

lege

lege naturæ, cui leges ciuiles ſubſcribunt. Ergo, &c. Minor manifeſta eſt *ex l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. & d. c. cum haberet.* Maiorem probat *ex Auth. de nupt. §. ſi verò ſoluebat. & quia in meo exemplari iſtum § non poſſum inuenire, credo eum voluiſſe allegare §. ſed hæc quidem de ijs. quod ſecundum recentiſſ. edition. habetur in Nouell. 22. cap. 33. vbi dicitur: quod ex lege datum eſt lucrum, priuatus auferre modis omnibus non valet. Dynum ſequitur Bald. in d. l. id quod pauperibus. 24. num. 38. C. de Epiſc. & Cleric. vbi tamen corruptè allegat conſil. 13. Iaſ. conſil. 26. incip. omiſſis. num. 13. vol. 1. allegat Dynum in conſil. 17. cum in meo exemplari ſit nonum: idq; vt ſingulare verbum & forte paucis notum, commendat Hippol. de Marſil ſingul. 358. num. 5. quem locum forſitan voluit allegare Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. 5. num. 36. in fin pro quo corrupte adduxit ſing. 388. vbi ad rem alimentariam pertinens nihil inuenio. Crauett. conſil. 219. incip. Licet datum num. 7. & conſil. 846. incip. Quæſtio gemina. num 2. Couarr. in Epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. in fin. Cotta in memoral. verb. ſpurijs. Iac. Phil. Port. conſil. 188. incip. Cum ea ſit naturalis. num. 7. Rol. à Vall. conſil. 54. incip. Quod promiſſio. num. 68. & 69. vol. 2. Tib. Decian. conſil. 42. num. 34. vol. 2. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 82. ff. de lib. agnoſc. Anton. Gabriel. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 10. & 11. Io. de Roias in Epitom. omn ſucceſſ. cap. 21. num. 50. & 51.* vbi præter autoritates adductas vtitur hac ratione, quia talis prohibitio eſt contra naturalem æquitatem & paternam pietatem: quæ cum Dyni ratione coincidit. niſi velimus dicere, Dynum à minore ad maius voluiſſe argumentari: quod ſi ex ciuili aliqua ſanctione lucrum debitum, nobis per teſtamentum auferri non poteſt, multo minus auferri poterit ex iure naturali debitum. Sed prius eſt verum: Ergo & poſterius. Poteſt denique idem confirmari *ex l. filiusfamil. 114. §. Diui. verſ. ſed hæc neq; creditoribus neq; fiſco fraudi eſſe. ff. de legat. 1. Marc. Anton. Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 67.* Denique extenditur hæc ſecunda
30 ampliatio, vt † nec hæredes nec alij, vigore diſpoſitionis paternæ aliquod onus propter illa alimenta à ſpurio exigere poſsint. Nam ſi pater naturalis grauet filium ſuum ſpurium,

putà,

putá, vt habitet cum teſtatoris filijs naturalibus & legitimis ijsúe inſeruiat: ſi iam ille ſpurius nolit cum ſuis fratribus habitare, aut ijs inſeruire: nihilominus hæredes ipſi alimenta dare debebunt. *Dyn. d. conſil. 9. per tres bonas rationes, quas deſcripſit Rol. à Vall. d. conſil. 54. num. 70. & 71. vol. 2. & plures auctoritates allegat Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15.*
31 *num. 11.* Neque impedit quod filius † ſpurius grauari poteſt, vt fundum vel aliam rem ex qua alimenta percepit, poſt mortem ſuam alij reſtituat: *quod Io. Garſ. in tract. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 54. in medium profert*, quia primò illa reſtitutio collata eſt in tempus, quo iam alimenta deſinunt, & ita non poteſt dici, alimenta fuiſſe grauata, cum prius deſierint, & non entis, nullæ ſint qualitates. *l. eius qui. ff. ſi cert. pet.* deinde diſtinguenda ſunt alimenta, à fundo vel prædio, ex quo ea percipiuntur. *arg. l. ſolent. 3. ff. de aliment. vel cibar. leg. & l. ali-*
32 *mentorum. 11. ff. de aſſign. libert.* A † viuo autem ſpurio, nullo modo relinqui poteſt fideicommiſſum: Aut enim legatum ſufficit tantum ad alimenta, & tum fideicommiſſum non valet, quia aliàs ipſi auferrentur alimenta, quod fieri non poteſt, per ea quæ iam dicta ſunt: aut legatum excedit alimenta, & tum quia ſpurius ipſe per ſe iſtius exceſſus capax non eſt, vt paulo poſt dicetur, ideo vt alijs reſtituat, fideicommiſſo grauari non poteſt. *per gl. in l. Lucius Titius. 88. §. Scæuola codicillis. verb. petere poſſe. ff. de legat. 2. Pet. de Rauenn. ſingul. 680.*

33 Tertiò † ampliatur principale huius capitis thema, vt etiam liberis adulterinis & inceſtuoſis, à patre ſuo alimenta legari poſſint. Etſi enim eiuſmodi liberos tanto odio ius ciuile proſequitur, vt nec ipſis quicquam legare patri concedat: *§. vlt. in Authent. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 7 gl. §. legari. verb. teſtamenti factio. Inſtit. de legat. Bartol. in conſil. 119. incip. Dominus Dominicus. vol. 1.* tamen quia æquitas illa Canonica etiam hoc caſu locum habet, ideo *ex d. c. cum haberet.* legati alimentorum cauſſa à patre dati, filij adulterini & inceſtuoſi ſunt capaces. *Bart. in l. ſi gener. 25. nu. 7. ff. de his quib. vt indign. Bertrand. conſil. 67. incip. Quilibet eſt moderator. part. 2. vol. 3. quod conſil. à verbo ad verbum repetitur in conſil. 62. vol. 6. eandemq́ ſen-*

*ſententiam tenent Lud. Roman. conſil. 43. incip. Ad primum quæſitum. num. vlt. in fi. Curt. ſen. conſil. 13. incip. Statuto Ianuæ. num. 16. Phil. Deci. conſil. 311. incip. In caſu. num. 3. & conſil. 576. incip. pro reſolutione. num. 2. & conſil. 611 incip. Magnificus. num. 4. Mar. Socin. conſil. 130. incip. Diligenter conſiderata. num 3. & 4. vol. 2. Caccialup. in l frater à fratre. nu. 86. ff. de condict. indeb. Franc. Marc. deciſ. 89. part. 1. & deciſ 551. part. 2. Tiber. Decian. conſil. 19. num. 68. vol. 1. conſ. 42. nu 32. vol 2. quæ opinio* COMMVNIS *eſt teſte Laur. Kirchou in commun. opin. lit. F. §. Filio ſpurio. Villalob. in commun. opin. lit. S. num. 96. verſ. Spurij ex teſtamento. Schneidvv. d. §. legari. num. 6. Inſtit. de legat. &* MAGIS COMMVNIS, *Ant. Gabriel. Roman. in commun. concl lib. 6. tit. de aliment. concl. 1. num. 8. in fin.* ita vt hæc diſpoſitio etiam in foro ciuili valeat *ſecundum* MAGIS COMMVNEM *opinionem, Alciat. conſil. 210 incip. Legatum factum. num. 8. lib 9. Franc. Mantic. de coniectur vltim. volunt. lib. 8. tit. 5 num. 13.* Et hæc ampliatio extenditur primo,
34 vt aliquem † fundum, filio adulterino pater legare poſsit. *Caſtr. conſil. 5 incip. Quicquid dicatur. num. 5. vol. 1. Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. num. 92. C. ad SC. orfic. Cœpol. caut. 38. incip. Nunc videamus cautelas. verſ. nona cautela eſt, quod de iure Canonico, &c. Io. Dilect. de art. teſtand. tit. 1. caut. 14. num. 13. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ cap. 21. num. 3. & 4. Ranchin. deciſ. 231. part. 2.*
35 Secundò extenditur hæc tertia ampliatio, vt † etiam eiuſmodi legatum, ſpurio pauperi & alimentorum indigenti factum, valeat, licet teſtator non addiderit, ſe in alimenta relinquere. *Caſtr. conſil. 5. incip. Quicquid dicatur. num. 6. vol. 1. Caccialup. in conſil. ſuo quod eſt inter Cornei conſil. 217. incip. Quiriacus de Ancona. ſub num. 1. verſ. poſſet replicari. vol. 3. Ruin. conſil. 124. incip. Videtur. num. 8. vol. 1. Crauett. conſil. 219. incip. Licet datum. num. 8. conſil 846. incip. Quæſtio gemina. num 2. conſil. 917. incip. Diuino ſubſidio ex corde poſtulato: Dn. Ludouicus Boſſius. &c. num. 3. Pet. de Benintend. deciſ. 22. incip. Teſtator legauit. num. 3. & 15. Menoch. conſil. 167. incip. Conſultationis huius. num. 11. Cordub. de Lar. in l ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 68. ff. de lib. agnoſc.* Quæ ſententia probatur, per allegatos DD. primò cum pater ſit debitor alimentorum neceſſarius: *d. cap. cum haberet.* in

dubio

36 dubio † videtur donaſſe pro alimentis debitis,& animo compenſandi pro eis, prout iuris eſt, quando debitor neceſſarius legat creditori. *l. huiuſmodi. 84. §. ſi cum pater. ff. de leg. 1.* Dein-
37 de quia legata † interpretantur ex conditione legatarij : *text. in l. cum hi. 8. §. ſi in annos ff. de tranſact. l. plenum. 12. §. equitij. verſ. ſed ſi teſtator ſciens. ff. de vſu & habitat.* non tantum quando teſtamento addita eſt clauſula, Omni meliore modo & via, &c. *Iac. de Put. in conſil. ſuo quod eſt inter Laur. Calcanei conſil. 62. incip: Aggredienti mihi. num. 11.* ſed etiam quando ea abeſt, partim quod eam clauſulam in iuribus iam adductis, nuſquam re-
38 quiri videamus, partim † quod d. clauſula, etiam teſtamento non inſerta, ſubintelligatur, *vt eſt* COMMVNIS *opinio, teſte Curt. iun. conſil. 114. incip. Non poſſum non mirari. num. 9. & conſil. ſequ. num. 7. Quintil. Mandos. in addit. ad Lapi allegat. 29. ſub lit. N.*
39 Ex quibus † promptum erit reſpondere Calcaneo *in conſil. 59. incip. Requitus iſtis diebus. nu. 9.* & Chaſſaneo *conſil. 39. incip. Factum eſt tale: Nobilis quondam vir Dn. Cyprianus. num. 53.* qui iiſdem plane verbis aſſerunt, legatum ſpurio à patre datum, non præſumi in alimenta factum, niſi id exprimatur: mouenturq́; hac ratione, quia in neceſsitate nemo liberalis exiſtit *l. rem legatam. 18. in fin. ff. de adimend. legat.* Sed hæc ratio, priorem illam ſententiam veriorem eſſe potius oſtendit, quàm vt huic contrariæ opituletur. Nam cum ibi IC. oſtendat, id quod vel lege vel obligatione vel alia neceſsitate cogente datur, donationis vel munificentiæ nomen non mereri: *quod etiam probat l. donari. 83. ff. de reg. iur. & Ariſtot. lib. 2. Rhetoric. cap. 22.* & pater naturalis obſtrictus ſit, vt filio ſuo ſpurio de alimentis proſpiciat: *d. c. cum haberet.* non inde conſequitur, *quod volunt Calcan. & Chaſſan.* iſtud legatum omnino non valere, ſed potius iſti obligationi, ex iure naturæ & ex d. c. cum haberet. deſcendenti, quàm liberalitati ac munificentiæ imputari debere: *quemadmodum hæc ita explicat Nic. Euerhard. in conſil. 17. incip. Caſus eſt talis, Dn. Ioannes. num. 2. & ſeqq. vbi de* COMMVNI *teſtatur, & Calcaneum ac Chaſſaneum hac in parte erroris arguit Crauett. conſ.*
40 *917. nu. 3.* Reſtringitur verò hæc tertia ampliatio, vt † vera ſit in legato ſummam, quæ ad alimenta veriſimiliter requiritur,

non excedente. Nam ſi aliquid immoderatum legetur, res non carebit fraudis ſuſpicione, & propterea nihil vltra alimenta debetur. *Laur. Calcan. d. conſil. 59. incip. Requiſitus. nu. 10. Pontan. de aliment. cap. 2. num. 10.* Quam ob cauſam, quamuis
41 † dicendum videatur, totum legatum inutile & inualidum eſſe, tum quod contra ll. ſit factum: *l. non dubium. 5. C. de ll.* tum quod fiſco, tanquam fraudis vindici, eiuſmodi legata debeantur: *l. etiam. 3. & ibi gl. verb. aufertur. C. ad l. Falc. l. Imperator. 12. § vlt. & ibi gl. verb. quoniam tacite. ff. de fideicommiſſ. libertat.* tamen verius eſt, iſtud ſuperfluum ſolummodo reſecari, relicto eo, quod ſpurio vel adulterino ad alimenta ſufficiat. *Bald. in l. eam quam. 14. num. 41. C. de fideicommiſſ. per l. fin. ff. de exerc. act. quem ſequitur etiam Ambr. de Opizon. in l. filiusfamil. § diui. num. 142. ff. de legat. 1. Barthol. Socin. conſ. 2. incip. Quoniam pleniſſime. num. 5. vol. 4. Bertrand. conſ. 335. incip. Ponitur in facto, quod cum nobilis quondam vir Langerius, &c. nu. 6. vol. 4. Ambroſ. de Aduocat. in conſ. ſuo quod eſt inter Laur. Calcanei. conſil. 60. incip. Indubitata eſt & vera. nu. 3. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæſt. 94. nu. 2. Anton. Gabr. Roman. in commun. opin. lib. 6. tit. de aliment. concl. 1. nu. 19. Angel. in tract. de teſtament. gl. 69. nu. 4. ſed iuxta recent. edit. eſt in nu. 2. vbi præter Baldum in d. l. eam quam. 14. num. 41. allegat l. 1. C. de natur. lib. quæ, meo iudicio, aut nihil aut parum ad hoc inſtitutum pertinet, & melius probat l. 2. in fin. C. eod. tit. quem text. forſitan voluit Angel. allegare, & ego adduco pro ſecundo fundamento.* Tertio probatur hæc ſententia commodiſsime *per l. quod adipiſcendæ. 40. cum l. ſeq. ff. de donat. inter vir. & vxor. quam ad hoc propoſitum inducit Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 182. nu. 33.* Quartò probatur *ex l. ſi is qui ex bonis. 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* vbi
42 ſubſtitutio † pupillaris de ſpurio facta, non intercidit tota, ſed quatenus vltra modum legis, ex bonis patris filius caperet. *Alciat. lib. 4. parerg. cap. 5.* Quintò probatur per *l. ſiue generalis. 61. in pr. verſ. quærendum tamen eſt. ff. de iur. dot.* Denique quia
43 † id, quo ſpurius ad alimenta opus habet, ſeparari poteſt à ſuperfluo, merito procedit c. vtile, 37. per ea quæ ibi tradit Dyn. num. 7. de reg. iur. in 6. *Crauett. conſil. 850. incip. Quoniam à titulorum firmitate. num. 9. & ſecundum hanc ſententiam iudicatum*

*fuiſſe,*

*fuiſſe, refert Pontan. de aliment. cap. 16. num. 2. in fin. licet moribus Gallorum relictum ſpurio ſine diſtinctione valere putet, etiamſi vltra alimenta eſſet, Petr. Coſtal. l. cum legitimæ. 19. ff. de ſtat. hom.* Ex quibus rationibus reſponderi etiam poteſt ijs, quæ *ex d. l. non dubium. 5. C. de ll.* paulo ante dicta ſunt: cum enim non totum legatum à ll. ſit prohibitum, & quod lege permittente fit, pœnam non mereatur: *l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult.* ideo rectè ſolummodo illud intercidit, quod contra ll. eſt datum, non verò id quod per leges relinqui potuit. Quemadmodum autem hinc intelligere poſſumus, cur fiſcus, eam partem legati, quam filius inceſtuoſus in alimenta neceſſariò deſiderat, ſibi
44 vendicandi ius non habet: ita † viciſsim inde colligere poſſe videmur, partem ſuperfluam fiſco omnino deberi. *l. Papinianus, 8. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam.* Sed tollendæ huius dubitationis gratia, obſeruandum eſt diſcrimen, inter incapaces &
45 indignos. hi † enim ſunt illi, quib. ſi ipſorum ſtatum & conditionem ſpectemus, legari quidem poteſt, ſed propter aliquod delictum, legatum aufertur per fiſcum fraudis vindicem: *vt patet ex l. ex facto. 43. §. Iulius Longinus. ff. de vul. & pupill. ſubſtit. ac tot. tit. ff. & C. de his quib. vt indign.* ſed incapaces ſunt illi, quibus capiendi ius non eſt, ideoq; his relicta, ſtatim ab initio inutilia ſunt, atque pro non ſcriptis habentur & propterea remanent apud hæredem, *Cuiac. lib 7. obſeru. c. 31.* ſine onere. *Bart. in l. fin. num. 11. ff. de his quib. vt indign. Alberic. de Roſat. l. poſt mortem 24. num. 10. C. de fideicommiſſ.* Quod autem filij adulterini non ſint indigni, ſed penitus incapaces legati alimenta excedentis, id benè probat *l. 1. in princ. verſ. ita vt quicquid talibus liberis. C. de natural. liber. Bart. in l. 1. num. 3. & 4. C. de delator. lib. XI. Steph. Ranchin. concl. 39. incip. Quando bo-*
46 *na. part. 5.* Vnde † inferunt Dd. noſtri, exceſſum legati, filio ſpurio dati, non ad fiſcum, ſed ad teſtatoris hæredes, vel teſtamento inſtitutos, vel ab inteſtato venientes, deuolui. *Bart. d. l. fin num. 8. ff. de his quib. vt indign. quem ſequitur Rolandin. Paſſager. in tractat. de teſtament. rubr. 19. num. 8. Bald. l. hæreditas. 4. num. 3. C. eod. Phil. Dec. conſil. 311. incip. In caſu propoſito. num. 3. & omnino Iac. de Put. in conſil. ſuo quod eſt inter Laur. Calcan. conſil.*

*62. incip. Aggredienti mihi. num. 17. Bero conſil. 175. incip. Rem ar-duam. num 39. & 40. vol. 2. & eſt* COMMVNIS *opinio. teſte Alexand. conſil. 74. incip. Circa primum dubium. num 6. vol. 3. Bertrand. conſil. 335. incip. Ponitur in facto. in fin. vol. 4 vbi multa allegat, quæ nolo deſcribere. Bero. d. conſil. 175. nu 39. &* MAGIS COMMVNIS. *Alex. d. l. hæreditas. 4. nu. 3. in fin. C. de his quib. vt indign.* Huic conuenit illa ratio quod ſpurius ſine ſuo delicto eſt incapax, vnde ſuperfluum potius ad hæredes defuncti, quam ad fiſcum deuoluitur, *per allegata à Iaſ. in l. ſi is qui. 6. num. 9. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Et ſanè natis ex damnato coitu, vl-
47 tra alimenta adeo nihil relinqui poteſt, vt † ne quidem hoc fieri poſsit tanquam extraneis, ſecundum COMMVNEM opinionem. *teſte Fr. Marzar. conſil. 84. incip. In hac cauſa triplex. num. 3.* imò quod plus eſt, licet hæredes conſenſum accommodauerint: quia priuatorum pactionibus ius publicum immutari non poteſt. *l. ius publicum. 39. ff. de pact.* deinde quia ſtatu-
48 tum † quo cauetur vt filius adulterinus ſuccedat, non valet, vt eſt MAGIS COMMVNIS opinio: *Alex. in conſil. 129. incip. Videretur prima conſideratione. num. 15. vol. 6.* neque valet ſta-
49 tutum, † permittens patri poteſtatem legandi ſpurio pro libitu, ex COMMVNI opinione: *Ruin. conſil. 179. incip. De validitate. num. 7. vol. 1. Thom. Ferrat. caut. 41. num. 1.* vt non immerito quis dubitet, de conſuetudine Galliæ, quam curia Pariſienſis iudicando approbat, *vt dicit Petr. Coſtal. in d. l. cum legitima 19 ff. de ſtat. homin.* Ergo multo minus hoc fieri poterit per pactum. *Nic. Euerhard. in Topic. loc. 120. num. 10.* & quod adhuc
50 magis eſt, licet hæredes † iſtum conſenſum iureiurando confirmauerint, non tamen quicquam, iſti adulterino teſtatoris filio, vltra alimenta debebitur. *Alex. d. conſil. 129. incip. Videretur prima conſideratione. num. 16. & ſeqq. vol. 6. Fr. Marzar. d. conſil. 84. num 7. & 8. Ruin. d. conſil. 179. incip. De validitate. num. 6. & ſeqq. vol. 1. & conſil. 69. incip. Diligenti. num 10. vol. 3.* qui præcipue hac vtuntur ratione, quod eiuſmodi ſucceſsio ſit contra ius diuinum, & propterea iuramento confirmari nequeat, ne ſit iniquitatis vinculum: itaq; reſiduum, hæredi propter fidem contra legum prohibitiones accommodatam,
fiſcus

fiſcus forte eripiet, *per ea quæ habet Bart. in d. l. fin. num. 8. ff. de his quib. vt indign. & in conſil. 119. incip. Dominus Dominicus. num. 3. vol. 1.* Et hinc colligitur denique † alimenta, ſpurio titulo
51 inſtitutionis, relinqui non poſſe, alio cohærede non dato: quod ita accipi velim: non quaſi de alimentis dubitem, quæ ſine dubio debentur, ſi non ex teſtamento, at ſaltem ab inteſtato, ex lege naturæ, *vt in 2. ampliat. huius cap iam eſt dictum:* ſed quod ex eiuſmodi inſtitutione neutiquam conualeſcat teſtamentum, vt aliâs fieri ſolet. Nam ſi Titius teſtamentum faciens inſtituat Sempronium in vnico tantum agro, cohærede nullo dato, quamuis Sempronius fiat omnium rerum hæres: *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hered. inſtit. gl. vlt. l. quoties. 13. C. eod.* id tamen in filio ſpurio, quo ad alimenta inſtituto, propter ipſius incapacitatem non procedit. *Ruin. conſil. 98. incip. Viſis dubijs nouiſſime factis. num. 4. vol 3.* Hæc autem tertiæ ampliationis reſtrictio vt vltra alimentorum neceſsitatem liberis adulterinis pater nihil legare poſsit, procedit etiam in alijs vltimarum voluntatum ſpeciebus, vt eſt diuiſio bonorum à patre ipſo facta *l. inter. 26. C. famil. herciſc.* In qua cum æquè ac in legato eadem ſit ratio, mirum nemini videri debet, quod idem quoque ius vſurpetur *l. illud 32. ff. ad l Aquil.* Vnde collegium Facultatis Iuridicæ in Academia Ienenſi, vt in aduerſarijs præceptoris ac ſoceri mei piæ memoriæ D. Matth. VVeſenbecij inuenio, Anno 1569. menſe Februario ita de iure reſpondit: Hat T. F. ein Pfarherr mit ſeinem ehelichen Weibe/ etliche Kinder/ vnd hernacher do er wegen jhrer vntrew von jhr gelauffen/ mit einer vnechtigen Frawen bey euch drey Kinder/ deren noch eins am leben/ auch Güter vnd barſchafft erzeuget/ vnd nach dem ſolches rüchtig worden/ mit dem vnechtigen Weibe vnd Kindern ſeine Güter getheilet/ Alſo das er 300. fl. beneben den Kornſchulden zu ſich genommen/ vnd 400. fl. ſampt Hauß/ Hoff/ vnd anderer fahrnus/ der vnechtigen vnd jhren Kindern gelaſſen/ ſich zu ſeinem Eheweibe funden/ mit jhr vnd ferner nach abſterbē der vnechtigen mit der Obrigkeit vnd Kirchen ſich verſünet/ ſo iſt beſchehne theilung vnd vbergabe ſo weit krefftig/ das daruon dem vnechtigen Kinde/ gebürliche vnterhaltung gebüret/ Das vbrige

aber folget nach abſterben erwentes F. ſampt andern ſeinen verlaßnus / daran das vnechtige vber ſeine vnterhaltung nichts zu fordern hat / den ehelichen Kindern vnd Eheweibe alleine billich / von Rechts wegen. Poſtea reſtringenda † eſt hæc tertia ampliatio, vt ne quidem ex eo, quod forte fortuna iſti fundo accreuit, fructus poſsit colligere, ſi ij modum alimentorum exſuperent: verbi cauſſa, teſtator legauit ſuo filio adulterino fundum Tuſculanum, cuius reditus ad alendum eum ſufficiebant: poſtea accidit vt ingens facta fuerit acceſsio per alluuionem, ita vt reditus nunc longè ſint ampliores: certè non plus inde percipere ipſi fas eſt, quàm alendo ei neceſſariò requiritur: nam ſi ius non vult teſtatori concedere, vt filio plus leget quã in alimenta opus habet: multo minus ipſum ius vlterius quicquam deferet. *auth. multò magis. C. de Epiſc. & Cleric. c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. quæ aliquo modo declarari poterunt ex ijs quæ tradit Bapt. Aym. lib. 2. de Alluuion. cap. 15. & ſeq.* Denique hæc tertia ampliatio ita reſtringenda eſt, vt legatum alimentorum

53 † cauſſa à patre factum, valeat quidem, attamen ſolummodo quo ad reditus non verò quo ad proprietatem: vnde nec fundum ad ſuos hæredes iſte ſpurius & legatarius diem obiens tranſmittet: cum enim *d. c. cum haberet.* ſolummodo velit, vt ſpurio proſpiciatur de neceſſarijs: hæc autem alimentorum neceſsitas poſt mortem ceſſet: igitur iſta æquitas iuris Canonici vltra vitam ſpurij extendi non poteſt. *Anton. Gomez. in l. 9. & ſeqq. Taur. num. 42. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 73. ff. de liber. agnoſc.* Hinc fit vt ſpurius

54 † aut cauere debeat, ſe fundum ſibi in alimenta legatum reſtituturum illis, ad quos peruenturus eſt poſt eius mortem: *arg. l. in omnibus. 41. ff. de iudic. Bald. conſil. 175. incip. Caſus ſuper quo conſilium. vol. 3. Cordub. de Lar. d. §. idem reſcripſit. num. 72.* aut ſi cauere non poteſt, ex pecunia legata emendus fundus, aut ea ad honeſtum lucrum eſt danda, aut ponenda apud ſequeſtrum, vt cautum ſit hæredi. *Crauett. conſil. 219. incip. Licet datum nepoti. num 8.* id quod non tantum in hac tertia ampliatione, ſed & paſsim in toto hoc tractatu imprimis obſeruandum arbitror.

Quar-

55 Quartò ampliatur principale thema vt etiam ſpurio † excommunicato debeantur alimenta, licet duplex hic concurrat impedimentum, *ita expreſſè tenet Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 31. cuius allegata etſi omnia ad rem directo non faciant, vt præcipuè Iaſ. in §. fuerat. num. 114. Inſt. de act. & Palat. Rub. in repet. rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 21. num 4. qui ambo loquuntur de filio orthodoxo alendo à patre Iudæo vel hæretico, per l. cognouimus. 11. C. de hæret. & iſte caſus à noſtra hac ampliatione immane diſtet, ac d. l. cognouimus. 11. huc nihil faciat, vt patebit ex ijs, quæ dixi cap. præcedent. num. 74. tamen gl. in c. quieſcamus. 2. verb. poſtulat. diſtinct. 42. & Panorm. in cap. ſi quis. 1. num. 2. extr. de hæret. hanc ampliationem ſatis probant, quibus addi poteſt ſacrarum literarum, in cap. præcedent. num. 72. adductarum, auctoritas.* Quod ſi quis excipiat, hanc ampliationem à caſu in iſtis allegationibus expreſſo plurimum differre: propterea quod ibi agatur de eo, qui tantum eſt hæreticus, hic vero de eo in quo & hæreſis & inſuper coitus damnatus ſimul concurrunt, atque ita licet neque propter ſolam hæreſin neque propter ſolam natiuitatem legibus damnatam, alimenta non ſint deneganga videri tamen vtriuſque vitij concurrentiam aliud ſuadere, per vulgatum illud, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, *gl. l. 2. verb. legitimis. ff. de excuſat. tut. gl. vlt. in cap. cum cauſſam. 13. extr. de probat.* huic reſpondeo, primò Paulum in locis ſ. cap. præced. num. 74. allegatis, non loqui de certa aliqua ſpecie perſonarum, ſed in genere: deinde iſtud vulgatum axioma huc accommodari non poteſt, partim quod tum demum procederet, ſi illa ſingula probarent alimenta ex parte ſaltem detrahenda eſſe, *arg. l. 1. C. qui numer. tutel.* quod quia nuſquam iure cautum reperimus, vt propter hæreſin pars neceſſariorum alimentorum & propter ortum ex damnato coitu, itidem pars detrahatur, ideo hic locum non habet: partim quod iſtud axioma, quando de vita adimenda, prout fit denegatis alimentis, agitur, non admittatur, *vt tradit Cæpoll. conſil. criminal. 32. incip. Quidam ruſtici Vicentini. num. 16. quem ſequitur, pluribus tamen auctoritatibus additis, Thom. Grammat. in conſil. crimin. 3. incip. In cauſſa Regij ſiſti. num. 18.*

56 Quintò † ampliatur principale huius capitis thema, vt pater naturalis, etiam dotem filiæ ſpuriæ dare obſtrictus ſit, & ita ad vtrumque tam ad alimenta quam ad dotem, teneatur. *Bart. in auth. ex complexu. num. 3. & 4. C. de inceſt. & nefar. nupt. in l. fin. num. 7. ff. de his quib. vt indign. Bald. l. neq; mater. 14. num. 1. C. de iur. dot. Anton. Capyc. in deciſ. 164. num. 2. quas auctoritates ſequitur Pontan. de aliment. cap. 2. nu. 13. idem Bald conſil 262. incip. Recolo me conſuluiſſe. nu. 2. vol. 1. quod conſil. iiſdem planè verbis, paucis quibuſdam additis, repetitur conſil. 456. vol. 5. Villalob. in commun. opin. lit. F. num. 124. Bertrand. conſil. 210. incip. Licet Honoratus. num. 5. part. 2. vol. 1. & conſil. 230 incip. Viſo publico inſtrumento. per tot. vol. 4. Bero. conſil. 165 incip. In cauſſa ſpurietatis. num. 28. volu. 2. Steph. Ranchin. concluſ. 232. part. 2. Andr. Gaill. lib. 2. practic obſer. cap. 88. num. 4. & hoc ſingulariter notandum ait Panorm cap. cum haberet. nu. 5. in fin. ext. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. Fortun. Garch. de vltim. fin. iur. illat. 9. num. 141. & ſeqq. Mandell. conſil. 44. incip. Videtur quod matrimonium. num. 3. Nicol. Euerhard. in Topic. loc. 70 num. 4. Aſcan. Clement. de patr poteſtat. cap. 6. effect. 11. num. 6. & 7. Bernard. Bombin. conſil. 15. incip. Clarum eſt. num. 4. atq; hæc opin. eſt* COMMVNIS *teſte Mar. Socin in l. 1. num. 186. Camill. Viſitarin. num. 119. ff. ſolut. matrim. Gabr. Sarayn. in addition. ad Matthesil. ſing. 146. nu. 3. Hippol. Bonacoſſ. in tract. commun. opin. lit. A. verſ. Alere. in pr. vbi tamen corruptè allegat Apoſtillantes ad Romani ſing. 446. cum ibi hac de re nihil inueniatur, & omnino Couarr. in 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 11. vbi pro hac communi multa allegat, obſeruaturq; hæc ſententia in practica, teſtante Franc. Aret. d. l. 1. nu. 7. ff. ſolut. matrim.* Qui DD. omnes; quia ſententiam ſuam fundant *in d. c. cum haberet.* ideò eam iuxta illud

57 reſtringunt: vnde limitatur † primò hæc quinta ampliatio, vt dos iſta non æſtimetur ex natalium ſplendore, vel patris dotantis facultatibus, vel ſponſi dignitate, prout fit in dote naturalibus & legitimis filiabus debita: *l. quæro. 60. l. cum poſt. 69. § gener. ff. de iur. dot.* ſed ſolummodo ad neceſsitatem alimentorum, cæteris circumſtantijs omnibus ſpretis, conſtituitur. *Bart. in d. auth. ex complexu nu. 3. & in l. ſi fraudator. 25. §. ſi à ſocero. in fin. ff. de his quæ in fraud. credit. Bald. conſil. 267. incip. Ad euiden-*

*euidentiam præmitto. num.6. vol.1. Curt. iun. conſil. 37. incip. Circa controuerſiam. num.6. Capyc. deciſ. 181. incip. In cauſa. Io. Franciſci Caietani. num.1. Rol. à Vall. conſil. 85. incip. Præſens conſultatio. num.6. vol.3. Ant. Gabriel. Roman. lib.6. de Aliment. concl.1. nu.15. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num.23. ff. de lib. agnoſc. Petr. Anton. de Petr. de fideicommiſſ. prohibit. quæſt.8. num.463.* quæ res fortè æſtimari poteſt ad vitam ſecundum naturæ vulgarem curſum, modum oſtendente Iuriſconſulto *in l. computationi. 68. ff. ad l. Falcid. Boër. deciſ. 127. num.7.* Et quidem hæc adeo vera
58 ſunt, vt ſi quid vltra † modum alimentorum, ſub ſpecie dotis datum fuerit, viribus careat & reuocetur: cum hoc ſuperfluum, nec ciuili nec Canonico, multo minus naturali iure, debeatur. *l. ſed & ſi me putem. 22. in princ. ff. de condict. indeb. Schneidvv. §. is quoq. num.4. Inſtit. quib. mod. re contrah. obl. Ambroſ. de Opizon. in l. filiusfam. §. diui. num.142. ff. de leg.1. Andr. Gail. d. cap. 8. num.8. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap.6. effect. 11. num.9. Petr. Ant. de Petr. de fideicom. prohib. quæſt.8. num.463.* Quod quemadmodum dubio caret, ita maxime controuer-
59 ſum eſt, † quandonam & à quo, iſte dotis exceſſus auocari queat: & vt ſine circuitione reſpondeam, conſentiunt in eo DD. à marito, cui filiam adulterinam ducenti, dos alimentorum neceſsitatem longe excedens data eſt, conſtante matrimonio, iſtum exceſſum repetere fas non eſſe: ſin autem ſoluto matrimonio ad vxorem dos reuertatur, tum iſtum exceſſum per hæredes patris dotantis à muliere repeti poſſe. *Bart. in l. Mauius. 68. §. duorum. nu.17. & 18. ff. de legat.2. idem Bart. & Angel. in l. fin. §. ſi à ſocero. ff. de his quæ in fraud. creditor. ſequitur Bald. in auth. ex complexu. num.1. C. de inceſt. nupt. Alex. conſil. 54. incip. In caſu de quo quæritur. nu.15. vol.7. Ioan. Campeſ. de dot. part.1. q.48. Palat. Rub. in repet. cap. per veſtras notab.3. §.24. num.3. ext. de donat. inter vir. & vxor. Palæot. de ſpurijs. cap.50. Io. Marc. Aquilin. l.1. §. ſed ſi mihi. nu.33. ff. de verbor. oblig. Steph. Ranchin. concl. 233. part.2. qui omnes mouentur per tex. d. l. fin. §. ſi à ſocero. ff. de his quæ in fraud. credit. vbi habetur dotem apud maritum ex cauſſa oneroſa eſſe. quem ad hoc propoſitum Angel. Aret. in §. item ſi quis in fraudem. nu.8. Inſtit. de action. notab. appellat; & hoc, nempe dotem*

*non*

*non ex lucratiua, ſed oneroſa cauſſa apud maritum eſſe, probatur in l. ex promiſſione. 19. in pr. ff. de oblig. & act. ſimiles text. plures allegat Ant. Gomez. in commentar. ad ll. Tauri. l. 9. & ſeqq. num. 44.* Melius forſitan confirmatur iſta deciſio *argum. l. ſi dotem. 24. C. de iur. dot. cuius textus inductionem aliquo modo oſtendit Rip. in l. generaliter. quæſt. 51. nu. 171. C. de reuoc. donat.* Facit præterea pro
60 confirmatione, ſi vſurarius † dederit filiæ ſuæ dotem acquiſitam ex vſuris, non poterunt creditores ex cauſſa vſurarum conſtante matrimonio dotem illam auocare à marito. *Iaſ. l. ſi eum ſeruum. 23. num. 6. ff. ſi cert. pet. Gabr. Sarayn. in apoſtil. ad Matthesil. ſingul. 146. num. 7. & Ripa qui ea omnia à verbo ad verbum ex Saray. ipſius tamen mentione non facta, deſcripſit in l. 1. nu. 68. ff. ſolut. matrim.* quam ſententiam COMMVNEM, & ſic in iudicando vel conſulendo ab ea recedendum non eſſe, tradit *Bertrand. conſil. 54. incip. Pro faciliore declaratione. num. 5. part. 2. vol. 2. quod idem aſſerit Rol. à Vall. conſil. 74. incip. circa primum quæſitum. nu. 49. vol. 1. & Michael Graſſ. in §. inſtitutio. quæſt. 7. nu.*
61 *18.* At huic deciſioni † primò opponitur auctoritas Bartoli, qui *in conſil. 119. incip. Dominus Dominicus magiſtri Theobaldi. vol. 1.* concludit, quod dos filiæ à ſacerdote patre data per hæredes dotantis repeti poſſit, vel petitione hæreditatis vel condictione ex lege: vt itaque Bartolum à ſuſpicione contrarietatis liberent, laborant aliqui DD. & imprimis Nic. de Vbald. *in tract. de ſucceſſ. part. 1. num. 49. & ſeq.* putans, Bart. *in d. §. ſi à ſocero.* & eos, qui ipſi adſtipulantur, loqui de filia non habente vnde ſe alat: ſed *in d. conſil. 119.* loqui de ea, cui abunde ſit de quo viuat. At Chriſtoph. Nicell. *in concordant. contrar. Bart. concord. 172.* aliter ſentit, nempe Bart. *in d. conſil. 119.* loqui de eo caſu, quo non tantum id, quod alimenta exuperat, ſed etiam tota dos apud filiam eſt, ſed *in d. §. ſi à genero.* quando apud maritum eſt. Et hanc poſteriorem reſponſionem puto facti
62 narrationi, iſtius conſil. 119. magis conuenire. Deinde † opponitur & quidem multò fortius regula *ex c. non firmatur. 18. de reg. iur. in 6. & l. quod initio. 29. & l. quæ ab initio. 211. fi. eod. tit.* ſi bonorum in dotem datorum pars alimentorum modum excedens contra iuris prohibitionem data eſt, non poteſt apud

mari-

maritum conualeſcere: quæ oppoſitio adeo mouit Gabrielem Sarayn. *in apoſtill. ad Matthesil. ſing. 146. num. 7.* & Ripam, *qui iſta à Sarayn. autore non indicato, deſumſit, in d. l. 1. num. 68. ff. ſol. matr.* vt putarint humanius quidem eſſe, vt conſtante matrimonio à marito, iſta dotis pars alimenta exuperans, non repetatur: contrarium tamen eſſe verius: & Rol. à Vall. *in d. conſ. 74. num. 48.* tangit quidem hanc difficultatem, at non ſoluit. Itaque hunc obicem remouent doctiſsimi illi duo Hiſpani, Anton. Gomez. *in commentar. ad ll. Tauri l. 9. & ſeqq. num. 44.* & Couarr. *in Epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 12.*
63 diſtinguentes inter eum † qui ſcienter ducit in vxorem filiam ſpuriam & inter eum qui hoc ignorat, ita vt COMMVNIS opinio procedat in eo qui ignoranter duxit eiuſmodi fœminã adulterinam & propterea incapacem: ſin verò ſcierit eius fœminæ, quam in matrimonium expetit, ortum adulterinum, & plus quam ad alendam eam neceſsitas expoſcit, in dotem acceperit, tunc etiam conſtante matrimonio iſta dos quantum alimenta excedit, queat auferri. Quæ diſtinctio aliquo modo congruere videtur ad text. *d. l. fin. §. ſi à ſocero.* Secundo reſtringitur hæc quinta ampliatio, vt iſtam dotem dari o-
64 porteat, † ſolummodo ei filiæ, quæ non habet vnde ſe alat *d. c. cum haberet. in fin. quam opinionem COMMVNI CALCVLO DD. receptam eſſe, teſtatur Roland. à Vall. conſil. 54 incip. Quod promiſſio. num. 52. vol. 2.* Hinc intelligitur quod multo minus ad
65 dotem dandam pater naturalis obligatus ſit, ſi filia ſit † locuples, vt ſemet ipſam dotare poſsit: *Couarr. in d. §. 6. nu. 11. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 45. & 46. Cordub. de Lara in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. nu. 28. ff. de lib. agnoſc.* vel ſi poſsit ex artificio ſuo & labore victum ſibi quærere: *Crauett. conſil. 199. incip. Ad ſubtilia dubia. num. 1. Lud. de Molin. d. cap. 15. num. 46.* modo commode illud artificium exercere poſsit: ſiquidem ſi vel morbo vel aliqua alia iuſta cauſſa impediatur, & de quo viuat aliunde non habeat, redit ad patrem onus dotandi. *Crauett. d. conſ. 199. Lud. de Molin. d. cap. 15. num. 47.* Pari ratione euenit, vt filia naturalis dotem exige-
66 re nequeat, † ſi, prout plerunque fieri ſolet, præſertim publica magiſtra-

magiſtratus auctoritate accedente, quæ tame de neceſsitate non exigitur, *l. cum hi. 8. per tot. ff. de tranſact.* vel certam ſummam pecuniæ, vel fundum quendam in alimentorum cauſſam accipiat: quia præcipuè ex fructibus alimenta ſumi debent, *l. ſolent. 3. §. 1. ff. de aliment. vel cib. leg. Bart. in l. diui. 88. num. 2. ff. ad l. Falcid.* & quia pater eam ſemper videtur alere per iſtã pecuniam vel fundum pro alimentis traditum, *Io. Campeſ. in tract. de dot. part. 1. quæſt. 17. nu. 2.* In quam ſententiam in hac celeberrima VVitebergenſi Academia ante aliquot annos quibuſdam reſponſum fuiſſe ſcio, cuius ſententiæ verba hæc ſunt: Hat A. der B. Tochter / C. geſchwengert / vnd eine Tochter D. ſo nun mehr Mannbar / auſſer der Ehe mit jhr gezeuget / Ob er wol ſich mit der geſchwengerten / wegen des Krantzes vnd Ehegeldes / auff etzliche hundert gülden verglichen vnd abgefunden / dennoch aber wo fern / wie es mit dem vnehelichen Kinde D. zuhalten / nichts abgehandelt oder verglichen worden / So iſt auch A. derſelbigen ſeiner natürlichen Tochter nochmals gebührlichen jhärlichen vnterhalt zuuerordnen verpflichtet. Darüber aber einige dotem oder ehegelt vnd geſchmuck / auffm fall ſie ſich verehelichen würde / wieder ſeinen willen außzuſetzen oder zugeben nicht ſchüldig / von Rechts wegen Et ſic hæc quinta principalis ampliatio potiſsimum procedit, quando pater naturalis ſuam filiam ſpuriam, dietim vel etiam menſtruatim cibum potum & alia neceſſaria præſtando, aluit: vt ei, ſi poſtea nubere velit, & aliunde de quo viuat non habeat dotem ad alimentorum ſufficientiam dare, cogendus ſit, de quo caſu ea quæ in hac quinta ampliatione allegata ſunt loquuntur. Denique reſtringitur hæc quinta ampliatio vt licet dos, mortua muliere ad ipſius filios deuoluatur: *gl. in l. dos. 4. C. ſol. matrim. Ant. Fab. lib. 1.*
67 *coniect. cap. 16.* aliud † tamen ſit in dote quæ filiæ ſpuriæ datur, quia iſta neceſsitas, *per quam monetur d. c. cum haberet.* poſt mortem ceſſat, ideoq; res in dotem data, non ad iſtius fœminæ liberos, ſed ad patrem dotantem vel eius hæredes redit, *ita in ſpecie ſcribunt Ant. Capyc. deciſ. 181. incip. In cauſſa Ioa. Franciſci Caietani. num. 3. vbi tamen corruptè allegat Bart. in l. eam quam 14. C. de fideicommiſſ. cum extet apud Bald. in d. l. eam quam nu. 41.*

*Camill.*

*Camill Viſitarin. in l. 1. num. 114. ff. ſolut. matrim. Pet. Duen. regul. 397. incip. Fundus datus. Gabr. Sarayn. in addition. ad Mathesilan. deciſ. 146. num. 4. Pet. Benintend. deciſ. 22. num. 6. & Rol. à Vall. de*
68 *lucr. dot. quæſt. 94. num. 7. 8. & 9.* ita tamen vt † marito, cui ex ſtatuti diſpoſitione pars quædam dotis debetur, hoc lucrum remaneat, *vt tradit Bulgar. de Bulgar. in d. l. 1. nu. 37. ff. ſolut. matr. idemq́; confirmat bonis rationibus. Rol. à Vall. d. quæſt. 92. num. 10. & ſeqq. quas omnes in conſil. 74. incip. Circa primum quæſitum num. 53. & ſeqq. vol. 1. repetit, & ego hic nolo recenſere, vtpote ad hanc materiam alimentariam propriè non pertinentes: Sequitur Phanuc. de Phanuc. gl. 10. num. 61. Ant. Gabr. Roman. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 42. Ludou. Syluest. in conſilio ſuo quod eſt inter Franc. Marzarij conſil. 38. num. 52. cum ſeq.* Etſi igitur nonnulli ex interpretibus planè contrarium adſtruant, nempe patrem ad dotandam filiam naturalem, iure obſtrictum non eſſe: *Bald. in l. ſi pater dotem. 7. num. 6. C. de dot. promiſſ. Angel. in auth. res quæ. num. 3. Iaſ. num. 8. C. commun. de legat. Lud. Sard. de legitimat. part. 2. num. 24. verſic. quintò quæritur an pater teneatur filiam, &c. Dec. in l. ſi certis annis. 28. num. 9. C. de pact. Fr. Viuius in commun. opin. lit. P. verſ. Pater naturalis tenetur. Amanell. de Clariſaq. ſing. 140. Ant. Guib. Coſtan. in tract. de dot. cap. 3. num. 9. & ſeqq. & plures allegantur à Tiraquell. in l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. nu. 50. & 99. C. de reuoc. don.* quia tamen iſti DD. omnes nituntur partim l. vxorem. 41. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. partim diuerſitatibus, quæ alimentis cum dote intercedunt: ideo ex hactenus dictis ad ambas iſtas rationes non difficulter poſſu-
69 mus reſpondere. Nam primo † quod ad d. §. pater naturalis. attinet, certum eſt, textum ibi loqui de eiuſmodi filia, quæ ex prioris ſui mariti teſtamento, tantum habebat, vnde ſemet ipſam poſſet dotare, quo caſu *vt iam. nu. 65. dixi,* pater ad dotem dandam non obſtringitur: *& hanc reſponſionem tradit Bald. in l. neq; mater. 14. num. 1. C. de iur. dot. Euerhard. in Topic. loc. 70. Ab aliment. ad dot. nu. 6. Couarr. d. §. 6. nu. 11. Cordub de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. nu. 3.* & ſic iſte textus hanc ampliationem rectè declaratam non euertit, ſed confirmat. Multo minus mouere nos debent diſcrimina illa, quæ inter ali-

menta

70 menta & dotem reperiuntur: ſiquidem † dos, quæ datur naturalibus & legitimis filiabus, diſtinguenda eſt ab ea dote, quæ naturalibus tantum datur: ſiquidem hæc dos eandem planè naturam quam alimenta habent, prout quilibet ex iam dictis poteſt animaduertere, cum dotem naturalium & legitimarum filiarum non impediant harum diuitiæ: eamq́; non tantum computemus ex facultatibus paternis, natalium paternorum ſplendore, ac mariti dignitate: ſed & mulier dotata ad ſuos liberos poſt mortem transferat: quæ omnia in hac dote non obſeruantur, quemadmodum iam attigi, & ĩ. lib. 2. vbi de comparatione dotis & alimentorum tractamus, latius explicabuntur: cumque ita DD. contrariam ſententiã defendentes, de dote pro vt filiabus naturalibus & legitimis dari debet, loquantur: & opinio COMMVNIS, quam in hac quinta ampliatione defendimus, non de iſta dote, ſed de alia quæ in effectu nihil eſt quàm alimenta, ſentiat: manifeſtum eſt, eam iſtis Doctorum ratiocinationibus, non conuelli. Sic nec opus eſt vt de Fern. Vaſquij *in tract. de ſucceſſ. tom.1. §. 20 nu. 314.* à communi opinione diſceſsionem facientis, argumentis ſolliciti ſimus, cum ijs antea num. 14. fuerit ſatisfactum.

71 Sexto & † vltimo hæc alimenta debet pater filijs naturalibus tantum, licet filios legitimos & naturales habeat. *Hieronym. Schurpff. conſil. 42. num.3. & 4. centur. 3. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 49. per Authent. licet in fin. C. de natur. liber.*

72 Quamuis autem † eæ limitationes, quæ in cap. præcedent. recitatæ ſunt, omnes huc referendæ ſint: nemo enim tam hebes eſt qui non videat, eaſdem cauſſas, ob quas filio naturali & legitimo, alimenta iure denegantur, in filio naturali tantum, multo magis locum obtinere: & ampliationum in hoc cap. allatarum declarationi, ſparſim inſertum ſit, filio naturali habenti de quo viuat, alimenta nec à patre ſuo naturali, neq; ab eius hæredibus exigi poſſe, *quod quomodo procedat ex ijs, quæ in cap. præced. num. 78. & ſeqq. dicta ſunt, liquet, & in ſpecie de his filijs ſpurijs tradunt Alex. conſil. 74. incip. Viſo proceſſu. nu. 4. vol. 2. Mich. Graſſ. §. inſtitutio. quæſt. 7. num. 3. & 19.* exempli

cauſſa

cauſſa ſi filius beneficium Eccleſiaſticum vel præbendam habeat. *Albert. Galeott. in Margarit. cap. 38. num. 14. Andr. Gail. lib. 2. practic. obſer. cap. 88. num. 9.* vel honeſto aliquo artificio ſibi victum comparare poſsit. *Ant. Gabr. Roman. in commun. concluſ. lib. 6 tit. de aliment. concluſ. 1. nu. 27. vbi multa allegat. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpanor. primogen. cap. 15. num. 46. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 22. num. 1. & eſt* MAGIS COMMVNIS *opinio teſte Franc. Burſat. conſil. 83. incip. Veritati inhærendo. num. 2. per d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. & §. ſolent. ff. de lib. agnoſc.* adeo quidem, vt in defectum alicuius peculiaris artificij, eiuſmodi filius cogatur famulari, *vt eſt* COMMVNIS *opinio teſte Hippol. Bonacoſſ. in tract. de famul. quæſt. 138.* idemq́; eſt in filia *vt tradit Iac. Æmil. conſil. 146. incip. In præmiſſo caſu* niſi eſſet filius vel filia alicuius viri præcipuæ & magnæ nobilitatis, in cuius familiæ dedecus vergeret, ſi etiam filius vel filia naturalis, cuiquam famularetur. *Roland. à Vall. conſil 54. incip. Quod promiſſio. num. 78. vol. 2. Lud. de Molin. d cap. 15. nu. 47. Hippol. Bonacoſſ. d. quæſt. 138.* tamen hoc peculiariter admone-
73 re viſum fuit, quod Titius † ſi cum Mæuij ſerua, rem habens ſobolem procreet, non obſtringatur ei alimenta præſtare propterea quod iſte partus ad Mæuium iure dominij pertineat. *§. ſerui autem. Inſtit. de iur. perſ.* & ſeruus à ſuo domino ſit alendus. *per ea quæ dicam ĩ. hoc lib. cap. 13. num. 40.* Cum igitur huiuſmodi filius ita habeat de quo viuat, dicendum eſt, patrem onere alendi filij liberatum, *per ea quæ attuli ſ. cap. præced. num. 78. Albert. Galeott. in Margarit. cap. 38. nu. 15.* Quod ſi verò Mæuius hanc ſobolem pro derelicto habeat, tum ad Titium redire hoc onus facile conceſſerim, propterea quod educatio ex iure naturæ proficiſcatur: *§. 1. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. & facit l. vlt. ff. pro derelict.* & res facile ad ſtatum ſuum redeat. *l. ſi vnus. 27. §. pactus. ff. de pact. Iaſ. in auth. quas actiones. nu.*
74 *29. C. de SS. Eccleſ.* Deinde obſeruandum eſt patrem † à filio naturali tantum habente de quo viuat, non quidem poſſe inuitum cogi ad alimenta præſtanda, at volentem aliquid alimentorum nomine ei dare, per hæredes non impediri, nec auocari poſſe, *ita tradit Cravett. in conſil. 199. incip. Ad ſubtilia*

*dubia.num.10.in fin.quam ſententiam etiam amplectitur nouiſſimè Anchar. Regiens. lib. 1. queſtion. ſelect. cap. 50 num.7.* atque ita non conſiderato eo quod Phil. Dec. *conſil.576. incip. Pro reſolutione caſus. in pr.* in contrarium adducit, practicatur, *vt dicit Carol. Molin. in addit. ad Dec. d.conſil.576.* quod ſi verum eſt memoria dignum eſſe arbitror. Deinde filio ſpurio habenti vnde ſe alat,
75 adeo alimenta non debentur † vt ſi filius diu poſt mortem teſtatoris & patris naturalis locuples efficiatur, legatum alimentorum illico euaneſcat, & ad legitimos hæredes teſtatoris reuertatur: *hoc vt valde notandum tradit Palat. Rub.in c. per veſtras. notab.3. §. 23. num.7. ext. de donat. inter vir.& vxor. Burſat. conſil. 62.num 16. vol.1. Ioan. de Roias in Epitom. omn ſucceſſ. cap. 22.num. 16. vbi ad hoc allegat Caccialup. in l.ſi qua illuſtris. num. 93. C ad SC. Orfic. qui tamen nullos textus iuris ſed tantum conſilium quoddam ſui præceptoris allegat.* Quod tamen notabiliter declaratur vt procedat in eiuſmodi legato, quod annuatim præſtatur, non verò in eo legato quod vna vice pro alimentis datur, *quæ reſtrictio habetur in addition. ad Palat. Rub. d. loco.* quod ipſum etiam notatu digniſsimum arbitror. Reliqua peti poſſunt ex præced. cap.

# DE ADOPTIVIS ET SPIRITVALIBVS FILIIS ET PRIVIGNIS ALENDIS.

## Caput IV.

### *SVMMARIVM.*

1. *Adoptiuum filium à patre adoptiuo alendum eſſe, & cur. num. 3. cum ſeqq.*
2. *Negatiua ſententia reÿcitur: eiuſq; auctoribus reſpondetur. num. 11. & ſeqq.*
4. *L. onera 45. ff. de adopt. declaratio.*
4. *Ex debito ſucceſſionis legitimæ an rectè inferatur præſtatio alimentorum? remiſſiuè.*
5. *Qui tenetur aliquem tractare vt filium, an teneatur alere?*
6. *Monaſterium alimenta præſtat Monacho.*

7. Ad-

7. *Adoptio an reddatur ſimulata ex eo quod pater adoptiuum filium non tractat vt filium?*
8. *Poteſtatem patriam ad alimenta nihil conferre.*
9. *Quomodo & quando filius adoptiuus alimenta recte petat à patre naturali.*
10. *Odofredi opinio labefactatur.*
12. *Text. & gl. in l. cum in adoptiuis. §. ſed ea omnia. C. de adopt. declaratur & explicatur et. num. 14.*
13. *Taxatiua verba excluſiua non ſunt in cauſis fauorabilibus.*
15. *L. ſi quis à liberis. 5. §. vtrum. verſ. magis. ff. de lib. agnoſc. expenditur contra Cordub. de Lar.*
16. *Eiuſdem alia ratio refellitur.*
17. *Spirituales filij à patribus ſpiritualibus non ſunt alendi. Ampl. nu. 21.*
18. *Ad quid obſtrictus ſit pater ſpiritualis.*
19. *Cognatio ſpiritualis quomodo maior ſit ciuili.*
20. *Argumentum à cognatione naturali & ciuili ad ſpiritualem quatenus procedat.*
21. *Pater ſpiritualis ne in ſubſidium quidem ad alimenta filio ſpirituali præſtanda tenetur, contra opinionem Baldi & ſequacium, quæ declarationem accipit. num. 22.*
23. *Priuignus an à vitrico alimenta recte exigat?*
24. *Vitrico competit repetitio expenſarum in alimenta priuigni factarum. Ampl. co. Ludou. Roman. num. 25. item ampl. co. Ruin. numero 26.*
26. *Vitricus, in cuius ſeruitio fuit priuigna, quatenus alimenta huic præſtita repetat. remiſſiuè. Ruini conſil. quoddam declaratur ibid.*

NVnc quintum genus filiorum, qui quod ius filiationis per actum ciuilem, nempe adoptionem aſſequuntur, legitimi tantum ſunt & appellantur, nobis ſe offert: quibus præſertim non aſcendenti alicui, ſed planè extraneo cuidam in adoptionem datis, an à patre adoptiuo alimenta debeantur nec ne, non omnino adhuc explicata videtur deliberatio.
1 Affirmatiuam † enim partem tenent *Azo in l. adoptiuum. ff. de in ius vocand. teſte Io. Fabro. in §. ſed ea omnia. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. def. Placentinus teſte Accurſ. in d. §. ſed ea omnia. verb. tantummodo. ipſe Accurſ. in l. onera. 45 ff. de adopt. Odofred in d. l. onera. Godeſcal. de VVildeshuſen in ſua ſumm. §. Alimenta. cap. 1. Specul. in tit. qui filij ſint legit. nu. 19. Bald. in auth. niſi rogati. nu. 19.*

 *C. ad SC.*

*C. ad SC. Trebell. & in l. cum in adoptiuis. 10. in pr. nu 5. C. de adopt. Ceſar Lambert. in tract. de iur. patron. artic. 6. tertiæ quæſt. princ. nu. 19. Pontan. de aliment cap. 13. num. 9 Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. in princ. num. 13. & ſeqq. ff. de lib. agnoſc. qui omnes præcipue mouentur d. l. onera. 45. ff. de adopt.* Econtra † negatiuam
2 partem tuentur *Accurſ. in d §. ſed ea omnia. verb. tantummodo. ibiq́ Io. Faber. & Angel. Aretin Gul. Benedict. in c. Raynutius verb. & vxorem nomine Adelaſiam. num. 738. (ſed in quibuſdam libris diſtincta ſunt ea quæ ad iſtum verſ. Et vxorem, &c, tractantur in quaſdam deciſiones, & in hiſce editionibus habetur in deciſ. 5. num. 177.) ext. de teſtament. Gul. de Ludo ſingul. 72 Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. nu. 8 C. de reuoc. donat. Tiber. Decian. conſil. 34. nu. 13. vol. 1. & conſil. 126. nu. 10. vol. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 35. nu. 26. & hi ſolummodo nituntur text. d. §. ſed ea omnia. cum ibi not per gl. in verb. tantummodo. & in hanc partem inclinare videtur Odofred. in d. l. cum in adoptiuis. 10. in fin. putans ſi pater naturalis propter inopiam filium non poteſt alere, tunc eum à patre adoptiuo alendum eſſe, vbi tamen nihil allegat.* Etſi igitur difficile ſit in tantorum virorum diſſenſionibus vnam potiſsimum ſententiam, quam quis ſequatur, eligere: adeo quidem, vt nonnulli pro vtraque opinione allegent, ſed quam veriorem putent, non aperiant. *quemadmodum facit Alber. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. nu. 14. adducens iſtas duas gl. ſibi inuicem aduerſantes, alteram affirmatiuam in d. l. onera. 45. & alteram negatiuam in d. §. ſed ea omnia:* quia tamen Phauorinus philoſophus *apud A. Gell. lib. 2. noct. Atticar. cap. 12.* ſuadet, vt ad exemplum legis Solonis, *cuius præter Gell d. cap. 12. etiam Cic. lib. 10. ad Attic. epiſt. 1. Eraſm. Chiliad. 1. Centur. 7. adag. 2. Connan. lib. 1. commentar. cap. 1 nu. 3. & Prateius lib. 3. veter. iuriſprud. cap. 73. meminerunt,* ex diſcrepantibus de negocijs ciuilibus ſententijs, vnam præcipuè eligamus, ideo ego ſaluo melius ſentientis iu-
3 dicio eorum ſententiæ † accedo, qui ſtatuunt, filium adoptiuum à patre adoptiuo ali oportere: eaq; ſententia probatur primo *per d l. onera. 45.* vbi expreſſè ait textus, onera eius, qui in adoptionem datus eſt, ad patrem adoptiuum transferri: & licet onerum appellatio paulo generalior ſit, ita vt om-

nibus

nibus expenſis in filium adoptiuum faciendis congruat, quo ſignificatu alimenta excludi nequeunt: tamen præcipue de alimoniæ ſumptibus vſurpatur *text. eſt in l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. verſ. quia filij onera &c. ff. famil. erciſc. l. ſi quis à liberis. 5. §. non tantum. ff. de lib. agnoſc.* & ſic gl. *in d. l. onera* ad alimenta & ſuſtentationem vitæ recte accommodat, quamuis pro confir-
4 matione nihil adducat. Deinde † Bald. *in d. l cum in adoptiuis. 10. in pr. nu. 5.* tali enthymemate vtitur: Filius adoptiuus ſuccedit patri adoptiuo ab inteſtato, Ergo & ab eo ali debet. Cuius argumenti rationem conſequentiæ etſi quidem Cordub. de Lar. *in d l. ſi quis à liberis. in pr. nu. 14.* impugnat: tamen pro Baldo adduci poſſent ea quæ habet Iac. Rickius *in tractat. de vnion. prol. cap. 8. num. 6.* quæ quia explicatione quadam indigent, de qua aliquid dicam j. vbi tractauero an alimentorum debitum vltra fratres, fratrumque liberos porrigatur, ideo
5 hoc argumentum Baldi in medio nunc relinquo. Tertio † probatur hoc modo: Qui aliquem vt filium tractare tenetur, is eum debet alere. Sed pater adoptiuus tenetur filium adoptiuum tractare vt filium. Ergo, &c. Maiorem probo ex Bart. *in l. qui filium. 132. in pr. ff. de verb. oblig. per iſtum tex. & per d. l. ſi quis à liberis. quem ſequitur Ruin. conſil. 45. incip. Ad euidentiam. nu. 5. vol. 2. & Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 157. num. 6.* Minor confirmatur ex definitione adoptionis: adoptare enim nihil aliud eſt quàm ſibi filium actu legitimo facere, *text. eſt in §. minorem. & ibi notat præceptor meus & ſocer honorandus piæ memoriæ D. VVeſenbec. num. 2. Inſtit. de adopt.* Neque quis contra minorem obijciat, quaſi ea vera non ſit, cum de neceſsitate non requiratur, vt filius adoptiuus vel exhæredetur vel inſtituatur, ſed ſine periculo teſtamenti queat præteriri. *d. l. cum in adoptiuis. 10. C. de adopt. & d. §. ſed ea omnia.* quæ certè res à filio omnino eſt aliena. *§. 1. Inſt. de exhæred. liber. §. eadem hæc. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſtat. defer. & alijs vulgatis iurib* Ei enim reſpondeo, ex particulari, vniuerſalem concluſionem male inferri: nec enim ſequitur, Filius adoptiuus à patre ſuo adoptiuo non eſt neceſſario hæres inſtituendus vel exhæredandus, Ergo penitus nullo caſu tractandus eſt vt filius. Imò

iſta exceptio d. l. cum in adoptiuis. 10. manifeſtè oſtendit, in cæteris eum vt filium tractandum eſſe, quod ipſum ſatis clarè apparet ex ſucceſsione ab inteſtato. Quartò probatur hæc
6 ſententia affirmatiua, quia † Abbas vel monaſterium tenetur monacho præbere alimenta. *Bart. de Aliment. nu. 43. Geminian. in c. vt periculoſa. in pr. num. 11. nec cleric. vel monach ſecul. negoc. ſe immiſc. in 6.* Sed monachus habetur pro ciuili filio *ſignor. de Hemod. conſil. 70. incip. In quæſtione vertente inter commune Parmæ. num. 18. per auth. ingreſſi. & auth. ſi qua mulier. C. de SS. Eccleſ. Iod.*
7 *Damboud. in Enchir. Par. verb. Monachus.* Quinto † loco pro confirmatione adduci poteſt Ruin. qui *conſil. 173. incip. Proponitur quod Comes Lazarus. num. 18. vol. 2.* ſcribit, quando filius adoptiuus à patre adoptiuo non tractatur vt filius nec apud ipſum commoratur, quod eo ipſo adoptio cenſeatur ſimulata & in fraudem facta, per fundamenta quæ ibi habet. Quod ſi quis dicat, Ruinum ibi loqui de Comite quodam nepotem ex filia & ita deſcendentem adoptante, ex cuiuſmodi adoptione in patriam poteſtatem adoptatus redigitur: qui caſus diuerſus eſt ab eo, de quo nos præcipuè loquimur, cum quis plane extraneum adoptat. *§. ſed hodie. Inſtit. de adopt. d. l. cum in adoptiuis.* Quod vt fateor: ita viciſsim dico, patriam
8 † poteſtatem nihil ad alimentorum præſtationem conferre. *Iac. Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 35. nu. 9.* quod præterea confirmo quia frater tenetur fratrem & ſororem alere, vt j. ſuo loco dicetur, quos nemo dixerit in fratris patria poteſtate eſſe. *arg. §. minorem. Inſtit. de adopt. gl. in l. nec apud. 7. verb. frater. C. de hæred. inſtit. Harmenop. lib. 4. Epitom. tit. 6. verſ. περὶ ἀδελφοποιΐας. & lib. 5. tit. 8. verſ. De adoptatione fratris.* Deniq; quia iura filium adoptiuum à patris adoptiui, qui teſtamento facto in quo iſtum filium legitimum ſilentio præterijt, diem obijt hæreditate excludunt. *d. §. ſed ea omnia. & d. l. cum in adoptiuis.* Si iam nec à patre viuo ipſi alimenta deberentur, tum fruſtra & omni effectu deſtitutam adoptionem leges noſtræ admitterent, cum tamen eæ æque ac natura nihil fruſtra facere perhibeantur, *tex. eſt in l. hæc ſtipulatio. 14. §. diuus. ff. vt legat. ſeruand. cauſſ. l. non cogendum. 45. §. Sabinus. ff. de procurat. Iaſ. conſil. 187. in-*

*187. incip. Circa primum articulum. nu. 26. vol. 2.* Per hæc itaque
fundamenta puto primam opinionem veriſsimam eſſe, nem-
pe onus alendi illico poſt adoptionem factam in patrem ad-
9 optiuum tranſire: quod ſi tamen † vel adoptio emancipatio-
ne, morte aut ſimili modo ſolueretur, vel pater adoptiuus ad
eam inopiam redigeretur, vt vix ſibi ſuisq́; naturalibus libe-
ris de cibo, potu & alijs vitæ neceſſarijs poſſet proſpicere: tum
demum iſtum filium, qui in adoptionem datus fuerat, à patre
ſuo legitimo & naturali alimenta petere poſſe non eſt ambi-
gendum: propterea quod iſto ciuili actu naturalia iura non
ſint perempta. *§. ſed agnationis. Inſt. de legitim. agn. tut. §. minus
ergo. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* exemplo monachi ex
monaſterio eiecti vel etiam ſponte egreſsi, cuius inopia à pa-
tre naturali eſt ſubleuanda. *Paul. de Caſtr. conſil. 76. incip. Ad
10 confirmationem. vol. 1.* Neq; † me mouet Odofred. qui *in d. l. cum
in adoptiuis. in fin.* directo contrarium aſtruit, nempe filium ad-
optatum à patre naturali principaliter eſſe alendum: in ſubſi-
dium ſaltem ſi ille forſitan facultatibus labatur, à patre ado-
ptiuo: nihil enim allegat, vt paulo ante admonui. Doctori au-
tem etiam magnæ auctoritatis niſi ſententiam ſuam confir-
met legibus vel rationibus, fides habenda non eſt. *text. in c. no-
lite. 86. verſ. à ſacerdotibus probatam in ſcripturis. & ibi not. Archi-
diacon. 11. q. 3. Iaſ. l. illam. num. 8. C. de collat.* deinde quia in d. l.
onera. 45. per iſtum text. manifeſtè contrarium ſcribit, in-
quiens, filij adoptiui onera, vt ſunt, ipſum & eius vxorem a-
lere, non pertinere ad patrem naturalem, ſed ad patrem ad-
11 optiuum. Nunc videndæ ſunt † rationes eorum, qui contra-
riæ opinioni fauent, & perſpectis omnibus apparet, quod o-
mnes ſequantur gl. *in d. §. ſed ea omnia. verb. tantummodo. Inſt. de hæ-
redit. quæ ab inteſt. defer.* Sane gloſſæ auctoritatem magnam eſ-
ſe ex creberrimis iſtis commendationibus Doctorum elucet,
*quarum recitatione lectori ne moleſtus ſim, ſufficiat ſaltem adduxiſſe Ia-
ſon. in l. vt vim. num. 34. & ibi apoſtill. ff. de iuſtit. & iur. ac Rol. à Vall.
conſil. 34. num. 8. 9. & 10. vol. 4.* Veruntamen ego pro affirma-
tiua ſententia aliam gloſſ. *in d. l. onera. 45.* oppono: atq; ita ſi
nudam auctoritatem gloſſæ conſideremus, neutri ſententiæ

quicquam roboris præ alia inde accreſcere poteſt. Deinde iſta auctoritas comitatur. non omnes gloſſas, ſed tantum eas, quæ legibus aut bonis rationibus ſunt fultæ. *Iaſ. in l. cum filiofamil. nu.129. ff. de legat. 1. præceptor & ſocer meus honorandus conſil. 19. incip. In hac neceſſariæ defenſionis cauſſa. num. 22.* Quia igitur omnes ij, qui adoptiuum filium à patre adoptante non eſſe alendum contendunt, præcipuè nituntur d. gl. *in §. ſed ea omnia.* ideo conſiderandum eſt, quomodo iſta gl. hanc ſententiam ſtabiliat.
12 Expendit † autem Accurſ. textum ibi hoc modo, hæc adoptio ita habenda eſt, ac ſi ea penitus non fuiſſet ſubſecuta, niſi in hoc TANTVMMODO caſu, vt adoptatus poſsit patri adoptiuo ab inteſtato ſuccedere: Ergo adoptatus ab adoptiuo patre, æquè non poteſt alimenta petere, ac ſi adoptio nunquam fuiſſet celebrata. Verum pluribus modis ad hanc illationem reſponderi poſſe arbitror. Et primò, non omnino certum eſſe, vtrum Accurſ. in hac negatiua ſententia acquieſcat, an verò amplectatur affirmatiuam: quando enim gloſſa plures opiniones recenſet, nec addit quam veriorem putet, tum videtur tenere vltimam. *gl. in l. qui filium. 74. §. Fabius. verb. & alia. ff. ad Trebellian. Iaſ. §. ſed iſta. num. 55. Inſtit. de actio.* ſed d. gl. recitat duas opiniones & vltimo loco affert affirmatiuam Placent. putantis adoptatum debere ali à patre adoptiuo, nec addit quam amplectatur: Ergo videtur acquieſcere in vltima: præſertim cum maiorem æquitatem ſapiat ea, qua alimenta deberi dicitur, quàm qua denegantur. *l. necare. ff. de liber. agnoſc.* & gloſſa ſemper videatur æquiorem ſententiam etiam primo loco poſitam amplecti. *Iaſ. l. placuit. 8. num. 2. per illum text. C. de iudic. Pet. Foller. in addition. ad Marantæ auream prax. part. 4. diſtinct. 9. num. 153.* Poſito ſed non conceſſo, gloſſam acquieſcere in prima opinione, tum ſecundò dico illam primam partem gloſſæ, ſibi ipſi non conſtare. Dum enim duas quæſtiones mouet, quarum altera eſt, nunquid eum (patrem adoptiuum) in ius vocabit (adoptatus) ſine venia? & altera, nunquid alimenta tali filio dare tenetur? atq; vtramq; vna reſponſione negatiua abſoluit, & ita arbitratur patrem adoptiuum in ius ab adoptato non poſſe vocari ſine venia, quem-

quemadmodum etiam ea ſententia COMMVNIS eſt *teſte Alex. in l. adoptiuum. 8. in pr. num. 4. ff. de in ius voc.* agnoſcit profecto ipſa gl. iſtius adoptionis effectum non tantummodo ad ſucceſsionem ab inteſtato coanguſtandum eſſe: ſed etiam ad vocationem in ius, porrigendum. Quod dum ſtatuit, aut male facit quod propter iſtam particulam taxatiuam alimenta adoptatis denegat: aut debebit gloſſa rationem diuerſitatis indicare, cur adoptatus adoptantem ceu patrem, non vocando eum in ius ſine venia impetrata debeat obſeruare: econtra verò adoptans non ſit obſtrictus adoptatum ceu filium, ipſi de alimentis proſpiciendo, tractare: aut quod idem eſt, cur vocabulum tantummodo *in d. §. ſed ea omnia.* poſitum, adoptatum ab alimentis petendis excludat, adoptantem verò à reuerentia exigenda non item. Quod ſi quis excipiat, Accurſ. hoc voluiſſe, vt filius poſsit patrem adoptiuum, etiam venia non petita, in ius vocare, *quemadmodum aperte ſcribit in d. l. cum in adoptiuis. 10. verb. in hoc tantummodò:* etſi quidem verba, quæ poſuit in Inſtitut. hanc ſententiam non admittunt: tamen tertiam reſponſionem affero hanc; quod tam *d. §. ſed ea omnia.* quàm *d. l. cum in adoptiuis*, ſatis ſuperque euincant, illam particulam taxatiuam TANTVMMODO, nequaquam ad alimenta, vel veniæ impetrationem vel alios effectus adoptionis, extra cauſſam ſuccedendi, trahendam eſſe. Quia enim non tantum in præfatione d. l. cum in adoptiuis. 10. ſed etiam in medio, *vtpote in verſ. omnia maneant integra iura, ſiue ad inofficioſi querelam, ſiue ad alias omnes ſucceſſiones, &c.* ac paſsim inculcatur, illam conſtitutionem ſolummodo de ſucceſsionibus loqui: non recte fit, ſi ad alios porrò effectus eam velimus extendere: partim quod præfatio iſtius conſtitutionis aliud ſuadeat, *l. fin. vbi Bart. ff. de hered. Inſtit.* partim quod verba non extra ſubiectam materiam ſucceſsionum, ſed iuxta eam intelligenda ſint. *l. ex conducto. 15. §. Papinianus. (in quibuſdam libris eſt l. ſi vno. 17.) ff. locat.* quo denique etiam facit, quod ampliationes & limitationes debent eſſe de contentis in diſpoſitione, quam extendere vel reſtringere volumus. *Dec. in l. 1. num. 20. & ibi*
13 *apoſtill. ff. de reg. iur.* Quartò poſſet reſponderi, quod † particulæ

culæ taxatiuæ non inducant excluſionem, ſi ſit cauſa fauorabilis, vt eſt alimentorum præſtatio. *Fr. Viuius in comm. opin. lit. D. verſ. Dictio taxatiua.* Deniq; quod in allegatis textib. dicitur, iſtã adoptionẽ habendam eſſe, ac ſi non eſſet facta, debet reſtringi, quantũ adhoc, vt patris naturalis poteſtate ſoluta, tranſeat in poteſtatem adoptantis, non verò quo ad alia, *vt notabiliter declarat. Caſtr. d. l. adoptiuum. 8 in pr. nu. 3.* Et ſane ſi text. *d. l. cum in adoptiuis. & d. §. ſed ea omnia.* penitus introſpiciamus, poteſt
14 inde non incommode probari, † quod filijs adoptiuis alimenta à patre debeantur. Nam licet adoptati in adoptantis poteſtatem non tranſeant, ex qua etiam alimenta non pendent, vt paulo ante indicatum fuit: quia tamen per actum adoptionis tale ius in bonis adoptantis acquirunt, vt ab inteſtato ſuccedant, niſi per teſtamentum vel expreſſè vel tacitè ipſis adimatur: efficitur vt in vita adoptantis antequam teſtamentum effectum ſortiatur, ex bonis iſtis alimenta petendi ius, non minus quàm liberi naturales & legitimi, quibus ante teſtamentum æquale ius competit, habeant: quæ ratio
15 prioribus ſex addenda eſt. Præter † iſtam gl. adducit Cordub. de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. num. 18.* inſuper ex iſta *l. 5. §. vtrum. verſ. & magis. vbi dicitur, patrem debere filio alimenta ex charitate ſanguinis.* Sed quod hinc ſequi autumat, patrem naturalem ad danda alimenta obſtrictum potius eſſe quàm adoptantem: concedo id quidem quo ad obligationis vinculum, cum alterum ſit naturale alterum ciuile: at nego & pernego id, quo ad exigendi ordinem: quia pater naturalis præſtare tenetur filio alimenta ſaltem in ſubſidium, ſi aliunde ſe ſuſtentare nequeat. Nam pone, Mæuius filius Titij locauit ſuas operas Caio, hac conditione, vt is etiam ei de alimentis proſpiciat: Titius iſte fortiori quidem vinculo obſtrictus eſt Mæuio, vt ſuo filio, quam Caius: attamen Titius non cogitur præſtare hoc caſu alimenta filio Mæuio, *per ea quæ ſ. c. 2. nu. 78.*
16 *cum ſeq. adduxi.* Qua † diſtinctione ſimiliter refellitur ea ratio quam vltimo loco Corduba de Lara *ex l. fin. C. de his qui ven. ætat. impetr.* affert, quod potior ſit cauſſa naturalis quàm ciuilis. His omnib. addi poteſt Surdus *in tract. de alim. part. 1. q. 2.*

De ſi-

17 De filijs ſpiritualibus, ne multa verba faciam, dico,† patres ſpirituales ad alendos eos, quos ex ſacro fonte leuarunt, iure cogi non poſſe. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. num. 19.* vbi mouetur hoc argumento: Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem. *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet.* Sed patres ſpirituales hoc non agunt in baptiſmo, vt ſe iſto onere alendi pueri aſtringant. Ergo, &c. Quia verò minorem non probat, & dici poſſet, iuris interpretatione hoc actũ videri, & propterea non opus eſſe vt ſpeciatim quis ad hoc onus ſe aſtringat, *arg. l. ex empto. 11. in pr. verſ. quod ſi nihil conuenit, tunc ea præſtabuntur, quæ naturaliter inſunt. ff. de act. emtp. cum alijs ſimilibus*, ideo mihi magis placet argumentum quo vtitur Petr. Gregor. *lib. 45. ſyntagmat. cap. 5. num. 3.* res (inquiens) indiget eo alimento & cibo quo generata eſt, ſed iſte filius in baptiſmo generatur ſpiritualiter: Ergo etiam ſpirituali cibo eſt nutriendus à patre ſpirituali: quod ipſum quoque vult Io. Andr. *in quæſt. Mercur. quæſt. 17. num. 5. per c. vos ante omnia. 105.*
18 *de conſecr. diſtinct. 4.* vbi dicitur † iſtiuſmodi patres ſpirituales, debere ſuis filijs luſtralibus oſtendere ſymbolum Apoſtolicum & orationem Dominicam: vnde patet, eos debere eſſe ſollicitos, vt iſti filij in ea doctrina Chriſtiana, quam in baptiſmo per fideiuſſorem profeſsi ſunt, adoleſcant. *Dominic. de S. Geminian. in c. nedum. in pr. num. 10. de cognat. ſpirit. in 6.* Neque
19 ad rem facit, quod † cognatio ſpiritualis maior eſſe dicatur quàm cognatio vel naturalis vel ciuilis. *Marc. Mant. lib. 2. obſeru. cap. 19. verſ. Sexageſimus quintus eſt de compatre. Anchar. Regienſ. lib. 2. ſelectar. quæſt. cap. 60. num. 10. quo argumento vtitur Ang. Aretin. §. ſed & ſi quis. ſub num. 3. Inſtit. de action. & Benincaſ. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 11.* quia reſpondeo, hoc concedi poſſe in rebus ſpiritualibus, non verò in bonis
20 terrenis: ſiquidem à † cognatione naturali vel ciuili, ad cognationem ſpiritualem non recte ducitur argumentum affirmatiuũ. Indubitati enim iuris eſt, filium adoptiuũ adoptanti inteſtato defuncto ſuccedere. *§. ſed hodie. Inſt. de adopt. §. ſed ea omnia. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer l. cum in adoptiuis. 10. C. de adopt.* non tamen idem ius tribuitur filio ſpirituali. *Schneidvv. in tit.*

*tit. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt: defer. verſ. de ſucceſſ. filior. ſpirit.* Denn nach Schwägerſchafft vnd Geuatterſchafft nimmet man kein Erbe. *vt dicit. gloſſ. lib. 2.* Landtrecht. *art. 3. nu. 7.* Etſi igitur
21 † Bald. *in auth. niſi rogati. dum. 19. C. ad SC. Trebell.* ſcribit, filium ſpiritualem ab eo, qui ipſum ex baptiſmate ſuſcepit, in ſubſidium alendum eſſe, motus ea ratione quod etiam filius adoptiuus debeat ali: *& Baldum ſequuntur. Lud. Bolognin. in addit. ad Matthesil. de ſucceſſ. membr. 4. ſecundi artic. princip. num. 3. Gozad. conſil. 13. incip. In hac cauſſa in qua aliàs ſcripſi. num. 18. Philip. Franc. in d. c. nedum. in pr. ſub num. 5. de cognat. ſpirit. in 6. Ripa conſil. 200. incip. Agit Alziarius. nu. 3. Cattel. Cotta in memor. verb. Commater. & verb. Filius ſpiritualis. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. nu. 21. Villalob. in commun. opin. lit. T. num. 29. Anton. Gabriel. Roman. in commun. concl. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 23. Beninças. in tract. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. nu. 10. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 32. Speckhan quæſt. 52. num. 10. Cent. 1. & nouiſſime Surd. de aliment. part. 1. quæſt. 11.* quia tamen Doctorum dicta accipienda ſunt ſecundum ea, quæ allegant, *Bart. in l. non ſolum. num. 7. ff. de liber. legat.* & Baldus, cuius autoritate cæteri nituntur, ipſe dubitat hac de re, ſiquidem dicit, fortè eum alendum eſſe, quod peculiariter notat Tiraq. *in l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. nu. 26. & 34. C. de reuoc. donat.* ideo etiam reliquorum Doctorum dicta, pro certis haberi non poſſunt: Deinde Baldus vtitur argumento ſumpto à filijs adoptiuis ad ſpirituales, quod non procedere affirmatiue iam dictum eſt: præterea ſi maximè procederet, tum ſequeretur filium ſpiritualem, non in ſubſidium inopiæ patris naturalis, ſed principaliter & primariò à patre ſpirituali alendum eſſe: quod nemo concedit, quia paulo ante probatum eſt, quod filius adoptiuus non in ſubſidium tantum, ſed primariò & principaliter ab adoptante a-
22 lendus ſit: denique iſtam Baldi deciſionem † interpretatur Gul. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adolaſiam. num. 267. (in alijs editionibus inuenitur in deciſ. 5. num. 200.)* vt vera ſit de ſpirituali cibo, *per d. c. vos ante omnia.*

Reſtat vt aliquid dicam de priuignis: qui etſi in filiorum numero

numero propriè non habentur: cum tamen ex vulgari noſtro idiomate, in partem aliquam filiationis eos videamur admittere, dum appellantur. Stiefſöhne/ Stieftöchter/ Stiefkinder/ ideo vice corollarij de ijs addere placuit, priuignos,
23 † à ſuo vitrico inuito alimenta exigere non poſſe, *ita expreſsè ſcribunt Bald. in l. ſi paterno. 15. num. 2. C. de neg. geſt. & ibi Salicet. ac Franc. Aretin. per illum text. Caſtrenſ. conſil. 304. incip. Super primo quæſito. num. 5. vol. 2.* adeo quidem, vt iſte vitricus non cogatur ſuos priuignos in domum ſuam, contra voluntatem recipere. *Iaſ. in l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. num. 6. in fin. ff. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſecut. per d. l. ſi paterno. 15.* Si quid itaq;
24 † vitricus, in priuignos ſuos, alimentorum nomine expenderit, poterit ab ipſis, vel etiam ijs defunctis, ab eorum hæredibus repetere, *Bertrand. conſil. 125. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 8. part. 1. vol. 2.* niſi conſtet, vitricum paterno quodam affectu, & animo donandi, ea præſtitiſſe. *d. l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt.* in dubio tamen præſumendum eſt, quòd alimenta dederit animo repetendi. *Benedict. Capr. conſil. 105. incip. Domina Nicola vxor. num. 5.* quæ donationis præſumptio, tum præcipuè ceſſat, quando paulo grandior ſumma, in ſumptum miſſa eſt. *Io. Garſias de Expenſis & meliorat. cap. 4. num. 24.* Quod
25 † autem aliqui præterea limitant, vt vitricus priuigno alimenta præbens, ſi eiuſdem bona etiam adminiſtret, non repetat ſumtus factos, *per l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt. Lud. Roman. conſil. 255. incip. Quoad primum quis melius. num. 2.* id certè omnino & ſimpliciter admitere non poſſum. Nam etſi concedã, eiuſmodi vitricum non rectè experiri contra ſuum priuignum, ſumptuum in alimenta factorum recipiendorum cauſſa, *vt vult Lud. Roman. d. conſil. 255. num. 2.* interim tamen certum eſt, eum bona priuigno reſtituentem, poſſe alimenta reputare, *ita eſt text. in d. l. Neſennius. 34. verſ. audiendos ſi reputare velint alimenta.* & ſic in effectu iſte priuignus ex ſuis proprijs bo-
26 nis viuit. Sic † nec ſimpliciter accipienda eſt ea limitatio quã affert Ruin. *conſil. 94. incip. Circa primum dubium. num. 7. vol. 5.* vbi ſcribit, vitricum, in cuius ſeruitio priuigna fuerit, non poſſe alimenta præſtita repetere. *per gl. fin. d. l. ſi paterno. 15. C. de ne-*

*de negoc. geſt. quæ mititur text. l. ſed ſi vir. 31. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quid enim ſi ſeruitia præſtita longè ſint minoris æſtimationis, quàm ſumtus in alimenta facti, tum certe iniquum fuerit, partis ſaltem alicuius repetitionem denegare. quam rem, quia inferius aliquanto vberius tractaturus ſum, pluribus hîc nolo perſequi.

# DE PATRE A' FILIIS ALENDO.

## Caput V.

### *SVMMARIVM.*

1. *Lex Sardoa de interimendis parentibus ſenibus.*
2. *Conſuetudo Hyperboreorum & Caſpiorum.*
3. *Quæ cauſæ impellere debeant liberos ad alendos parentes.*
4. *Hiſtoria de Cane T. Sabini.*
5. *Ciconiarum ἀντιπελαργία.*
6. *Gentium quarundam mos circa appellationes filiorum.*
7. *Parentum nutricatio quo iure ſit inuenta.*
8. *Non rectè referri eam ad ius naturale contra Alſonſ. ac Caſtr. & alios & num. 12.*
9. *Text. in l. ſi quis à liberis. 5. §. parens. de lib. agnoſc. expeditur.*
10. *Liberi parentibus debent alimenta ex obligatione antidorali.*
11. *Cordubæ de Lara lapſus.*
13. *Reg. Quod filius debeat alere patrem cum decem ampliationib. & ſex limit. num. 14. cum ſeqq.*
14. *An filius teneatur alere patrem qui ſua prodegit, & filij bona cœpit diſsipare?*
15. *Filius tenetur alere patrem bannitum vel deportatum. ampl. num. 7 limit. num. 18. & ſeqq.*
16. *Banniti noſtri temporis, vtrum comparentur deportatis an relegatis.*
17. *An filius teneatur bannito alimenta mittere ad ea loca vbi degit?*
18. *An pater bannitus ob pacem publicam turbatam à filio ſit alendus?*
19. *c. vn. §. 1. de pac. ten in vſib feud. explicatur.*
20. *Quatenus patrem bannitum filius occidere poſsit, inibiq́; explicata l. minimè 35. de relig. & ſumtib. funer.*

21. Pa-

21. *Patri reo maieſtatis læſæ, an filius denegare rectè poſſit alimenta ex opin. Cordub. de Lar.*
22. *Filius an teneatur alere patrem excommunicatum ob hæreſin.*
23. *Felini ſuper ea re ſententia in dubium vocata.*
24. *c. vlt. ext. qui filij ſint legit. declaratio.*
25. *Pater naturalis tantum an alendus ſit?*
26. *Pater inceſtuoſus vel adulterinus an alendus veniat à filijs?*
27. *Alexandri ratio conuellitur et. num. 29.*
28. *Lex Solonis de non alendis ſpurijs & an ea à Decemuiris relata ſit in 12. tabb.*
30. *Baldi rationes aliorumq́; patri adulterino alimenta denegantium refutantur.*
31. *Præceptoribus quatenus alimenta debeant diſcipuli, et. num. 33. 34.*
32. *Ex verbis narratiuis facti an & quatenus rectè inferatur.*
34. *Præceptor & parens pari ambulant paſſu, & an hoc tantum quoad reuerentiam verum ſit, vt opinatur Cordub. de Lar. poſt Luc. de pen. num. 35.*
36. *Et quid in præceptoribus Vniuerſitatis?*
37. *Nutricationem præceptorum etiam neceſſitatis eſſe contra Alberic. de Roſat.*
38. *Quæ ſit ratio differentiæ, quod præceptores ſint alendi, patres ſpirituales non item.*
39. *An onus alendi patrem incumbat etiam filiabus.*
40. *Filiæ nubenti quomodo pater vigore ſtatuti vel conſuetudinis bona tradere teneatur.*
41. *An filius emancipatus immunis ſit ab onere alendi patrem.*
42. *Et quid ſi filius ſit impubes.*
43. *An filius monachus exire poſſit monaſterio patris alendi gratia.*
44. *Ad defuncti filij hæredes extraneos onus alimentandi illius patrem deuoluitur. limit. nu. 46.*
45. *Et quid ſi monaſterium hæres ſit?*
47. *Quando pater ad ſummam egeſtatem redactus dicatur. ad hoc vt extraneus filij hæres ipſi alimenta iure poſſit denegare, & numero ſequ.*
48. *Extantibus fratribus nepotibusq́; patris, & filij defuncti hæredibus extraneis, non ad hos ſed ad illos ſpectare nutricationem patris contra Alber. de Roſat.*
49. *Alimentorum onus non ſemper ambulare cum bonis præter opinionem Imolæ.*
50. *Patris facultates an liberent filium ab onere eum alendi?*

51. Pa-

51. *Pater qui filium honeſta aliqua arte non curauit inſtituendum, an nihilominus petere ab eo poßit alimenta? contra Cordub. de Lar. num. 52.*

53. *Pater dignus exhæredatione indignus eſt alimentis.*

54. *Si filius ſemetipſum alere nequeat, nec patrem alit; quod declaratur ibidem.*

55. *An filius præſtare cogatur alimenta patri oppugnanti patriam?*

56. *Pater non eſt audiendus, ſi plures habens liberos alimenta poſcat ab vno, quod declaratur ibid.*

QVIA alimenta *vt ſ. cap. 2. num. 73. dictum fuit*, reciproce debentur, ideo ordo poſtulare videtur, vt nunc de patre à filijs alendo diſpiciamus. Etſi autem non inficior, inuentas fuiſſe gentes apud quas, filij patribus, non tantum cibum non præberent, ſed etiam vel ex legibus ſcriptis, vel ex diuturna vtentium, imò potius inſanientium conſuetudine, ſenio & labore confectis, vitam nefarie adimerent: quemadmodum
1 † lex fuit Sardoa, vt filij, patres iam ſeneſcentes fuſtibus cæderent & interemptos ſepelirent, *teſte Ælian. lib. 4. Var. hiſtor.*
2 *cap. 1.* traduntq; † Hyperboreos illos penitiſsimos, qui in extimo orbis tractu ſiti ſunt, conſueſſe eos, qui longo æuo vixerunt, poſt epulas & familiare conuiuium ſertis redimitos, ex rupe abrupta in mare dare præcipites: & apud Caſpios, à filijs parentes ſeptuagenarios domi clauſos, aut in loca inculta & deſerta, intimasq; ſolitudines expoſitos, fame, ſiti & inopia conficere. *Alex. ab Alexandr. lib. 3. genial. dier. cap. 2.* Quæ immanitas longe maior eſt, quàm eorum, quos *ex Tertull. lib. 1. aduerſ. Marcion.* patrum defunctorum corpora eſitauiſſe refert Lamb. Danæus *lib. 2. Ethic. Chriſtian. cap. 12. in pr.* tamen diaboli, impellentis miſeros homines, ad quæuis immaniſsima & dictu horrenda crimina patranda, rabies, deploranda eſt potius, quàm eiuſmodi impietas imitanda. Quod vt ne faciamus ſed parentum noſtrorum inopiæ pro virili ſuccurra-
3 mus, quemque inprimis † impellere debet præceptum DEI: honora patrem & matrem vt ſis longæuus. *Exod. 20. verſ. 12. Epheſ. 6. in pr.* cui non ſatisfactum eſt, ſi ſaltem eos fuſtib. non cædamus, aut ſi blandis verbis nonnunquam compellemus,
ſed

ſed etiam requiritur vt eos facto & reipſa iuuemus, eorumq; inopiam noſtra copia ſubleuemus, *vt ſapientiſſime ſcribit Syracid. cap. 3. cuius rationes Theologis explicandas relinquo.* Deinde ad hoc impellere vnumquemque debent ea beneficia, quæ à parentibus in nos profecta ſunt: cum enim ijs vitam proximè & ſecundum Deum debeamus, cuius æſtimatio iniri non poteſt, quid quæſo poterimus referre, quod ex parte aliqua reſpondeat? *Syracid. cap. 7. verſ. 29. & 30.* Et certè eiuſmodi liberis, qui parentes & viribus & opibus deſtitutos negligunt,
4 pudorem deberet † incutere canis ille, qui, vt hiſtoriæ narrant, Romæ dominum ſuum T. Sabinum, App. Iunio & Pub. Silio Coſs. damnatum, cum abigi non poſſet, comitatus in carcerem, mox percuſſum, vlulatu proſecutus eſt: cumque ex miſeratione populi Romani poteſtas ei cibi fieret, ad os defuncti eſcam tulit: vltimò abiectum in Tyberim cadauer adnatans ſuſtentare conatus eſt, *Iul. Solin. in Polyhiſtor. cap. 25.* Quod ſi enim eiuſmodi beſtia, rationis omnis expers, quibuſcunque potuit modis, gratias referre enixa eſt, ob eam ſolummodo cauſſam, quod ab eo enutrita & dilecta eſſet, *vt ſcribit Campofulgoſ. lib. 5. exemplor. cap. 2. nu. 21.* quanto maius dedecus erit, ſi ij, quibus rationis vſura à Deo Opt. Max concesſa eſt, parentibus, à quibus non tantum enutriti & quidem longe maiore labore & moleſtia, ac vehementius dilecti, ſed etiam procreati ſunt, parem gratiam referre non velint, ac ſe à brutis animantibus pietate vinci patiantur? quo
5 inſuper referenda eſt ciconiarum † parentes ſenes alentium gratitudo, *de qua videri poteſt Ariſtot. lib. 9. de hiſtor. animal. c. 13. Plin. lib. 10. natur. hiſtor. cap. 23. Ælian. lib. 3. de Var. animant. c. 24. vnde manauit quadam ceu prouerbij forma celebratum ἀντιπελαργεῖν, de quo videndus Eraſ. Roterod. Chiliad. 1. centur. 10 prouerb. 1. & quæ inde, authore tamen non indicato, deſumſit Ioan. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. nu. 53. & 54.* Cuius officij parentibus debiti, vt liberi admonerentur, receptum fuit à nonnullis genti-
6 bus, † vt ex hac pietate, filiorum communem vel generalem appellationem in ſua lingua deſumerent. Chaldæi enim filios appellant Bar, *vt patet ex Matth. c. 16. verſ. 17. Marc. c. 10. verſ. 46.*

R *& Phil.*

*& Phil. Melanch. lib. 3. Chronicon. tit. Adrianus.* quæ vox etiam frumentum ſignificat, qua procul dubio indicatum fuit, liberos alimenta debere parentibus, *Bened. Aret. in problemat. cap. 134.* ſic Græci filios appellarunt γηροβοσκοὺς *teſte Xenophont. in Oeconom. mihi fol. 661. & alibi paſſim apud Græcos auctores:* cuius dictionis compoſitio, tam manifeſta eſt, vt lectori eius recitatione, moleſtus eſſe non velim: de latina filiorum dictione, idem dici non poteſt, quia vel non ex illo fine, ſed ex alijs cauſis, deſumpta eſt, *vt tradit Io. Brech. ad l. filij appellatione. 84. nu. 1. ff. de verb. ſignif.* vel, quod magis puto, eſt vocabulum primitiuum. Antequam autem theſin principalem conſtituam, prius etiam hoc † præmittendum eſt, controuerti inter
7 DD. quonam iure hæc parentum nutricatio ſit introducta, vtrum iure naturæ, quod nobis cum brutis animantibus commune eſt, cui educationem liberorum accepto ferimus: *quemadmodum §. cap. 2. oſtenſum fuit:* an verò iure gentium: in qua dubitatione ego accedo eorum opinioni, qui ad ius gentium potius, quàm ad ius naturale in ſpecie ita dictum referunt. Cum enim iſtius venerationis & cultus, quem parentibus liberi debent, & cuius hæc, de qua in cap. præſente agimus, alimentorum præſtatio, pars eſt, bruta animalia penitus ſint ignara, vt teſtatur experientia: ideo quo minus hanc nutricationem ad illud ius naturale referamus, non ſinit definitio *tradita in §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in l. 1. §. ius naturale. ff.*
8 *de iuſt. & iur.* Neque † mouet me, quod in contrarium adducit Alfonſ. de Caſtr. *lib. 2. de iuſt. hæret. punit. cap. vlt. quem referunt & ſequuntur Didac. Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. c. 8. §. 6. nu. 5. & Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. c. 4. nu. 52.* motus exemplo ciconiarum, quæ parentum ſuorum ſenio confectorum curam gerunt, eósq; cibant, inde cupiens inferre, etiam bruta animalia iſtius iuris peritia cenſeri: nam reſpondetur, cum ius naturale definiatur ab Vlp. *in d. loco* eſſe quod natura OMNIA animalia docuit: & eandem pietatem à cæteris brutis animalibus, præter ciconiam ſuis genitoribus non exhiberi certum ſit: ideo quilibet animaduertit, ad ius naturale, vt in ſpecie iuri gentium opponitur, referri non poſſe: æquè

æquè minus ac ſi nocturnas vigilias *de quibus in tit. ff. de præfect. vigil.* ex iure naturali, ſpecialiter ita dicto, velimus deducere, eam ob cauſſam, quod Plin. *lib. 10. natur. hiſtor. cap. 23.* de gruibus tale quid narret. Et hoc ipſum voluit Bald. dum *in l. 1. §. ius naturale. nu. 6. ff. de iuſt. & iur.* inquit, quod ſingularis caſus iſtius animalis, non componat regulam, nec vna hirundo faciat ver. *Albert. Bolognet. de leg. iur. & æquit. c. 5. nu. vlt.* Vt itaq; illas actiones, quas natura quibuſdam tantum animalibus, præ cæteris conceſsit, quemadmodum de politia apum, viduitate turturum, ſedulitate formicarum, telis aranearum, &c. omnibus notum eſt, Iuriſconſultus à iure naturali ſegregaret, ideo addit illam particulam OMNIA. Huic primæ rationi, à definitione iuris naturalis petitæ, addo ſecundam,
9 † nempe auctoritatem Iuriſconſulti. *in l. ſi quis à liberis. 5. §. parens. ibi: ratione natur. ff. de lib. agnoſc.* ex quo textu liquet hanc præſtationem alimentorum, referri oportere ad ius gentium primæuum, quod *à præceptore & ſocero meo piæ memoriæ D. Matth. VVeſenbec. in §. ius autem. 4. in pr. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* ius gentium rationis appellatur: à natura enim vnicuiq; innatum eſt, parentes eſſe colendos verbis & factis: *quas ambas rationes affert etiam Io. de Anan. in rubr. ext. de infant. expoſ. nu.*
10 *4.* Et iſtam noticiam practicam † iuuat ratiocinatio, nempe eos, qui in nos beneficia contulerunt, rurſum beneficijs afficiendos eſſe. *l. ſed & ſi. 25. §. conſuluit ff. de petit. hæred.* qua poſteriore ratione, pleriſque noſtrorum interpretum, oſtendere conantur, hanc alimentationem parentibus à liberis debitã, non ad ius naturale, ſed gentium pertinere, *vt Alberic. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. nu. 7. vbi allegat Ariſtot. lib. 10. Ethic. ſed corruptè: nam in lib. 9. Ethicor. c. 2. inquit, filij parentibus, maximè res ad victum neceſſarias, ſuppeditare debent, tanquam debitores: quemadmodum ipſe Alberic. in l. 1. § ius naturale. nu. 13. ff. de iuſt. & iur. eundem locum iiſdem verbis ex philoſophi libro nono Ethic. ad hoc idem propoſitum allegat.* quem philoſophi locum indicaui, non ſolum vt illud mendum ex Alberico tollerem, ſed etiam & quidem præcipuè, vt oſtenderem, longe alia ratione liberos à parentibus, quàm econtra parentes à liberis ali: illud enim

faciunt parentes, tantum naturali inſtinctu, nullis beneficijs à
filijs ſuis affecti : at liberi debent alimenta parentibus ex an-
tidorali, vt noſtri loquuntur, obligatione, præſtare, tanquam
debitores : quod debitum liberi æſtimare non debent præci-
puè ex cibo & potu, quem à parentibus accipiunt : ſed multo
magis ex eo quod vitam proximè & ſecundum DEVM à pa-
rentibus habent. *Fort. Garſ. in l. 1. §. ius naturale. nu. 105. ff. de iuſt.*
11 *& iur.* Vnde patet † Cordubam de Lara *in d. l. ſi quis à liberis.*
*§. parens. nu. 16.* labi, putantem, eodem iure eademque ratio-
ne filium à patre, & viciſsim patrem à filio alendum eſſe. Ne-
que ipſi patrocinari poteſt, quod quemadmodum pater filium
debet alere, quia filius eſt. ita rurſum filius debeat alere pa-
trem, quia pater eſt : nam hæ ipſæ rationes plurimum inuicé
differunt. Etſi enim iſta relatio, quæ tantum vnica eſt, ab vna
& eadem natura producatur : non tamen hinc ſequitur, pari
plane iure alterum alteri obſtrictum eſſe. Contrarium namq;
varijs exemplis oſtendi poſſet, vt mariti & vxoris, magiſtri &
diſcipuli, fundi dominantis & ſeruientis ac ſimilium, in qui-
bus vnica quidem eſt relatio, attamen alterum altero plus
vel minus eſt conſtrictum : ſed nolo vtpote in re per ſe mani-
12 feſta immorari. Ad interpretum † itaque noſtrorum, hanc
parentum nutricationem, non ad ius naturale, ſed ad ius gen-
tium, referentium auctoritates redeundo, præter Albericum
de Roſate *ex d. l. ſed & ſi. 25. §. conſuluit.* idem tradit Bart. *in d. l.*
*1. §. huius ſtudij. nu. 6. Caſtrenſ. d. l. 1. §. ius naturale. nu. 12. quem ſequi-
tur Seiſell. ibid. nu. 11. Felin. in c. ſi diligenti. 12. nu. 5. ext. de for. compet.
quem ſequitur Pontan. de aliment. c. 9. nu. 2. Berengar. Fernand. in l. in
quartam. c. 1. nu. 103. ff. ad l. Falcid. Rub. Alexandrin. in l. ſi pater. num.
40. ff. de inoffic. teſtam. vel iuxta Spirenſem editionem in tract. de inoffic.
teſtam. c. 2. nu. 25. Barthol. Romul. in l. vt vim. nu. 136. ff. de iuſt. & iur. Io.
Corraſ. de art. iur. part. 2. c. 4. Franc. Sarmient. in tract. de redit. Eccle-
ſiaſt. part. 3. c. 4. nu. 7. qui omnino eſt videndus.* His itaque explica-
13 tis, † conſtituo theſin huius capitis, Filius tenetur patrem a-
lere. *l. 1. C. de alend. liber. l. cum non ſolum. 8. §. ipſum autem. C. de bon.
quæ liber. l. filia tua. 5. C. de patr. poteſt. l. mutus. 73. §. 1. ff. de iur.
dot. l. ſi quis à liberis. 5. in prin. & in §. parens. ff. de agnoſc. liber.*

*Bart.*

*Bart. tractat. de aliment. num. 8. Pontan. eodem tract. cap. 9. num. 1. in fin.*

14 Ampliatur † primò, vt filius teneatur etiam alere patrem, qui non ſolum ſua propria bona prodegit, ſed etiam filij bona diſsipare incepit, ita vt patri auferatur quidem bonorum adminiſtratio, ſed ex reſtantium fructibus ſit alendus. *text. eſt in l. Imperator. 50. & ibi gl. vlt. ff ad SC. Trebell. Etſi enim. Io. Andr. in addit. ad Speculat. de dot. poſt diuort. reſtituend. §. formatis. nu vlt. in addit. fin. textum d. l. Imperator. ita intelligat, vt patri diſſipatori totus vſusfructus ſit relinquendus: tamen ipſa verba legis, hanc interpretationem non admittunt, vt rectè perpendit verbum, egenti, Paul. de Caſtr. in d. l. Imperator nu. 4. & Alex. nu. 8. Nic. Boër. deciſ. 61 nu. 17. vbi* COMMVNITER *hanc ſententiam, ſola alimenta deberi patri, receptam eſſe aſſerunt, quam etiam ſequitur Hier. Schurpff. conſil. 20. nu. 14. centur. 2. Ranchin. deciſ. 107 part. 1.*

15 Secundò † ampliatur vt hæc alimenta filij debeant patri etiam bannito vel deportato. Quanquam autem non ignoro
16 inter interpretes noſtros diſputari, vtrum † banniti noſtri temporis comparentur tantum relegatis, an verò deportatis, *vt videre licet apud Tiraq. de retraict. lignag. §. 1 gl. 9. nu. 22. & 28. Gaſpar. Vallaſc. in l. imperium nu. 178. ff. de iuriſdict. Contard. in l diffamari. c. 4 nu. 84. C. de ingen. manumiſſ.* inter quos ſanè ingens eſt diſcrimen, *Georg. Lauterb. lib. 2 differentiar. c. 100 Menoch. de arbitr. iudic. q. lib. 2. cent. 4. caſ. 330.* & propterea aliquibus videri poſſet, à me non rectè fieri, dum de his coniunctim tanquam de iiſdem ago: at quia deportatio longè grauior eſt relegatione, cum deportati iura ciuitatis amittant. *§. ſi minor. Inſtit. de cap. diminut.* relegati verò ea ſalua retineant. *l. relegati. 4. ff. de interdict. & releg.* & deportatum patrem filij alere debent, vt iam probabitur, ideo bannitos, ſiue comparemus deportatis, ſumetur ab his ad illos argumentum à pari: ſiue relegatis, quod mihi probabilius videtur *per ea quæ dicta ſunt ſ. cap. nu. 17.* tum rectè procedet argumentatio, ſi deportati parentes quique propterea patiuntur mediam capitis diminutionem à filijs ſunt alendi, multò magis ali debebunt parentes relegati vel banniti, qui nullam patiuntur capitis diminutionem. *d. l.*

*relegati.* Igitur deportatum patrem à filijs ali debere probat text. *in l. mutuũ.73. §. manente. ff. de iur. dot. authent. inceſtas. C. de inceſt. nupt. §. ſi verò contigerit. in auth. de inceſt. & nefar. nupt. collat. 2. Bart. in tract. de aliment. num. 26. Royz. deciſ. 3. nu. 431.* eoſque text. poſtea interpretes ad bannitos noſtri temporis accommodant, & quidem rectè, vt iam dixi. *Bart. in d. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed vtrum. ff. de lib. agnoſc. Alberic. de Roſat. a. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. num. 8. & in tractat. de ſtatut. part. 4. quæſt. 7. num. 1. Io. de Anan. in c. de infantibus. 4. nu. 14. ext. de his qui liber. occid. Nell. in tract. de bannit. part. 1. ſecundi temporis, quæſt. 48. Cæpoll. conſ. ciuil. 27. incip. Super cauſa. nu. 5. Io. Cephal. conſil. 498. incip. Mihi quoq. num. 6. & 7.* Hinc filius patri alimenta propter dominum ſubtrahere non poſſet, *Zaſ. in tract. de feud. part. 7. nu. 31. per ea quæ de filio & fratre notat Bald. in c. 1. in pr. num. 3. de nou. form. fidel.* Quæ
17 ampliatio extenditur † vt filius obſtrictus ſit, patri bannito alimenta ad ea loca vbi degit mittere. *gl. in d. §. ſi verò contigerit. verb. alia neceſſaria per text. §. ſi vnum de prædictis. in auth. Vt cum de appell. cognoſc. qui text. ſi rectè inſpiciatur hanc extenſionem optimè probat: & iſtam gl. ſequitur Bart. in tract. de aliment. nu. 25. ac notabilem appellat Corſet. in ſing. 301. verb. Solutio.* Quia verò ab aliquibus ad hanc ſecundam ampliationem afferuntur aliquot limitationes, ideo eæ quatenus procedant, videndum eſt: & primò quidem dicunt aliqui, patrem ob turbatam
18 † pacem publicam à filio alendum non eſſe. *Bald. in d. authent. inceſtas. in fin. & in c. vn. in princ. nu. 7. & ibi apoſtill. de pac. ten. & eius violat. in vſib. feud. Lud. Roman. in repet. l. ſi verò. §. de viro. verſ. Sexto fallit propter pacis inductionem, &c. (in ipſis operib. Lud. Romani habetur ſub num. 27. ſed in voluminibus repetitionum. num. 39.) ff. ſolut. matrim. Matth. de Afflict. d. c. vn. § ſi quis hominem. verſ. Vndecimo nota. nu. 11. Aluarott. eod. cap. vnic. § ſi verò pacis. nu. 4. Corſet. d. ſingul. 301. verb. Solutio. Fab. de Giocch. in auth. nouiſſima. num. 263. C. de inoffic. teſt. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. § ſed vtrum. num. 14. qui omnes nituntur d. c. vnic. §. 1. & l. minimè. 35. ff. de relig. & ſumt. funer.* Verum per hos textus, non puto probari id, quod
19 DD. volunt. Nam *in † d. c. vn. §. 1.* conſtituitur, vt ſi quis turbet pacem publicam & poſtea aufugiat, bona eius mobilia in popu-

populum diſtribuantur: ſed immobilia dentur ipſius hæredibus, ita tamen, vt hi iureiurando ſpondeant, quod ille violator pacis nunquam de cætero, ipſorum voluntate aut conſenſu aliquod emolumentum inde percipiat, &c. Hæc certè verba ſatis indicant, non ſimpliciter interdici liberis, quo minus parenti pacis publicæ turbatori, & nunc egeno alimenta præbeant: ſed tantum ſancitur, ne vel ipſa bona vel eorum reditus patri clam reſtituantur: *ita Tiraqu. de retraict. lignag §.1. gl.9 num.70.* interim vt liberi de alijs ſuis bonis patrem non alant, non prohibetur. *Bald. in auth. bona damnatorum.nu.4.C. de bon. proſcript. Hippol. de Marſil. in practic. crimin. §. aggredior.nu. 103. & in tract. de Bannit. verb. exules. nu. 6. Bapt. Pontan. de alim. cap.9.num.4. Ant. Cordub. de Lar. in d. l ſi quis à liberis. § ſed vtrum. nu.15.* Quam d. §. 1. explicationem veriſsimam puto, partim quod ipſi literæ conueniat, partim quod pietas hoc ſuadeat, *d.§. ſi verò contigerit. in auth. de inceſt. & nefar. nupt. Peregrin. de iur. fiſc. lib.5. cap.1 num.45.* & denique quia eam Ioanni de Anan. *in d. cap. de infantibus.num.16.* magnæ profecto ſcientiæ & conſcientiæ viro, *vt teſtatur Tiber. Decian. conſil. 88. num. 35. volu. 2.*
20 placuiſſe video. Sic † quod aliqui ex d. l. minimè. 35. ita arguere volunt, cum bannitus cenſeatur hoſtis patriæ *Clar. lib.5. ſentent. §. homicidium.nu.57. vbi hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe teſtatur*, eumq; filio impunè occidere liceat, *per d.l. minimè. 35.* Ergo pari ratione, alimenta denegare: ad hanc ratiocinationem reſpondeo, etiam in hoc, quemadmodum in priori argumento, committi fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nec enim ſemper & vbique patrem hoſtem patriæ, filius impunè occidere poteſt, ſed tantum quando iam facto ac re ipſa patriam & liberos oppugnat: tum demum enim filio permittitur defenſionis cauſſa patrem interimere. *text. eſt in d. l. minimè.35. & ibi gl. verb occidat. c. fortitudo.5. & ibi gl. verb. patriam. 23.q.3. Alberic. de Roſat in tract. ſtatut. part.4.q.6. Cæpoll. conſil. ciuil.48. incip. Caſus talis, proceſſum eſt per magnificum. num. 7. & 16. Cordub. de Lar. d.l. ſi quis à liberis. §. ſed vtrum.nu.17.* Vnde apparet, ſi Titius bannitus ſit ab Imperio Romano, & is non oppugnet patriam, ſed exulatum eat in alia regna: fi-

lium eius, nec armis nec fame, patrem Titium, poſſe impunè occidere: ſed teneri ipſi vt patri, alimoniam præbere: propterea quod defenſionis neceſsitas hoc caſu ceſſet: imò an patriæ defendendæ cauſſa, filius patrem, ſalua conſcientia, occidere poſsit cum Andr. Gail. *lib. 2. de pac. public. cap. 10.*
21 *num. 23. & 24.* non ſine cauſſa dubito. Quod † poſtea Cordub. de Lar. *in d. §. ſed vtrum. num. 16.* ab alimentis patri, qui crimen læſæ Maieſtatis commiſit, ſuppeditandis, filium liberatum eſſe, & ita hanc ampliationem ſecundo modo reſtringi oportere, arbitratur: id veritati conſentaneum non eſſe puto: quia in hoc argumento à relatiuè oppoſitis ducto, pater criminis læſæ maieſtatis reus non alit filium innocentem. *l. quisquis. C. ad l. Iul. Maieſtat.* Ergo multo minus filius innocens alere debebit patrem nocentem: antecedens falſum eſſe, & filio ex patris bonis alimenta deberi, dictum fuit s̃. cap. 1. nu. 12. & ſeqq.

22 Tertiò † ampliatur huius capitis principale thema, vt etiam filius teneatur alere patrem ob hæreſin excommunicatum: licet enim Specul. *tit. qui filij ſint legitim. nu. 13.* non omnino clarè huic ſententiæ accedat: tamen eam benè probat Gofred. Tranenſ. *in ſumm. tit. de tempor. ordin. & qualit. ordin. num. 35. cuius rationes omnes, auctore non indicato, deſcripſit Hoſtienſ. in ſumma eiuſdem tit. §. & cui. verſ. Septima regula, hoſpitalem, &c. nu. 21. qui inter alia præcipuè nituntur. c. 1. & ibi gl. diſtinct. 30. ac deinde quod hæc alimenta parentibus debeantur, non ob religionis ſincceritatem, ſed ob naturæ iuſſum, vel naturalem rationem. d. l. ſi quis à liberis. 5. §. parens. Archidiac. in c. non ſatis, per illum text. nu. 1. diſtin. 86. Barbat. conſil. 63. incip. Præclarè ſcribitur. nu. 4. vol. 2. per gl. in d. c. 1. verb. fideles. diſtinct. 30. & gl. in d. c. non ſatis. verb. domeſticos. quas gloſſas, ibi ad hoc propoſitum, valde ſolennes appellat, eandemq́; ſententiam amplectitur Alberic. de Roſat. in tract. ſtatut. part. 4. q. 7. nu. 2. Angel. Aret. in §. 1. nu. 13. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Nell, de bannit. d. part. 1. ſecundi temporis. q. 48. in fin. nu. 123. Io. Cephal. d. conſil. 498. incip. Mihi quoq;. num. 8. & 9. Cord. de Lara in d. l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. nu. 8. & hæc ſententia* COMMVNIS *eſt teſte Felin. in c. cum ſit. 17. num. 2. ext. de Iudæ. & Anton. de Padill. in l. præ-*

23 *in l. præſes. num. 11. C. de ſeruit. & aq.* Quanquam † autem Felinus ibidem veretur, vt hæc ſententia communis, in foro contentioſo non obtineat: cum ijſdem de cauſis, ob quas exhæredatio admittitur, alimenta denegare fas ſit: *per gl. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. verb. detulerat.* hæreſis verò inter exhæredationis cauſſas numeretur: *§. ſi quis de prædictis liberis orthodoxis. in Authent. vt cum de appell. cognoſc. collat. 8.* non tamen puto hanc obiectionem ſatis eſſe debere, vt communem opinionem, præſertim textibus & rationibus ſatis idoneis fultam deſeramus. Et reſponderi poteſt ad d. gl. *in verb. detulerat* primo eam ſolummodo veram eſſe in cauſis quæ teſtatorem lædunt, non verò in ea quæ de religione agit: idque partim probat text. *d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex.* vbi cum negentur alimenta filio, propterea quod patrem detulerat: ratio exigit vt gloſſam non extra iſtius legis, qua nititur, terminos, ſed iuxta eam interpretemur. *Bart. in l. non ſolum. 9. §. ſi liberationis. nu. 7. ff. & ibi Apoſtill. ff. de liber. legat. Iaſ. conſil. 96. incip. Iſte eſt valde difficilis. nu. 19. vol. 4.* partim diuerſitatis ratio hanc diſtinctionem euincit: cum enim hæc alimenta, vt etiam paulo ante dixi, non ob religionis puritatem debeantur, ſed ob naturalem rationem: ideò æquiſsimum eſt, eas tantum exhæredationis cauſſas, alimentorum denegationi accommodare, quæ iſtam naturalem conſociationem, qua pater & filius inuicem obligati ſunt, lædunt, vt ita eius legis in quam committit beneficio non fruatur. *c. quia fruſtra. 14. & ibi gl. 1. extr. de vſur. l. vlt. §. ſin verò. & ibi gl. verb. cenſuerunt. C. de iur. deliber.* religionis autem noſtræ veritas nobis à natura inſculpta non eſt, neque eius notitia nobiſcum naſcitur. *Iohann. cap. 1. verſ. 18.* Secundo poteſt etiam ad d. gl. *verb. detulerat.* reſponderi *ex l. in toto iure. 80. cum ibi notat. per Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* Si enim ipſarum legum & ſtatutorum generalium ea eſt natura, vt in ijs caſibus de quibus in ſpecie aliter cautum eſt, officium perdant: *Dec. d. l. in toto num. 7.* cur, quæſo, Accurſij notæ hanc
24 conditionem & legem detrectent? Quod ſi † quis contra hanc tertiam ampliationem *ex c. vlt. ibi: poſt fidem receptam. ext. qui filij ſint legit.* opponere præterea velit: filios non debere paren-

tibus ſuis infidelibus adhærere: ei reſpondetur hoc verum eſſe, quo ad ipſam infidelitatem, in qua parentum veſtigia illi potius deſerere quàm ſequi debent: id quod iubet Saluator noſter *apud Matth. c. 10. verſ. 37. & apud Luc. cap. 14. verſ. 26.* ſed quo ad ſuſtentationem, liberi parentum inopiæ ſuccurrere debent, neque hoc poſſunt omittere vllo religionis prætextu, vt idem Redemptor & Saluator noſter docet, *apud Matth. cap. 15. verſ. 5. & ſeqq. ac apud Marc. cap. 7. verſ. 9. & ſeqq. quam diſtinctionem tradit etiam Io. de Anan. in c. Iudæi ſiue. 5. nu. 4. extr. de Iudæ.*

25 Quartò † ampliatur huius capitis thema principiale, vt à filio etiam pater naturalis tantum alendus ſit. *text. eſt in auth. licet verſ. hi ergo & parentibus. C. de natural. liber. & §. In quibus autem caſibus. in auth. quib. modis. natural. effic. ſui collat. 7. Aſca. Clement. de patr. poteſt. cap. 5 num. 38. Marc. Anton. Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 31.*

26 Quintò † ampliatur vt etiam filij teneantur patrem inceſtuoſum vel adulterinum alere: cum enim filij inceſtuoſi & adulterini à parentibus ſuis ex æquitate Canonica ali debeant, vt ſ. cap. 3. dictum fuit, & alimenta reciproce debeantur, vt etiam ſ. *ex Cephal. conſil. 278. num. 44. & 45. ac conſil. 408. numero 5.* dixi: ſequitur hanc pietatem ſuis parentibus, quamuis adulterinis vel inceſtuoſis filios rependere oportere. *Bald. de Bartolin. in l. 1. num. 144. ff. ſolut. matrim. & iiſdem verbis repetijt in tract. de dote part. 6. priuil. 16. verſ. ſed poſſet dubitari in matre. Nicol. de Vbald. in tract. ſucceſſ. part. 2. nu. 25.* Et hanc rationē, quod omnia quæ reperiuntur diſpoſita in filijs naturalibus reſpectu parentum, habeant locum è conuerſo in parentibus reſpectu filiorum, tam in ſucceſſione bonorum quam in alimentis, *per text ſingularem in §. in quibus autem caſibus. in authent. quib. modis natural. effic. ſui. collat. 7. auth. licet in fin. C. de natural. lib.* pro inconuincibili fundamento adducit Anton. Gomez. *in comment. ad ll. Taur. l. 9. & ſeqq. numero 46.* putans propterea patrem adulterinum vel inceſtuoſum à filijs adulterinis vel inceſtuoſis ſimiliter ex æquitate Canonica *d. cap. cum haberet. ext. de eo qui duxit in matrimonium quam poll. per adult.*

*ult. alendum eſſe: & hanc ſententiam tanquam* VERIOREM *tenendam cenſet Ant. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1 num. 32. quemadmodum & Ant. Cordub. de Lara d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. nu. 83. ff. de liber. agnoſc.* Cuius ampliationis veritas vt eo magis eluceſcat, conſiderandæ ſunt contrariam partem defendentium rationes: ex quorum nu-
27 mero primum † ſe offert Alex. *in l. 2. num. 13. ff. de in ius voc.* ita arguens, pater adulterinus vel inceſtuoſus non tenetur alere filium ſpurium. *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ergo nec vice verſa, filius ſpurius patrem: rationem conſequentiæ adducit ex Azon. *in ſumma C. de legitim. hæred. num. vlt. eodemq́; plane argumento vtitur Bertrand. conſil. 290. incip. Pro faciliore oſtenſione. num. 20. part. 1. vol. 3.* Ad quod argumentum breuiter reſponderi poteſt, negando antecedens. Nam etſi quidem iure ciuili de filijs ita cautem fuit, in d. *auth. ex complexu.* & apud Athe-
28 nienſes † à Solone expreſſe de parentibus ſpurijs non alendis conſtitutum fuit μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν, *vt teſtatur Plutarchus in ipſius vita, & Pard. Prat. lib. 2. Iuriſprudent. veter. cap. 6. quam an Decemuiri apud Romanos in duodecim tabulas retulerint, vt affirmant Didac. Couarr. in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 5. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 24. Gabr. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 46. num. 1. & Cordub. de Lar. d. §. vtrum. num. 78. vehementer dubito, præcipuè cum iſti nullum ex veteribus auctoribus adducant, & viri doctiſſimi qui fragmenta legum XII. tab. collegerunt, vt ſunt Anton. Auguſtinus, Reuardus, Hottomannus, Prateius, Valent. Forſterus & alij, huius rei nuſquam, quod ſciam, meminerint*: tamen quicquid ſit, iſta
29 diſpoſitio hodie non obſeruatur, ſed ex æquitate † Canonica filijs adulterinis & inceſtuoſis debentur à parentibus alimenta etiam in foro ſeculari, *vt ſ. cap. 3. nu. 8.* COMMVNEM *eſſe oſtendi.* Vnde retenta ratione conſequentiæ ex Azon. allata *quam etiam ſequitur Bart. in l. fin. nu. 5. ff. de his quib. vt indign. & vlterius confirmat Ant. Gomez. d. num. 46.* efficitur patri ince-
30 ſtuoſo deberi alimenta. Quod verò præterea † aliqui patri adulterino alimenta denegant propter ipſius peccatum, quo is, non verò filius natus, ſe inquinauit, *vt videtur velle Bal. in d.*

*in d. auth. licet. num. 3. in fin. vbi inquit, patrem ſpurium indigniorem eſſe ſuo filio. & adhuc clarius Lud. Tard in tract. de legitimat. par. 2. nu. 23. in fin. verſ. quarto. quæritur an pater, &c. ac Andr. de Beſſet. in l. 1. num. 111. C. de SS. Eccleſ. qui ex c. naſci. diſt. 56. probat culpam huius improbatæ originis reſidere non apud filium natum, ſed apud parentes procreantes:* ex eo certè non ſequitur, patri egenti propterea filium ſpurium locupletem poſſe denegare alimenta. Nam reſpondeo, licet pater nefarias libidines exercens peccauerit, non tamen peccauit in filium. *Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 116.* ideoq́ue filio non datur pœnæ perſecutio. Cum enim filijs parentes ita accuſare, vt pœna aliqua afficiantur, non liceat: multò minus ipſis licebit denegando alimenta parentes necare. Quod ſi quis contendat, ad filium aliquo modo redundare patris peccatum, quia ad honores regulariter non admittitur. *l. generaliter. 3. §. ſpurios. ff. de decurion. Dyn. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 11.* de quo, vt non immeritò ambigi poſſet, *per ea quæ in medium affert D. Modeſtin. Piſtor. conſil. 46. vol. 1.* ita omni dubio caret, liberos iſtos adulterinos & inceſtuoſos, ſucceſsionis paternæ incapaces eſſe. *authent. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ſi itaque hinc quis velit colligere, igitur eiuſmodi filios poſſe patri pœnæ loco alimenta denegare: huic reſponderi poſſet negando conſequentiam, primo quia regulariter nemini licet, ſemetipſum ſine legis permiſsione vindicare. *tot. tit. C quando lic. vnicuiq́. ſine iud.* deinde quia pœna debet cum delicto commenſurari. *auth. omnes peregrini in fin. C commun. de ſucceſſ. c. non afferamus. 21. & ibi gl. verb. ſceleratius 24. q 1.* quod non fieret, ſi per filios aut nihil aut parum læſos, parentibus vita, alimentorum denegatione, adimeretur. *l. necare. ff. de lib. agnoſc.* & tertio quia nemo poteſt culpam auctori obijcere, ex qua obijciens lucrum ſenſit. *text. elegans in l. cum in fundo. 78. §. 1. verſ. Etſi quidem dominium ff. de iure dot. Seb. Sap. in l. diem defuncto. num. 31. ff. de offic. aſſeſſor. Cagnol. l. ex qua perſona 192. num. 2. ff. de reg. iur.* filius verò adulterinus, ex iſto coitu damnato non aliquod commodum pecuniarium, ſed longè præſtantius nempe vitam, cuius æſtimatio

matio iniri non poteſt, adeptus eſt: ideo patri obijcere has libidines ipſe non poterit.

31 Sextò † porrigitur hoc thema ad præceptores, vt & his à diſcipulis in caſu inopiæ alimenta debeantur: idq; probatur exemplo Sabini, quem, cum amplæ facultates ei non eſſent, plurimum à ſuis auditoribus ſuſtentatum ſcimus *ex l. 2. §. fi. ff. de orig. iur. quo textu ad hoc propoſitum vtitur Innocent. c. 1. ext. de magiſtr. & qui eum ſequuntur Ludouic. Roman. ſingul. 139. Io. de Anan. d. c. 1. num. 11. ext. de magiſtr. Barba in c. cæterum. num. 93. ext. de iudic. Iacobin. de S. Georg. in tract. feudal. verb. Et dicti Vaſſalli pro dictis rebus num. 7. Marcus Mantua. lib. 2. obſeru. cap. 16. non longè à fin. Fr. Zoannet. l. vt vim. part. 1. num. 89. ff. de iuſt. & iur. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. 5. effect. 3. num. 11. cum ſeq. & effect. 17. num. 5. Baptiſt. Sontan. de aliment cap. 13. num. 10. Speckhan. quæſt. 54. num. 4. centur. 1.* quæ ampliatio ideo præcipuè obſeruanda eſt, quod etiam viros de Republica præclarè meritos ſumma paupertate preſſos legamus. *Val. Maxim. lib. 4. cap. 4.* atque etiam maximi nominis Iureconſultos. *Corráſ. in Epiſtol. quæſtion. cap. 23.* Etſi autem ad huius ſententiæ fundamentum, *nempe ad d. l. 2. §. fin.* Cagnolus *ibi num. 43. & ſeq. vel iuxta nouiſſimam editionem num. 591. & ſeq. quem refert Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. num. 15. & 16.* reſpon-

32 det, ex verbis † narratiuis facti, arguere non licere. *gl. l. vn. verb. quoties. C. quand. non petent. part. pet. accreſc. quam gl.* COMMVNITER *ad hoc approbatam eſſe teſtatur Curt. iun. conſil. 59. incip. Noua & ingenioſa. num. 4.* vel, quod in idem incidit, non exemplis ſed legibus iudicari oportere. *l. nemo. 13. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic.* tamen non arbitror diſcipulos ab alendis præceptoribus penitus propterea eſſe liberos: ſiquidem diſtinguenda ſunt exempla, quia alia legibus apertè aduerſantur, quæ imitari non debemus *d. l. nemo. 13.* alia verò legibus non tantum non aduerſantur, ſed etiam ad virtutem præterea nos incitant & certè horum veſtigijs nos inſiſtere par eſt. *Heſiod. lib. 1. ἔργων καὶ ἡμέρ. in pr.* exemplo Themiſtoclis qui ſe quieſcere volentem Miltiadis tropæo excitari dicebat. *Valer. Maxim. lib. 8. cap. 15. elegans text. eſt in §. vlt. verſ. nuper & nos*

eun-

*eundem principem ſuperare contendentes. Inſtit. de fideicommiſſ. hære-*
33 *dit.* Cum igitur naturali obligatione † vt benefacientibus
beneficia rependamus, diſcipuli ſuis præceptoribus obſtrin-
gantur, *l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.* ac ideo recte
& iure feciſſe perhibeantur, qui agnoſcentes hanc obligatio-
nem præceptoribus benefaciunt. *d. l. 2. §. fin. ff. de orig. iur. &*
*l. Attilius Regulus. 27. ff. de donat.* ideo omnes operam dare o-
portet, vt idem præſtent. Alia huius ſextæ ampliationis ra-
34 tio deſumitur ex † eo, quod præceptor & parens pari paſſu
ambulare perhibeantur *l. 1. in fin. C. de excuſat. artific. lib. 10. l.*
*aut facta. 16. §. 1. verſ. à magiſtro vel parente. ff. de pœn. Ariſtot. lib. 9.*
*Ethic. ad Nicomach. cap. 1. circa fin. Zoannet. d. l. vt vim. part. 1.*
*num. 87. & ſeq. latè Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 5.*
*caſ. 500. per tot.* Neque hanc rationem euertit reſponſio, quem
Cordub. de Lar. *d. §. etſi impubes. num. 17. ex Luc. de Penn. in d. l.*
35 *1. C. de excuſ. artif.* in medium profert, † quaſi id accipien-
dum ſit de reuerentia. Nam ſi diſcipulum officio ſuo functum
arbitratur, ſi præceptori obuiam venienti de via decedat, vel
ei aſſurgat, aut locum honoratiorem concedat, & ſi quæ alia
huius generis excogitari poſſunt: tum ipſius ſententiæ vtpote
à veritate alienæ aſtipulari non poſſum. quia eiuſmodi reue-
rentia conſiſteret non in re & facto, ſed in eiuſmodi rebus quæ
præſertim ſi modus excedatur viros graues & doctos potius
offendunt quam delectant: *vt patet ex iis quæ tradit Ariſtot. lib.*
*4. Ethic. ad Nicomach. cap. 3. & 4. (ſed iuxta Lambini diſtinct. in-*
*uenietur in cap. 7. cum tribus ſeqq.)* Vt taceam ex iſtorum hono-
rum delatione potius diſcipulorum laudem augeri, quàm
præceptoris commodum promoueri: cum honor potius ſit in
honorante quam in honorato, *teſte Philoſopho lib. 1. Ethic. ad*
*Nicomach. cap. 5. (in Lambini editione prima habetur in cap. 4. ſed*
*in poſtrema habetur in cap. 3.)* Ergo puto reuerentiam præcepto-
ri ſuo à diſcipulo deberi eam, quæ in re & facto conſiſtat: ita
vt vbicunq; præceptoris res, aliquid opis expoſcere videan-
tur, quaſcunque, honeſtas tamen, præceptorem iuuandi ratio-
nes ineat: verbi cauſſa, ſi ab ipſo tradita à quibuſdam velli-
centur,

centur, conetur eum defendere: *l. qualem.19. §. vlt. verſ. Caſſius magiſtri ſui ſententiam bene excuſat. ff. de recept. arbitr.* ſi laboret inopia rei familiaris, ipſius egeſtati, pro virili ſuccurrat: *d. l. 2, §. fin. ff. de orig. iur. & d. l. Attilius Regulus. 27. ff. de don.* ſi alia re opus habeat, ipſum etiam in ijs iuuet, vt oſtendit præclarum exemplum Ciceronis Archiam poëtam præceptorem ſuum egregia oratione defendentis, & alia exempla ſubminiſtrare poteſt Menoch. *d. caſ. 500. num. 5. & ſeqq.* Etſi autem
36 ea † quæ de præceptoribus hic dicta ſunt, aliqui non de præceptoribus vniuerſitatis accipienda putent, ſed ad particulares ſolummodo conentur reſtringere: *vt Alberic. Gentil. lib. 4. Variar. lect. cap. 1. allegans ad hoc Alciat. l. 1. num. 8. C. de in ius voc.* tamen arbitror hanc reſtrictionem ſimpliciter recipiendam non eſſe, nec Alciatum, ſi ipſius verba aliquanto diligentius inſpiciamus, hoc ſenſiſſe. Vt enim non nego ſtudioſos adoleſcentes *iuxta Senec. lib. 1. Epiſt. 2.* certis ingenijs immorari & innutriri oportere, ſi velint aliquid trahere, quod in animo fideliter ſedeat, & propterea ijs, quorum ingenijs, *vt ibid. loquitur Seneca,* familiariter ſe applicarunt, omnem cultum & reuerentiam viciſsim facto exhibere debere: ita non puto viros præſtantiſsimos, qui publico docendi munere in Academijs funguntur, hoc priuilegio penitus excludendos eſſe: quemadmodum exemplum Sabini *in d. l. 2. §. fin. ff. de orig. iur.* oſtendit. Et Alciat. *d. num. 8.* diſcernere voluiſſe videtur eos qui particularem aliquam & inſignem operam ſtudioſis nauant, ab ijs qui aliud quiduis quærunt, puta vt vel ingenium ſuum oſtentent, vel vt tantum tempus conſumant: quæ duo profitentium genera, vt adoleſcentium ſtudijs par emolumentum non afferunt, ita & nec parem cultum mereri Alciatum voluiſſe credo *id quod ex Martin. de Fan. etiam ſentit Alberic. de Roſat. in proœm. ff. §. quibus ſi ſe imbuerit. num. 5.* cum alias vulgatum ſit, idem eſſe omnino, aliquid non fieri, & fieri quidem ſed non legitimo modo. *l. quoties. 6. ff. qui ſatisdar.*
37 *cog. §. ſubſidiaria autem. Inſtit. de ſatiſdat. tut.* Quod † verò præterea Alber. de Roſat. *in l. 1. §. ius naturale. num. 14. ff. de iuſt. & iur.* putat hanc nutricationem non eſſe neceſsitatis ſed ſolummo-

lummodo honeſtatis, *quem etiam allegat Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. etſi impubes. num. 15. ff. de lib. agnoſc.* id non videtur omni dubio carere: primo quia eius reſtrictionis probandæ cauſſa nihil aliud allegat quam text. *d. l. 2. §. fin. ff. de orig. iur.* in quo eiuſmodi diſcriminis veſtigium nullum apparet: deinde diuerſum ſuadent præceptorum in ſuos diſcipulos collata beneficia. Hæc enim cum tanti æſtimentur vt par referre nemo queat. *teſte Ariſtot. d. lib. 9. cap. 1.* cumque præceptores ſint non quidem corporum ſed mentium parentes, *vt ex Quintiliano refert Menoch. d. caſ. 500. num. 13.* & parentibus corporum, non tantum de honeſtate, ſed etiam neceſsitate alimenta debeantur; tanto maiore neceſsitate debebuntur ea præceptoribus, quanto maiore dignitate animus corpus antecellit. Neque

38 quiſquam mihi hic obijciat † patres ſpirituales: qui quamuis ſuos filios luſtrales ſimiliter fortiore quam patres naturales vinculo obſtrictos habeant, non tamen ab ijs poterunt alimenta exſpectare, ex natura correlatiuorum per rationes cap. præcedente adductas. Nam reſpondeo ingens eſſe diſcrimen inter iſtos patres ſpirituales & inter præceptores: poſſunt enim illi puerum ex baptiſmo ſuſcipere, poſteaque curare, vt in oratione dominica, ſymbolo Apoſtolico, ac cæteris partibus doctrinæ Chriſtianæ ex catecheſi inſtituatur, in quo eorum officium præcipuè conſiſtit. *c. vos ante omnia. 105. & ibi gl. de conſecrat. diſtinct. 4.* & interim nihilominus ſuam rem familiarem curare: quod non poſſunt facere, qui alios cum fructu docere volunt. Ij namque, quia iuxta poëtam, quodque parum nouit nemo docere poteſt, non tantum magno ſumtu & ſuarum rerum diſpendio ſcientiam primo ſibi acquirere. *auth. habita verſ. facti de diuitibus pauperes. & ibi Bald. num. 15. C. ne filius pro patre.* Sed etiam poſtea magno labore & indefeſſo ſtudio præcepta eius, quam profitentur, artis inſtillare ſuis diſcipulis & auditoribus habent neceſſe, vt minus vel ſtabiliendæ vel augendæ rei familiari incumbere queant: ideo cum iſtis patribus luſtralibus, in quibus hæc omnia ceſſant, non ſunt conferendi: & hæc eſt ratio cur Eccleſiarum miniſtris etiam propter ſenectutem vel morbum ad docendum

dum inhabilibus à grege ſuo, vitæ neceſſaria debeantur, vt j. hoc libro cap. 17. num. 56. rurſum attingetur.

39 Septimò † ampliatur vt ne quidem ſexus fœmineus filias ab hoc onere patris alendi eximat, *text. l. ſi quis à liberis in pr. & paſſim. ff. de liber. agnoſc.* & quia alimenta debentur reciproce, *vt dixi ſ. cap. 2. num. 73.* filias autem non minus quàm filios pater alere debet, vt ſ. traditum fuit. Vnde ſi eueniret vt ad puellam quandam iure hæreditario ex linea materna bona quædam deuoluerentur, eamq́; præter iſtorum bonorum nudam proprietatem nihil in dotem afferentem, vſufructu integro apud patrem remanente, nemo ducere vellet: & econtra patrem ſi vſusfructus totus ei adimeretur, inediam tolerare neceſſe eſſet, tum vſusfructus ita diuidendus eſt, vt tam patris quàm filiæ egeſtati ſuccurratur. *text. eſt in §. ſed & ſi quis cum parente. Inſtit. de act. & in terminis ita ſcribit. Nic. Boër. deciſ. 7. num. 9. & Steph. Ranch. deciſ. 211. incip. Pater quia nulla habet.*

40 *part. 4.* Sic etiamſi patrem, † vel ſtatuto vel conſuetudine filiæ ſuæ nubenti bona tradere oportet, vt cautum eſt iure Saxonico *lib. 1.* Landrecht. *art. 11.* Sachs *differ. 19.* res tamen ita temperanda erit ne pater egeat: cum enim ſtatutum quo minus parentes egenos filij in facultatibus conſtituti nutriant, expreſſe ſancire non poſsit, vt j. lib. 2. dicam: multo minus hoc conceditur per indirectum vel per conſequentiam: atque ita ab Ampliſsimo Iureconſultorum collegio in Academia Ienenſi, Anno 1568. Menſ. April. pronunciatum fuiſſe ſcio.

41 Octauò † ampliatur, vt nec patriæ poteſtatis ſolutio filios ab hoc onere alendi patrem liberet, ſed emancipati æquè ac ij qui in poteſtate adhuc remanſerunt ad alimenta patri præſtanda obſtringantur. Quia enim hæc alimoniæ præſtatio, non ex iure patriæ poteſtatis. *gl. 1. §. ius autem. Inſtit. de patr. poteſt. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 1.* ſed ex naturali ratione, *vt ſ. hoc cap. num. 7. cum ſeq. dixi.* originem ducit: ideo ſiue poteſtas patria adſit, ſiue abſit, perinde eſt. *l. neq; natales 10. & ibi gl. verb. cum nihil. C. de probat. gl. c. 2. verb. nullius. extr. de tranſlat. Epiſcop. vnde apertè ait Iuriſconſultus*

*in d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. ff. de lib. agnoſc. etiamſi non ſunt liberi in poteſtate, alendos à parentibus, & vice mutua alere parentes debere: quem textum ſequitur gl. iuris Saxonici lib. 2.* Landtr. *art. 19. nu. 1. inquiens,* Doch muß ein abgeſonderter Sohn nochmals gleichwol den Vater neeren / ob er in armut geriete. Quæ ampliatio
42 † extenditur etiam ad filium impuberem emancipatum, vt is non conſiderata ætate nihilominus hoc officium pietatis patri exhibere teneatur, *text. in d. l. ſi quis à liberis. §. etſi impubes ſit filius emancipatus. & ibi Cordub. de Lar. num. 1. & 2. ff. de lib. agnoſc.*
43 Nonò † ampliatur, vt etiam filius patris egeni alendi cauſa, monaſterio in quo religionem profeſſus fuerat, exire poſſit, *ita dicit Nell. de bannit. part. 1. ſecundi tempor. quæſt. 48. in fin. num. 123. Hippol. de Marſil. ſing. 149. in fin. Aſcan. Clementin. in d. tract. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 5. num. 26. & effect. 17. nu. 4. qui omnes pro confirmatione allegant text. l. qui cum 4. §. fin. verſ. datur venia affectioni parentum. & quæ ibi notat Rayn. de Forol. ff. de re militar. quem textum notabilem appellat Ludouic. Roman. in l. ſi verò. §. de viro (num. 86. in voluminibus repetit. ſed in operibus Romani habetur ſub num. 39.) ff. ſol. matrim.* Quam ampliationem ego præterea bene probari poſſe arbitror, ex ſacris literis *Matth. c. 15. verſ. 5. & 6. & Marc. c. 7. verſ. 9. & ſeqq.* An autem ceſſante patris inopia, filius iſte ad monaſterium vt redeat, cogendus ſit, etſi hic tractari poſſet: quia tamen prius excutiendum eſſet, an & quatenus vota monaſtica aliquem ſtringant: & hoc ad Theologorum ſcholam pertineat, ac ab hac alimentorum materia ſit alieniſsimum: ideo ſciens & volens eam diſputationem omitto.
44 Decimò ampliatur, vt ad † defuncti filij hæredes extraneos, hoc patrem ſuperſtitem alendi onus deuoluatur. *text. eſt in d. l. ſi quis à liberis. 5. § item reſcriptum. vbi gl. Bartol. Alber. de Roſat. num. 15. & idem Bartol. in tract. de aliment. num. 40. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. penult. num. 58. Cordub. de Lara. in d. §. item reſcriptum. num. 1. & ſeqq. vbi quibuſdam reſpondet obiectionibus, quæ ibi videri poſſunt.* Et extenditur hæc ampliatio,
45 vt procedat † etiam in monaſterio quod Monacho patrem ſuperſtitem relinquenti ſuccelsit. *Speculat. tit. qui filij ſint legitim.*

*num.*

*num. 14. vbi præter d. §. item reſcriptum. allegat c. non ſatis. diſtinct. 86. & c. vlt. 16. q. 1. eandemq́ ſententiam tenet Bart. d. §. item reſcriptum num. 3. & d. tract. de alim. num. 41. Alber. de Roſat. d. num. 15. & §. parens num. 2. Vital. de Camban. d. cap. penult. num. 59. & propterea* CREBRIORE *Doctorum aſſenſu hanc opinionem approbari, tradit Cordub. de Lar. in d. §. item reſcriptum. num. 11.* Verum
46 † hæc decima ampliatio reſtringitur, vt demum locum habeat, quando pater ſuperſtes ad ſummam egeſtaté redactus eſt, *text. eſt apertus in d. §. item reſcriptum.* Quod vt ab omnibus con-
47 ceditur, ita viciſsim diſceptatur, † quandonam pater ad ſummam egeſtatem deductus eſſe dicatur: pone enim, Titius nullis omnino facultatibus præditus, vitam degit in extrema paupertate: ſed habet aliquot fratres, & ex filio Caio defuncto nepotes, omnes ſat locupletes, & ad alimenta iſti Titio fratri & auo ſuo præſtanda ſufficientes. iam quæritur vtrum à filij Mæuij extraneo hærede petere poſsit aliméta vt in ſummam egeſtatem deductus, an vero non, cum ſuperſint fratres & nepotes à quibus alimoniam exigat? In qua quæſtione, etſi Albericus de Roſat. *d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 15. & d. §. parens num. 2.* tradit, hunc Titium ab extraneo filij hærede potius, quàm à ſuis fratribus & nepotibus alimenta exigere debere, *adducitq́ pro fundamento l. ſecundum naturam. 10. ff. de reg. iur. qua ratione in non admodum diſsimili caſu, vtitur etiam Cynus in l. alimenta. 11. in fin C. de negoc. geſt. & Io. de Imola in l. Titia. 87. §. Imperator. non longe à fin. ff. de legat. 2. qui ſimpliciter affirmat onus alimentandi cum bonis tranſire, per d. l. ſi quis à liberis. §. fin. ff. de lib. agnoſc.* tamen contra-
48 riam † ſententiam quod potius hoc onus alendi ſpectet ad fratres vel nepotes, & in ſumma, quod is ſaltem ad ſummam egeſtatem deductus cenſeatur, qui nullum alium habeat, à quo alimenta petat, tenet Bart. *in d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. num. 2. per text. in l. non quemadmodum. 8. & quod ibi idem Bart. not. ff. de liber. agnoſc: ſequitur Io. de Anan. in rubr. ext. de infant. expoſit. & languid. num. 7. & 8. Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. tit. de ſtatu monachor. in rubric. circa fin. per text. d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. cum ex æquitate hæc res deſcendat caritateq́ ſanguinis &c. quem ſequitur Alexand. d. l. alimenta 11. num. vult. Aug. Bero. in quæſtion.*

*familiar. quæſti. 11. num 4. Cordub. de Lar. d.l. ſi quis à liberis. 5. §. item reſcriptum.num. 7. eamq́; C o m m v n e m eſſe docet idem Auguſt. Bero.conſil. 186. incip. De iure in caſu propoſito concludendum.num. 14. vol. 1.* Neque obſtat d. l. ſecundum naturam. 10. ff. de reg. iur. quam Alberic. allegat; quia ea ſolummodo procedit quando onus bonis cohœret, *teſte Cagnolo in d. l. ſecundum. 10. num. 1. per text. l. un. §. pro ſecundo. in fin. C. de Caduc. toll. vbi dicitur non eſſe ferendum eum qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit*: Sed onus alendorum vel deſcendentium vel aſcendentium non oritur ex bonorum aut prædiorum qualitate, ſed ſanguinis charitate. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de liber. agnoſc. quod & teſtatur Bertrand. quem allegaui ʒ. cap. 2. num. 62.* Atque
49 ita etiam reſpondetur Ioanni de Imola, † negando alimentorum onus bona ſequi: nec eum iuuat *d. l. ſi quis à liberis. §. fin.* Æſtimantur enim quidem alimenta ex bonorum copia eorumq́; reditibus, *vt traditur in d. l. ſi quis à liberis. §. fin. & plenius dicetur ʒ. lib. 2. cap. 2.* non tamen inde ſequitur hoc onus propterea eſſe reale, & quemcunque poſſeſſorem, non aliter ac corpori vmbra adhæret, comitari: quia d. §. fin. & alia iura, loquuntur tantum de ijs bonis, quæ penes eum, à quo alimenta petuntur inueniuntur: vnde eorum nomine realis actio nō competit, niſi quando legata ſunt, vel certum aliquod prædium ex quo percipienda ſint, aſsignatur, vt dicetur ʒ. lib. 3. cum, ſi ex Ioannis de Imol. *in d. §. Imperator.* ſententia, alimentorū onus perpetuo cum bonis ambularet, realem actionem ſemper dari oporteret, *per l. actionum genera. 25. in pr. ff. de oblig. & act. Iaſ. in §. omnium. num. 3. Inſt. de act.*

50 Limitatur† primò huius capitis principale thema, vt tantum procedat, quando parentes ſunt egeni & filius in facultatibus: ſecus ſi patri tot facultates, ex quibus ſe alere poſsit, ſuppetant, *text. eſt in d. l. ſi quis à liberis. §. etſi impubes. ff. de agnoſc. liber. l. 1. & 2. C. de alend. liber. l. fin. §. ipſum autem filium. verſ. ſi inopia ex vtraq́; parte vertitur. C. de bon. quæ liber. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. d. cap. 6. effectu. 17. num. 6. Ranchin. concl. 2. part. 4. Sebaſt. Medic. in tract. de regul. iur. regul. 9. amphat. 4. Bernard. Bombin. dub. 4 in fin. quæ impreſſa ſunt poſt ipſius conſilia:* quod idem

eſt

eſt ſi artem teneat, eiusq; adhuc ſit roboris et valetudinis, ut eam exercere queat: Si quidem tum ipſum filius alere non tenetur. *arg. d.l. Si quis à liberis. §. ſed & ſi filius. ff. de lib. agnoſc. Vital. de Camban. d. cap. penult. num. 67.* quia qui artem nouit, qua ſe alat, pauper vel egenus cenſeri non poteſt. *per ea quæ adducta ſunt s. cap. 2. num. 80.*

Secundò limitatur, vt pater à filio, quem honeſta aliqua
51 arte † inſtitui non curauit, alimenta exigere nequeat: quam legem non tantum Solon Athenienſibus dedit *teſte Plutarcho in ipſius vita, & Pard. Prateio lib. 2. veter. iuriſprud. cap. 5. Petr. Gregor. Toloſan. lib. 9. ſyntagmat. cap. 20. num. 16.* ſed etiam Decemuiri apud Romanos in XII. tabulas his verbis, Filius arte carens, patris incuriâ, eidem vitæ neceſſaria ſubſidia ne præſtato, ſi Valentino Forſtero *lib. 1. hiſtor. iur. ciuil. tit. Quarta mutatio Repub. Romanæ, cap. de iure perſon.* credimus retulerunt: *atq; hanc limitationem tradunt ex Interpretibus noſtris Iaſ. in l. qui filium. num. 33. ff. de verb. oblig. Aſcan. Clementin. d. effect. 17. num. 7. Io. Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 48.* Iuuatur præterea hæc ſecunda limitatio, quia pater eſt obſtrictus filium aliqua honeſta arte inſtituendum præceptoribus tradere: *l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. debeat. l. de bonis. 6. §. non ſolum. ff. de Carbon. edicto. Bart. in tr. de aliment. num. 3. Caſtr. l. Macedoniani. 5. num. 3. C. ad SC. Macedon.* quod ſi omittat, & ita non impenderit quod debebat, merito etiam eo quod petit carere debet. *gl. cap. 1. verb. reſpondere. circa fin. ext. de mut. petit.* Quod verò Cordub. de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. nu. 135.*
52 hanc limitationem, propterea † quod filius naturali ratione teneatur patrem alere, in Republ. Chriſtiana vigorem merito non habere arbitratur: id veritati conſentaneum eſſe dubito. Nam licet hæc alimenta ex ratione naturali debeantur, & nulla lege, nullo ſtatuto, nulla conſuetudine, nec vlla ciuili ſanctione tolli queant, vt inferius lib. 2. cap. vlt. dicam: tamen hoc fallit, quando filij vel parentes officium ſuum deſerunt, in cuius delicti pœnam rectè & ordine leges faciunt, ſtatuentes, eum qui ſui muneris obliuiſcitur, & iſtius naturalis coniunctionis leges migrauit, nullum inde emolumentum ſentire

 debe-

debere, *quod ex ijs quæ cap. 2. ſ. num. 88. dicta ſunt, & j. lib. 3. repetentur, liquido apparet.* Neque quicquam iuuat Cordubam de Lar. quod Couarr. *in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 5.* legem Solonis, qua filiorum ex meretrice ſuſceptorum nutricatio parentibus interdicta fuit, non recipiendam aſſerit: quia diuerſiſsima horum eſt ratio: nam iſte filius ex eo ſolo, quod meretricio coitu prognatus eſt, contra parentes nihil peccauit, quemadmodum iſtis parentibus imputari poteſt, qui filium arte honeſta imbui non curarunt.

53 Hinc † tertiò limitatur huius capitis thema, vt non procedat, quando pater delictum aliquod exhæredatione dignum in filium commiſit. *gl. d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. verb. detulerat. ff. de agnoſc. lib. Aſcan. Clementin. d. tract. cap. 5. num. 66.*

54 Quartò † limitatur, ſi filius ſemetipſum alere non poſſet, per ea fundamenta quæ adducta ſunt ſ. cap. 2. num. 85. ex natura correlatiuorum: & quia paupertas omnem actionem excludit. *l. nam is. 6. ff. de dolo*, qua ratione etiam euenit, vt filij ante vſum rationis parentes alere non teneantur. *Aſcan. Clementin. d. tract. cap. 6. effect. 17. num. 7. vbi allegat Io. de Lignan. in tract. de amicit. §. hinc ſurgit. num. 4.* vbi quamuis hac de re nihil inueniam, niſi quis ſub nu. 3. ea verba; *ſuppoſita ætate virili filij*, huc velit accommodare: tamen eam ſententiam veriſsimam eſſe colligitur *ex l. impoſſibilium. ff. de reg. iur.* hac tamen reſtrictione addita, ſi filius iſte nihil in bonis habeat. Si enim nihil bonorum poſsidet, neque quicquam per ætatem ex laboribus ſuis acquirere poteſt, quis non videat, talem à patre alendo rectiſsime excuſatum eſſe? diuerſum obtinet, ſi filius etiam impubes ex ſucceſsione lineæ maternæ bona quædam obtineat, *text. eſt in d. l. ſi quis à liberis. 5. §. etſi impubes.*

55 Quintò limitatur, vt filius patri patriam oppugnanti † alimenta præſtare non cogatur, *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed vtrum. ff. de liber. agnoſc. per l. minimè. 35. ff. de religioſ. & ſumtib. fun. quem ſequitur Aſcan. Clementin. d. effect. 17. nu. 7.* Quam tamen limitationem non nimis late intelligere debemus: cum enim Doctores ſecundum leges à ſe allegatas accipiendi ſint, & d. l. minimè. filio patris necandi poteſtatem ſolum

lum concedat cauſſa defenſionis, *vt ſ. hoc cap. num. 20. dixi*, aut *vt vult Zaſius in tract. de feud. part. 7. nu. 33.* cum pater proditorie patriam hoſti tradere conatur: nam extra hoſce caſus hæc limitatio ad quamuis oppugnationem non eſt porrigenda: igitur ſi, verbi cauſſa, ciuis Auguſtanus contra ſenatum iſtius vrbis actionem aliquam inſtituat in Camera Imperiali: quemadmodum hunc filius iure non poſſet propterea interficere, ita nec alimenta ei denegare: cum d.l.minimè.35.& quæ DD. de ea notant, in iſtum actorem non congruant.

56 Sextò & vltimò declaratur huius capitis thema, vt pater plures habens † liberos ab vno tantum eorum, ſe ali petens, audiendus non ſit: quia ſinguli filij & filiæ ad alendum parentem ſufficientes, pro rata portione tenentur, *ita in terminis tradit Bertrand. conſil. 267. incip. Viſo caſu mihi exhibito parte honeſtarum mulierum. num. 6. part. 1. vol. 1. per text. d. l. ſi quis à liberis in pr. ſiquidem ibi dicitur quod tam liberi in poteſtate conſtituti, quam ea liberati patrem alere debeant. Quod verò præterea allegat Bartol. in tract. de aliment. col. 2. verſ. item filius patrem. neſcio an intelligat ea quæ habet Bart. in d. tract. num. 8.* Hoc ſaltem addo, hanc declarationem Bertrandi à Prætore ita moderandam, vt curet ab vno filio patri alimenta ſubminiſtrari, ne aliàs à ſingulis quolibet die oſtiatim quodammodo alimenta colligendo, pater diſtringatur. *l. ſolent. 3. ff. de alim. vel cib. legat.* Et hæc dicta ſint de patre à filijs alendo.

## MATER QVANDO ET QVATENVS FILIOS TENEATVR ALERE.

## Caput VI.

### *SVMMARIVM.*

1. *Animalium diuiſio reſpectu partitudinis.*
2. *Nutritio liberorum alia peculiaris eſt matri, alia ipſi cum patre communis.*
3. *Theſis de peculiari nutritione, ad quam mater obſtricta eſt, ampliatur. num. 6. limitatur dupliciter. num. 7. 8. 9.*

4\. *Verus intellectus l. pen. C. de patr. poteſt. contra Odofred. aliosq́ʒ quorum fundamenta conuelluntur. num. 5.*
6\. *An dignitas, 7. ἀγαλλαξία & morbus. 8. vel inopia matrem ab alendi onere eximat?*
9\. *Tex. l. ſed etſi. 11. §. ad exhibend. ponderatur.*
10\. *Theſis de altera nutritione, quæ vtriqʒ parenti communis eſt plurifariam ampliatur, num. 12. & limitatur num. 14. & ſeqq.*
11\. *Num mater teneatur filiam inopem dotare?*
12\. *An liberi inopes bona dotalia à matre alienata poßint reuocare?*
15\. *An & quatenus mater filios in ſubſidium teneatur alere? & numero 16. 17.*
16\. *An matri repetitio competet impenſarum quas fecit in alimenta filij?*
17\. *Mater occaſionem præbens diuortio an adhuc in ſubſidium tantum ad alimenta filij teneatur?*
18\. *Et quid ſi mater maioratum inſtituerit.*

HIs conſequens eſt vt de matre videamus: quam tanto maiore cura de filiorum, à ſe in hanc lucem editorum, alimentis & educatione cogitare veriſimile eſt, quanto eos maiore & labore parit, *Geneſ. 3. verſ. 16.* & amore complectitur. *1. Reg. 13. verſ. 26.* Ad intelligenda autem ea, quæ in hoc capite, de alimentis à matre filio præſtandis, tractantur, in memoriam nobis reuocare debemus non tantum animalium
1 diuiſionem, † quorum quædam pariunt animal perfectum, quædam verò oua ex quibus pullos excludunt, quædam denique vermem, *vt habetur apud Ariſtot. lib. 1. de hiſtor. animal. c. 5. in pr.* Sed etiam naturæ inſignem illam prouidentiam, qua fœminas animalia perfecta parientes, prolis recens natæ alendæ cauſſa, lacte inſtruxit. *Ariſtot. lib. 4. de generat. animal. cap. 8. in pr. Plin. lib. 28. natural. hiſtor. cap. 9.* Quando igitur quæritur, an mater filium alere debeat, nec ne: tum hæc nutritio, quam ipſa natura matri peculiariter ſubminiſtrauit, lactis, vtpote nutrimenti pueris conuenientiſsimi, *teſte Ariſtot. d. lib. 4. de generat. animal. cap. 8. & lib. 7. politic. cap. 17. in pr.* ſufficiente copia eam inſtruens, diſtinguenda † omnino eſt ab ea, quæ
2 etiam patri conuenit, & præcipuè in ſumptu pecuniario faciendo, vel *vt Bald. in l. patrem. 16. in fin. C. de nupt. loquitur*; in burſali

burſali diſpendio conſiſtit. De priore itaque ſpecie nutritio-
3 nis, tenenda eſt hæc theſis, † quod pater locuplete ſuperſtite, mater primo triennio teneatur quidem filium vel filiam lactare & lauare & alia educationis officia eis exhibere, patre tamen ſumtus neceſſarios ſuppeditante, *text. in l. nec filium. 9. & ibi gl. verb. trimo petenti. C. de patr. poteſt. præceptor ac ſocer meus D. Matth. VVeſenbec. in addition. ad Schneiduvin. rubric. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. ſub nu. 11.* quia eo tempore liberi materno auxilio præcipuè indigent. *Corraſ. in repet. l. frater à fratre. in proœm. num. 14. ff. de condict. indeb. Io. de Roias in Epitom. omn. ſuc-*
4 *ceſſ. cap. 22. num. 12.* Etſi † autem textum *d. l. pen. cum ſua gl. C. de patr. poteſt.* aliqui ita intelligunt, vt ad matrem lactantem, ſumtuum in infantem faciendorum onus, intra iſtud triennium redundet, & pater vel eius hæredes, intra iſtud tempus ab omni ſumtu liberentur: *Odofred. in l. ſi competenti. 3. C. de alend. liber. inquiens intra primum triennium filium alendum eſſe apud matrem expenſis matris. Corn. conſil. 129. incip. Licet circa primum. num. 12. & 14. vol. 1. Bertrand. conſil. 257. incip. Viſo quodam publico inſtrumento. num. 5. part. 1. vol. 1. inquiens alimentare & nutrire liberos ſaltem maiores triennio eſſe onus patris. Bened. Capr. conſil. 17. incip. Pro declaratione. num. 6. & Fr. Burſat. conſil. 83. incip. Veritati inhærendo. nu. 11. in fin. & num. 12.* tamen hanc explicationem, veram non eſſe teſtatur Zaſius *in l. 1. §. huius ſtudij. num. 23. ff. de iuſt. & iur.* ac iſtam l. penult. tantum de lactando vel de alimentis lactis materni interpretantur *Angel. in l. Neſennius. 34. num. 6. ff. de negoc. geſt. in l. alimenta. 11. num. 2. C. eod. & in d. l. pen. item Io. Petr. de Ferrar. in pract. in forma libel. pro legato rei ſingul. verb. coram vobis. num. 129. Panorm. in c. ex literis. 2. num. 4. extr. de conuerſ. infid. Io. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 23. nu. 8. ext. de donat. inter vir. & vxor. Bald. Nouell. in tract. dot. part. 6. priuileg. 16. verſ. Quod tamen, ꝰ dixi. Caſ. Lambertin. de iur. patronat. artic. 6. tertiæ quæſt. principal. num. 21. Rol. à Vall. conſil. 54. num. 80. vol. 2.* Vltra quas autoritates confirmatur iſte intellectus etiam ratione: Cum enim d. l. pen. poſita ſit ſub tit. C. de patr. poteſt. neceſſe eſt iſtum filium, de quo ibi agitur non ſolummodo naturalem, ſed & legitimum fuiſſe: quia vero in

huiuſmodi filios, nondum in lucem editos, ſed adhuc in vtero materno latentes, pater ſumtus pecuniarios facere cogitur, non conſiderato vel quod is in vtero materno nutriatur, vel quod matri, facultatum ad ſuam infantiſque ſuſtentationem ſufficientium ſuppetat copia: *text. eſt in l. curator. 5. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* & nulla ex iure poſsit ratio oſtendi, cur patri in infantem nondum natum & adhuc in vtero materno concluſum, ſumtus expendere incumbat, ab eo autem onere liberetur, quando is in lucem eſt editus: ſequitur vt mater quidem infanti nato mammam dare, pater verò ſumtus pecuniarios, ſi quibus infans iſte opus habeat, ſufferre cogatur, *per d. l. pen. C. de patr. poteſt.* Et hinc Diui fratres *in d. l. 3. C. de lib. alend.* rectè reſcribunt, patri imponendum, vt ex facultatibus ſuis filio, quem mater enixa erat, alimenta det, nulla ætatis diſtinctione adhibita, licet Accurſ. ibi perperam eam aſſuat. *Quod ipſum etiam vult gl. vlt. lib. 3.* Landtr. *art. 74. inquiens.* Wiſſe auch das die Mutter die Kinder biß zu dreyen jaren neeren ſoll / *per d. l. pen. C. de patr. poteſt.* Nec quicquam † in
5 medium affertur, quo probetur patrem in primo triennio à ſumtibus in filium recens natum faciendis, penitus liberatum eſſe. Primò enim Odofred. *in d. l. ſi competenti.* nihil allegat: deinde quod Corneus *in d. conſil. 129.* adducit l. pater filium. C. de patr. poteſt. ego iſtam legem in d. tit. Cod. non inuenio: imò in toto Cod. nulla lex ita incipit. Quod ſi quis dicat vel eſſe autoris ἁμάρτημα μνημονικὸν, (qualia apud Ariſtotelem & alios præſtantiſsimos viros animaduertimus, & multa
6 collegit Io. Hartung. *in Locor. memorabil. cap. 4. & 5. prima, ſecunda, tertia & quarta decuria,*) vel typographi erratum, eumq́; voluiſſe allegare *l. nec filium. C. de patr poteſt.* quod etiam factum eſt à Bertrand. & Bened. Capr. tum ex antea dictis reſponderi poteſt, hoc ibi non probari. Sic denique Burſatus *d. conſil. 83. num. 12.* allegat Fr. Aret. *conſil. 48. in fin.* vbi ne verbum quidem hac de re habetur: Panorm. *in d. cap. 2. num. 4.* & Io. Lup. de Palat. Rub. *in d. §. 23. num. 8.* tantum volunt matrem debere filio recens nato lac præbere: & ſic potius pro mea ſententia, vt & s̃. adduxi, faciunt: quemadmodum & Grammaticus *in conſil. ciuil. 33. num. 4.* qui expreſsè ſcribit infanti, ter-

tium

tium ætatis annum nondum egreſſo, à patre ita eſſe conſtituenda alimenta, vt ei apud matrem commorandi ſit facultas, ſicut etiam ita in hunc ſenſum adducitur ab Ant. Gabr. Rom. *in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 20.* Quod denique adducit Bartolum *de aliment. num. 13.* reſpondeo primum eum ibi non diſertè patrem hoc onere eximere: deinde quod de matre affert limitat, vt verum ſit, niſi eam lactare non deceat, &c. vnde probabile eſt eum verba ibi facere de alimentis lactis, *per ea quæ notat Dec. in l. 1. num. 20. ff. de reg. iur.* Hinc igitur concludo, theſin paulo ante propoſitam veriſsimam eſſe, à qua eo minus me amoueri patior, cum videam hanc opinionem in praxi obſeruari: ſiquidem à celeberrimis Iureconſultis in his terris ita pronunciatum ſcio: Dieweil beklagter ſich zum beſchlaffen / das es einmal acht tage vor Weinachten geſchehen/bekennet/ ſo iſt er die Frucht/wenn ſie zur Welt gebohren/ drey Jahr bey der Mutter / vnd folgends bey jhr oder andern zu verſorgen ſchüldig / V. R. W.

6 Ampliatur hæc theſis, vt nullius † dignitatis prætextu, mater ab hoc alendi onere ſe poſsit excuſare. Etſi enim nonnulli noſtrorum interpretum opinentur, hanc lactandi filios neceſsitatem, matribus incumbere quidem, ſed eam ceſſare, quando ipſis propter nobilitatem generis dedecus eſſet lactare: *cuius ſententiæ primum auctorem fuiſſe reperio Azonem in ſumm. Cod. de patr. poteſt. in fin. quem ſequitur Bart. in tract. de aliment. d. num. 13. Angel. in d. l. Neſennius. 34. nu. 6. ff. de negoc. geſt. Bald. Nouell. in repetit. l. 1. nu. 142. ff. ſol. matrim. & in tract. de dote part. 6. priuil. 16. verſ. Quod tamen ſupra dixi de honeſta arte, &c. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. pen. num. 70. & 110. Rol. à Vall. d. conſil. 54. num. 80. vol. 2. Anton. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 36. Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 8. num. 2.* tamen hæc ſententia iure non tantum non probatur, ſed etiam expreſsè reijcitur *c. fin. diſtinct. 5. Aluiſ. de Albert. ſingul. 159.* imò quod magis eſt, ab ipſa natura repudiatur: ſi enim lactare filios, nobilitati eſſet contrarium, tum etiam parere: quia illud huius neceſſarium eſt, & ex natura ortum conſequens. *Frider. Pruckman. in repetit. l. in multis. part. 2.*

*princi-*

*principal. artic.29. num.4. & 5. ff.de ſtat. homin.* Hinc præſtantiſſimas reginas vberibus ſuis filios à ſe genitos lactaſſe legimus, *quemadmodum eruditè & copioſe, vt omnia ſolet, ex Homero & alijs bonis auctoribus recenſuit Tiraqu. in tract. de Nobilit. cap.20.num.93. cum aliquot ſeqq. in cuius ſententiam eunt Didac. Couarr. in Epit. lib. 4. Decretal. part.2. cap.8. §.6.nu. 13. Io.Garſ.de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 29. & ſeqq.* Neque Azonem eiuſue aſſeclas quicquam iuuat tritum illud axioma, quod dicitur, id non poſſe fieri, quod ſaluo honore præſtare non poſſumus. *l. filius. 15. in fin. ff.de condit. inſtit. quam rationem pro Azone, ad confirmandam ſuam ſententiam nihil allegante, adducit Vital. de Camban. in d.c.pen. nu.110.* Nego enim matri filios ſuos lactare dedecus eſſe: cum enim DEVS mammas nobilium ac illuſtrium fœminarum æquè ac plebeiarum pectoribus addiderit: eas in vſum à natura monſtratum conferre, dedecus ſine contumelia conditoris cenſeri non poteſt. *Geneſ.1. verſ. 31. Pſalm.111. verſ.3. cum*
7 *multis alijs ſimilibus.* Illam † limitationem lubens admiſerim, matrem excuſatam eſſe, ſi vel lacte deſtituatur, vel alio modo
8 impediatur, *per. l. impoſſibilium. ff.de reg. iur.* Secundò † limitatur vt mater non teneatur filium lactare, ſi ita inopia prematur, vt laboribus ſuis, victum ſibi quærere neceſſe habeat: adeò quod ſi lactaret, non haberet vnde viueret, *ita per l. ſed & ſi.11. §.1.verſ. ego autem arbitror. ff. ad exhibend. ſentit Bald. in l. alimenta. 11. num. 2. C.de negoc.geſt. quem ſequitur Benincas.de priuil. paupert. quæſt.7. ſpecial.2.num.32. Io. Garſ. de expenſ. & melior. d.*
9 *cap. 3.num.31.* De hac † tamen ſecunda limitatione vt dubitem, facit ille ipſe text. *d. l. ſed & ſi. 11. §. 1. verſ. ego autem arbitror.* quia enim ibi dicitur, cum ſeruus qui ex operis vel artificio ſuo ſolebat ſe exhibere, nunc cogatur vacare, ideo actorem hæc oportere agnoſcere: hinc puto elici poſſe, matrem, cum naturæ obſequi & infantem lactare teneatur potius, quàm operas alijs pro certa mercede locare, atque ita naturæ impulſu vacare cogatur, à patre infantis, ſaltem vt nutricem, alendam eſſe: quæ inductio mihi eo magis arridet, quod videam eam textui *d.l.ſed & ſi.11.* & naturæ conuenire: & patrem non facilè poſſe cauſſam prætendere, cur potius filiũ

pere-

peregrinæ quam matri nutriendum velit committere. Itaque hæc ſecunda limitatio locum habere poſſet in filij vulgo quæſiti educatione, cuius mater aliter quam ſuis laboribus ſe exhibere non poſſet, vt nimirum tunc à lactando filio excuſaretur. *per l. præſes. C. de ſeruit. & aq.*

De altera ſpecie alimentorum, quæ ex penu & marſupio depromuntur, cum quæritur, an mater obligata ſit ſumtus filiorum alendorum cauſſa facere, ſimiliter theſin affirma-
10 tiuam puto conſtituendam: † Matrem ad eiuſmodi ſumtus faciendos obſtrictam teneri, *per l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur. §. 1. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi mater. verſ. nec impetrare. ff. de liber. agnoſc. l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt.*

11 Ampliatur † primò hæc theſis vt mater etiam teneatur dare dotem filiæ inopi: (quæ ampliatio ferè incidit cum ea quæ quartum locum tenet s̃. in cap. 2.) quam ſententiam quanquam multi impugnant diuerſitatem dotis & alimentorum allegantes, *vt Mar. Socin. in l. 1. num. 158. ff. ſol. matrimon. Alciat. l. ſi certis annis. 28. num. 22. C. de pact. & alij paſſim:* tamen matrem in ſubſidium filiæ, ſi aliunde dotem habere nequeat, obligari ad dotis dationem COMMVNIS eſt opinio, *teſtibus Iaſone in d. l. 1. num. 28. & Ripa num. 79. ſolut. matrim.* non quidem ſecundum familiæ & mariti dignitatem, ſed tantum quoad ſufficientiam alimentorum. *Cephal. conſil. 5. incip. Præſupponitur in facto. num. 63.* qua diſtinctione euitari poſſunt diuerſitates illæ pro contraria ſententia adductæ, ſi præſertim addantur ea, quæ ĩ. lib. 2. de dotis & alimentorum collatione proponentur.

Ampliatur ſecundò vt etiam liberi bona dotalia à matre
12 alienata † reuocare poſsint, ſi aliunde ſe alere nequeant. *Io. Faber in §. 1. ante num. 9. Inſtit. quibus alien. lic. vel non. quem, extra neceſsitatem alimentorum de omni reuocatione loquentem, etſi Io. de Imola in c. cum contingat. col. 6. ext. de iureiur. reprehendat: tamen ſi ad hunc caſum, ſi liberi alias ſe alere non poſſent, reſtringatur, eum probat Alciat. in d. c. cum contingat. num. 22. & Anchar. Regienſ. lib. 1. quæſtion. cap. 22. num. 12. latius tractat Bart. in l. ſi conſtante*

*ſtante. 25. num. 64. & ſeqq. ff. ſol. matrimon. Campez. de dot. part. 3. queſt. 44.* Quas tamen ampliationes hic recenſere volui, non eo animo, quaſi eas quæ ſ in cap. 2. prolatæ ſunt, velim
13 excludere: ſiquidem † rationes de filio bannito, immorigero, hæretico, &c. non minus in matre quam in patre locum obtinent: ſed quia quarta ampliatio dicti cap. 2. in matre videbatur aliquanto plus dubitationis habere, & quia poſterior de dote repetenda huic loco eſt peculiaris.

Pari ratione iſtas quatuor limitationes ex d. c. 2. hic re-
14 peti velim. Primò † enim mater non tenetur ſumtus in eos filios alendos erogare, qui ſemet exhibere poſſunt, *quod præter fundamenta ibi adducta, in ſpecie de matre probatur in l. quamuis. 20. verſ. liberis egentibus. ff. ſol. matrim. Nicol. Reuſner. lib. 2. conſultat. quæſt. 2. num. 51.* Secundò ſi mater tanta laboret inopia, vt vix ſibi poſsit proſpicere. Tertiò ſi liberi crimen exhæredatione dignum in matrem committant: Quartò ſi partus ſit monſtroſus humanam figuram non habens, *per rationes ſ. d. c. 2. adductas.* His addo quintam, vt mater ſaltem in ſubſidium filios alere cogatur, quando pater huic oneri ferendo propter paupertatem eſt impar: tum namque mater, filijs alimentorum indigentibus ex ſuis facultatibus debet proſpicere. *§. illud quoq;. verſ. ſi autem contigerit. in authent. vt matri vel auiæ. collat. 8. l. quamuis. 20. verſ. ſed vt liberis ex alio viro egentibus conſuleret. ff. ſol. matrim. d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. ergo & matrem. Bart. tract. de alim. num. 13. DD. ad l. 1. Alex. num. 21. Iaſ. num. 28. Crot. num. 88. Corraſ. num. 109. ff. ſol. matrim. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. penult. num. 115. verſ. Quartus caſus. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 22. num. 15. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. centur. 5. caſ. 460. num. 4. & hæc eſt* COMMVNIS *opinio teſte Ludou. de Molina. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 3.* De
15 eo † admonendi ſumus, etſi alicui videri poſſet, hanc limitationem tantummodo locum habere in filijs naturalibus & legitimis ſimul, non verò in ſpurijs: & hos non minus à matre quàm à patre ſecundum facultatum rationem, pariter alendos eſſe: *per c. cum haberet. 5. in fine extr. de eo, qui in matrim. dux. quam poll. per adult. vbi conſtituitur, vt vterq; liberis ſuis, ſecundum*

quod

*quod eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſubminiſtret: in qua ſententia forſitan fuit Anton. Gabriel. d. concluſ. 1. num. 4. quem ſequitur Hippol. Bonacoſſ. de æquitat. Canon. concluſ. 115. Anton. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 35.* tamen textus *d. c. cum haberet.* intelligendus eſt, vt tam pater quam mater, filios ſpurios ſecundum facultates alere teneatur, non coniunctim ſed ſucceſsiuè: vt nimirum pater primo alat, mater verò in ſubſidium tantum, *ita expreſſè ſcribit Gabr. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 48. num 3. & Marc. Ant. Peregrin. lib. 3. de iure fiſci. cap. 18. num. 59. ac 61. & aliquo modo probant auctoritates à Gabriel. Roma. d. num. 4. adductæ, vt Bald. in conſil. 258. incip. Erant tres fratres. verſ. alimenta tamen. vol. 1. quem refert & ſequitur Caccialup. in l. ſi qua illuſtris. num. 92. C. ad SC. Orfic.* Eaq; interpretatio probatur etiam hac ratione, quia correctio iurium, quantum fieri poteſt, uitanda eſt. *l. vnic. C. de inoff. dot.* quod ſi autem diceremus, filium ſpurium alendum eſſe ab vtroque parente, non ſucceſsiue, ſed coniunctim ſimul & ſemel: tum non tantum *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* ſed etiam *l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt. d. l. ſi quis à liberis. 5. § ſi mater. ff. de lib. agnoſc.* & alij ſimiles textus, in quibus habetur, quod mater ſaltem in ſubſidium præſtare debeat liberis alimenta, corrigerentur: quod niſi claris verbis exprimatur, dicendum non eſt. Igitur Pontifex *in d. c. cum haberet.* vtriuſq; parentis fecit mentionem, non quod iſtum ordinem, quo ius ciuile ſumtuum, in alendos filios exponendorum, neceſsitatem patri primò, matri verò tantum in ſubſidium & ſecundario iniunxit, improbaret: ſed ne quis putet, iſtam æquitatem iuris Canonici ad ſolos patres, non vero ad matres pertinere. Deinde hæc quinta limi-
16 tatio adeo vera eſt, vt † etiam mater, quæ filium vel filiam patre exiſtente ſoluendo, aluit ab hæredibus iſtius patris poſsit repetere *l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt. Cyn. in l. alimenta. 11. C. eo Bertrand. conſil. 121. incip. Viſis & vt potui diligenter. nu. 24. vol.* [illegible] am rem hic latius non proſequor, ſed explicabo j. lib. 3. ca[illegible] vbi de alimentorum præſtitorum repetitione tractauero: quæ pro extenſione huius quintæ limitationis ſunt notanda. Pro reſtrictione autem eiuſdem limitationis ſciendum eſt,

17 eſt,quod mater,† quando occaſionem diuortio præbuit,ſumtus in ſuſtentationem liberorum erogare debeat,non in ſubſidium, ſed principaliter, licet pater diuitijs abundet, *ita eſt text. in §. illud. in Auth vt liceat matri & auiæ,&c. collat. 8. Auth.ſi pater. & ibi Odofr. C. diuort. fact. apud quem lib. mor. Innoc. in c.ex literis 2.extr.de conuerſ. infidel. Io. Faber. §.1. num. 4. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Frideric.Pruckman. d. part. 2. artic.29. num.9.* ſiue hoc diuortium iure ſiue de facto tantum celebratum fuerit, *vt eſt* C O M M V N I S *opinio teſte Panorm. in d. c. ex literis. 2. nu.*
18 *vlt.* Secundò † reſtringitur hæc quinta limitatio,vt non procedat quando mater maioratum inſtituit: cum enim alimenta in locum legitimæ ſubrogentur, matresq; debeant filijs legitimam relinquere: conſequens eſt vt nulla facta diſtinctione teneantur eiſdem alimenta aſsignare. *Lud. de Molin. d. cap. 15. num. 4. quæ ſublimitatio ex ijs, quæ ĩ. lib. 2. de alimentorum & legitimæ comparatione dicentur, poterit declarari.*

# MATREM FILII ALERE TENENTVR.

## Caput VII.

### *SVMMARIVM.*

1. *Reg. quod mater alenda ſit à filijs ampliatur quinq; modis & limitatur num. 15. & ſeqq.*
2. *An filius adulterinus & inceſtuoſus matri alimenta debeat?*
3. *Filia an matrem alere teneatur?*
4. *Mater conuolans ad ſecundas nuptias ſi à marito ali non poſſit, an à filijs debeat ali.*
5. *Matri ad ſecunda vota accedenti an filij dotem debeant & nu. 7.*
6. *Argumentum à dote ad alimenta quatenus valeat,remiſsiue.*
8. *Mater adultera an perdita dote nihilominus à filijs habeat alimenta,& quid ſi ad frugem reuertatur? num. 9.*
10. *Text. c. 1. §. ſi verò violator. de pace tenend. declaratur.*
11. *Filiorum hæredibus an incumbat onus alendi eorum matrem?*
12. *Mater egena an ali debeat ab eo,qui filio pupillariter ſubſtitutus eſt?*

13. Iure

13. *Iure Sax. matri debetur à ſubſtituto legitima.*
14. *An pupillariter ſubſtitutus etiam alimenta præſtare teneatur matri filij defuncti quæ acceptam legitimam perdidit?*
15. *An mater extreme inops habeat à filio alimenta?*
16. *An filius alimenta matri poßit denegare propterea quod doctus non ſit aliquam artem?*
17. *Quid ſi mater oppugnet patriam?*
18. *An priuigni nouercam ſuam alere teneantur?*

ETSI de alimentis, tam quæ mater filijs, quam quæ econtra filij matri præſtare debent ſuperius, vbi de patre & alendo agebatur, non inconcinne dici & ita iuxta prouerbium, de vna fidelia duo parietes dealbari potuiſſent: quia tamen iuxta IC. ea quæ notatu digna ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur quaſi neglecta. *l. item apud. 15. §. ait Prætor. 20. ff. de iniur.* Ideo commodius viſum fuit ſeorſim de ijs agere: ita tamen ne ea, quæ antea declaraui odioſe rurſum inculcem. Quemadmodum autem ſ̃ *c. 5.* dixi, patrem alendum eſſe propter æquitatem naturalem, qua iubemur benefacienti rurſum benefacere. *l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.* ita tanto magis alere matrem filij debent, quanto maiora beneficia in eos à matre ſunt profecta, cui ante partum fuerunt oneri, dolori in partu, & poſt partum labori. *Tobiæ cap. 4. verſ. 4. cap. ex litteris. 2. extr. de conuerſ. infidel. Pontan. in tract. de aliment. cap.*
1 *9. num. 9.* Conſtituo igitur hoc thema, matrem † à filijs ali debere. *l. 1. C. de alend. lib. d. l. ſi quis à liberis. 5. §. vtrum. in fin. ff. de lib. agnoſc. l. tutor. 13. §. in ſoluendis. verſ. aliud eſt. ſi matri. ff. de adminiſtrat. tut. c. inter cætera. 22. q. 4. Tiraq. de iure primigen. quæſt. 62. num. 13. Benincas. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 26. Fran. Viuius in commun. opin. lit. F. verſ. filius tenetur matrem. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. 4. num. 20. Cephal. conſil. 5. num. 62. Iacob. Thoming. in quæſtion. illuſtr. deciſ. 40. num. 13.* Ampliatur primò,
2. vt etiam † filius adulterinus vel inceſtuoſus hoc officium ſuæ matri debeat. *Bald. Nouell. in tract. de dot. part. 6. priuil. 16. verſ. ſed poſſet dubitari in matre, &c. idemq́; à verbo ad verbum repetit in repetit. l. 1. num. 144. ff. ſol. matrim.* vtiturque hoc fundamento

T cum

cum alimenta reciproce debeantur, *vt ſ. aliquoties dixi, & eſt manifeſtus text. in §. illud quoq; diſponendum. verſ. quemadmodum enim filij. in auth. vt liceat matri & auiæ. collat 8. auth. ſi pater. verſ. nam quemadmodum. C. diuort. fact. apud quem lib.* & mater etiam filiũ, ex damnato coitu procreatum, ſaltem ex æquitate Canonica alere debeat: *c. cum haberet. 5. in fin. ext. de eo, qui dux. in matrim. quam poll.* ſequitur vt viciſsim filius inceſtuoſus matri alimenta præſtare teneatur: *Lud. Sard. in tract. de legitimat. part. 2. num. 23. verſ. quarto quæritur an pater teneatur: & huc referri oportet ea, quæ dixi ſ cap. 5. ampliat. 5.*

3 Ampliatur † ſecundò vt hoc onus non tantum filijs, ſed etiam filiabus incumbat. *text. eſt in l. filia. 5. & ibi Bald. C. de patr. poteſt.* cui ampliationi ſuffragatur ratio, de qua iam dixi: cum enim alimenta reciproce præſtentur, & mater filias æquè ac filios nutriri debeat: conſequens eſt, vt hoc officium indiſtinctè non minus à filiabus, quam filijs viciſsim exſpectet.

Tertiò ampliatur vt etiam à filijs debeat ali mater, quæ
4 † ad ſecundas nuptias conuolauit, & nec à marito propter paupertatem ali, (aliàs enim regulariter potius à marito ſi huic onere ferendo ſufficiens ſit, in cuius ſeruitio eſt aut eſſe debet, quàm à prioris matrimonij liberis, ali debet. *Bartol. conſil. 128. incip. Franciſcus habuit. num. 1. volum. 1. Bald. conſil. 86. incip. Punctus: Angelus Petri. vol. 2. per l. fin. §. ipſum autem filium. C. de bon. quæ liber.*). nec ipſa ſemet exhibere poſſet, *ita expreſsè tenet Bertrand. conſil. 275. incip. Conſultatio quam mihi exhiberi fecit. num. 11. part. 2. vol. 3.* vbi quidem nullos textus iuris neque auctoritates Doctorum allegat, vtitur tamen partim ſuperiore argumento, quia etiam mater filiam ad inopiam redactam quamuis maritatam, cum matrimonium hanc obligationem iuris naturalis non diſſoluat, tenetur alere, Ergo & viciſsim tenebitur filia matrem alere: partim argumento à minore ad maius: cum nuſquam iure cautum inueniamus, quod frater fratri vel ſorori egeſtate laborantibus, propter contractum matrimonium alimenta denegare queat, Ergo multo minus matri, cum longe arctiore & maiore vinculo filij obſtricti ſint matri, quam fratres & ſorores ſibi inuicem. Quanquam itaq;

hanc

hanc ampliationem dubio carere arbitror, propter has rationes, quæ legum vicem ſupplere poſſunt, *per ea quæ latè tractat Iaſon in l. dedi.2.§.ſi liber.notab.5.num.4. & ſeqq.ff.de condict. cauſ.dat.cauſ.non ſec.* tamen ſcrupulum alicui inijcere poſſet
5 id, quod dicitur, matri † ad ſecunda vota accedenti, filios dotem dare obſtrictos non eſſe. *l.tutor ſecundum dignitatem.13. §.fin.ff.de adminiſtr. tutor. l.1.§.ſed ſi munus nuptiale.ff.de tutel. & rat.diſtrah. Tiraq.de ll.connub.l.2.num.6.& eſt* COMMVNIS *opinio, teſte Io. Bolognet.in l.1.num.127.ff.ſolut.matrim.* vnde videri poſſet, filios nec ad alimenta ipſi danda cogendos, cum à dote ad alimenta argumentum ductum, probabile ſit, frequens & vtile. *Nic. Euerh.in Topic.loc.71. A dot.ad alim.* Verum hac obiectione non obſtante, ab hac ampliatione recedendũ non arbitror, & poteſt primò reſponderi ad rationem conſe-
6 quentiæ, argumentationem † à dote ad alimenta ductam, non vſquequaque firmam eſſe, vt ipſe Euerhard. *in d.loc.in fin.* agnoſcit: imò quod plus eſt text. *d.l.tutor.13.§.fin.* in hiſce noſtris terminis, illud argumentum à dote ad alimenta, repudiat, de quo hic plura verba non faciam, ſed reſeruabo ad libr. 2. vbi cognatio, quæ alimentis cum dote intercedit, erit explicanda: deinde reſpondeo ad Antecedens, quod non eſt
7 perpetuum: quia † quando ferendum eſſet, vt mater adhuc ætate & forma integra, extra matrimonium pudice viuere nõ poſſet, & vt ipſa dotem ſibi conſtitueret, facultates eius non paterentur, tum filij prioris matrimonij ipſam dotare debebunt. *Bald. Nouell.in d.tract.de dot.part.6.priuileg.16.nu.5. Tiraq. d.l.2.num.6.& in tract. de iure primigen.quæſt.62.nu.13.* vnde infero, pari ratione, quando verendum eſſet, ne mater fame periret, prioris matrimonij filios ipſi alimenta dare oportere, cum honori & famæ comparetur vita. *Iod. Damhoud. in Enchir.par.aut ſimil.verb.Honor.& verb.Perſona.*

8 Quartò † ampliatur vt licet mater adulteirũ cõmittens dotem perdat. *c.plerunq; 4.cum ibi notat.ext.de donat.inter vir.& vxor.* nihilominus tamen adhuc à filijs ſuis alenda ſit, *per textus ĩ hoc.cap.num.1.allegatos, qua de re omnino videndus eſt Cacheran. deciſ.124.qui refert per excellentiſſimum ſenatum Pedemontanum ita*

 indica-

*iudicatum fuiſſe, vt matri quæ adulterium commiſerat, ſed poſtea ad meliorem vitam redierat, filij alimenta dare condemnati fuerint, cuius opinionem & fundamenta ſequitur Ioach. à Beuſt. in tract. de matrim.*
9 *cap. 22.* De quo vt non dubito, ita viciſsim vereor, † vt alimenta matri ad frugem non redeunti, iure denegare queant liberi: quod tamen velle videtur Cacher. *d. deciſ. 124. num. 13. & ſeqq.* Neque extimeſcendum eſt ab exhæredatione ad denegationem alimentorum ſumtum argumentum, quo præcipuè mouetur Cacheranus: quia inter octo illas cauſſas, ob quas parentes ſuos exhæredandi, poteſtas liberis indulta eſt, *quæq; in §. iuſtum autem perſpeximus. in auth. vt cum de appell. cognoſ. collat. 8. & à Schneidvv. ad princ. tit. Inſtit. de exhæred. liber recenſentur,* non reperitur adulterium. Ad hoc igitur argumentum pro contraria parte adductum: Quicunque poteſt exhæredari, illi etiam poſſunt alimenta denegari: ſed ob adulterium poteſt mater exhæredari: Ergo ob adulterium poſſunt matri alimenta denegari: ad hoc inquam argumentum reſpondendo, non puto diſtinguendum an mater ad frugem redierit nec ne, ſed minor eſt ſimpliciter neganda. Quod enim pro eius confirmatione Cacheran. *d. deciſ. 124. num. 2.* allegat. §. Cauſſas, verſ. ſi alicui. in Auth. d. tit. vt cum de appellat. cognoſc. ille textus loquitur de cauſſa exhæredandorum deſcendentiũ, non verò aſcendentium: quæ cauſſæ inuicem non ſunt confundendæ: Cæterum quia Cacheran. *d. deciſ. 124.* tria præterea argumenta pro contraria ſententia in medium affert, ijſq; non reſpondet: ideo obiter tantum hoc admoneo, dum ſecundo & tertio loco à dote ad alimenta arguit, id mouere neminem debet: quia partim paulo ante de hac conſecutione memini, partim ĩ. lib. 2. de comparatione dotis & alimentorum plura dicentur. De quarto & vltimo argumento *de-*
10 *ſumto* † *ex cap. 1. §. ſi verò violator. de pac. tenend. & eius violat. in vſib. feud. Bald. in auth. bona damnatorum. num. 4. C. de bon. damnat. vbi traditur, eum, cui bona ob delictum auferuntur, ex ijs ali non debere, quod pluribus Doctorum autoritatibus ornat Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 9. num. 70.* dictum fuit ſ̃ cap. 5. num. 19. quod nimirum ex d. §. ſi verò non ſimpliciter ſequatur parentes omnino non

non eſſe alendos, ſed ſolummodo, eos non debere ex bonis commiſsis ali: vnde ſaltem inde efficeretur iſtiuſmodi matrē non quidem ex dote, ſed ex alijs bonis liberorum alendam eſſe. Cui reſponſioni poteſt addi hæc, quod valde dubitem, an textus *d. c. vn. §. ſi verò.* porrigendus ſit extra caſum fractæ pacis, & vbi ad iuramentum, quod ibi exigitur, præſtandum ij ad quos bona deuoluuntur, non aſtringuntur: quemadmodum vſuuenit in d. cap. plerunque 4. extr. de donat. inter vir. & vxor. quod bona mulieri ob turbatam pacem publicam non aufert, nec ab hæredibus mariti iuramentum exigit.

11 Quintò ampliatur vt etiam † filiorum hæredes ad hoc onus obſtringantur, *per fundamenta ſ̃ cap. 3. ampliat. 10. adducta:* ubi de matre vt peculiare obſeruandum eſt, ſi pater in teſtamento ſuo, filio impuberi pupillariter ſubſtituat, tum filio impubere mortuo, etſi mater excluditur ab ipſius bonis. *l. Lucius. 45. in fin. princ. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. cap. 1. §. licet autem*

12 *filius. de teſtament. in 6.* tamen † ad ſummam egeſtatem redacta, à ſubſtituto ali debet, *ita tradit Zaſ. in tract. de ſubſtitut. cap. 2. effect. 6. num. 22. per d. l. ſi quis à liberis. 5. §. parens. & §. ſequ. ff. de lib. agnoſc. & hunc ſequuntur Couarr. c. cum eſſes. ext. de teſtament. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 16. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. num. 10. ff. de liber. agnoſc. Schneidvv. ad princ. tit. Inſtit. de pupill. ſubſtit. num. 18. & per hoc idem fundamentum nempe per d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. eandem ſententiam amplectitur Ripa in l. moribus. num. 45. in fin. de vulg. & pup. ſubſtit.* In hiſce terris poteſt hæc ſententia inſuper probari argumento à legitima ad alimenta affirmatiue ducto:

13 Matri † debetur à ſubſtituto legitima *part. 3. conſt. 8.* Ergo multo magis alimenta: rationem conſequentiæ ſubminiſtrabit collatio legitimæ & alimentorum, *de qua agetur in lib. 2.* Illud

14 forſitan plus habet dubitationis, pone pupillariter † ſubſtitutus, ex bonis filij defuncti exſoluit matri legitimam, quam vel ipſa prodegit, vel caſus aliquis ipſi abſtulit, atque ita iſta mater indiget alimentorum, quæritur an à ſubſtituto vltra acceptam legitimam, alimentorum nomine quicquam iure exigere poſsit? De qua quæſtione quia apud D.D. nihil inue-

 nire

nire potui, ideo eo magis hæreo: ſi tamen de ea ſententiam meam quis exquireret, putarem, ſaluo melius ſentientis iudicio, iſtum ſubſtitutum à matre penitus eſſe liberatum, neque matri fas eſſe ab eo alimentorum obtentu quicquam petere. Moueor primò, quia legitima alimentorum intuitu datur: *§. prohibemus. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.* quæ alimenta, cum ſubſtitutus dando legitimam, vnica vice ſoluerit, iterum ab ipſo exigi non poterunt. *l. bona fides. 58. ff. de reg. iur. & c. bona fides. 83. eod. tit. in 6.* Quod ſi quis mihi obijciat exemplũ patris, qui ſi in vita ſua filio legitimam exſoluat & hic eam diſsipet, nihilominus alimenta præſtare filio prodigo tenetur, *prout traditum fuit ſ. cap. 2. ampliat. 3.* huic reſpondeo ingens eſſe diſcrimen inter patrem & ſubſtitutum, de quo hic loquimur: inter patrem & filium eſt naturale vinculum, quod inter hunc noſtrum ſubſtitutum & matrem pupilli defuncti non eſt: deinde pater non omni culpa caret, dum filio cuius mores & continentiam non ſatis antea explorauit, legitimam commiſit: cum econtrà iſte ſubſtitutus matri legitimam in numerata pecunia & vna vice ſoluendo, id egerit, quod leges noſtræ iubent. l. *quoniam in prioribus 32. C. de inoff. teſtam.* Secundo moueor quod hæc alimenta debentur ex charitate ſanguinis. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1.* ſed ſubſtitutio nullam ſanguinis neceſsitudinem inducit. Neque mihi quis dicat iſtũ ſubſtitutum alimenta hoc caſu debere, non quidem ex ſua perſona, ſed ex perſona defuncti pupilli: cum alimenta morte creditoris deſinant, non verò debitoris, *vt j. dicam lib. 2. cum ad contraria peruenero.* Nam quemadmodum non nego morte eius qui debet alterum alere, alimentorum obligationem non deſinere, ſed ad hæredem tranſire, de qua tamen re paulò vberius dicam j. lib. 2. ita nego hunc hæredem duplici onere grauandum: quod certe vſuueniret, ſi ſubſtitutus primo legitimam ſolueret & præterea alimenta, contra regulam, Bona fides non patitur, &c.

His ampliationibus addi debent limitationes, in quibus matri à filijs alimenta petendi ius non eſt: quæ commodiſsime ex cap. 5. quatenus fœmineus ſexus patitur, ſumi poſſunt: vt pri-

15 vt primo † procedat quando mater adeo eſt inops, vt ſemet ſuſtentare nequeat *per textus ibi allegatos, & eſt textus apertus de matre in l. tutor. 13. §. fin. verſ. cum ſemetipſa ſuſtinere, &c. ff. de adminiſtr. tut. per quem idem hoc aſſerit Bertrand. conſil. 383. incip. Multa ſunt de quibus queritur. num. 4. vol. 6.* Verum enimuero ſecundæ limitationis occaſione, non immeritò quis dubitet,
16 an † matri filius obijcere queat, quod in iuuentute, vtili aliqua & ad hanc vitam neceſſaria arte inſtructus non fuerit: ſane rurſum ſubſiſto, cum neque id in ſpecie à quoquam tactum inueniam. Attamen regulariter hoc non concedi arbitror: primo quia tam Solon, à quo hæc lex originem traxit, quam lex XII. tabularum expreſſe & diſertis verbis de patre loquitur. Solonis enim verba, *teſte Pard. Prateio lib. 2. veter. iuriſprud. cap. 5.* hæc fuerunt: υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι: quemadmodum & lex XII. tab. *ſi Valentino Forſtero lib. 1. hiſtor. iur. ciuil. credimus,* his verbis conceptum fuit: Filius arte carens, patris incuria, eidem vitæ neceſſaria ſubſidia ne præſtato. Quia igitur vtrobiq; in ſpecie patris, non verò in genere parentum, fit mentio: ideo credibile eſt, matrem non contineri. *argum. text. in l. 2. §. non ſolum. verſ. colligere licet hæc. ff. de excuſat. tut. & l. liberorum. 220. verſ. toties enim leges neceſſarium. ff. de verb. ſignific.* Deinde filiorum educatio eorumque inſtitutio ac ad virtutem aſſuefactio, poſtquam triennium egreſsi ſunt, non ad matrem ſed ad patrem ſpectat. *l. pen. C. de patr. poteſt.* Quod ſi iam pater officium ſuum non faciat periniquum eſſet hanc culpam matri imputare, *l. ſancimus. 20. C. de pœn.* Sin verò pater diem obijſſet antequam filius ad addiſcendam aliquam artem aptus aut idoneus eſſet: tum ſimiliter ſi filio tutor conſtitutus fuerit, mater extra noxiam eſt: cum tutoris officium expoſcat, pupillum bonis artibus & moribus inſtituere, ac ita ad ſpem Reipub. educare, *text. eſt in l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut. Ludou. Roman. conſil. 425. incip. Quoad primum. Plot. in l. ſi quando. num. 230. C. vnde vi. vel iuxta Colon. edition. in tractat. de in lit. iuran. §. 5. num. 24. Borgn. Caualcan. de tutor. & curator. num. 275.* Ergo iſta ſecunda limitatio nullo alio caſu locum habere poteſt,

quam ſi mater filij ſui impuberis tutrix fuiſſet, neque eum aliqua arte imbui curaſſet *per ea quæ tradit Plotus. d. loc.* Similiter † quæ de patre patriam oppugnante dicta ſunt, ad matrem

17 ſi eò veſania delaberetur, vt ſexus ſui oblita, arma contra patriam moueret, non immeritò accommodari, ipſique alimenta à filio denegari poſſe putarem *per d. l. minimè. 35. ff. de relig. & ſumt. fun.* Priuignorum, † an ij nouercam ſuam

18 alere teneantur, mentionem non feciſſem, niſi Iaſ. quamuis dubitanter, *in auth. præterea. num. 2. C. vnde vir & vxor.* affirmatiuam ſententiam amplecteretur: quem rectè reprehendit Cordub. de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. in pr. nu. 37.* & commodius dicetur j. hoc libro vbi de vidua ex bonis defuncti mariti alenda erit tractandum.

# DE ALIMENTIS AVO ET NEPOTI RECIPROCE DEBITIS: ET DE PLVRIVM ALIMENTA VEL DEBENTIVM VEL PETENTIVM CONCVRSV.

## Caput VIII.

### SVMMARIVM.

1. *Auus tenetur alere nepotem, quod ampl. 4. modis. limitatur dupliciter. nu. 2. 6. & ſeqq.*
2. *Auus maternus an obſtrictus ſit alere nepotes ex filia.*
3. *Neptes habent dotem ab auo remiſſiuè.*
4. *Nepos ſpurius an ab auo alendus ſit.*
5. *Nepos ſpurius ex filio legitimo, & nepos legitimus ex ſpurio filio habet alimenta ab auo. Auus teſtator habens legitimos & naturales liberos quatenus nepoti ſpurio poſſit quid relinquere? ibid.*
6. *Nepos non poteſt ſibi vindicare id, quod auus filio ſuo ſpurio relinquit in alimenta.*
7. *Si pater ſit ſufficiens ferendo oneri filios alendi, auus liberabitur.*
8. *A pluribus obſtrictis ad alimenta, quomodo fiat præſtatio, præſertim ſi ſint eiuſdem gradus & lineæ?*

9. *Si vero*

9. *Si verò ſint diuerſa li[illegible] an onus alendi ad aſcendentes magis ſpectet an ad deſcendentes : ſuper qua re magna opinionum varietas.*
10. *Auo & patre concurrentibus, potius huic quam illi onus alendi incumbit. quòd limitatur. num. 11.*
12. *Auo paterno & matre concurrentibus ad auum ſpectat onus alendi.*
13. *Sola propinquitas non ſatis eſt ad deferendum onus alimentorum.*
14. *Quid iuris ſit in concurſu matris & fratris? vbi Cyni quadam deciſio partim reſellitur partim declaratur.*
15. *Quomodo plures exigant alimenta ab vno, qui non ſufficiens eſt omnibus.*
16. *Patrem vel filium tantum alere valens, vtrum horum alteri præferre debeat? et. num. 17.*
18. *Homo debet patrem & matrem relinquere & adhærere vxori etiam extra copulam & habitationem contra Fort. Garſ.*
19. *Nutricatio parentum non ita à natura procedit vt liberorum.*
20. *Argumentum à ſucceſſione ad alimenta.*
21. *Ex paritate ſuccedendi non ſequitur par alendi neceſſitas.*
22. *Declaratio l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
23. *Venditio filiorum effectus eſt patriæ poteſtatis.*
24. *Alimenta principaliter non debentur propter merita.*
25. *Parentes patriæ non ſemper præponuntur.*
26. *l. 3. §. ſi cum omnes. ff. de SC. Silan. explicatur contra Io. de Amic.*

POSTQVAM hactenus de perſonis primum gradum cognationis obtinentibus diximus, ſequitur vt videamus de vlterioribus. Inter quos, cum à patre & filio receſſerimus, quia primò nobis ſe offert auus & nepos, ideo de his vt aliquid dicamus, ordo poſtulat. Et quod auus † nepotes ſuos
1 alere teneatur, text. eſt *in d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. & § vtrum. verſ. idem in liberis quoq; l. pen. in pr. ff. de lib. agnoſc. §. illud quoq; diſponendum. verſ. quod autem de alenda matre. in Auth. vt liceat matri & auiæ. collat. 8. præter quos textus, rationem, quod auus locum patris teneat, aſſignat Bart. in tract. de aliment. num. 8. quem refert & ſequitur Bartolom. Socin. conſil. 161. incip. pro deciſione præſentis conſultationis. num. 1. vol. 2. adducens inſuper generalitatem rubricæ. C. de alend. liber. alia fundamenta allegat Corn. conſil. 129. incip. Licet circa primum. num. 12. volum. 1. nempe l. alimenta. C. de negoc. geſt.*

*geſt. l. Neſennius. ff. eod. d. l. ſi quis & l. pater filium. C. de patr. poteſt. vbi forſitan voluit dicere. l. nec filium. multas DD. auctoritates cumulat Cordub. de Lar. in d.l. ſi quis à liberis. §. vtrum. nu.*
2 *77. & §. non tantum. num. 41.* Idque ampliatur † primo, vt non tantum ad hoc onus obligatus ſit auus paternus, ſed etiam maternus. *d. l. ſi quis à liberis. §. item D. Pius ſignificat. & d.l.pen. in fin.* Qui licet nepotem ex filia natum in poteſtate non habeat. *§. vlt. in fin. Inſtit. de patr. poteſt.* tamen id huic rei nihil officit, cum hæc alimenta, non iure, patriæ poteſtatis, ſed naturalis coniunctionis debeantur. *d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. verſ. & cum ex æquitate. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 153. & dixi ſ. cap. 5. num. 41.* Ita vt principaliter teneatur auus paternus, in ſubſidium verò maternus. *Io. Garſ. de expenſ. & melior. cap. 3. nu. 33. per d. l. pen. in fin. ff. de liber. agnoſc. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. non tantum. nu. 69.*

3 Secundò † ampliatur vt auus etiam ad dotem neptibus ſuis dandam obſtringatur, *quemadmodum ſ. cap. 2. ampliat. 4. dictum fuit.*

4 Tertiò ampliatur † vt non tantum debeat alere nepotem legitimum, ſed etiam ſpurium ex filio ſpurio natum, *idq́; probatur per text. c. cum haberet. in fin. verb. liberis. extr. de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. quam dictionem, in hunc finem ita ponderat Ruin. conſil. 124. incip. Videtur prima conſideratione. num. 11. vol. 1. quem ſequitur Crauetta conſil. 917. incip. Dn. Ludouicus Boſſius. nu. 4. Natta conſil. 108. incip. Quoniam reuerendus. num. 4. Iac. Philip. Port. conſil. 188. incip. Cum ea ſit naturalis. numero 9. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 39. Marc. Anton. Peregrin. lib. 3. de iure fiſci. cap. 18. num. 64.* Deinde probatur etiam quia nepotes quoad auum minus odioſi ſunt. *l. fin. C. de natural. lib. qua ratione vtitur Nicol. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. part. 1. num. 45. quem ſequitur Anton. Gabr. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 22. Gabriel. Paleot. de noth. & ſpur. cap. 47. num. 6. & hanc ſententiam* COMMVNEM *appellat Anton. de Padill. in auth. res quæ. num. 66. C. commun. de legat.* Neque quicquam mouere nos debet Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. tom. 1. §. 20. num. 318.* contrariam opinionem

tenens

tenens *per auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* quia ipſius rationibus aliquo modo fuit reſponſum ſupra cap. 3. num. 14. cum ſeqq.

Ex qua ſequitur quarta ampliatio, vt multò magis ne-
5 pos ali ab auo debeat, quando † vel filius naturalis & legitimus extra matrimonium procreauit ſpuriam ſobolem: vel filius ſpurius legitimam & naturalem genuit ſobolem: eiuſmodi enim nepoti multò magis alimenta ab auo debebuntur, *ita per d. l. fin. C. de natur. lib. & d. cap. cum haberet. ſentit Bartolom. Socin. d. conſil. 161. incip. Pro deciſione præſentis conſultationis. num. 1. verſ. Quarto & vltimo præmitto. vol. 2. & hunc expreſſe ſequuntur Natta d. conſil. 108. num. 4. Ruin. conſil. 54. nu. 62. vol. 2. & Petr. Foller. in tract. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus enim dici ſolet. num. 83. idemq́ per d. c. cum haberet. tradit Bertrand. conſil. 187. incip. Etiamſi verum eſſet. num. 4. part. 2. vol. 3.* Vnde auo teſtamentum condenti, liberum eſt, nepoti ſpurio aliquid relinquere: non tamen, ſi legitimos & naturales deſcendentes habeat, vltra modum alimentorum. *Ludouic. Bolognin. in addition. ad Matheſilan. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. memb. 2. ſecundi artic. princip. num. 3. vbi allegat & commendat Alex. conſil. 77. incip. Vtrum nepotes nati. Quod conſilium etſi ego inuenire non poſſum, tamen huiuſmodi legati æquitas confirmari & declarari poterit ex ijs quæ ſ. cap. 3. ampliat. 3. dicta fuerunt, præſertim iuncta d. l. fin. C. de natural. liber.*

Limitatur autem huius capitis thema, primò, vt iſti ne-
6 potes † alimenta ab auo ſuo petere debeant & poſſint: non verò id, quod auus filio ſuo ſpurio alimentorum nomine conceſſit, ſibi vindicare: verbi gratia, Caius habens filium ſpurium Sempronium, dedit ei vt inde ſe aleret fundum Cornelianum: hic Sempronius ſimiliter genuit Titium, poſtea moritur: tum certe fundus iſte Cornelianus, ad Caium vel eius hæredes naturales & legitimos redit, neque Titio vllum ius reale in iſto fundo alimentorum prætextu competit: ſed ſolummodo habebit actionem perſonalem contra Caium auu ſuum, eiuſue hæredes. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. cent. quæſt. 169. num. 10. Fr. Burſat. conſil. 62. num. 10. Marc. Ant.*

*Pe*

*Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. d. cap. 18. num. 81. de qua re plura dicam DEO volente j. vbi tractauero, quomodo morte alimenta finiantur.*

7 Secundò † limitatur vt ita demum auus nepotes qualeſcunque ij etiam ſint, alere teneatur, ſi pater non ſit ſufficiens huic oneri. Ad cuius limitationis & capitum præcedentium declarationem, conſtituo duo principalia membra, quorum
8 † primum eſt, quando plures debent & obſtricti ſunt ad alimenta danda: alterum quando plures ab vno, cuius opes omnibus non ſufficiunt, exigunt & ſibi alimenta dari deſiderant. In primo membro aut omnes alimenta debentes, ſunt eiuſdem gradus ac lineæ: & tum regulariter ſinguli pro rata tenentur, vt euenit tam in pluribus filijs, à quibus pater inops ali debet, *vt ſ. cap. 5. limit. 6. dictum fuit*; quam in pluribus fratribus, alimenta ſuo fratri egeno debentibus, *bonus textus in §. ſi verò effuſa. verſ. paſci verò naturales. in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 7. & facit l. 5. ff. de alim. vel cib. legat.* quod fallit in patre & matre, item in auo paterno & materno: ſemper enim potius patri quam matri, & potius auo paterno quam materno, onus alendi incumbit. *l. pen. ff. de liber. agnoſc. per quem textum ita ſentit gl. in d. l. ſi quis à liberis. §. item D. Pius. verb. compellatur. Bart. in tractat. de aliment. num. 42. Io. Garſ. in tractat. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 33. Hartman. Hartmanni in obſeruat. practic. tit. 36. obſeru. 1. verſ. Item auus maternus. & ſ. cap. 6. nu. 14. & ſeq. dictum fuit, matrem ad alendos filios ſaltem in ſubſidium obligatam eſſe, nempe quando pater propter inopiam huic oneri eſt impar.* Aut omnes non ſunt neque eiuſdem lineæ, neque eiuſdem gradus, & tum aliquot caſus diſtinguendi ſunt: quorum
9 † primus eſt ex diuerſitate lineæ ſumtus, vt potius aſcendentes deſcendentibus, quam vice verſa deſcendentes aſcendentibus alimenta præbere oporteat: verbi cauſſa, Titius miſer & pauper habet patrem & filium vtrumque locupletem; ad [illegible] alendum potius pater obſtringitur quam filius. Etſi enim qui putarunt in arbitrio eſſe iſtius Titij, num potius à pa[illegible] quàm à filio ſe exhiberi petere velit: ſicut eſt in electione [illegible]s, qui plures habet debitores à quo velit debitum conſequi.

ſequi. *l. liberum. C. de fideiuſſor. l. ſi ex toto. §. 1. ff. de legat. 1. l. 3. ff. de duob. reis:* aliqui verò putarunt vtrumque conferre debere, vt paulo ante de fratribus eſt dictum: *quas duas opiniones recenſet Iac. de Aren. in d. l. ſi quis à liberis. num. 5. ff. de liber. agnoſc.* aliqui verò ad ſolum filium hoc onus ſpectare: *quæ ſententia placuit Rayn. teſte Alber. Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 11. per l. nam etſi parentibus. ff. de inoffi. teſt. atq; etiam ipſi Alberico in l. parentum. num. vlt. C. de alend. liber. vbi allegat pro confirmatione Ariſtotelem lib. 9. Ethic. ad Nicomach. cap. 2. dicentem filios parentibus alimenta debere:* aliqui denique quod ad ſolum patrem: *quemadmodum has opiniones omnes recenſet Cyn. in l. 1. num. 4. C. de alend. lib. ſed non indicat, quam ex iis veriorem arbitretur:* tamen hanc poſtremam opinionem, nimirum à patre ſolo Titium iſtum alendum eſſe, defendit Bart. *in l. non quemadmodum. ff. de lib. agnoſc. per d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. & cum ex æquitate hæc res deſcendat caritateq; ſanguinis, &c. multo magis autem amant parentes liberos, quam econtra liberi parentes. l. iſti quidem. 8. in fin. ff. de eo quod met. cauſſ. gl. in l. liberorum. 220. verb. quam filii. de verb. ſignific. Ariſtot. lib. 8. Ethic. ad Nicomach. cap. 12. in vulgat. ſed iuxta Lambini edition. cap. 14. refert & ſequitur Alex. in l. in ſuis. 11. nu. 7. ff. de lib. & poſthum. atq; per hanc rationem in eadem opinione acquieſcit. Io. Petr. de Ferrar. in pract. in form. libell. prolegat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 130. Io. Hier. Cardin. in lucubrat. ad Bart. in d. l. non quemadmodum. num. 3. Io. Bapt. Caccialup. in l. frater à fratre. quæſt. 29. num. 107. ff. de condict. indeb. Io. de Lignan. in tract. de amicit. §. Hic inſurgit dubium. num. 3. eamq; crebrius receptam aſſerit Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 7. in fin. qui quoniam ibid. num. 6. ad rationes eorum qui in alia omnia diſceſſerunt, ſatis conuenienter reſpondet, ideo non opus arbitror plura ea de re dicere.*

10 Secundus caſus eſt ex diuerſitate † graduum deſumtus, puta aliquis habet patrem & auum, potius à patre alendus eſt, quam ab auo, per eandem rationem: quia alendi neceſsitas oritur non à patria poteſtate, ſed à ſanguinis propinquitate, *ita tradit Rofred. Beneuent. in tractat. libellor. part. 5. tit. de offic. iud. quæ petuntur aliment. nu. 1. Ant. de Butr. conſ. 56. incip. ſi filius.*

quem

*quem ſequitur Iaſ. in l.1. num. 26. & 27. & Io. Bolognet.num. 120. ff. ſol. matrim. Alex. d. l. in ſuis. 11.num.7. Bart. Socin. d. conſil. 161. incip. Pro deciſione præſentis conſultationis. num. 1. verſ. ſecundo ego premitto. vol.1. & Marian. Socin. in d.l.1.num. 191. ff. ſol. matrimon. Marc. Anton. Peregrin.lib.3.de iure fiſc. cap. 18. num. 64. Brunor. à Sole in quæſtion. legal. quæſt.43. num.6.cum ſeq.* Cum qua ratione bene conuenit ea, quam ad huius quæſtionis deciſionem affert Angel. *in l. parentum. num. 1.C. de alend.lib.* inquiens, quia etiam ius naturale, conueniens omnibus animantibus, incitat aſcendentem ad alimoniam deſcendentis, &c. Vlterius autem confirmat hanc ſententiam etiam Iac. de Aren. *in d. l. ſi quis à liberis. num. 2. 3. & 4.* quia pater prius admittitur ad ſucceſsionem quàm auus. *auth. defuncto. C. ad SC.Tertull.* ergo etiam pater potius quàm auus portabit onera. *l.1.ff. de legit.tut.* deinde quia auus tenetur nepotem alere propter filium *l. dotem. 6. ff. de collat. bon.* Ergo multo magis iſte filius tenebitur. *authen. multo magis. C. de SS. Eccleſijs. & hac ratio placet etiam Io. Corraſio l. qui liberos.num.105.ff.de ritu nupt. Per quas rationes hac ſententia Iacobo de Aren.d. loc. & Ioanni de Lignan. in tract.de amicit. d. §. Hic inſurgit dubium.num. 1. & 2. & Aſcanio Clementin. de patr.poteſt. cap.5. effect. 17. num.72.videtur verior: ac Cyno in l. parentum.num. 4. q. 3. C.de alend.liber.æquior, cum quo conſentit Caccialup. d.num.107. & nouiſſime Cordub.de Lar. in d. l.ſi quis à liberis. in pr.num.36. præterea hanc ſententiam confirmat Angel. in l. ſed ſi vnius.17.§. quod deinde ait. ff. de iniur. per text. ibi, ad cuius officium pertinet etiam viuente auo filium ſuum in omnibus tueri.* Hæc autem
11 procedunt † quando pater tantum in bonis habet vnde filios alere poſſet: ſecus ſi, vt olim apud Romanos, etiam vxoratus filius, patri ſuo omnia acquireret: quia tum potius auus deberet nepotes alere, *per ea quæ dicit Io. Faber.§.1.num.5. Inſtit.de iur.nat. gent. & ciuil. Alber. de Roſat.in d.l.ſi quis à liberis.in princ. num.9. & Bulgar. de Bulgar.in d.l.1.num.40. Crotus.num.83.ff. ſolut. matrimon. Io. Baptiſt. Pontan. de alimentis cap. 9. numero 11. & 12. Hartman. Hartmanni in pract.obſeruat. tit.36.obſer.1.*

Tertius caſus eſt, quando quis habet matrem & auum
12 paternum locupletes, vt potius † auo paterno quam matri

onus

onus alendi incumbat. Quamuis enim non deſunt rationes, quæ contrarium ſuadere videntur, veluti quod filium mater magis attingat quam auus; alimenta vero ex æquitate & charitate ſanguinis deberi dicantur. *d. l. ſi quis à liberis. §.1.* ob quam cauſſam pater egenus non à filij ſui defuncti extraneis hæredibus, ſed à fratre ſuo alendus eſt, *vt ſ.cap. 5. ampliat.10. dictum fuit.* deinde quia mater potius ſuccedit quam auus. *d. auth. defuncto. C. ad SC.Tertull.* tamen ad auum paternum potius ſpectare quam ad matrem, decidit Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de infantibus & languid. expoſit. §. qui parentes. num.2. Nicol. Boer. conſil. 17. num.14. & ſeq. Hartman. Hartmanni ab Epping. d. tit. 36. obſer.1. circa fin. per text. l. non quemadmodum. 7. ff. de liber. agnoſc. dicentem maſculorum noſtrorum liberorum liberos ad onus noſtrum pertinere. &c. ac omnium optime Carol. Ruin. conſil. 94. incip. Circa primum dubium. verſic. Quoad quartum. vol. 5. qui præterea adducit hanc rationem, quia certum eſt, quod onus alimentandi ſpectat magis ad patrem quàm ad matrem. d. l. ſi quis à liberis. § ſi mater. & notatur in l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt.* ſicut ergo alere filium eſt officium paternum magis quam maternum, ſic etiam auus tenetur alere nepotes ex filio & non minus quam filium, quia auus tenetur ad hoc propter filium, & tanquam iſtud ſit onus filij, *vt eſt caſus & ibi gl. in d. l. ſi quis à liberis. §. non tantum.* Denique quemadmodum dotare filiam primò ad patrem, poſtea ad auum paternum. *l. fin. C. de dot. promiſſ.* & tandem ad matrē in ſubſidium ſpectat. *Campeſ. de dot. part.1. quæſt.22.* Neq; ob-
13 ſtant in contrarium adducta, † quia licet mater filio coniuncta ſit in propiore gradu, quam auus nepoti: tamen ſola propinquitas ad hoc onus deferendum non ſatis eſt: aliàs enim mater, non minus quam pater, in alendum filium, propter parem cognationem, ſumtus facere cogeretur, quod eſt falſiſsimum, *vt ſ. cap.6. num.14. & ſeq. dictum fuit:* ideoque æquitatem præter ea intueri debemus, nempe quod liberi non ad maternæ ſed paternæ familiæ ſplendorem & perpetuitatem educentur. *§. fin. Inſtit. de patr. poteſt.* quæ ratio cum æque in auo paterno ac in ipſo patre locum habeat, æquiſsimum eſt, auum potius hoc onere grauari, præſertim cum auus nepotem etiam

inpri-

inprimis amet. *l. liberorum. 220. §. ſed & Papyrius. de verb. ſignif.* Similiter nec ex ſuccedendi paritate illico paritatem alendi probari, patet ex eo quod pater & mater ac fratres vtrinque coniuncti filio & fratri iure ciuili æqualiter ſuccedunt. *d. auth. defuncto.* & tamen ſolus pater filium alit.

14 Quartus caſus eſt, quando † quis habet matrem & fratrem diuites: is enim potius à matre quam à fratre ali debet, *quam opinionem tenendam eſſe tradit Alex. in l. alimenta. 11. num. vlt. C. de negoc. geſt. Bertrand. conſil. 318. incip. Super eo de quo dubitatur. vol. 8. Lud. Sard. in tract. de legitimation. part. 2. num. 23. verſ. quarto quæritur an pater. & Auguſt. Bero. conſil. 186. incip. De iure in caſu propoſito concludendum. num. 2. vol. 1. mouenturq́ꝫ. d. l. ſi quis à liberis. 5. §. 1. verſ. & cum ex æquitate, &c.* Neque deciſionem hanc euertunt ea, quæ tradit Cynus *in d. l. alimenta. in fin. quem ibidem ſequitur Caſtr. in fin.* quia ipſius argumento *ex l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. ſumto* reſponſum fuit *ſ. cap. 5. ampliat. 10. in fin.* Alteri autem argumento, *ex d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. petito,* reſpondet Alex. *d. l. alimenta. 11. in fin. quem ſequitur Auguſt. Bero. in quæſt. familiar. quæſt. 11. num. 4. & 5. quod huic §. item reſcriptum. locus tantummodo ſit, quando nec mater nec alius quiſpiam propinquior in medio eſt, prout verba iſtius textus & quæ ibi notat Bart. ſatis manifeſto euincunt.* Denique poſſet Cyni deciſio ita intelligi, vt procederet, quando pater filium hæredem vniuerſalem inſtituit, filiæ verò ſaltem dotem dedit: quo ſanè caſu fratrem ad alendam ſororem potius teneri quam matrem, licet facultatibus abundantem veriſsimum puto: quia cum frater iſte, hæres vniuerſaliter inſtitutus, omnia bona penes ſe habeat & poſsideat, ac conſequenter ea, quæ doti deſtinata ſunt: æquiſsimum eſt vt ſorori interim dum nubat alimenta præbeat, *quemadmodum multis Doctorum autoritatibus hoc probaui ſ. cap. 2. ampliat. 10. quibus nunc addo Cordub. de Lar. in d. §. item reſcriptum. num. 5. Bertrand. conſil. 121. incip. Viſis & vt potui. num. 24. vol. 7.* imò ſi rem recta velimus putare via, iſta filia viuit ex fructibus bonorum in dotem ſibi à patre datorum. Qui duo caſus, tam tertius quam quartus, notandi ſunt ad declarationem eorum quæ *in cap. 16. num. 14. & ſeqq.* de matre

filios

filios in ſubſidium alente dicta ſunt: & hæc ſufficiant de primo principali membro attigiſſe.

15 De ſecundo principali membro, quando † plures ſimul exigunt alimenta ab vno præſertim omnibus ſuccurrere non valente: etſi, quantum ego videre potui, omnium ſententiæ in eo congruunt, primo quemlibet ſibijpſi potius proſpicere debere: *per vulgatum illud, charitatem bene ordinatam incipere à ſeipſa. l. præſes prouinciæ & ibi Anton. de Padill. num. 6. & 14. C. de ſeruit. & aqu.* deinde proximiori potius quam remotiori ſubueniendum. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. & cum ex æquitate hæc res deſcendat caritateq́ſanguinis, &c.* tamen vehementer diſſentiunt, quiſnam proximiorem ſibi vindicet locum. *Io. de Amic. conſil. 105. incip. Fui ſemel interrogatus. num. 1.* 16 Hinc † diſceptant Doctores noſtri de tali caſu: Titius habet patrem & filium egenos, & vtrique non poteſt ſuccurrere, habens ſolummodo panem pro ſe & præterea alterutro eorum: quæritur quem potiſsimum præferre debeat, vtrum patrem poſthabito filio, an verò contra? Cyn. *in l. 2. quæſt. vlt. num. 6. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* dicit magiſtros philoſophiæ præferre filium, propterea quod amor non aſcendat, ſed deſcendat: Iacobum verò de Rauenna ſtatuiſſe, patri potius ſubueniendum, quia alias poterit pater capere filium & panem, *per d. l. 2 idemq́ ibid. tradit Alberic. de Roſat. num. 7. Angel. num. 2. Salic. num. 7. Franc. Viuius in Commun. opin. lit. P. §. pater poteſt vendere filium. num. 5. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 9. num. 3. Io. le Cirier. lib. 2. de primogen. quæſt. 14. §. quia ſupra vidimus. num. 16. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 5. effect. 17. num. 74. qui vltra text. d. l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax. allegat etiam rationem hanc, quod quilibet plus obligetur patri, quam filio: cum à patre acceperit eſſe, quam rationem quoq́ breuibus verbis attingit Alberic. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 7. in fin.* Accedit præterea ordo charitatis & dilectionis, quem D. Ambroſius recenſet *in Commenta. ſuper Cantic.* inquiens, primò diligendus eſt DEVS, ſecundò parentes, deinde filij, poſtea domeſtici, &c. *quod dictũ recitat gl. in c. 1. verb. fideles. diſtinct. 30. & in cap. 2. verb. poſtulat. diſtinct. 42. & hunc ordinem pro patre adducit Io. de Amic. d. conſil. 105. num. 2. & Fortun.*

V Garſ.

*Garſ. in l.veluti.num.36.ff. de iuſt.& iur.* Veruntamen contrariam opinionem confirmat Io. de Amic. *d.conſil.105.* præcipuè hac ratione, quia filius eſt conſeruator progeniei, *d.l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſignific.* & pars corporis paterni: *l.fin. C. de impub. & al.ſubſtit. Specul. de feud. §. quoniam ſuper homagijs. num. 14.* vnde infert quemadmodum iſte Titius ſibijpſi præ cæteris omnibus proſpicere debet, ita etiam filio ſuo potius quam patri, cum filius ſit pars Titij patris. Quam ſententiam etſi *num.7.* iuris ſubtilitate veriorem arbitratur, maximè ſi eſſet vnicus filius & plurium procreandorum ſpem non haberet: tamen ibidem credit, hoc relinquendum arbitrio & affectioni iſtius Titij, cuinam potius conſultum velit, filione an patri, *per text. l. 3. §. ſi cum omnes. ff. ad SC. Silan.* vbi licet ſeruus plurium teneatur omnes pariter iuuare in neceſsitate conſtitutos, tamen ſi poteſt vnum tantum & eligat quem vult, nulla eſt pœna dignus: & deinde per deciſionem Baldi putantis *in l. in quibus caſibus (vbi Io. de Amic. perperam allegat. l.inquiſitus) C.de ſecund.nupt.* patrem, qui habet duos filios, & dubitat, quis eorum ſit primogenitus vt in regno ſuccedat, poſſe alteri gratificari & ſucceſsionem regni concedere cui velit. Cæterum
17 † verius arbitror filium in hoc alimentorum negocio præferendum eſſe patri. *per rationem ex Io. de Amic. iam allatam, quam etiam amplectitur Chriſtoph. Port. in §.1.nu.5. Inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. ac doctiſſimus ille Bereng. Fernand. in l. in quartam. cap.1. num. 172.ff. ad l. Falcid.* Mouet me inſuper auctoritas ſacrarum literarum in quibus dicitur, non teneri filios parentibus theſauros congerere, ſed parentes filijs. *2.Corinth.12.verſ.14.* quod dictum eo magis ad hoc propoſitum pertinere arbitror, cum non tantum ab alijs huc accommodari videam, *nempe à text. c. cum Apoſtolus.6.§. prohibemus. ext. de cenſib. à Calderin. conſil.1. incip. An liceat clerico.nu.2. tit.de vit. & honeſt. cleric. ac conſil. 1. incip. Pater conſtituit. num.2. in fin. tit. de donat. inter vir. & vxor. vbi tamen perperam citat locum ex epiſtola ad Galatas cap.2.* ſed etiam ipſe Apoſtolus *d. verſ.14.* loquatur de erogatione in ſuſtentationem aliorum facienda. Poſtea poterimus ita arguere: ſi homo debet patrem & matrem deſerere & vxori ſuæ adhærere,

rere, multo magis debebit adhærere liberis: ſed antecedens eſt verum. Ergo & conſequens. Ratio conſequentiæ in copulato probatur ex vulgato illo axiomate: Propter vnumquodque tale eſt, illud magis tale eſt. *auth. multo magis. C. de SS. Eccleſ.* Vxores autem duci debent propter ſobolis procreationem. *d. l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſignif. Nouell. 140. in pr. Gell. lib. 4. c. 3. Cuiac. in comment. ad Nouell. 22. non longè à fin. verſ. vltimo loco Iuſtinianus &c. præceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenbec. in tit. ff. de rit. nupt. num. 6.* Aſſumtum manifeſtè probatur *Geneſ. 2. verſ. 24.* Neque admittenda eſt illa reſtrictio,
18 † quam Fort. Garſ. *d. l. veluti. num. 36. ex Thom. de Aquin.* affert, quaſi iſtud dictum tantummodo procedat quoad vnionem carnis copulæ & habitationem: in alijs verò maius bonum eſſe, vt patri aſsiſtat: nam longe aliter interpretatur iſtud dictum Apoſtolus *ad Epheſ. cap. 5. verſ. 28. & ſeqq.* inquiens viros obligatos eſſe vt diligant vxores ſuas vt propria corpora: ad cuius rei confirmationem adducit in verſic. 31. illud dictũ
19 ex Geneſ. Præterea idem probatur ex eo, quod † nutricatio parentum, non ita à natura procedit, quemadmodum liberorum. *Ancharan. in c. cum haberet. num. 12. extr. de eo qui dux. quam pollu. Io. de Anan. in rubr. de infant. & languid. expoſit. num. 4. Io. Petr. de Ferrar. in forma lib. pro legat. res ſingul. incip. Coram vobis. num. 130. in fin. per d. l. ſi quis à liberis. §. verum. verſ. ei magis. ff. de lib. agnoſc. l. iſti quidem. 8. in fin. ff. de eo quod met. cauſ. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 34. & 35.* cui rationi bene congruit id, quod Lambert. Danæus *lib. 2. Ethicor. Chriſtian. cap. 12. mihi pag. 176.* ex ſcholaſticis affert dicentib. cultum quidem per ſe deberi parentibus à liberis: officium autem & ſuſtentationem per accidens. Vnde rectius facere eos arbitror, qui magis naturæ obſequuntur, & debitum, à natura principaliter & per ſe introductum, agnoſcunt potius, quam id quod ſolummodo per accidens debetur. Denique
20 pro confirmatione † poteſt argumentum ſumi à ſucceſsione ad alimentationem, *arg. §. vnic. Inſtit. de legit. patron. tut. Iacob. Rickius de vnion. prol. cap. 8. num. 6.* Cum enim filius in bonis patris ſui quoddam dominiũ habere dicatur. *l. in ſuis. 11. ff. de lib. &*

*poſthum.* quod patri in bonis filij ſui, exceptis profectitijs, non competit: Igitur meliore iure poteſt filius ex bonis paternis alimenta poſcere, quam econtra pater ex bonis filij. *Anchar. d. c. cum haberet. num. 12. Schneidevv. §. ſui autem. nu. 41 Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Neque obſtat quod paulò ante ex Carol. Ruin. *d. conſil. 94. incip. Circa primam dubium. in fin.*
21 *vol. 5.* allatum fuit, ex paritate † ſuccedendi parem alendi neceſsitatem non inferri: quia id ſolummodo verum eſt, quando plures ſimul ſuccedunt, quorum omnium non eſt par affectio & propinquitas erga defunctum. Etſi enim à ſingulis quemadmodum omnes ſimul ſuccedunt, alimenta pariter & ſimul defunctus poſcere, dum in viuis erat non potuit: interim tamen veriſsimum eſt, ex eorum numero propinquiores ad onus ipſum alendi, in caſu inopiæ obſtrictos fuiſſe. Quibus ita confirmatis breuiter conſiderandæ ſunt rationes pro pa-
22 tre adductæ: & primo quidem † quod d. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. attinet, in ea conceditur ſolummodo venditio filiorum ſanguinolentorum, id eſt recens natorum & ſanguine matris adhuc quaſi madentium: *Gilbert. Reg. lib. 1. conciliat. cap. 21. id quod ante eum etiam tradiderunt Alciat. lib. 2. de verb. ſignif. num. 59. & Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 14. quæ res originem traxit à Thebanis, vt apparet ex Ælian. lib. 2. var. hiſtor. cap. 7. vt innuit Cuiac. in parat. Cod. d. tit. de patrib. qui fil. diſtrax.* in quorum numero cum illi filij, qui iam ipſi familiam conſtituerunt & liberos procrearunt, haberi nequeant, ideo etiam ad eos d. l. 2. porrigere, verba non patiuntur. Accedit eò; cum in hiſce terris filius, qui familiam propriam habet, pa-
23 tria poteſtate liberetur. *part. 2. conſtit. 10.* & iſta venditio † ſit effectus patriæ poteſtatis, *vt tradit Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. c. 6. effect. 1.* vnde nec matri hæc vendendi poteſtas indulgetur, *quæ opinio* COMMVNIS *eſt. teſte Ar. Pinel. in rub. C. de bon. matern. part. 2. num. 20. & ſeqq.* efficietur inde, quod etiam ob hanc cauſſam, ratio *deſumta ex d. l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* in hiſce locis ad nihilum recidet. Sic nec quicquam obſtat altera ratio, qua præcipuè Aſcan. Clementin. vtitur, quod plus obligemur patri quam filio: quod licet propter beneficia à parentibus in filios collata, concesserim: rationem tamen

tamen conſequentiæ nego: alimenta enim principaliter non
24 debentur † propter merita, ſed propter amorem, quem Deus ſiue natura parentibus erga liberos inſeuit. *d.l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. ex æquitate charitateq́; ſanguinis, &c. §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ac traditum fuit ſ. cap. 2.* atque ita diſtinctio inter ordinem dilectionis & effectum obligationis, quam ex Petro Lenauderio adducit Aſcan. Clementin. non tantum non euertit hanc ſententiam de filio præferendo, ſed etiam ſtabilit: cum alimenta ex ordine dilectionis debeantur. Qui amor cum magis deſcendat quam aſcendat *gl. in l. liberi. 28. verb. probato. C. de inoff. teſt.* huic naturæ iuſsioni re & facto obſequi decet, reluctari verò neque ius, neque fas eſſe arbitror. Quid enim, *vt M. Tullij verba ex Cat. Maior. addam,* aliud eſt gigantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? Et hac reſponſione ſatisfieri quoque poteſt rationibus quas adducit Surdus *part. 1. quæſt. 94. num. 14. & ſeq.* Longe minus ad rem facit ordo ille charitatis ex D. Ambroſio allatus: cum enim non ſemper obſeruari manifeſtè probatur *ex l. veluti. 2. ff. de iuſt. &*
25 *iur.* vbi licet † parentes patriæ præponantur, incidunt tamen nonnunquam cauſſæ, in quibus patriam parentibus præferre debemus. *l. minimè. 35. ff. de religioſ. & ſumt. fun. Claud. de Seiſell. in l. 1. §. ius gentium. num. 14. ff. de iuſt. & iur.* Et iſtum ordinem in hac præſenti materia, vbi quærimus in quem potius beneficia conferre & cui præ cæteris ſuccurrere debeamus, attendi nec poſſe nec oportere, inde elucet, quod alioqui ſequeretur, licere bona ſua in Eccleſiam aut pauperes Chriſti conferre, ſpretis & parentibus & liberis: quod iuri tam diuino quam humano aduerſatur. *Prouerb. 28. verſ. 24. Matth. 15. verſ. 4. & ſeqq. Marc. 7. verſ. 10. & ſeqq. c. quicunq́;. 17. q. 4. & plurimas DD. autoritates huc pertinentes congeſſit Io. Cephal. conſil. 85. num. 31.* Quod denique Io. de Amic. *d. conſil. 105.* gratificationi locum hic relictum eſſe credit: id vt credam, *per l. 3. §. ſi cum omnes. ff. de SC. Silan. & Bald. in l. in quibus caſib. C. de ſec. nupt.* adduci non poſ-
26 ſum. Nam † cum *d. §. ſi cum omnes,* loquatur de ſeruo ſubueniente vni ex pluribus dominis, quibus æqualiter erat obſtrictus: iſti Titio autem natura non parem amorem erga patrem

ac ergà filium inſeuerit: ſequitur vt inductio iſtius textus ad præſens inſtitutum non ſatis aptè conueniat. Sane ſi quæreretur de patre cui vnicus tantum panis ſupereſſet, plures autem filij, tum *ex d. §. ſi cum omnes.* gratificationi locum eſſe dici poſſet. cum par erga omnes debeat eſſe affectio. Sic nec deciſio Baldi *in d. l. in quib. caſib.* huc quadrat, quia ibi loquitur de rege neſciente, vter ex geminis filijs, primo in lucem prodierit: cum verò hic non verſemur in eiuſmodi incertitudine, ſed de eo caſu loquamur, vbi certo conſtat, qui ſit iſtius Titij pater & filius, ideo non video quomodo huc commode applicari queat.

# AD COLLATERALES SE INVICEM ALENDI NECESSITAS QVATENVS PORRIGATVR.

## Caput IX.

### *SVMMARIVM.*

1. *Frater tenetur fratrem & ſorores alere. ampliatur vndecim modis numero 6. cum ſeqq. limitatur ſex modis. num. 20. cum ſeqq. vſq. ad num. 27.*
2. *Sororibus non magis quam fratribus hoc alimentorum exigendorum ius competit.*
3. *Regula, Vnius incluſio eſt alterius excluſio, fallit.*
4. *Ratio cur fratri à fratre conuento non ſit relinquendum ne egeat, & tamen debeantur alimenta.*
5. *Fratrum ſpecies quinq;.*
6. *Frater conſanguineus à fratre conſanguineo alimenta poteſt petere: etiam vterinus ab vterino. num. 7.*
8. *Naturales & legitimi liberi debent alere fratrem ſpurium inopem.*
9. *Filius à patre exhæredatus nihilominus à fratribus ſuis eſt alendus.*
10. *Fratri hæretico alimenta non rectè denegat frater orthodoxus.*
11. *Sorori ex feudis debentur alimenta.*
12. *Alimenta bonorum intuitu debita, diſtinguuntur ab ijs quæ ob ſanguinis coniunctionē debentur: cuius diſtinctionis vſus patet ex nu. 13. 14. 15. Sa-*

15. *Sacerdos tenetur alere ſuos propinquos etiam ex reditibus Eccleſiaſticis.*
19. *Religionis profeſſio non tollit alimenta fratribus debita: neq; ætas pupillaris. nu. 17. neq; ſexus. nu. 18.*
19. *Coniuges & liberi fratrum à fratre ſunt alendi.*
20. *Frater egenus fratrem egenum non alit.*
21. *Robuſto aut diuiti à fratre alimenta petere non licet.*
22. *Ingratum fratrem nemo tenetur alere.*
23. *Qualis ingratitudo fratrem à petitione alimentorum repellat.*
24. *Ad collateralem lineam onus alimentorum peruenit quando nemo in linea recta exiſtit locuples.*
25. *Fratrem prodigum quis non tenetur alere.*
26. *Studiorum ſumtus à fratribus non debentur.*
27. *An vltra fratrum coniunctionem hæc neceſſitas ſe extendat vbi recenſentur argumenta pro ſententia negatiua quibus reſpondetur numero 29. & an per limitationem quandam recipi poſſit tentatur num. 31. & 32.*
28. *Affirmatiua ſententia confirmatur: declaratur nu. 30.*

VT in explicatione graduum cognationis, præmitti ſolet doctrina de linea recta, & ſubijci declaratio lineæ tranſuerſalis. *l. ſtemmata. 9. ff. de grad. cognat. §. 1. Inſtit. eod.* ita in hac alimentaria tractatione, quia hactenus dictum eſt, de nutriendis tam liberis quam parentibus: ordo exigit, vt de fratribus, vtpote qui ex collateralibus omnium primi ſunt, *§. ſecundo Inſtit. d. tit.* aliquid in medium afferam. De qua quæſtione, etſi multa in vtramque partem allegari poſſent, *vt dicit Odofred. in l. 2. C. de al. lib. aſſerens eam eſſe queſtionem Sabbatinam & in queſtionibus D. Pilei ſcriptam (quamuis ego in Pilei queſtionibus Sabbatinis non inueniam, in Roffred. queſtion. Sabbatin. queſt. 29. hac de re aliquid habetur) & Accurſ. d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. verb. iuſtè. aliquo modo innuit:* tamen breuitatis ſtudendo, di-
1 co, tam † fratrem quam ſororem à fratre ali oportere. *text. eſt in l. mutus. 73. §. manente. in fin. ff. de iur. dot. l. quamuis. 20. ff. ſolut. matrim. l. 1. §. 1. verſ. veluti ſi matri aut ſorori. &c. ff de tutel. & rat. diſtrah. qui l. filium. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. gl. l. 1. C. de alend. lib. & ibi Cyn. queſt. 1. Bart. de aliment. num. 15. Caſtr. ſingul. 5. Iaſ. §. ſed etſi quis num. 4. Inſtit. de action. Carol. Ruin. conſil. 139. incip. Viſis*

*proceſſibus. num. 4. vol. 4. Io. Bolognet. l. 1. num. 128. & ſeq. ff. ſolut. matrimon. Io. Hannib. in rubr. ff. eod. num. 158. Guid. Pap. deciſ. 439. nu. 7. Lud. de Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 15. num. 58. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 34. Hieron. Schurpff. conſil. 24. nu. 2. centur. 1. Ranchin. concluſ. 3. part. 4. Hartman. ab Epping. in obſeruat. tit. 36. obſer. 2. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. nu. 27. & hæc eſt* COMMVNIS *opinio, teſte Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 124. Mart. Laudenſ. conſil. 48. incip. Nobilis Dominus Marchinus. num. 1. & Vital. de Camban. d. cap. penult. num. 227. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à*
2 *liberis. §. idem reſcripſit. num. 84.* Etſi enim aliqui † putarunt hoc vt ſpeciale aliquod ſexus fœminei priuilegium, ſolummodo ſorori, iure conceſſum eſſe, vt ea, caſu neceſsitatis, à fratre alimenta petere queat, moti partim per rationem, cum frater fratrem non cogatur hæredem inſtituere *l. fratres. 27. C. de inoff. teſtam. gl. d. verb. iuſtè.* partim *per d. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſc. & rubr. ac tot. tit. C. de alend. lib. ac parent.* vbi collateralium non fit mentio, & vnius incluſio alterius ſolet eſſe excluſio *l. cum prætor. 12. ff. de iudic. refert. Alberic. de Roſat. d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 13.* tamen etiam fratrem, huius iuris capacem, nec ſoli fœmineo ſexui indultum eſſe, patet *ex. d. l. mutus. 73. §. 1. ibi fratrem ſororemúe. ff. de iur. dot. d. l. quamuis. 20. verb. aut fratribus. ff. ſolut. matrimon. & ex d. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah. vbi IC. tutoris alimenta præſtantis factum approbat, non ex ſexus diſcrimine, ſed ex propinquitate* & *coniunctione:* vnde etiam DD. noſtri merito promiſcuè loquuntur, tam de fratribus quam ſororibus alendis. *Angel. Aret. §. 1. num. vlt. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Franc. Marc. deciſ. 225. num. 7. part. 2.* Neque obſtat quod frater fratrem hæredem inſtituere non cogatur: quia nec naturales filios inſtituere licitum eſt, quos tamen à parentibus nutriri oportet. *auth. licet. C. de natur. liber.* Simi-
3 liter † cum per ſupra allegatos textus apertè probetur, tam fratrem quam ſororem à fratre ali debere, & ſic de legislatoris voluntate manifeſto conſtet, ibi vnius incluſio non eſt alterius excluſio, *Iaſ. in l. 1. §. adipiſcimur. num. 4. per illum tex. ff. de*
4 *acquir. poſſeſſ.* Quod ſi quis † ita vellet arguere: Cui denegatur

gatur exceptio, ei multo magis denegatur actio. *l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur.* Sed frater non poteſt à fratre per exceptionem conſequi id de quo viuat. *gl. in l. verum. 63. in pr. verb. fraternitatis. & ibi Bart. num. 2. ff. pro ſoc. Mozzius de contractibus. tit. de ſocietat. §. de naturalibus ſociet. num. 25.* Ergo multò minus per actionem. Tum reſponderem maiorem veram eſſe, quando tam exceptio quam actio ad eundem finem tendunt; ſecus ſi ad diuerſa: quia hoc poſteriore caſu, exceptio vno reſpectu denegatur, & tamen actio alio reſpectu poteſt concedi, *per ea quæ notat Decius in d. l. inuitus. 199. §. cui damus. num. 3.* Iam verò illa exceptio, cuius in minore fit mentio, tendit ad hunc finem, vt vnica vice reus conuentus retineat id quo viuat: actio autem de qua theſis noſtra agit, non eò tendit vt frater fratri vnica vice præ manu det, de quo viuat, ſed concedit ſolummodo fratri, vt petat ſibi ſingulis diebus vel menſibus proſpici, *Fulgoſ. d. l. verum. 63. in pr. num. 2. & 3. ff. pro ſoc. Franc. de Porcellin. in tract. de duob. fratrib. part. 2 num. 51.* vnde apparet iſtud argumentum non cohærere, ſed habere quatuor terminos. Cui themati ita confirmato ſubijciendæ ſunt inſigniores
5 ampliationes ac limitationes: & quia † fratrum præcipuè quinque ſunt ſpecies, *teſte Iaſ. in l. tres fratres. num. 17. ff. de pact. quem ſequitur Io. Cephal. conſil. 616. incip. Dominus Gaſparinus. num. 70.* quorum aliqui ſunt vtrinque coniuncti, quos Græci appellant ἀμφιθαλεῖς vel αὐταδέλφους *autore Cuiac. lib. 6. obſer. c. 17.* aliqui conſanguinei, ex vno patre, ſed diuerſis matribus procreati, Græce ὁμοπάτριοι dicti: aliqui vterini ex eadem matre ſed diuerſis patribus qui ὁμομήτριοι appellantur *Cuiac. d. cap. 17.* interdum ὁμογάστριοι, *vt teſtatur præceptor & ſocer meus. §. inter eas. num. 3. Inſtit. de nupt.* aliqui fratres patrueles, id eſt duorum fratrum filij: aliqui denique conſobrini, id eſt nati ex duabus ſororibus: & de primo illo genere fratrum vtrinq; coniunctorũ, propter textus iam adductos nulla probabilis dubitatio incidere poteſt: ideo de cæteris per modum ampliationũ nonnihil
6 dicam. Primò igitur ampliatur hoc thema † vt etiam procedat in fratre conſanguineo: cum enim, vt paulò ante dictum eſt, nihil peculiare in fœminis conſtitutum reperiatur, & ſororem

rorem conſanguineam frater dotare cogatur. *l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut. DD. in l. 1. vbi Alex. num. 23. Iaſ. num. 29. Bald. nouell. num. 145. ff. ſol. matrimon. Io. Campeſ. de dot. part. 1. q. 23. Nic. Boër. deciſ. 129. Hieron. Schurpff. conſil. 8. centur. 1.* ergo multo magis tenebitur fratrem conſanguineum vel eiuſmodi ſororem alere. Ratio conſequentiæ eſt, quia quicunque dotem dare tenetur, multo magis alere cogitur, *vt probabitur infra libro ſecundo, vbi de dotis & alimentorum collatione tractandum erit.*

7 Secundò ampliatur, vt etiam † fratres & ſorores vterinos ali oporteat, *Cyn. in d. l. 1. q. 2. C. de alend. lib. Bald. in l. qui filium. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. non tantum per illum textum, qui non diſtinguit, ſed etiam per §. ſi quis igitur habens. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 7. vbi cum diſponatur, vt naturales fratres à legitimis alantur, multò magis hoc officium debebitur legitimis & vterinis: Baldum ſequitur Alex. in d. l. 1. num. 13. ff. ſol. matrim. & in l. à filia. 62. num. 6. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. in auth. res quæ. nu. 10. C. comm. de legat. Ripa d. l. 1. num. 85. ff. ſolut. matrimon. Marc. Mantuan. lib. 2. obſer. cap. 16. poſt med. Tiraquell. de iure primigen. quæſt. 62. num. 3. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. c. 15. nu. 61. Hartman ab Epping. d. tit. 36. obſ. 2. & eſt* COMMVNIS *opinio, vt teſtantur Fr. Viuius in commun. opin. lit. F. verſ. frater tenetur alere, & Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. d. lit. F. nu. 340.* Neq; hanc ſententiam euertit argumentum, à dote ad alimenta negatiuè ductum, quo aliqui DD. vtuntur dicentes, frater vterinus non tenetur dare ſorori vterinæ dotem, *d. l. cum plures. 12. §. cum tutor.* Ergo nec alimenta. *Angel. Aret. in §. ſed & ſi quis. ſub num. 3. Inſtit. de action.* Quia reſponderi poteſt negando rationem conſequentię. *Crot. d. l. 1. num. 91. ff. ſol. matrim. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. nu. 88. vt diligentius explicabitur ĩ lib. 2. de collat. dotis & alimentorum:* interim quantum ad præſentis argumenti ſolutionem ſatis eſt, diuerſitatem inter alimenta & dotem, indicat Alex. *in d. l. 1 num. 13. ff. ſolut. matrimon.* quod negans alimenta perhibeatur necare, quod idem de negante dotem dici non poteſt: deinde alimenta debentur ex iure naturali, dos verò ex iure ciuili *Camill. Viſitar. in d. l. 1. num. 124. ff. ſol. matrim.*

De fratribus patruelibus & conſobrinis commodius dicetur j.in huius cap. nu.27. & ſeqq.

8 Tertiò ampliatur thema principale,vt etiam † fratribus naturalibus tantum, cæteri fratres debeant alimenta. *d. §. ſi quis igitur habens. in Auth.quib.mod. natur. effic.ſui.coll.7. Alciat.conſil.11. incip. Dominus Angelus habuit duos filios.num.1.2.& 3. lib. 4. Io. Cephal. conſil. 498. incip. Mihi quoq; num.20. Hartman. Hartmanni d. tit.36. obſ.2.* imò etiam fratribus ex damnato coitu procreatis, *vt ſ cap. 3. ampliat. 2. dictum fuit :* hæc enim obligatio deſcendit ex obligatione naturali. *d.l. ſi quis à liberis. §.vtrum.in fin. Lud.Sard. de legit.part.2.nu.23.*

9 Quartò ampliatur, vt frater † teneatur etiam alere fratrem de patre male meritum,imò quod plus eſt à patre exhæredatum, *ad quod propoſitum ſ cap. 2. ampliat.9. num. 65. allegaui Cœpoll. caut.247.incip. Si pater habens.* Licet enim filius, graue aliquod & exhæredatione dignum, delictum in patrem committat, eique propterea alimenta à patre denegari queant: tamen frater iſte tenetur ex ſua perſona, *ita per d.l. cum plures. 12.§.cum tutor. & l.tutor ſecundum dignitatem. §.fin. ff. de adminiſtr. tut. & per not.in l. non omni.16. C. de adminiſtr. tut. conſulendo tenet Bald. conſil.103.incip. Præmiſſis verbis teſtamenti. num.3.vol. 5. quod conſilium ſine dubio allegare voluit Cœpolla in d. caut. 247. adducens conſil.243. idemq; per d. §. cum tutor. aſſerunt Caccialup. in l.frater à fratre. num.110. ff. de condict. indeb. Bald. Nouell. in d. l. 1. num.146. ff. ſol. matr. & in tract. de dot. part. 6. priuil.16. verſ.Et ſic etiam non videtur. Io. Dilect.de art.teſtand.tit. 3.caut.17.nu.8.Georg. Bemel. in tract.* von Teſtamenten. *pag. 62.*

10 Quintò ampliatur, vt etiam † fratrem hæreticum frater alere teneatur, *quam ſententiam COMMVNEM eſſe teſtatur Panorm. c.ſi quis.5.num.2.extr.de hæret.* qua de re quia ſupra *cap. 2. ampliat.12. & cap. 5. ampliat.3.* ea,quæ dubitationem mouere poterant, mediocriter fuerunt explicata, ideo ne actum agam, plura hic non addo.

11 Sextò ampliatur vt etiam † ex feudis ſorori alimenta debeantur. *Fulgoſ. conſil. 228. incip. Anton. de Morando. numero 3.* Quia enim ex feudis debetur ſorori dos, *quemadmodum erudi-*

*tiſſime*

*tiſſime pertractauit nobiliſſimus vir fautor, patronus & amicus meus mihi perpetuo honorandus Hartman. Piſtoris in Seuſelitz lib. 2. q. 37.* multo magis debebuntur alimenta, vt hactenus ſæpe fuit dictum. Pari ratione ex ijs bonis, quæ conſuetudinario vel aliquo alio iure ad primogenitum ſolum pertinent, cæteris fratribus alimenta debentur *D. Hartm. Piſtor. d. q. 37. nu. 3. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. Primogen. cap. 15.* An verò propter hæc alimenta fratres ſecundo geniti, onera ſufferre cogendi ſint, tractat Matth. de Afflict. *deciſ. 252. & ibi Ceſ. de Urſil.* Quæ vt in dubium non voco, ita illud admonitione dignum eſſe puto,
12 hæc † alimenta ex feudis vel alijs bonis, à quibus nonnulli liberi vel propter ſexum vt in feudis, vel propter natiuitatem vt in maioratibus, excluduntur, debita, diſtinguenda eſſe ab ijs alimentis, ad quæ præſtanda fratres obſtricti ſunt: illa enim dantur propter bona paterna vel materna, ex quibus ipſis legitima debetur, *quemadmodum latè tradit Lud. Molin. d. cap. 15. & ſeq. & j lib. 2. de comparatione legitimæ & alimentorum aliquid dicam*: hæc verò, de quibus præcipuè in hoc cap. agimus, debentur propriè non ob bona quædam, ſed ob coniunctionem ſanguinis. *l. 1. §. 1. verſ. tam coniunctæ perſonæ alitæ ſint. ff. de tutel. & rat. diſtr.* Cuius diſtin-
13 ctionis † vſus apparet eo caſu; pone, Caius filius vnicus accepit bona feudalia, ſuiſq; ſororibus præſtitit aliquandiu alimenta: poſtea euenit, vt illa bona omnia pereant incendio, chaſmate vel ruina: habet tamen inſuper bona allodialia, quę ſibi propria induſtria comparauit, quæritur an propter iſtum caſum, à nutritione ſuarum ſororum penitus ſit liberatus? licet itaque omnino concedi oporteret, quod hic non diſputo, alimenta illa ratione bonorum feudalium deſinere: tamen iſtum Caium, propter coniunctionem fraternam, nihilominus adhuc obſtrictum eſſe, vt ſorores ſuas alat, veriſſimum arbitror. Quia enim ille Caius, ab initio duplici de cauſſa alere ſuas ſorores inopes debebat, primò propter bona feudalia, quod onus etiam propterea ad extraneos ſucceſſores tranſit, *vt j. lib. 2. cap. 9. num. 38.* dicetur, & deinde propter coniunctionem ſanguinis: harumque cauſſarum quælibet per ſe ſola ſuf-

la, ſufficiens eſt ad exigenda alimenta. *d. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.* ideo concludendum puto, Caium iſtum, non obſtante hoc caſu fortuito & vi maiore, ad alendas ſuas ſorores obligatum eſſe. *arg. §. affinitatis. Inſtit. de nupt.* idque † multo
14 magis locum habebit, ſi Caius propter debitum prodigalitate ſua contractum, coactus fuiſſet feudum vendere: quia præter conſanguinitatem accederet ipſius culpa, quam ſororibus nocumento eſſe, æquitas non patitur, *per l. non debet alteri. 75. ff. de reg. iur.*

15 Septimò ampliatur, vt ſacerdos † etiam ex fructibus & reditibus Eccleſiaſticis, ſuos fratres & ſorores alere teneatur. *Panorm. in c. peruenit. num. 1. Ant. de Butr. num. 2. extr. de arbitr. Ripa in l. cum bona. num. 4. de priuil. credit. Coraſ. in l. qui liberos. nu. 118. ff. de rit. nupt. Io. Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 36. qui plures DD. auctoritates allegat, & præterquam quod mouentur d. cap. peruenit, adducunt inſuper cap. omnino diſtinct. 31. cap. cum omnibus diſtinctionibus. 81. & cap. eſt probanda. diſtinct. 86.*

16 Octauò ampliatur, vt etiam † fratri fas ſit fratris ſui egeni alendi cauſſa monaſterio egredi. *Io. Cephal. conſil. 498. incip. Mihi quoq;. num. 21. per l. qui cum vno. 4. §. vlt. cum ibi notat. per Rayn. de Forli. ff. de re milit.*

17 Nonò ampliatur, vt etiam† fratrem ætas non excuſet, ſed pupillus ad hoc onus obſtringatur, *d. l. 1. § 1. ff. de tut. & rat. diſtra. l. qui filiam. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. Alex. conſil. 54. incip. Circa id quod quæritur. nu. 7. vol. 2.*

18 Decimò ampliatur, vt neque † ſexus excuſet, ſiquidem non tantum fratri hoc onus incumbit, ſed etiam ſoror fratrẽ alere tenetur, *ita Caſtrenſ. conſil. 436. incip. Ad confirmationem eorum. num. 4. volum. 1. qui mouetur argumento à correlatiuis deſumto: cum enim frater teneatur alere ſororem. Ergo & ſoror fratrem, vt correlatiuorum paritas conſeruetur: ego addo text. in terminis l. mutus. 73. §. manente. ff. de iure dot. l. quamuis. 20. ff. ſolut. matrimon.*

19 Vndecimò & vltimò ampliatur, vt † non tantum frater debeat ali, ſed etiam ipſius vxor & liberi. *Hieron. Gabriel. conſil. 25. incip. Iulia tanquam filia. numero 18. volum. 1. per gloſſ. in d.*

inprimis amet. *l. liberorum. 220. §. ſed & Papyrius. de verb. ſignif.* Similiter nec ex ſuccedendi paritate illico paritatem alendi probari, patet ex eo quod pater & mater ac fratres vtrinque coniuncti filio & fratri iure ciuili æqualiter ſuccedunt. *d. auth. defuncto.* & tamen ſolus pater filium alit.

14 Quartus caſus eſt, quando † quis habet matrem & fratrem diuites: is enim potius à matre quam à fratre ali debet, *quam opinionem tenendam eſſe tradit Alex. in l. alimenta. 11. num. vlt. C. de negoc. geſt. Bertrand. conſil. 318. incip. Super eo de quo dubitatur. vol. 8. Lud. Sard. in tract. de legitimation. part. 2. num. 23. verſ. quarto quæritur an pater. & Auguſt. Bero. conſil. 186. incip. De iure in caſu propoſito concludendum. num. 2. vol. 1. mouenturq́; d. l. ſi quis à liberis. 5. §. 1. verſ. & cum ex æquitate, &c.* Neque deciſionem hanc euertunt ea, quæ tradit Cynus *in d. l. alimenta. in fin. quem ibidem ſequitur Caſtr. in fin.* quia ipſius argumento *ex l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. ſumto* reſponſum fuit ſ̃ *cap. 5. ampliat. 10. in fin.* Alteri autem argumento, *ex d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. petito,* reſpondet Alex. *d. l. alimenta. 11. in fin. quem ſequitur Auguſt. Bero. in quæſt. familiar. quæſt. 11. num. 4. & 5. quod huic §. item reſcriptum. locus tantummodo ſit, quando nec mater nec alius quiſpiam propinquior in medio eſt, prout verba iſtius textus & quæ ibi notat Bart. ſatis manifeſto euincunt.* Denique poſſet Cyni deciſio ita intelligi, vt procederet, quando pater filium hæredem vniuerſalem inſtituit, filiæ verò ſaltem dotem dedit: quo ſanè caſu fratrem ad alendam ſororem potius teneri quam matrem, licet facultatibus abundantem veriſsimum puto: quia cum frater iſte, hæres vniuerſaliter inſtitutus, omnia bona penes ſe habeat & poſsideat, ac conſequenter ea, quæ doti deſtinata ſunt: æquiſsimum eſt vt ſorori interim dum nubat alimenta præbeat, *quemadmodum multis Doctorum autoritatibus hoc probaui ſ̃ cap. 2. ampliat. 10. quibus nunc addo Cordub. de Lar. in d. §. item reſcriptum. num. 5. Bertrand. conſil. 121. incip. Viſis & vt potui. num. 24. vol. 7.* imò ſi rem recta velimus putare via, iſta filia viuit ex fructibus bonorum in dotem ſibi à patre datorum. Qui duo caſus, tam tertius quam quartus, notandi ſunt ad declarationem eorum quæ *in cap. 16. num. 14. & ſeqq.* de matre

filios

filios in ſubſidium alente dicta ſunt: & hæc ſufficiant de primo principali membro attigiſſe.

15 De ſecundo principali membro, quando † plures ſimul exigunt alimenta ab vno præſertim omnibus ſuccurrere non valente: etſi, quantum ego videre potui, omnium ſententiæ in eo congruunt, primo quemlibet ſibijpſi potius proſpicere debere: *per vulgatum illud, charitatem bene ordinatam incipere à ſeipſa. l. præſes prouinciæ & ibi Anton. de Padill. num. 6. & 14. C. de ſeruit. & aqu.* deinde proximiori potius quam remotiori ſubueniendum. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. & cum ex æquitate hæc res deſcendat caritateq́; ſanguinis, &c.* tamen vehementer diſſentiunt, quiſnam proximiorem ſibi vindicet locum. *Io. de Amic. conſil.*

16 *105. incip. Fui ſemel interrogatus. num. 1.* Hinc † diſceptant Doctores noſtri de tali caſu: Titius habet patrem & filium egenos, & vtrique non poteſt ſuccurrere, habens ſolummodo panem pro ſe & præterea alterutro eorum: quæritur quem potiſsimum præferre debeat, vtrum patrem poſthabito filio, an verò contra? Cyn. *in l. 2. quæſt. vlt. num. 6. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* dicit magiſtros philoſophiæ præferre filium, propterea quod amor non aſcendat, ſed deſcendat: Iacobum verò de Rauenna ſtatuiſſe, patri potius ſubueniendum, quia alias poterit pater capere filium & panem, *per d. l. 2 idemq́; ibid. tradit Alberic. de Roſat. num. 7. Angel. num. 2. Salic. num. 7. Franc. Viuius in Commun. opin. lit. P. §. pater poteſt vendere filium. num. 5. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 9. num. 3. Io. le Cirier lib. 2. de primogen. quæſt. 14. §. quia ſupra vidimus. num. 16. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 5. effect. 17. num. 74. qui vltra text. d. l. 2. C. de patribus qui filios diſtrax. allegat etiam rationem hanc, quod quilibet plus obligetur patri, quam filio: cum à patre acceperit eſſe, quam rationem quoq́; breuibus verbis attingit Alberic. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 7. in fin.* Accedit præterea ordo charitatis & dilectionis, quem D. Ambroſius recenſet *in Commenta. ſuper Cantic.* inquiens, primò diligendus eſt DEVS, ſecundò parentes, deinde filij, poſtea domeſtici, &c. *quod dictū recitat gl. in c. 1. verb. fideles. diſtinct. 30. & in cap. 2. verb. poſtulat. diſtinct. 42. & hunc ordinem pro patre adducit Io. de Amic. d. conſil. 105. num. 2. & Fortun.*

*Garſ. in l. veluti. num. 36. ff. de iuſt. & iur.* Veruntamen contrariam opinionem confirmat Io. de Amic. *d. conſil. 105.* præcipuè hac ratione, quia filius eſt conſeruator progeniei, *d. l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſignific.* & pars corporis paterni: *l. fin. C. de impub. & al. ſubſtit. Specul. de feud. §. quoniam ſuper homagijs. num. 14.* vnde infert quemadmodum iſte Titius ſibijpſi præ cæteris omnibus proſpicere debet, ita etiam filio ſuo potius quam patri, cum filius ſit pars Titij patris. Quam ſententiam etſi *num. 7.* iuris ſubtilitate veriorem arbitratur, maximè ſi eſſet vnicus filius & plurium procreandorum ſpem non haberet: tamen ibidem credit, hoc relinquendum arbitrio & affectioni iſtius Titij, cuinam potius conſultum velit, filione an patri, *per text. l. 3. §. ſi cum omnes. ff. ad SC. Silan.* vbi licet ſeruus plurium teneatur omnes pariter iuuare in neceſsitate conſtitutos, tamen ſi poteſt vnum tantum & eligat quem vult, nulla eſt pœna dignus: & deinde per deciſionem Baldi putantis *in l. in quibus caſibus (vbi Io. de Amic. perperam allegat. l. inquiſitus) C. de ſecund. nupt.* patrem, qui habet duos filios, & dubitat, quis eorum ſit primogenitus vt in regno ſuccedat, poſſe alteri gratificari & ſucceſsionem regni concedere cui velit. Cæterum
17 † verius arbitror filium in hoc alimentorum negocio præferendum eſſe patri. *per rationem ex Io. de Amic. iam allatam, quam etiam amplectitur Chriſtoph. Port. in §. 1. nu. 5. Inſtit. de iure nat. gen. & ciuil. ac doctiſſimus ille Bereng. Fernand. in l. in quartam. cap. 1. num. 172. ff. ad l. Falcid.* Mouet me inſuper auctoritas ſacrarum literarum in quibus dicitur, non teneri filios parentibus theſauros congerere, ſed parentes filijs. *2. Corinth. 12. verſ. 14.* quod dictum eo magis ad hoc propoſitum pertinere arbitror, cum non tantum ab alijs huc accommodari videam, *nempe à text. c. cum Apoſtolus. 6. §. prohibemus. ext. de cenſib. à Calderin. conſil. 1. incip. An liceat clerico. nu. 2. tit. de vit. & honeſt. cleric. ac conſil. 1. incip. Pater conſtituit. num. 2. in fin. tit. de donat. inter vir. & vxor. vbi tamen perperam citat locum ex epiſtola ad Galatas cap. 2.* ſed etiam ipſe Apoſtolus *d. verſ. 14.* loquatur de erogatione in ſuſtentationem aliorum facienda. Poſtea poterimus ita arguere: ſi homo debet patrem & matrem deſerere & vxori ſuæ adhærere,

rere, multo magis debebit adhærere liberis: ſed antecedens eſt verum. Ergo & conſequens. Ratio conſequentiæ in copulato probatur ex vulgato illo axiomate: Propter vnumquodque tale eſt, illud magis tale eſt. *auth. multo magis. C. de SS. Eccleſ.* Vxores autem duci debent propter ſobolis procreationem. *d. l. liberorum. 220. in fin. ff. de verb. ſignif. Nouell. 140. in pr. Gell. lib. 4. c. 3. Cuiac. in comment. ad Nouell. 22. non longè à fin. verſ. vltimo loco Iuſtinianus &c. præceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenbec. in tit. ff. de rit. nupt. num. 6.* Aſſumtum manifeſtè probatur *Geneſ. 2. verſ. 24.* Neque admittenda eſt illa reſtrictio,
18 † quam Fort. Garſ. *d. l. veluti. num. 36. ex Thom. de Aquin.* affert, quaſi iſtud dictum tantummodo procedat quoad vnionem carnis copulæ & habitationem: in alijs verò maius bonum eſſe, vt patri aſsiſtat: nam longe aliter interpretatur iſtud dictum Apoſtolus *ad Epheſ. cap. 5. verſ. 28. & ſeqq.* inquiens viros obligatos eſſe vt diligant vxores ſuas vt propria corpora: ad cuius rei confirmationem adducit in verſic. 31. illud dictũ
19 ex Geneſ. Præterea idem probatur ex eo, quod † nutricatio parentum, non ita à natura procedit, quemadmodum liberorum. *Ancharan. in c. cum haberet. num. 12. extr. de eo qui dux. quam pollu. Io. de Anan. in rubr. de infant. & languid. expoſit. num. 4. Io. Petr. de Ferrar. in forma lib. pro legat. res ſingul. incip. Coram vobis. num. 130. in fin. per d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. verſ. ei magis. ff. de lib. agnoſc. l. iſti quidem. 8. in fin. ff. de eo quod met. cauſ. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 34. & 35.* cui rationi bene congruit id, quod Lambert. Danæus *lib. 2. Ethicor. Chriſtian. cap. 12. mihi pag. 176.* ex ſcholaſticis affert dicentib. cultum quidem per ſe deberi parentibus à liberis: officium autem & ſuſtentationem per accidens. Vnde rectius facere eos arbitror, qui magis naturæ obſequuntur, & debitum, à natura principaliter & per ſe introductum, agnoſcunt potius, quam id quod ſolummodo per accidens debetur. Denique
20 pro confirmatione † poteſt argumentum ſumi à ſucceſsione ad alimentationem, *arg. §. vnic. Inſtit. de legit. patron. tut. Iacob. Rickius de vnion. prol. cap. 8. num. 6.* Cum enim filius in bonis patris ſui quoddam dominiũ habere dicatur. *l. in ſuis. 11. ff. de lib. &*

*poſthum.* quod patri in bonis filij ſui, exceptis profectitijs, non competit: Igitur meliore iure poteſt filius ex bonis paternis alimenta poſcere, quam econtra pater ex bonis filij. *Anchar. d. c. cum haberet. num. 12. Schneidevv. §. ſui autem. nu. 4. Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Neque obſtat quod paulò ante ex Carol. Ruin. *d. conſil. 94. incip. Circa primum dubium. in fin.*
21 *vol. 5.* allatum fuit, ex paritate † ſuccedendi parem alendi neceſsitatem non inferri: quia id ſolummodo verum eſt, quando plures ſimul ſuccedunt, quorum omnium non eſt par affectio & propinquitas erga defunctum. Etſi enim à ſingulis quemadmodum omnes ſimul ſuccedunt, alimenta pariter, & ſimul defunctus poſcere, dum in viuis erat non potuit: interim tamen veriſsimum eſt, ex eorum numero propinquiores ad onus ipſum alendi, in caſu inopiæ obſtrictos fuiſſe. Quibus ita confirmatis breuiter conſiderandæ ſunt rationes pro pa-
22 tre adductæ: & primo quidem † quod d. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. attinet, in ea conceditur ſolummodo venditio filiorum ſanguinolentorum, id eſt recens natorum & ſanguine matris adhuc quaſi madentium: *Gilbert. Reg. lib. 1. conciliat. cap. 21. id quod ante eum etiam tradiderunt Alciat. lib. 2. de verb. ſignif. num. 59. & Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 14. quæ res originem traxit à Thebanis, vt apparet ex Ælian. lib. 2. var. hiſtor. cap. 7. vt innuit Cuiac. in parat. Cod. d. tit. de patrib. qui fil. diſtrax.* in quorum numero cum illi filij, qui iam ipſi familiam conſtituerunt & liberos procrearunt, haberi nequeant, ideo etiam ad eos d. l. 2. porrigere, verba non patiuntur. Accedit eò; cum in hiſce terris filius, qui familiam propriam habet, pa-
23 tria poteſtate liberetur. *part. 2. conſtit. 10.* & iſta venditio † fit effectus patriæ poteſtatis, *vt tradit Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. c. 6. effect. 1.* vnde nec matri hæc vendendi poteſtas indulgetur, *quæ opinio* COMMVNIS *eſt. teſte Ar. Pinel. in rub. C. de bon. matern. part. 2. num. 20. & ſeqq.* efficietur inde, quod etiam ob hanc cauſſam, ratio *deſumta ex d. l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* in hiſce locis ad nihilum recidet. Sic nec quicquam obſtat altera ratio, qua præcipuè Aſcan. Clementin. vtitur, quod plus obligemur patri quam filio: quod licet propter beneficia à parentibus in filios collata, conceſſerim: rationem tamen

tamen conſequentiæ nego: alimenta enim principaliter non
24 debentur † propter merita, ſed propter amorem, quem Deus ſiue natura parentibus erga liberos inſeuit. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. ex æquitate charitateq́ſanguinis, &c. §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. ac traditum fuit ſ. cap. 2.* atque ita diſtinctio inter ordinem dilectionis & effectum obligationis, quam ex Petro Lenauderio adducit Aſcan. Clementin. non tantum non euertit hanc ſententiam de filio præferendo, ſed etiam ſtabilit: cum alimenta ex ordine dilectionis debeantur. Qui amor cum magis deſcendat quam aſcendat *gl. in l. liberi. 28. verb. probato. C. de inoff. teſt.* huic naturæ iuſsioni re & facto obſequi decet, reluctari verò neque ius, neque fas eſſe arbitror. Quid enim, *vt M. Tullij verba ex Cat. Maior. addam,* aliud eſt gigantum more bellare cum dijs, niſi naturæ repugnare? Et hac reſponſione ſatisfieri quoque poteſt rationibus quas adducit Surdus *part. 1. quaeſt. 94. num. 14. & ſeq.* Longe minus ad rem facit ordo ille charitatis ex D. Ambroſio allatus: cum enim non ſemper obſeruari manifeſtè probatur *ex l. veluti. 2. ff. de iuſt. &*
25 *iur.* vbi licet † parentes patriæ præponantur, incidunt tamen nonnunquam cauſſæ, in quibus patriam parentibus præferre debemus. *l. minimè. 35. ff. de religioſ. & ſumt. fun. Claud. de Seiſell. in l. 1. §. ius gentium. num. 14. ff. de iuſt. & iur.* Et iſtum ordinem in hac præſenti materia, vbi quærimus in quem potius beneficia conferre & cui præ cæteris ſuccurrere debeamus, attendi nec poſſe nec oportere, inde elucet, quod alioqui ſequeretur, licere bona ſua in Eccleſiam aut pauperes Chriſti conferre, ſpretis & parentibus & liberis: quod iuri tam diuino quam humano aduerſatur. *Prouerb. 28. verſ. 24. Matth. 15. verſ. 4. & ſeqq. Marc. 7. verſ. 10. & ſeqq. c. quicunq́. 17. q. 4. & plurimas DD. autoritates huc pertinentes congeſſit Io. Cephal. conſil. 85. num. 31.* Quod denique Io. de Amic. *d. conſil. 105.* gratificationi locum hic relictum eſſe credit: id vt credam, *per l. 3. §. ſi cum omnes. ff. de SC. Silan. & Bald. in l. in quibus caſib. C. de ſec. nupt.* adduci non poſ-
26 ſum. Nam † cum *d. §. ſi cum omnes,* loquatur de ſeruo ſubueniente vni ex pluribus dominis, quibus æqualiter erat obſtrictus: iſti Titio autem natura non parem amorem erga patrem

ac erga filium inſeuerit: ſequitur vt inductio iſtius textus ad præſens inſtitutum non ſatis aptè conueniat. Sane ſi quæreretur de patre cui vnicus tantum panis ſupereſſet, plures autem filij, tum *ex d. §. ſi cum omnes.* gratificationi locum eſſe dici poſſet. cum par erga omnes debeat eſſe affectio. Sic nec deciſio Baldi *in d. l. in quib. caſib.* huc quadrat, quia ibi loquitur de rege neſciente, vter ex geminis filijs, primo in lucem prodierit: cum verò hic non verſemur in eiuſmodi incertitudine, ſed de eo caſu loquamur, vbi certo conſtat, qui ſit iſtius Titij pater & filius, ideo non video quomodo huc commode applicari queat.

# AD COLLATERALES SE INVICEM ALENDI NECESSITAS QVATENVS PORRIGATVR.

## Caput IX.

### SVMMARIVM.

1. *Frater tenetur fratrem & ſorores alere. ampliatur vndecim modis numero 6. cum ſeqq. limitatur ſex modis. num. 20. cum ſeqq. vſq; ad num. 27.*
2. *Sororibus non magis quam fratribus hoc alimentorum exigendorum ius competit.*
3. *Regula, Vnius incluſio eſt alterius excluſio, fallit.*
4. *Ratio cur fratri à fratre conuento non ſit relinquendum ne egeat, & tamen debeantur alimenta.*
5. *Fratrum ſpecies quinq;.*
6. *Frater conſanguineus à fratre conſanguineo alimenta poteſt petere: etiam vterinus ab vterino. num. 7.*
8. *Naturales & legitimi liberi debent alere fratrem ſpurium inopem.*
9. *Filius à patre exhæredatus nihilominus à fratribus ſuis eſt alendus.*
10. *Fratri hæretico alimenta non rectè denegat frater orthodoxus.*
11. *Sorori ex feudis debentur alimenta.*
12. *Alimenta bonorum intuitu debita, diſtinguuntur ab ijs quæ ob ſanguinis coniunctionē debentur: cuius diſtinctionis vſus patet ex nu. 13. 14.*

15. Sa-

15. *Sacerdos tenetur alere ſuos propinquos etiam ex reditibus Eccleſiaſticis.*
19. *Religionis profeßio non tollit alimenta fratribus delita: neq; ætas pupillaris. nu. 17. neq; ſexus. nu. 18.*
19. *Coniuges & liberi fratrum à fratre ſunt alendi.*
20. *Frater egenus fratrem egenum non alit.*
21. *Robuſto aut diuiti à fratre alimenta petere non licet.*
22. *Ingratum fratrem nemo tenetur alere.*
23. *Qualis ingratitudo fratrem à petitione alimentorum repellat.*
24. *Ad collateralem lineam onus alimentorum peruenit quando nemo in linea recta exiſtit locuples.*
25. *Fratrem prodigum quis non tenetur alere.*
26. *Studiorum ſumtus à fratribus non debentur.*
27. *An vltra fratrum coniunctionem hæc neceßitas ſe extendat vbi recenſentur argumenta pro ſententia negatiua quibus reſpondetur numero 29. & an per limitationem quandam recipi poßit tentatur num. 31. & 32.*
28. *Affirmatiua ſententia confirmatur: declaratur nu. 30.*

VT in explicatione graduum cognationis, præmitti ſolet doctrina de linea recta, & ſubijci declaratio lineæ tranſuerſalis. *l. ſtemmata. 9. ff. de grad. cognat. §. 1. Inſtit. eod.* ita in hac alimentaria tractatione, quia hactenus dictum eſt, de nutriendis tam liberis quam parentibus: ordo exigit, vt de fratribus, vtpote qui ex collateralibus omnium primi ſunt, *§. ſecundo Inſtit. d. tit.* aliquid in medium afferam. De qua quæſtione, etſi multa in vtramque partem allegari poſſent, *vt dicit Odofred. in l. 2. C. de al. lib. aſſerens eam eſſe queſtionem Sabbatinam & in queſtionibus D. Pilei ſcriptam (quamuis ego in Pilei queſtionibus Sabbatinis non inueniam, in Roffred. queſtion. Sabbatin. queſt. 29. hac de re aliquid habetur) & Accurſ. d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. verb. iuſtè. aliquo modo innuit:* tamen breuitatis ſtudendo, dico,
1 tam † fratrem quam ſororem à fratre ali oportere. *text. eſt in l. mutus. 73. §. manente. in fin. ff. de iur. dot. l. quamuis. 20. ff. ſolut. matrim. l. 1. §. 1. verſ. veluti ſi matri aut ſorori. &c. ff de tutel. & rat. diſtrah. qui l. filium. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. gl. l. 1. C. de alend. lib. & ibi Cyn. queſt. 1. Bart. de aliment. num. 15. Caſtr. ſingul. 5. Iaſ. §. ſed etſi quis. num. 4. Inſtit. de action. Carol. Ruin. conſil. 139. incip. Viſis*

 *proceſſi-*

gatur exceptio, ei multo magis denegatur actio. *l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur.* Sed frater non poteſt à fratre per exceptionem conſequi id de quo viuat. *gl. in l. verum. 63. in pr. verb. fraternitatis. & ibi Bart. num. 2. ff. pro ſoc. Mozzius de contractibus. tit. de ſocietat. §. de naturalibus ſociet. num. 25.* Ergo multò minus per actionem. Tum reſponderem maiorem veram eſſe, quando tam exceptio quam actio ad eundem finem tendunt; ſecus ſi ad diuerſa: quia hoc poſteriore caſu, exceptio vno reſpectu denegatur, & tamen actio alio reſpectu poteſt concedi, *per ea quæ notat Decius in d. l. inuitus. 199. §. cui damus. num. 3.* Iam verò illa exceptio, cuius in minore fit mentio, tendit ad hunc finem, vt vnica vice reus conuentus retineat id quo viuat: actio autem de qua theſis noſtra agit, non eò tendit vt frater fratri vnica vice præ manu det, de quo viuat, ſed concedit ſolummodo fratri, vt petat ſibi ſingulis diebus vel menſibus proſpici, *Fulgoſ. d. l. verum. 63. in pr. num. 2. & 3. ff. pro ſoc. Franc. de Porcellin. in tract. de duob. fratrib. part. 2 num. 51.* vnde apparet iſtud argumentum non cohærere, ſed habere quatuor terminos. Cui themati ita confirmato ſubijciendæ ſunt inſigniores

5 ampliationes ac limitationes: & quia † fratrum præcipuè quinque ſunt ſpecies, *teſte Iaſ. in l. tres fratres. num. 17. ff. de pact. quem ſequitur Io. Cephal. conſil. 616. incip. Dominus Gaſparinus. num. 70.* quorum aliqui ſunt vtrinque coniuncti, quos Græci appellant ἀμφιθαλεῖς vel αὐταδέλφους *autore Cuiac. lib. 6. obſer. c. 17.* aliqui conſanguinei, ex vno patre, ſed diuerſis matribus procreati, Græce ὁμοπάτριοι dicti: aliqui vterini ex eadem matre ſed diuerſis patribus qui ὁμομήτριοι appellantur *Cuiac. d. cap. 17.* interdum ὁμογάστριοι, *vt teſtatur præceptor & ſocer meus. §. inter eas. num. 3. Inſtit. de nupt.* aliqui fratres patrueles, id eſt duorum fratrum filij: aliqui denique conſobrini, id eſt nati ex duabus ſororibus: & de primo illo genere fratrum vtrinq; coniunctorũ, propter textus iam adductos nulla probabilis dubitatio incidere poteſt: ideo de cæteris per modum ampliationũ nonnihil

6 dicam. Primò igitur ampliatur hoc thema † vt etiam procedat in fratre conſanguineo: cum enim, vt paulò ante dictum eſt, nihil peculiare in fœminis conſtitutum reperiatur, & ſororem

rorem conſanguineam frater dotare cogatur. *l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de adminiſtr. tut. DD. in l. 1. vbi Alex. num. 23. Iaſ. num. 29. Bald. nouell. num. 145. ff. ſol. matrimon. Io. Campeſ. de dot. part. 1. q. 23. Nic. Boër. deciſ. 129. Hieron. Schurpff. conſil. 8. centur. 1.* ergo multo magis tenebitur fratrem conſanguineum vel eiuſmodi ſororem alere. Ratio conſequentiæ eſt, quia quicunque dotem dare tenetur, multo magis alere cogitur, *vt probabitur infra libro ſecundo, vbi de dotis & alimentorum collatione tractandum erit.*

7 Secundò ampliatur, vt etiam † fratres & ſorores vterinos ali oporteat, *Cyn. in d. l. 1. q. 2. C. de alend. lib. Bald. in l. qui filium. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. non tantum per illum textum, qui non diſtinguit, ſed etiam per §. ſi quis igitur habens. in auth. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 7. vbi cum diſponatur, vt naturales fratres à legitimis alantur, multò magis hoc officium debebitur legitimis & vterinis: Baldum ſequitur Alex. in d. l. 1. num. 13. ff. ſol. matrim. & in l. à filia. 62. num. 6. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. in auth. res quæ. nu. 10. C. comm. de legat. Ripa d. l. 1. num. 85. ff. ſolut. matrimon. Marc. Mantuan. lib. 2. obſer. cap. 16. poſt med. Tiraquell. de iure primigen. quæſt. 62. num. 3. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. c. 15. nu. 61. Hartman ab Epping. d. tit. 36. obſ. 2. & eſt* COMMVNIS *opinio, vt teſtantur Fr. Viuius in commun. opin. lit. F. verſ. frater tenetur alere, & Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. d. lit. F. nu. 340.* Neq; hanc ſententiam euertit argumentum, à dote ad alimenta negatiuè ductum, quo aliqui DD. vtuntur dicentes, frater vterinus non tenetur dare ſorori vterinæ dotem, *d. l. cum plures. 12. §. cum tutor.* Ergo nec alimenta. *Angel. Aret. in §. ſed & ſi quis. ſub num. 3. Inſtit. de action.* Quia reſponderi poteſt negando rationem conſequentię, *Crot. d. l. 1. num. 91. ff. ſol. matrim. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. nu. 88. vt diligentius explicabitur in lib. 2. de collat. dotis & alimentorum:* interim quantum ad præſentis argumenti ſolutionem ſatis eſt, diuerſitatem inter alimenta & dotem, indicat Alex. *in d. l. 1. num. 13. ff. ſolut. matrimon.* quod negans alimenta perhibeatur necare, quod idem de negante dotem dici non poteſt: deinde alimenta debentur ex iure naturali, dos verò ex iure ciuili *Camill. Viſitar. in d. l. 1. num. 124. ff. ſol. matrim.*

V De fra-

De fratribus patruelibus & conſobrinis commodius dicetur j.in huius cap. nu. 27. & ſeqq.

8 Tertiò ampliatur thema principale, vt etiam † fratribus naturalibus tantum, cæteri fratres debeant alimenta. *d. §. ſi quis igitur habens. in Auth.quib.mod. natur. effic.ſui.coll.7. Alciat.conſil.11. incip. Dominus Angelus habuit duos filios.num.1.2.& 3. lib. 4. Io. Cephal. conſil. 498. incip. Mihi quoq;.num.20. Hartman. Hartmanni d. tit.36. obſ.2.* imò etiam fratribus ex damnato coitu procreatis, *vt ſ. cap. 3. ampliat. 2. dictum fuit:* hæc enim obligatio deſcendit ex obligatione naturali. *d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum.in fin. Lud.Sard. de legit.part.2.nu.23.*

9 Quartò ampliatur, vt frater † teneatur etiam alere fratrem de patre male meritum, imò quod plus eſt à patre exhæredatum, *ad quod propoſitum ſ. cap. 2. ampliat.9. num. 65. allegaui Cæpoll. caut.247. incip. Si pater habens.* Licet enim filius, graue aliquod & exhæredatione dignum, delictum in patrem committat, eique propterea alimenta à patre denegari queant: tamen frater iſte tenetur ex ſua perſona, *ita per d.l. cum plures. 12.§.cum tutor. & l.tutor ſecundum dignitatem. §.fin. ff. de adminiſtr. tut. & per not.in l. non omni.16. C. de adminiſtr. tut. conſulendo tenet Bald. conſil.103.incip. Premiſſis verbis teſtamenti. num.3.vol. 5. quod conſilium ſine dubio allegare voluit Cæpolla in d. caut. 247. adducens conſil.243. idemq; per d. §. cum tutor. aſſerunt Caccialup. in l. frater à fratre.num.110. ff. de condict. indeb. Bald. Nouell. in d. l.1. num.146. ff. ſol. matr. & in tract. de dot. part. 6. priuil.16. verſ.Et ſic etiam non videtur. Io. Dilect.de art.teſtand.tit. 3.caut.17.nu.8. Georg. Bemel. in tract.* von Teſtamenten. *pag. 62.*

10 Quintò ampliatur, vt etiam † fratrem hæreticum frater alere teneatur, *quam ſententiam COMMVNEM eſſe teſtatur Panorm. c. ſi quis.5 num.2.extr.de heret.* qua de re quia ſupra *cap. 2. ampliat.12. & cap. 5. ampliat.3.* ea, quæ dubitationem mouere poterant, mediocriter fuerunt explicata, ideo ne actum agam, plura hic non addo.

11 Sextò ampliatur vt etiam † ex feudis ſorori alimenta debeantur. *Fulgoſ. conſil. 228. incip. Anton. de Morando. numero 3.* Quia enim ex feudis debetur ſorori dos, *quemadmodum erudi-*

tiſſime

*tiſſime pertractauit nobiliſſimus vir fautor, patronus & amicus meus mihi perpetuo honorandus Hartman. Piſtoris in Senſelitz lib. 2. q. 37.* multo magis debebuntur alimenta, vt hactenus ſæpe fuit dictum. Pari ratione ex ijs bonis, quæ conſuetudinario vel aliquo alio iure ad primogenitum ſolum pertinent, cæteris fratribus alimenta debentur *D. Hartm. Piſtor. d. q. 37. nu. 3. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. Primogen. cap. 15.* An verò propter hæc alimenta fratres ſecundo geniti, onera ſufferre cogendi ſint, tractat Matth. de Afflict. *deciſ. 252. & ibi Ceſ. de Vrſil.* Quæ vt in dubium non voco, ita illud admonitione dignum eſſe puto,
12 hæc † alimenta ex feudis vel alijs bonis, à quibus nonnulli liberi vel propter ſexum vt in feudis, vel propter natiuitatem vt in maioratibus, excluduntur, debita, diſtinguenda eſſe ab ijs alimentis, ad quæ præſtanda fratres obſtricti ſunt: illa enim dantur propter bona paterna vel materna, ex quibus ipſis legitima debetur, *quemadmodum latè tradit Lud. Molin. d. cap. 15. & ſeq. & j lib. 2. de comparatione legitimæ & alimentorum aliquid dicam*: hæc verò, de quibus præcipuè in hoc cap. agimus, debentur propriè non ob bona quædam, ſed ob coniunctionem ſanguinis. *l. 1. §. 1. verſ. tam coniunctæ perſonæ alitæ ſint. ff. de tutel. & rat. diſtr.* Cuius diſtin-
13 ctionis † vſus apparet eo caſu; pone, Caius filius vnicus accepit bona feudalia, ſuisq́; ſororibus præſtitit aliquandiu alimenta: poſtea euenit, vt illa bona omnia pereant incendio, chaſmate vel ruina: habet tamen inſuper bona allodialia, quę ſibi propria induſtria comparauit, quæritur an propter iſtum caſum, à nutritione ſuarum ſororum penitus ſit liberatus? licet itaque omnino concedi oporteret, quod hic non diſputo, alimenta illa ratione bonorum feudalium deſinere: tamen iſtum Caium, propter coniunctionem fraternam, nihilominus adhuc obſtrictum eſſe, vt ſorores ſuas alat, veriſsimum arbitror. Quia enim ille Caius, ab initio duplici de cauſſa alere ſuas ſorores inopes debebat, primò propter bona feudalia, quod onus etiam propterea ad extraneos ſucceſſores tranſit, *vt j. lib. 2. cap. 9. num. 38.* dicetur, & deinde propter coniunctionem ſanguinis: harumque cauſſarum quælibet per ſe ſola ſuf-

la, ſufficiens eſt ad exigenda alimenta. *d. l. 1. §. 1. ff. de tut. & rat. diſtr.* ideo concludendum puto, Caium iſtum, non obſtante hoc caſu fortuito & vi maiore, ad alendas ſuas ſorores
14 obligatum eſſe. *arg. §. affinitatis. Inſtit. de nupt.* idque † multo magis locum habebit, ſi Caius propter debitum prodigalitate ſua contractum, coactus fuiſſet feudum vendere: quia præter conſanguinitatem accederet ipſius culpa, quam ſororibus nocumento eſſe, æquitas non patitur, *per l. non debet alteri. 75. ff. de reg. iur.*

15 Septimò ampliatur, vt ſacerdos † etiam ex fructibus & reditibus Eccleſiaſticis, ſuos fratres & ſorores alere teneatur. *Panorm. in c. peruenit. num. 1. Ant. de Butr. num. 2. extr. de arbitr. Ripa in l. cum bona. num. 4. de priuil. credit. Coraſ. in l. qui liberos. nu. 118. ff. de rit. nupt. Io. Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 36. qui plures DD. auctoritates allegat, & præterquam quod mouentur d. cap. peruenit, adducunt inſuper cap. omnino diſtinct. 31. cap. cum omnibus diſtinctionibus. 81. & cap. eſt probanda. diſtinct. 86.*

16 Octauò ampliatur, vt etiam † fratri fas ſit fratris ſui egeni alendi cauſſa monaſterio egredi. *Io. Cephal. conſil. 498. incip. Mihi quoque. num. 21. per l. qui cum vno. 4. §. vlt. cum ibi notat. per Rayn. de Forli. ff. de re milit.*

17 Nonò ampliatur, vt etiam † fratrem ætas non excuſet, ſed pupillus ad hoc onus obſtringatur, *d. l. 1. § 1. ff. de tut. & rat. diſtra. l. qui filiam. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. Alex. conſil. 54. incip. Circa id quod quæritur. nu. 7. vol. 2.*

18 Decimò ampliatur, vt neque † ſexus excuſet, ſiquidem non tantum fratri hoc onus incumbit, ſed etiam ſoror fratrẽ alere tenetur, *ita Caſtrenſ. conſil. 436. incip. Ad confirmationem eorum. num. 4. volum. 1. qui mouetur argumento à correlatiuis deſumto: cum enim frater teneatur alere ſororem. Ergo & ſoror fratrem, vt correlatiuorum paritas conſeruetur: ego addo text. in terminis l. mutus. 73. §. manente. ff. de iure dot. l. quamuis. 20. ff. ſolut. matrimon.*

19 Vndecimò & vltimò ampliatur, vt † non tantum frater debeat ali, ſed etiam ipſius vxor & liberi. *Hieron. Gabriel. conſil. 25. incip. Iulia tanquam filia. numero 18. volum. 1. per gloſſ. in d.*

*in d.l. ſi quis à liberis. §. non tantum. verb. cætera quoque. ff. de liber. agnoſcend.*

20 Limitatur autem huius capitis theſis, primo vt non procedat, † quando is à quo petuntur alimenta ipſe laboret inopia, vt vix ſemet ac liberos ſuos exhibere poſsit. *l. præſes. C. de ſeruit. & aq. faciunt ea quæ dixi ſ. c. 2. limit. 2.*

21 Secundò limitatur, vt non procedat, † ſi frater alimenta exigens, eius ſit ætatis & virium, aut etiam facultatum, vt ſibi de alimentis proſpicere poſsit. *d. l. mutus. 73. §. manente. verb. egentem. ff de iure dot. d. l. quamuis. 20. verb. egentibus. ff. ſol. matrimon. d. l. 1. §. 1. verſ. ſorori quæ aliter ſe tueri. ff. de tut. & rat. diſtr.* His accedit euidens ratio: cum enim inter patrem & filium multo maior & arctior coniunctio ſit, quam inter fratres inuicem. *§. ei verò. Inſtit. de inutil. ſtipul.* pater autem eo caſu, nempe quando filius ſibi ipſe poteſt de alimentis proſpicere, amplius non obſtringatur, *vt dictum eſt ſ. cap. 2. limit. 1.* ſequitur, vt multo magis eo caſu frater ab onere alendi fratris, ſit liberatus.

22 Tertiò limitatur, vt † fratri ingrato, alimenta non debeantur, ab eo fratre in quem ingratitudo commiſſa eſt: *idq́ probat Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem index. nu. 37. ff. de lib. agnoſc. hac ratione, quia frater ingratus priuatur iure ſuccedendi in bonis fraternis: cui addi poteſt illud dictum D. Bernhardi à Panorm. in c. propter. 10. num. 2. extr. de donat. recitatum, dicentis, quod ingratitudo eſt ventus vrens & ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis & fructum gratiæ.* Quam limitationem vt ab omnibus

23 concedi arbitror, ita à plurimis dubitatum iri puto, quæ † & qualiſnam ingratitudo, ab hoc alimentorum petendorum iure, fratrem arceat. Cum enim ſolummodo tres cauſſæ, ob quas ab hæreditate fraterna excluditur, recenſeantur, *in §. ingratitudinem. in Auth. de nupt. collat. 4.* quarum prima eſt, ſi mortem fratri fuerit machinatus: ſecunda, ſi criminaliter eum accuſauerit: tertia, ſi ſubſtantiæ ipſius iacturam inferre voluerit: non immerito dubitet quis, vtrum ex his tribus ſolis cauſsis, hanc ingratitudinem æſtimari oporteat, an vero etiam aliæ præterea cauſſæ ſint admittendæ. Et ſane non audiendum crederem eum fratrem, qui antea manus violentas fratri intu-

intulerit, aut ipſius vxorem ſtuprauerit, aut noluerit ipſum furioſum curare, vel eum captiuum redimere, &c. nunc autem ad inopiam redactus, velit ab ipſo alimenta exigere. Nam cum hæ iniuriæ, tanti ſint ponderis, vt non ſolummodo in linea recta conſiſtentes propterea exhæredari poſsint: ſed etiam vt vinculum, quo aſcendentes & deſcendentes ſibi inuicem ad alimenta præbenda ex iure naturali obſtricti ſunt, diſrumpant, *vt ī. aliquoties obiter attigi, & ĵ. lib. 2. in contrariorum tractatione, pluribus DD. auctoritatib. probabo*: conſequens eſt, vt multo magis frater, à fratris nutritione, inter quos tanta coniunctio non eſt, propter iſtas cauſſas excuſetur. Confirmatur vlterius, quod fratri non debeantur bona fraterna, vt filijs parentum bona, & econtra parentibus filiorum: quia fratres nec inſtituere nec exhæredare neceſſe eſt. *§. ſoror autem. Inſtit. de inoff. teſt.* Nec obſtant ex d. §. ingratitudinem. tres illæ cauſſæ allatæ: primò quia locum tantum habent, quando frater turpes inſtituit perſonas, *vt tradit Io. Schneid. ad princ. tit. Inſtit. de exhæred. liber. num. 25.* deinde (quam rationem ego veriorem arbitror *cum textui. d. §. ingratitudinem magis conueniat*) quia eas cauſſas cæteri fratres, eo etiam in quem illæ commiſſæ ſunt ſine teſtamento iam defuncto, fratri ingrato volenti vnà ſuccedere poſſunt obijcere, *vt multis & rationibus & auctoritatibus probat Cordub. de Lar. d. §. idem iudex. num. 27. cum aliquot ſeqq.* cum in liberorum ſucceſsione, conceſſum non ſit, aliquam ingratitudinem à patre aut matre in teſtamento non expreſſam, ſibi inuicem exprobrare. *§. aliud quoq; capitulum. verſ. & ipſas nominatim. in Authent. vt cum de appell. cognoſc. collat. 8. gl. in §. exhæredatos. verb. voluit in Auth. de hæred. & Falcid. collat. 1. Clar. §. teſtamentum. q. 47. Barthol. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 7. §. 2. verb. Si non pour. aucunes. num. 13.* Itaque ſi eiuſmodi frater impius, ex bonis fratris inteſtato defuncti, contra quem illarum trium cauſſarum vnam admiſiſſet, alimenta peteret, tum forſitan à cæteris hoc ipſi ex iſtis tantummodo tribus, non etiam alijs cauſsis denegaretur, quia nec portio hæreditaria poſſet ex alijs cauſsis ipſi auferri.

Quar-

24 Quartò limitatur, vt † frater fratrem alere non teneatur quandiu ex aſcendentibus & deſcendentibus aliquis ſupereſt, *apoſtill. ad Bart. tract. de aliment. ſub num. 15.* etiam tantummodo mater, *vt ſ. cap. 8. num. 14. dixi.* Quæ tamen limitatio reſtringitur, vt ita demum vera ſit, ſi aſcendentes vel deſcendentes huic oneri ferendo ſint ſufficientes, ſecus ſi propter inopiam vix ſibijpſis queant proſpicere, *vt probat Roffred. Beneuent. in Sabbat. quæſtion. 29.* quæ reſtrictio poteſt iuuari etiam hac ratione, quod iſte neminem omnino habere videatur. *l. nam is. 6. ff. de dolo.*

25 Quintò limitatur † huius capitis thema principale vt non procedat in fratre, qui ſua bona conſumſit aut dilapidauit, & ſic ſua culpa ad paupertatem redactus eſt: hunc enim alter frater non tenetur alere. *ita Salic. in l. 1. in fin. C. de alend. lib. per l. quod quis cum culpa. 203. ff. de reg. iur.*

26 Sextò limitatur vt frater † teneatur fratri præſtare alimenta, quæ ad hanc vitam ſuſtentandam regulariter pertinent, non vero ad ea quæ potius ex paterna pietate quam neceſsitate à parentibus in filios erogari ſolent, vt ſunt ſumtus ſtudiorum, *præceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenbec. conſil. 80. num. vlt.* Quo pertinet illa diſputatio, an patre mortuo, antequam filius ſtudia ſua abſoluerit, fratres compellantur præſtare ſumtus fratri ſtudiorum abſoluendorum cauſſa in Academia verſanti, *quam copioſè pertractauit Franc. de Porcell. in tr. de duob. fratrib. part. 2. q. 5. nu. 10. vſq. ad nu. 24. & Schneidevv. §. quædam actiones. verſ. de actione familiæ herciſcundæ. nu. 54. Inſti. de action.*

27 Eos, † qui vltra fratres, neceſsitudine nos attingunt, alendi neceſsitas, an ad nos ſpectet, dubia & anceps eſt quæſtio. Negatiuam enim ſententiam tuetur Odofred. *in l. 2. C. de alend. lib.* qui ea ſolummodo mouetur ratione, quod leges noſtræ expreſsè loquantur de fratre & ſorore, *vt d. §. ſi quis igitur habens. & l. 1. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ.* Huic alias tres addit Cordub. de Lar. *d. l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit nu. 108. & ſeq. ff. de liber. agnoſc.* quarum prima deſumta eſt *ex l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam.* vbi quia

nepos

nepos aduerſus patruum egit de inofficioſo & obtinuit, patruus verò appellauit, ac alimenta iſti nepoti inopi pendente appellatione præſtari debent, non à patruo, ſed ex bonis hæreditarijs, inde ſequi putat, patruum non teneri alimenta ſobrino ſubminiſtrare: altera ratio eſt quod nulla lege ſit cautum, ergo neque à quoquam aſſerendum: tertia quia neque patruus dotare tenetur neptem ex fratre, *per DD. in d. l.1 ff. ſolut. matrim.* ergo neque alere: & hac tertia ratione vtitur etiam Io. Garſ. *in tract. de expenſ. & meliorat. cap.3. nu. 35.*

28 At ſententiam † affirmatiuam, nempe hanc alendi neceſsitatem, etiam vltra fratres ſe extendere, tenet Crot. *in l. filiusfam. §. diui.num.30.ff. de legat. 1. quem in d. §. Diui. ſequitur Ferdin. Loaz. num. 96. Ripa num. 43. Pontan. tract. de aliment. cap. 10. num.2 in fi. tam per l. Titio centum.71 in pr. ff. de condit. & demonſtr. quam per d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſc.* Etſi enim Emanuel à Coſta *lib.2 ſelect. interpretat. cap. 20. num.2.* inductionem textus allegati *in d. l. Titio centum. 71.* repudiet; nullam tamen rationem ſufficientem addit; imò refutatur ipſius opinio per Cord. de Lar. *in d. §. idem reſcripſit. num. 115. & ſeq.* qui alium quidem intellectum *ſub num. 118.* in medium profert, ſed verbis & menti legis non ſatis conuenientem imo repugnantem. Quod enim *in d. l. Titio centum. 71.* verba, *proſpectum eſſe voluit,* ita interpretatur, quaſi teſtator hæredi ſcripto curam ſobrini iniunxerit, id planè alienum eſt à textu: nam prior caſus à ſequente, *in d. l. Titio centum. 71.* non diſtat diſponendi forma vel modo, quaſi teſtator priore caſu hæredi curam legatarij dederit, poſteriore verò non: ſed perſonarum diuerſitate, quod priore caſu, Titius iſte legatarius planè eſſet extraneus poſteriore autem, legatarius eſſet filius fratris: alioqui IC. hanc aſsignaſſet rationem, quod altero caſu hæredi cura fuiſſet iniuncta, altero non item. Verba igitur *proſpectum eſſe voluit,* nihil aliud volunt, quam quod paulo ante IC. ibidem dixit, vt legatarius fundum emat: & ſic rectiſsimè probatur *in d. l. Titio centum.71.* hæc ſententia affirmatiua, *vt volunt Crot. Ferdinand. Loaz. & Rip. d. loc.* Secundo probatur in cap. 1. verb. amitam extr. de cohabit. cleric. & mul. Quem text. etſi

X ita

ita eludere conatur Cord. de Lar. *d. §. idem reſcripſit. num. 107. in fin.* quaſi clericus amitam ſuam alere teneatur, non propter propinquitatem quod ſit amita, ſed quod clericorum bona, ſint bona pauperum: tamen hanc reſponſionem illi Canones, *quorum d. cap. 1. & ibi gl. facit mentionem*, non admittunt: ſiquidem *c. interdixit. 16. & ibi gl. verb. aut ſororem. diſt. 32. & c. cum omnibus. 27. vbi Archidiac. diſtinct. 81.* hoc expreſſè propter conſanguinitatem, vel domeſticam neceſsitatẽ fieri tradunt: quod etiam ipſæ appellationes, conſanguinitatem denotantes, manifeſto indicant. Tertiò confirmatur hæc ſententia ex ordine ſuccedendi: cum enim fratrum filij & remotiores, alijs proximioribus non exiſtentibus, ſibi inuicem ſuccedant: *§ ſi vero neq; fratres. in auth. de hered. ab inteſt. ven. collat. 9.* ſequitur vt etiam ſe inuicem alant. propterea quod alimentorum ex iuris diſpoſitione debitorum onus, non minus ex ſanguinis propinquitate deferatur, *l. ſi quis à liberis. §. 1. verſ. charitateq́; ſanguinis. ff. de liber. agnoſc.* quam ab inteſtato ſucceſsio. *Nouell. 118. Et hanc conſequutionem probant Alex. in l. alimenta. 11. in fin. C. de negot. geſt. Iac. Rickius de vnione prel. cap. 8. num. 6.* Et hoc præterea probatur quemadmodum fiſcus vltimum locum ſuccedendi obtinet, vt ſi defuncti conſanguineus extet nullus, ad fiſcum deuoluatur hæreditas: *l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. 10.* ita etiam hominibus pauperibus & egenis, qui nec ſemetipſos poſſunt alere, neq; habent aliquem conſanguineum, cuius opem implorent, tenetur in ſubſidium & vltimo loco de cibo & potu proſpicere, ſicut cap. fin. huius libri primi diximus: vnde effici arbitror ex ordine ſuccedendi, ordinem nutriendi non male confirmari: hac tamen reſtrictione addita, vt ſi hæreditas pluribus perſonis, quarum non eſt eadem erga defunctum propinquitas vel affectio, ſimul deferatur: pertineat alimentorum viuo adhuc dandorum neceſsitas, non quidem ad omnes pariter, ſed ad propiorem vel ex alia cauſſa cariorem, vt cap. præced. fuit dictum: interim certum eſt, vni ſaltem eorum, qui ad hæreditatem alimoniæ iam indigentis vocarentur, alendi onus incumbere: quam limitationem attigi ſ. *cap. præced. num. 13.* Etſi igitur Io. Petr. Surdus *in eruditiſ-*

*ruditiſſimo opere nuper edito de aliment.tit.9.q.10.* ( cuius quæſtionis numerum octauum mendo laborare & negationem deeſſe ſuſpicor, vt partim ex contextu partim ex Ruino quem allegat, adparet ) ſimpliciter vt omnino negare velle videatur ſententiam Alexandri *in d.l.alimenta.11.in fin.* tamen per diſtinctionem ex hac reſtrictione deſumtam, reſponderi poteſt *ad authent. defuncto. C. ad SC. Tertull. & ſimiles textus.* Et poteſt hæc Alexandri opinio comprobari ex ijs quæ tradit Surdus *tit.1.q.28.* vbi ſub num. 4. ſentit quod coniuncti etiam vltra fratres alijs propinquioribus non extantibus, ſuos propinquos debeant alere. Quod ſi verum eſt vt omnino eſſe arbitror, iſtius coniunctionis propinquitas aliunde æſtimari non poteſt, quã ex conſanguinitatis gradibus: quos etiam ius noſtrum in hæreditate ab inteſtato deferenda conſiderat & ſequitur. *Nouell. 118.* Quartò pro corroboratione huius ſententiæ in argumentum adduci poteſt *l. vn. C. de emend. propinq.* Si enim non tantum fratres, ſed etiam omnes propinqui tenentur ſuorum propinquorum curam gerere, vt bonis imbuantur moribus, eosque peccantes corrigere: multo magis etiam proſpicere tenebuntur corpori, quia ſine huius conſeruatione fruſtraneum eſſet de animorum inſtitutione eſſe ſollicitum. Quintò adduci poteſt auctoritas ſacrarum literarum, quæ iubent quidem vt cuilibet egeno ſubueniamus. *Prouerb.5. verſ.16. Luc.6. verſ.38. cum ſimil.* at vero qui ex ſua familia nato non ſubuenit, eum infideli deteriorem eſſe aſſerit Apoſtolus. *1. ad Timoth. 5. verſ. 8.* Denique addi poteſt, quod iuxta hanc ſententiam in ſupremo conuentu Caſtellæ pronunciatum fuiſſe teſtatur Ludouic. de Molin. *lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap.15. num. 67.* partim quod eadem ſit ratio & æquitas alendi fratrem, & fratris filium, partim quod fratrum appellatio filios fratrum complectatur. *§. cum filius. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. c. quaritur. 22.*
29 *( Lud. de Molin. perperam allegat c. conuentui ) verſ. ſoror enim dicitur. 22. q. 2.* Et ex his † refelluntur rationes ſ̃ pro ſententiæ negatiuæ confirmatione adductæ: licet enim ſolummodo iura loquantur de fratribus & ſororibus: tamen primo eæ appellationes competunt etiam remotioribus, vt iam di-

ctum eſt: deinde quia eædem rationes militant in remotioribus, quæ in propinquioribus. Sic dum Cordub. de Lar. *in d. num. 108.* argumentatur *ex d. l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam.* in accommodatione iſtius textus, admittit fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Quod enim ibi traditur, patruum nepoti ſuo vincenti, pendente appellatione, non debere alimenta præſtare, ſed ea ſubminiſtranda eſſe ex bonis de quibus actum fuit: ex eo non ſimpliciter ſequitur, patruum planè non debere alimenta dare nepoti: ſed hoc ſaltem ſequitur, nepoti vincenti, & ita habenti iam vnde ſemet alat, non obſtrictum eſſe patruum: quæ concluſio noſtræ ſententiæ nihil officit: præſertim cum in materia alimentorum appellatio non ſuſpendat ſententiam, vt j. lib. 3. ſuo loco dicetur. Altera ratio per ſe corruit, dum tot fundamenta, tam ex diuino quam humano iure paulo ante allegata fuerunt. *l. nominis. 6. §. verbum ex legibus. ff. de verb. ſignif.* Ad tertiam rationem ſæpe reſponſum eſt, vt s̃. hoc cap. num.
30 7. Quam affirmatiuam ſententiam † vt iuri & æquitati magis conſentaneam arbitror: ita eam limitandam puto, vt non procedat, ſi frater hæredes extraneos teſtamento ſibi inſtituerit. Cum enim hæc alendi neceſsitas non bonis cohæreat, vt s̃. aliquoties dictum fuit, ſed ex æquitate & charitate ſanguinis deſcendat. *d. l. ſi quis à liberis. §. 1. ff. de lib. agnoſc.* ſequitur vt ab ijs, qui nulla ſanguinis neceſsitudine coniuncti ſunt, inſtitutis, alimenta nequaquam petere fas ſit. *Aug. Bero. conſil. 186.*
31 *incip. De iure in caſu propoſito. num. 7. vol. 1.* Quod ſi quis † negatiuæ ſententiæ, *quam primus Lud. de Molin. d. cap. 15. num. 67.* COMMVNEM *appellat*, ſpretis rationibus s̃. adductis adhærere malit, nihilominus limitanda erit, vt propinqui iſti immiſericordes, in illius neglecti ac ſine liberis ab inteſtato defuncti facultatibus, quas diuina iuuante clementia vel ſuis laboribus vel aliunde acquiſiuit, non ſuccedant. *Bald. Nouell. in l. 1. num. 147. ff. ſolut. matrim. & in tract. de dot. part. 6. priuil. 16.*
32 *verſ. Quid autem in patruo, &c.* Sanè † ſi quis putet hanc hæreditariæ ſucceſsionis priuationem ſufficere, & vlterioribus propterea liberum eſſe, vtrum egenum ſuum agnatum vel co-
gnatum

gnatum alere & aliquando ipſi ſine liberis decedenti ſuccedere, an verò eum morbo & fame oppreſſum negligere, & ſpem ſucceſsionis ita à ſe abdicare velint: huius opinioni ego non accedo: primo in genere quod malitijs hominum præcipuè grauioribus non ſit indulgendum *l. in fundo. 38. ff. de rei vendic.* deinde in ſpecie, quod nemini ſit concedendum ſuum propinquum denegatione alimentorum occidere; *per. l. necare. ff. de lib. agnoſc.* tertio quod iniquum eſſet ita fiſcum grauare, ad quem tandem pauperum cura ſpectat.

# DE ALIMENTIS VXORI
## À MARITO DEBITIS.

## Caput X.

### SVMMARIVM.

1. *Alimenta coniugum debentur iure actionis: contrarium aſſeritur nu. 2.*
2. *Maris & fœminæ coniunctio quatenus ad ius naturale referatur.*
3. *Theſis huius capitis: Maritus tenetur vxorem alere: Ampliatur num. 4. 14. 17. 34. 36. 37. 44. 46. 47. limitatur num. 53. 54. & 55.*
4. *Etiam indotatam: ſi ſcilicet ab initio nulla dos fuerit promiſſa num. 5. neq; mulier habeat de quo dotem conſtituat. num. 10.*
5. *Vxore propter dotem promiſſam quidem ſed non ſolutam maritus à ſe poteſt repellere: non tamen vt matrimonium ſoluatur, ſed vt dotis debitores eam alant, num. 6. & 12. limitatur num. 8. & 9.*
6. *Carolo Molinæo reſpondetur. & num. 7.*

10. & 11. *Mulierem in facultatibus conſtitutam & ſine dote nubentem, maritus alere non tenetur, niſi adhuc det dotem: reſpondetur communibus contrarijs. num. 12. & 13.*

14. *Maritus etiam vltra dotis fructus, tenetur vxorem alere: ſcilicet ſi in mariti ſit obſequio. num. 15. & deinde ſi aliunde de quo viuat non habeat. num. 16.*
17. *Sic & tenetur alere vxorem quam ſæuitia ſua immerito abegit: ampliatur num. 30. ſecus quando ſponte ſiue ex mera petulantia, num. 18. ſiue adulterij ſibi conſcia. num. 40. vel iuſte vapulans abijt. num. 33.*

 19. Vxori

19. *Vxori præter meritum expulſæ, ſumtus interim probabiliter ab ea factos maritus debet reſtituere.*
20. *Cautioni mariti ob ſæuitiam crebro ab ipſo vſurpatam vxor ſe facile committere non tenetur.*
21. *Quæ ſæuitia quanta eſſe debeat, & quomodo probanda. numero 22. & 25.*
23. *Vxoris caſtigatio modica viro eſt conceſſa: non obſtante contrario pacto. num. 24.*
26. *Vxor quæ vitæ ſuæ rationabiliter metuit, ſiue maritus hunc metum incutiat, ſiue alio incutiente, eam non defendat, ab ipſo abire poteſt.*
27. *Sic ſi maritus concubinam domi habeat.*
28. *Maritus propter cuius ſæuitiam vxor abijt, an ei cogatur dotem reſtituere: Affirmationis rationes, eod. num.*
29. *Negatiua confirmatur: & reſpondetur rationibus contrarijs num. 31.*
32. *Thomæ Parpaliæ lapſus.*
34. *Ex mariti aufugientis bonis vxor deſerta eſt alenda: & ex bonis banniti. num. 36.*
35. *Dotalitium nonnunquam mulier marito adhuc viuente ſibi vendicat.*
37. *Maritus vxorem de adulterio accuſatam nihilominus adhuc alit: ſcilicet nondum conuictam & condemnatam. num. 38.*
39. *Conuictam & condemnatam adulterij vxorem maritus non cogitur alere: ſi criminaliter egerit, ſecus ſi ciuiliter ad petitionem thori. num. 41.*
42. *Vxori adulteræ in monaſterium detruſæ ex ſuis bonis præſtantur alimenta.*
43. *Lite non ob adulterium ſed aliam ob cauſſam puta conſanguinitatem inter maritum pendente, ali debet interim vxor ex bonis mariti.*
44. *Vxor his alimentis non poteſt renunciare.*
45. *Pactum vt mulier ſemetipſam alat.*
46. *Pediſſequas mulieres etiam tenetur maritus alere*
47. *Bona mariti an vxori pro alimentis ſint hypothecata: auctoritates tam negatiuæ ibidem quam ſententiæ affirmatiuæ numero 48. & huius non tantum rationes num. 49. ſed etiam ampliatio num. 50. & limitatio num. 52. cum reſponſione ad argumenta contraria num. 51.*
54. *Inceſtuoſam vxorem maritus alere non tenetur.*
56. *Reijcitur limitatio Cordubæ de Lara.*

AGNA-

AGNATOS & cognatos proximè ſequuntur affines. *l. non facilè. 4. §. ſed quoniam. ff. de grad. affin.* Etſi autem vir & vxor, inter ſe affines non ſunt: *gl. in l. affinitatis. 7. C. commun. de ſucceſſ.* quia tamen ſunt affinitatis principium & quaſi caput: *Bart. Bald. Salic. in d. l. affinitatis.* ac coniugum obligatio perpetuo atque ad finem vitæ vſq; ex iuris & contrahentium intentione durare debet: *§. 1. Inſtit. de patr. poteſt.* ideo commodiſsimum videtur, hoc loco de coniugum alimentis nonnihil dicere: partim vt poſt ſanguinis coniunctionem, ſi non de affinibus, at ſaltem de ijs qui affinitati dant initium, loquamur, partim vt de alimentis contractuum ratione debitis, dicendi anſa nobis præbeatur. Hæc enim † alimenta, cum ſint
1 ſequela matrimonij, *vt loquitur Bald. in l. 1. §. ius naturale. lectur. 1. num. 6. in fin. ff. de iuſt. & iur. j. hoc cap. num. 44.* quod ſolo conſenſu contrahitur, *c. cum locum, 14. extr. de ſponſal.* referre decet non ad ea, quæ ex officio iudicis, ſed ad ea, quæ ex contractu, atque ita iure actionis debentur & exiguntur. *Burſat. conſil. 120. incip. In cauſſa Magnificæ Dominæ. num. 42. vbi ad hoc multas allegat auctoritates*: id quod notandum eſſet, propter ea quæ dicentur j. lib. 3. Neque quicquam ad rem facit, quod maris & fœminæ coniunctio, non minus ac liberorum educatio, iuris naturalis eſſe perhibeatur, *in d. l. 1 §. ius naturale.* quia
2 vtriuſq; par ratio non eſt. Nam illa † coniunctio in genere conſiderata, quæ vnumquemq; impellit, vt animũ ad coniugium applicet, rectiſsime ad ius naturale refertur: quod autem Caiam, ex cæteris puellis omnibus, ſibi eligit, id deliberato fit animo. *d. c. cum locum*: cum econtrà in liberis procreandis non tantum inſtinctus ille à natura ortum ducat, ſed etiam ipſi liberi, quorum procreationem voluntas aut deliberatio humana non adiuuat. *Geneſ. 30. in pr. 1. Samuel. 1. verſ. 5. Pſalm. 127. verſ. 3.* Ex quibus quemadmodum effici poſſe fateor, alimenta vxori à marito præſtanda, ex iure naturali primæuo, cuius veſtigia in omnibus brutis animantibus animaduertimus. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* nequaquam deberi neque originem ſumere: ita viciſsim non ilico inde ſequi puto, quod propterea vxor non aliter, quàm iure actionis & ordinario pro-

ceſſu, alimenta à ſuo marito poſsit conſequi. Huiuſmodi enim conſecutionem non ſubſiſtere, apparet ex ijs, quæ ſ. *cap. 5. nu. 7.* de parentum alimentis, dixi. Ea namque quamuis etiam non debeantur ex iure naturali primæuo, non tamen propterea iure actionis ſunt petenda. Verius itaq; mihi videtur, alimenta vxori maritum debere, ex iure gentium. Cum enim vxor in mariti obſequio, omnium gentium inſtitutis, imò ex prima diuina inſtitutione *Geneſ. 3. verſ. 16.* eſſe debeat: id quod & noſtro ciuili iure approbatum videmus: *l. ſicut patronus. 48. ff. de oper. libert.* & naturali ratione alere debeamus eum, qui nobis inſeruit: *ſ. hoc libr. 1. cap. 13. num. 22. §. vlt. verſ. vel famem. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* conſequens eſt vt iure gentium à marito vxorem alendam dicamus: vnde porro ſequitur, non ordinaria aliqua actione, ſed officio iudicis implorato hæc alimenta peti. Neque me mouent Doctores à Burſato *d. conſil. 120. num. 42.* adducti, cum nullus eorum, id
3 dicat, ad quod à Burſato allegatur. Cum igitur † inter onera matrimonij, quæ marito ferenda incumbunt, *l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ff. fam. herciſc.* etiam vxoris nutritio referatur, *Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagm. cap. 19. in pr.* conſtituo hanc theſin: Maritus tenetur vxorem alere, *per doctrinam Apoſtoli ad Epheſ. 5. verſ. 29. & l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſol. matrim. d. l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. verſ. quia ipſe onera matrimonij. ff. famil. herciſc. l. ſi quis pro vxore. 21. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. pen.* (*nec enim eſt l. 1. vt à Lud. Roman. in l. de diuiſione. nu. 16. ſol. matr. corruptè allegatur.*) *ff. vt in poſſeſſ. legat. gl. latin. lib. 1.* Landtr. *art. 45. Condub. de Lax. in l. ſi quis à liberis. § ſi quis ex his. nu. 19. ff. de liber. agnoſc. inquiens neminem eſſe qui contradicat.*

4 Ampliatur primò, vt à marito † alimenta debeantur vxori etiam indotatæ *l. quod ſi nulla. 28. vbi Bart. Alber. de Roſat. ff. de relig. & ſumtib. fun. per quem textum ita ſentit etiam Specul. in tit. qui fil. ſint legit. num. 28. Iac. de Aren. Cyn. Salic. in l. quod in vxorem. 13. C. de negoc. geſt. Bart. in l. ſi conſtante. 25. num. 103. ff. ſol. matrim. Practic. Papienſ. tit. de dot. verb. Ac etiam alimentis. nu. 1. Panorm. in c. per veſtras. 7. nu. 4. in fin. extr. de donat. inter vir. & vxor. & conſil. 85. incip. Videtur primo quod heredes. nu. 4. volum. 2.*

*Caſtr. l. in inſulam. 43. §. vſuras.num.2.ff. ſolut. matrim. Iaſ. in l. ſi donaturus.9. §. ſi quis indebitam.num.3.ff. de condict. cauſſ. dat. vbi corruptè allegat Romani conſil.417. cum ſit 517. incip. In caſu propoſitæ conſultationis.num.2. Socin. reg. 315. incip. Maritus vxorem. limit. 3. Guid. Pap. deciſ. 439. in pr. addens ſe vidiſſe ita iudicari in contradictorio iudicio, & approbat apoſtill. ad deciſ. Capell. Tholoſ. deciſ. 87. Natt. conſil. 201. incip. Egregius quondam. num. 11. & conſil. 547. incip. Vigente bello.num.13. Palat. Rub. d. c. per veſtras.notab.3. §.2. num 3. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap.pen. num.121. Io. Cephalus conſil.127. incip. Proponitur Gulielmum.num.1. vol.1. Pontan. de aliment. cap.14. num.5. Cordub. de Lar. in d. §. ſi quis ex his.nu.21. Et iſtum textum nempe l. quod ſi. 28. ff. de relig. & ſumt. fun. ad hoc propoſitum proculdubio voluit quoq; allegare Caſtr. in d. l. quod in vxorem.13.nu.3. cum in meo exemplari corruptè adducatur l. ſi nulla. ff. de leg.* Idemque aſſerit Innocent. *in d. c. per veſtras. circa fin. ibiq; Ant. de Butr. num.13.* vterque motus hac ratione, quod mulier eo caſu perſonam ſuam pro dote dederit, *per §. quoniam autem interpellationibus. in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. Panorm. c. accedens.10. num. vlt. extr. de procurat. Lud. Roman. in l. de diuiſione. nu. 16. ff. ſol. matrim. Palat. Rub. in d. c. per veſtras.notab.3. in pr. nu.5. & §.2. num.3. Alex. d. l. quod in vxorem.13. num.8. Ruin. conſil. 130. incip. Ad dubia. num. 3. vol. 1. Cordub. de Lar. in d. §. ſi quis ex his. nu.24.* Eandemq; ſententiam probat *l. vlt. verſ. nec dos data fuerit. C. de repud. Steph. Aufrer. in d. addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 87. num.2. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 95. num. 15. Caſ. Lambert. tract. de iure patron. art. 6. tertiæ quæſt. princip. num.9. &* COMMVNEM *eſſe aſſerit idem Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 87. in pr.* Ve-
5 runtamen declaratur hæc ampliatio, primò † vt vera ſit, ſi marito nulla dos fuerit promiſſa: quod ſi enim dos promiſſa marito non ſoluatur, ius faſq; ei eſt, alimenta vxori denegare, eamque ad domum patris aut fratris alendam remittere, donec ſibi de dote promiſſa ſatis fiat. *l. fin. verſ. & ſic à viro forſitan repelli. C. ad SC. Velleian. ibiq; notant Bald. Salic. & Caſtr. & ſic per eum textum ſentiunt Anchar. Bonon. d. c. per veſtras. num. 15. Caſtrenſ. conſil. 455. incip. Ad primum puto. num.6. vol.2. Alex. conſil. 56. incip. In præſenti conſultatione. nu.10. vol.4. quem ſequitur Thom.*

*Grammat. conſil. criminal. 52. incip. In cauſſa nobilis. num. 6. Idem Alex. in d. §. ſi quis indebitam. nu. 1. & in d. § in ſeuiſſimo. num. 8. inquiens illum textum de hoc eſſe optimum: hunc ſequitur Rolan. à Vall. conſil. 15. incip. Subtilis & alta. nu. 6. vol. 3. Lud. Rom. in d. l. de diuiſione. nu. 16. & in d. conſil. 517. nu. 2. idem Ludou. Roman. in d. §. ſi quis indebitam. nu. 3. inquiens ſe allegare caſum ſingularem l. fin. ſed non addit titulum, in quo iſte ſingularis caſus extet, puto tamen eum intellexiſſe d. l. fin. C. ad SC. Velleian. Iaſ. ibid. in d. §. ſi quis indebitam. nu. 3. & §. fuerat nu. 98. Inſtit. de action. Socinus d. reg. 315. incip. Maritus vxorem. in pr. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 6. num. 9. Laur. Kirchon. in commun. opin. lit. M. verſ. Mulier à marito repelli*: deinde probatur *per d. c. per veſtras. in fin. extr. de donat. inter vir. & vxor. quem textum ad hoc allegat Panorm. d. conſil. 85. incip. Videtur primo quod hæredes. num. 1. vol. 2. Conſtant. Roger. de dot. §. 15. num. 2.* tertiò probatur hæc reſtrictio *ex d. l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. ff. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſec. quem textum ad hoc adducit gl. in §. fin. verb. onera. in Auth. de non eligend. ſecund. nub. collat. 1. eamq; gloſſ. ſequuntur & commendant Bald. l. de diuiſione 5. num. 2. ff. ſol. matrim. Caſtrenſ. l. in inſulam. 43. §. vſuras. nu. 2. eod. Guid. Pap. conſil. 127. incip. De hoc anno. num. 1. & deciſ. 439. ſub. num. 1. Nic. Boër. deciſ. 22. in pr. quem ſequitur Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 14. nu. 7. Alex. nu. 1. Iaſ. num. 3. in d. §. ſi quis indebitam. Gozad. conſil. 33. num. 21. Palat. Rub. in d. c. per noſtras. notab. 3. in pr. num. 1. de donat. inter vir. & vxor. Campeſ. de dote part. 2. q. 54. Fr. Marcus deciſ. 514. num. 28. part. 1. & deciſ. 732. num. 4. part. 2. Natta conſil. 15. incip. Proximis diebus. num. 9. Mynſing. cent. 1. obſeruat. 64. Andr. Gail. d. cap. 87. num. 2. & 4.* Propter quæ fundamenta, huius reſtrictionis ſententia, COMMVNITER recepta eſt, *teſte Bapt. Villalob. in commun. opin. lit. M. nu. 14. Sebaſt. Medic. ad l. fin. gl. 2. part. 3. num. 105. ff. de ll. Horat. Mandoſ. in addition. ad Rman. d. conſil. 517. lit. D. verb. poteſt. & Kirchon. d.*

6 *verſ. Mulier à marito.* Qui poſteriores ambo † recte etiam reſpondent [redacted] *in addition. ad Alex. d. conſil. 56. ſub lit. D.* aſſerenti, huius reſtrictionis ſententiam eſſe contra ius diuinum. *Matth. 19. & Marc. 10.* ac propterea falſam. Nec enim prædictorum iurium aut allegatorum Doctorum intentio eſt,

tio eſt, quaſi propter dotem non ſolutam matrimonij vinculum diſſoluere liceat, id quod in iſtis ſacræ ſcripturæ locis vetitum eſt: ſed vt durante nihilominus matrimonio, non maritus, ſed dotis debitores mulierem alant, *vt bene probatur per l. pater. 20. & ibi Salic. ff. de in rem verſ.* Et hæc reſponſio accommodari etiam poteſt ijs quæ nouiſsimè ſcripſit Surdus *de aliment. tit. 7. q. 17. num. 13. & ſeqq.*
7 Deinde quod idem † Carolus Molinæus *d. loco* obijcit in d. l. fin. C. ad SC. Velleian. hanc mulieris expulſionem, marito non concedi aut permitti, ſed tantummodo enunciari id, quod forte de facto accidere poteſt: huic obiectioni reſponderi poteſt, quod imò illa verba enunciatiua, marito cui dos promiſſa non ſoluitur, mulierem à ſe expellere concedant, tum quia per modum cauſſæ *in d. l. fin. & d. cap. per veſtras. in fin.* adhibentur, quo caſu verba enunciatiua diſponunt: *Bart. in l. ſi ſocer. 45. §. Lucius. nu. 4. ff. ſol. matr. & l. qui volebat. 61. nu. 2. & 3. ff. de hered. inſtit. & ibi Ang. Peruſin. Alex. conſil. 46. incip. Viſis & accurate conſideratis. nu. 3. vol. 3. vbi Carol. Molin. in addition. perperam allegat. Corn. conſil. 18. vol. 2. cum ſit conſil. 108. incip. Placet mihi. vol. 2. Iaſ. in l. ex his verbis. 7. nu. 2. verſ. Limita nono quando verba. C. de teſtam. milit. Phil. Dec. conſ. 218. incip. In caſu ad me tranſmiſſo. nu. 15. conſil. 481. incip. In caſu de quo Peruſij. nu. 5. conſ. 513. incip. In ciuitate noſtra Mediolani. nu. 8. conſil. Crauett. conſil. 217. incip. Fuit in rerum natura. num. 7. Bero. conſil. 87. incip. Viſo puncto exhibito. num. vlt. vol. 2.* tum quia nuſquam eiuſmodi vxoris ad patrem remiſsio in iure eſt prohibita, neque marito remittendi pœna conſtituta: imo ſatis apertè probatur vxorem eiuſmodi à marito non fouendam *in d. §. ſi quis indebitam. & d. §. fin. de non elig. ſecund. nub.* Et his reſponſionibus ſatisfieri etiam poteſt ijs quæ contra communem opinionem afferuntur à D. Andr. Fachineo *lib. 3. controuerſ. iur. cap. 48.*
8 Quod ſi pater † dotem promittens ſoluendo non eſſet, ſatius eſt mulierem à marito ali, quam fame torqueri, *vt tradit Soc. d. reg. 315. incip. Maritus vxorem. limit. 2. quem ſequitur Nic. Boër. d. deciſ. 22. num. 4. Burſat. conſil. 179. incip. An ſumma ſcutorum. num. 14.*
9 Similiter † ſi dos ſit promiſſa ab extraneo, tum maritus vxorem interim debet alere & dotem à promittente

petere

petere, *arg. l. ſi extraneus. in pr. de iur. dot. Panorm. d. c. per veſtras. 7. num. 9. in fin. Palat. Rub. ibid. notab. 3. in pr. ſub num. 1.* Secun-
10 dò declaratur † prima iſta ampliatio, vt vera ſit in muliere paupera non habente vnde dotem det, ſecus in vxore diuite: qui enim vxorem diuitem ducit, nulla dote promiſſa, non cogitur ipſi alimenta præſtare, ſed poterit alimoniam denegare, quouſque dotem ex ſuis facultatibus aſsignarit, *ita per d. gl. verb. onera. de non elig. ſecund. nub. ſentit Bald. in l. fin. num. 9. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant. profer. quem ſequitur & probat Claud. de Seyſell. in l. 1. num. 27. ff. ſolut. matrim. Iaſ. in d. l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. num. 4. ff. de condict. cauſſ. dat. Barthol. Socin. conſil. 80. incip. Præſens conſultatio iuridicè & ſubſtantialiter. num. 26. volu. 4. vbi præterea præſertim de muliere iterum nubente, ponderat gl. loquentem per verbum* debet *in auth. ſed quamuis. verb. fortuita. C. de rei vxor. act. eamq́ Baldi deciſionem notabilem dicit Palat. Rub. in d. c. per veſtras. notab. 3. §. 2. num. 1. Ludou. Syluest. in conſil. ſuo quod eſt inter Fr. Marzarij conſil. 38. incip. Quoniam in hac cauſſa. num. 62. vbi præterea pro confirmatione addunt Bald. in c. iurauit. extr. de*
11 *probat.* Licet † autem in contrariam ſententiam inclinare videatur Bartol. *in l. 2. in pr. num. 12. ff. ſol. matrimon. & in quæſt. 7. incip. Mulier habens magnum patrimonium. num. 2. Alex. in d. l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. circa princip. Laur. Calcan. conſil. 11. incip. Quod non præſumatur. num. 1. Ripa d. l. 2. in pr. nu. 43. ff. ſolut. matrim. Phanuc. de Phanuc. in tract. de lucro dot. gl. 10. num. 51.* tamen probabilior mihi videtur prior ſententia, non tantum propter auctoritatem Baldi, Iaſonis & reliquorum, ſed tum quia firmioribus nititur iuris rationibus, tum quia ad fundamenta contrariæ opinionis ſtabiliendæ ergò adducta, facile reſponderi poteſt. Nam vltra d. gl. *verb. onera, qua Bald. nititur, & ibi allegatam l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. ff. de condict. cauſſ. dat. in qua traditur, maritum qui cogitur vxorem indotatam habere, decipi,* ego inſuper adduco d. l. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt. fun. ex quo textu, cum manifeſtè conſtet, in vxorem indotatam potius ab ipſius hæredibus ſumtus fieri oportere, & hæc onera, non niſi in ſubſidium, etiam poſt hæredes excuſſos, tandem marito incumbere: inde infero, ergo multo magis

magis vxor in ſemetipſam ſumtus facere debebit: ratio conſequentiæ probatur. *ex l. ſi quis à liberis.5.§. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc.* Quod ſi quis exciperet, in d. l. quod ſi nulla 28. mulierem morbo & denique morte impeditam, non potuiſſe marito inſeruire, aliud verò eſſe ſi vxor ſit ſana, & in mariti obſequio, quam alere maritus teneretur: tum ego replicarem, cum quod ius eſt in toto quoad totum, idem ſit in parte quoad partem. *l. cum hi. 8. §. arbitratu prætoris. ff. de tranſact. l. quæ de tota. 76. vbi gl. & Bart. ff. de rei vindic.* & vxor, quæ ob morbum vel aliam cauſſam nullas operas poteſt præſtare, ſibi ipſa de neceſſarijs debeat proſpicere, inde conſequens eſſe, vt maritus vxorem indotatam & habentem de quo viuat, non vlterius alere teneatur, niſi quatenus operæ ipſius æſtimentur: atq; ita ex textu *d. l. quod ſi nulla. 28.* probatur vxorem indotatam, quæ habet ipſa de quo viuat, à marito non eſſe nu-

12 triendam. Quod nunc † ad fundamenta contrariæ opinionis attinet. *Bart. & Calcan. allegant l. fin. C. de repud. § ſic itaq; matrimonia. in Authent. de nupt. collat. 4. §. quoniam autem interpellationibus. in Auth. quib. mod. natur. effic. legit. collat. 6.* quorum textuũ omnium cum eadem ſit ſententia, *vt notat gl. d. l. fi. verb ſtatuta ſunt ſunt C. de repud.* non opus eſſe arbitror de ſingulis ſeorſim dicere: Ad omnes itaque ſimul reſpondeo per diſtinctionem primò aliud eſſe vxorem à ſe repellere in hunc finem vt penitus diſſoluatur matrimonium, quæ repulſio prohibetur in dictis iuribus, *vt non tantum verba d. l. fin. C. de repud. oſtendunt, ſed etiam apparet ex §. quoniam verò ad clementiam. in Authent. de exhib. & introduc. reis. collat. 5. & §. quia verò legem. in Auth. vt lic. matri. & auiæ. collat. 8.* & aliud, vxorem conſtante & ſaluo matrimonio abigere, vt ex facultatibus ſuis ſe alat, *quam diſtinctionem tradit Horat. Mandoſ. in addit. ad Ludouicum Roman. conſil. 517. ſub lit. D. verb. Poteſt. & ſequitur Kirchou. in commun. opin. d. verb. Mulier à marito. & in his noſtris terminis Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. § ſi quis ex his. num. 65. 66. & 67. ff. de liber. agnoſc.* Deinde poteſt etiam diſtingui inter vxorem diuitem & pauperem: ita vt illa, donec marito dotem conſtituat, repelli poſsit, hæc verò non item: *& hanc poſteriorem diſtinctionem*

*apertè*

*apertè innuit text.in d.§. quoniam autem interpellationib. verſ. quæ ad dotē non eſt idonea,&c.quē text.cum Innoc.in c.per veſtras.in fi.ext.de donat.int.vir.& vx. Bart.d.l.2.nu.12.& d.q.7.nu.1. Alex.d.§.ſi quis indebitam. & Calcan.d. conſil. 11.nu. 1. allegent, non immeritò iuxta eum debent intelligi, nempe de coniuge quæ ob paupertatem ad dotem*

13 *dandam non eſt idonea.* Solus Phanuc. † de Phanuc. *in d.gl. 10. nu. 51.* vtitur hac ratiocinatione: Conditiones extrinſecæ non intelliguntur, niſi exprimantur. *l. ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verb.obligat.* ſed conſtitutio dotis eſt conditio matrimonij extrinſeca. Ergo conſtitutio dotis non intelligitur, niſi exprimatur. Reſpondeo ad Minorem per inficiationem: quia dos non eſt matrimonij conditio, ſed conſequens, *vt indicat præceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenbec. in tit.ff.de iure dot.in pr. Palat.Rub.d.§.2.num.2.& ſeqq.* Conditionem autem à conſequente differre, multis ex iure petitis exemplis, confirmari poſſet. Præterea minorem veram non eſſe, ex eo liquet: quod ſi filia, viro non planè indigno nubens, nullam dotem promiſerit, tenetur pater adhuc numerare dotem, vt eſt COMMVNIS opinio *teſte Alex.in conſil.169.incip. Viſis inſtrumentis confectis.nu.2.vol.7. Iaſ.d.§.ſi quis indebitam.num.5. Ruin.conſil.225.incip. Viſis his quæ in facto.nu.7.vol.1. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ.cap.5.nu.7. Matth. Grибald.in Commun.opin.§.Dos: verſ.de iure communi pater tenetur.* quæ non conſiſteret ſi illa Phanuccij de Phanuc. minor eſſet vera.

14 Secundò ampliatur † principale thema huius capitis, vt maritus etiam vxorem alere teneatur vltra fructus dotis. *arg. l.quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt.fun. Iac. de Aren. in l.quod in vxorem.13.vbi etiam Cyn. & Bart. C. de negoc. geſt. Alex.in l.ſi cum dotem.22.§.ſin autem in ſæuiſſimo.num.2.ff.ſol.matr. Io. Campeg. de dot part.2. q.8.nu. 2. Barthol. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 4.§.23. verb. Deniers de mariage.nu.14.verſ. tertia concluſio eſt. Iac.*

15 *Æmilian. conſil.3.num.6.* Quæ ampliatio † reſtringitur, primò vt procedat, ſi vxor ſit ſana & in mariti obſequio: alias enim pro vxore inſumere inuitus non cogitur, niſi quatenus fructus dotis permittunt. *d.l. quod in vxorem.13. in princ. C. de negoc.geſt. Guid. Pap. conſil. 127.incip. De hoc anno. Marian. Socin.*

*cln. conſil. 139. Deſideraſſem hanc conſultationem.num.5. & ſeqq. vol. 2. & eſt* C O M M V N I S *opinio, teſte Alciato conſil. 34. incip.*
16 *Subtiliter adeo & diffuse. num.3. vol.5.* Deinde reſtringitur † vt procedat, ſi neq; ipſa eas facultates de quibus viuat poſsideat, neque alium puta patrem, matrem aut fratrem habeat, à quo alimenta petat: ſi enim vel ipſa locuples ſit, vel pater, mater, frater, ſoror, &c. adhuc viuat, tum maritus vltra dotem alimenta vxori præbere non tenetur. *Fulgoſ. in d. l. quod in vxorem. num. 4. verſ. aliquando & tertio non eſt in obſequio. Barthol. Socin. conſil. 286. incip. Viſa proteſtatione. num. 2. vol. 2. vbi hanc reſtrictionem* C O M M V N E M *aſſerit & conſil. 121. incip. Præmittenda eſt diſputatio num. 49. vol. 4. Carol. Ruin. conſil. 139. incip. Viſis proceſſib. nu. 1. & ſeqq. vol. 4. Bart. Chaſſan. d. rubr. 4. §. 23. incip. Deniers de mariage nu. 16. verſ. octaua concluſio. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 20. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagm. cap. 20. nu. 5. vbi perperam citat Barth. Socin. conſil. 226. cum ſit, vt iam dixi, conſil. 286. vol. 4.* Ex quibus conficitur, vt ſi vxor propter morbum in obſequio mariti eſſe nequeat, & inſuper habeat patrem vel alium à quo alimenta petat, maritus vltra fructus dotis in vxorem expendere non cogatur, *text. eſt apertus in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſeuiſſimo. verſ. ſecundum dotis quantitatem. ff. ſolut. matrimon. per quem ita etiam tenent Barthol. Socin. d. conſil. 286. nu. 2. Io. de Anan. in c. ſalubriter. 16. in fin. extr. de vſur. Corn. conſil. 145. incip. In hac conſultatione videtur. num. 9. vol. 2. Chaſſan. d. num. 16. verſ. Sexta concluſio.* Econtra ſi vxor vel inops ſit, nullas poſsidens facultates, vel neminem habeat à quo alimenta petere poſsit, tum marito incumbit, vt omnia quæ vxoris neceſsitas exigat, ipſi ſubminiſtret. *Bart. in d. l. quod in vxorem. 13. ibidemq; Salic. num. 1. in fin. & Fulgoſ. d. verſ. aliquando & tertio. vbi pro confirmatione in argumentum allegant d. l. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumtib. fun. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Campeſ. de dot. part. 2. quæſt. 61. Ranchin. in deciſ. part. 1. concluſ. 455. incip. Maritus vxori infirmæ. Cordub. de Lara. d. §. ſi quis ex his. num. 26.*

17 Tertiò ampliatur † huius capitis thema principale, vt maritus adhuc alere teneatur vxorem, quæ mariti culpa aufugit:

fugit: cum enim non per mulierem ſtet, quominus marito obſequia maritalia præſtet, perinde habendum eſt, ac ſi reipſa marito inſeruiat. *Bart. in tract. de aliment. num. 48. in fin. facit l. Labeo. 50. ff. de contr. emt. l. in omnibus cauſſis. 39. l. in iure ciuili. 121. ff. de reg. iur. cum ſimilib. bonus textus in l. Caio. 13. §. fin. & ibi notat in hiſce terminis Alberic. de Roſat. ff. de alim. vel cibar. leg. quo fundamento hanc ampliationem corroborat Raph. Cuman. conſil. 175. incip. Domina Andreiola. nu. 2. Barth. Socin. in conſil 64. incip. In præſenti conſultatione. num. 1. vol. 4. Bertrand. conſil. 72. incip. In conſultationis themate. num. 4. part. 1. volu. 3. Nicol. Boër. deciſ. 195. nu. 7. Vital. de Camban. tract. clauſular. cap. pen. nu. 31. Chaſſan. d. §. 23. verb. Deniers de mariage. nu. 14. verſ. Quarta concluſio. Steph. Aufr. in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ. 87. nu. 4. allegans ad hoc l. ſi conuenerit. 14. verſ. nec tenebitur. ff. pro ſoc. Schneid. in tit. de nupt. part. 4. num. 18. Laur. Kirchou. in commun. opin. lit. M. verſ. mulier quando*

18 *non eſt in ſeruitio. Iac. Machell. patrocin. 47. nu. vlt.* E contra † ſi mulier à marito abſit propria ſua culpa, ei alimenta maritus præſtare cogendus non eſt: qui enim non facit quod debet, non recipit quod oportet. *l. Iulianus. 13. §. offerri. l. qui pendentem. 25. ff. de act. emt. l. ſi ea. 3. C. de condit. inſert. cap. 1. & ibi gl. verb. reſpondere. circa fin. extr. de mut. petit. Fulgoſ. d. l. quod in vxorem. 13. verſ. Secundus caſus eſt quando. Alex. conſil. 78. incip. Viſo & diligenter ponderato. num. 13. vol. 5. Barth. Socin. d. conſil. 64. nu. 1. Io. Campeſ. de dot. part. 2. q. 62. part. 3. q. 14. Guido. Pap. deciſ. 439. nu. 6. ſingul. 534. Tiraq. de retraict. lignag. §. 10. gl. 1. num. 14 Borgnin. Caual. deciſ. 21. nu. 6. part. 2. Petr. Rebuff. ad conſtit. Reg. tit. de ſentent. præiudicial. ſeu prouiſional. artic. 3. gl. 1. nu. 26. cuius dicta authore non indicato, ſuo more ſibi aſſcripſit Caballinus milleloq. 689. eſt* COMMVNIS *opinio. teſte Hier. Grat. conſil. 57. incip. Viſa hac facti ſpecie. num. 7. vol. 1. Horat. Mandoſ. in addit. ad Ludouic. Romani conſil. 517. ſub lit. G. Laur. Kirchou. in commun. opin. lit. M. verſ. Mulier quando non eſt in ſeruitio.* Et hæc tertia ampliatio extenditur,

19 vt † maritus, ad quem iſta mulier poſtea redijt, obſtringatur ſoluere expenſas, quas, interim dum à marito abfuit, fecit. *gl. c. ſignificaſti. 4. verb. materiam. in fin. ext. de diuort. eamq; ſequitur Bald. in l. 1. num. 9. C. de legat. Io. Campeſ. de dot. part. 3. q. 14. Bero conſ. l. in-*

*ſil. 178. incip. In cauſſa mota. num. 26. vol. 1.* Deinde extenditur
20 † etiam, vt vxori, quæ propter crebras eiectiones & propter
magnam & inſignem ſæuitiam ſæpiſsimè à viro vſurpatam, ſe-
orſim à marito habitat, alimenta debeantur, licet maritus eam
repetat (quod facere poteſt, quamuis ipſe eam à ſe eiecerit,
*vt tradit in c. literas. 13. Anton. de Butr. num. 23. Panorm. num. 9.
extr. de reſtit. ſpoliat.*) offerens cautionem de amplius non of-
fendendo, *ita ſentit Iac. Æmylian. conſil. 151. incip. Vxor cum
male tractaretur. cuius rationes omnes ego huc non transſcribo: inter
quas tamen illa eſt præcipua: quod cum iſta ſæuitia crebro vſurpata,
quaſi in conſuetudinem & naturam abierit, ac propterea pænè immuta-
bilis facta videatur, non conſultum ſit mulieri, fragilitati cautionis ſe &
vitam ſuam committere. l. cogi. 16. §. idem quæris. 12. ff. ad SC. Trebell.
quo pertinet etiam textus in clement. paſtoralis. §. eſto. de ſent. & re iud.
allegatus ab eodem Æmyl. conſil. 13. num. 2. cumq; inter alia Æmy-
lian. in d. conſil. 151. ſub. num. 5. allegat Baldi conſil. 161. vol. 3. ibiq;
ego in meo exemplari hac de re nihil inueniam, arbitror eum adducere
voluiſſe Bald. conſil. 176. incip. Cecilia receſſit à Franciſco. vol. 1. in quo*
21 *de ſimili negocio diſputat.* Et hæc poſterior extenſio, vt † in ſe
quidem vera eſt, & probari poteſt etiam ex Schurpf. *conſil. 42.
num. 3. & 4. cent. 1. Schneid. de nupt. part. 4. num. 17.* ita inprimis
requirit diligentem circumſpectionem, an & quomodo eiuſ-
modi ſæuitia eiuſque iteratio probetur: cum enim hoc caſu,
quando mulier ad maritum redire abnuit, quædam fiat con-
iugij, ſaltem quoad thorum, ſeparatio, atque ita de ſtatu ho-
minis agatur: *gl. 1. c. mulieri. 34. extr. de iureiur. Contard. in l. diffamari. cap. 3. num. 169. C. de ingen. manumiſſ.* rei magnitudo ex-
actiores probationes poſtulat. *Phil. Dec. conſil 133. incip. Viſo
proceſſu. num. 2. & 3.* proindeque quid & quomodo potiſsimum,
vt mulier ad maritum non teneatur redire, probari opor-
teat, videndi ſunt *Pariſ. conſil. 54. incip. Aſſertæ ſententiæ. vol. 4. &
Anchar. Regienſ. lib. 3. quæſtion. cap. 28. quibus addi poteſt Anton. de
Butr. d. c. literas. 13. nu. 19. extr. de reſtit. ſpoliat. & Rol. à Vall conſil.*
22 *27. vol. 3.* Verum reſtringitur † hæc tertia principalis amplia-
tio, vt non ob quamlibet offenſam, à marito aufugiendi, &
extra domum mariti alimenta exigendi, poteſtas concedenda

ſit vxori: quamuis enim ei vapulanti *iuxta Bald. in d. l. 1. num. 9. C. de legat.* licitum ſit fugere, & alimenta extra domum præſtari debeant: tamen id non ita ſimpliciter nec indiſtinctè procedit.
23 Marito † enim conceſſum eſt, vxorem ſuam modice caſtigare, *per text. l. rei iudicatæ. 15. §. hæredi. ff. ſol. matrimon. & c. duo iſta. 35. verſ. marito regenti. 23. q. 4. Anchar. Bonon. in c. dudum. 20. num. 6. ibiq́ Anton. de Butr. num. 15. ext. de conuerſ. coniug. c. placuit. 33. q. 2. idem Anchar. in c. quemadmodum. 25. num. 12. & Panorm. nu. vlt. extr. de iureiur. Claud. de Seiſell. l. vt vim. lectur. ff. 1. nu. 21. de iuſt. & iur. Anton. Corſet. in tract. de Minimis. nu. 40. Hier. de Zanetin. in different. iuris ciuil. & Canon. differ. 183. Pariſ. d. conſil. 54. num. 33. & ſeq. Roland. à Vall. d. conſil. 27. nu. 13. vol. 3. vbi præter d. c. quemadmodum allegat etiam cap. penult. nouell. 117. vnde deſumta eſt auth. ſed nouo iure. C. de repud. per quam priora iura ſunt correcta, vt teſtatur Accurſ. in §. mitiores. verb. flagellis in Auth. de nupt. collat. 4. Lud. Roman. ſingul. 4. incip. Licet vxorem. Oldendorp. claſſ. 7. act. 12. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 364. nu. 8. & 9. Bernhard. VVurmbſ. in pract. obſeru. tit. 46. de iniur. obſer. 21. latè & copioſè Franc. Marc. deciſ. 762. part. 2. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 210. & ſeq. ff. de lib. agnoſc.* Vltra quos textus & DD. auctoritates, confirmari poteſt idem hac ratiocinatione: Qui poteſt operas exigere, is habet etiam poteſtatem caſtigandi. *l. ſed etſi quemcunq́. 5. §. vlt. ff. ad l. Aquil.* Maritus poteſt ab vxore operas exigere. *l. ſicut. 48. ff. de oper. libert. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* Ergo maritus poteſt vxorem caſtigare: *& hoc argumento vtuntur Signor. de Homod. conſil. 63. incip. Titius calce percuſſit. num. 1. & Chriſtoph. Porc. in tit. de his qui*
24 *ſunt ſui vel al. iur. num. pen.* Atque hæc † vxoris caſtigatio marito adeo incumbit, vt non tantum promiſſum, de non corrigenda vxore, vtpote contra bonos mores factum, nullius ſit momenti, quia daret materiam delinquendi: *l. filius. 15. ff. de condit. inſtit. l. ſi flagitij. 123. ff. de verb. oblig. Rol. à Valle d. conſil. 27. num. 14. & 15. vol. 3.* ſed etiam præſumtio pro marito militet, *vt tradit Menoch. de præſumt. lib. 5. præſumt. 15. & hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe teſtantur omnes cordati viri, vt docet Eman.*
25 *Soarez. in theſaur. commun. opin. lit. M. num. 68.* Quia igitur † ex his

his patet, modicam vxoris caſtigationem marito permiſſam eſſe, & propterea hanc tertiam ampliationem reſtringi debere, ad nimiam mariti ſæuitiam, vt nempe vxor ſi crudeliter à marito tractetur, poſsit aufugere, & nihilominus petere alimenta. *Guid. Pap. d. deciſ. 439. num. 6. ſingul. 534. Æmyl. d. conſil. 151. & per alia ſuperius allegata:* & controuerſia incidere poſsit, quænam ſit nimia ac atrox ſæuitia, vxore dicente ſe à marito atrociter ac crudeliter tractatam fuiſſe, marito autem id negante: ideo ſciendum eſt, huius rei conſiderationem relinqui arbitrio iudicis æſtimandam. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. d. lib. 2. caſ. 139. num. 8. cui addi poteſt Bald. in d. conſil. 176. incip. Cecilia receſſit. num. 2. & 4. vol. 1.* Quod vt non impugno, ita iſti arbitrio, habenas non nimis laxandas eſſe puto: ſiquidem animaduertere licet, iura † noſtra vxori à marito aufugiendi facultatem tum demum concedere, quando vitæ metuit, vt ſi illam ab aliorum iniurijs, non æquè vt fieri par eſt, defendat. *Raph. Cuman. d. conſil. 175. incip. Domina Andreiola. Iac. Æmyl. d. conſil. 3. num. 7.* aut etiam ipſe vulneret. *Anchar. Regien. d. lib. 3. q. 28 nu. 11. vbi Alexandrum conſil. 113. volu. 4. allegat, quo tamen in loco nihil, quod ad hoc propoſitum faciat, inuenio:* at iſtum metum æſtimari oportet non ex viri fortis animo intrepido, ſed ex natura muliebri, *per gl. in c. cum locum. 14. verb. metus. extr. de ſponſal. quam ſingularem & notabilem dicunt. Lud. Roma. ſingul. 229. & Dec. in l. in omnibus. 39. num. 3. ff. de reg. iur.* Similiter ſi maritus † domi concubinam habeat, poteſt vxor ab eo non tantum abire, ſed etiam quamdiu ſcortum fouet, alimenta petere, nec tenetur ad eum redire, niſi caueat de expellendo concubinam: eiuſmodi enim flagitiũ maximè mulieres nuptas, vtpote circa cubile ſtimulatas exaſperat, & præcipuè caſtas, *vt eſt text. in d. §. mitiores. in Auth. de nupt. collat. 4. & in l. conſenſu. 8. in pr. C. de repud. Palat. Rub. in rubr. §. 64. nu. 11. & in c. per veſtras. notab. 3. in pr. nu. 6. extr. de donat. int. vir. & vxor. Phanuc. de Phanuc. in comment. de lucro dot. gl. 14. nu. 6. verſ. in vtroq; enim caſu.* Cum enim mulieri fas ſit, à marito, qui cum alia etiam ſoluta corpus miſcet, dotem penitus auocare, *vt eſt text. in cap. 1. & ibi gl. verb. reciperet. ac Panorm. num. 3. extr. vt*

Y 2 lite

*lite non conteſt. non proced. ad teſt. Raph. Cuman. d. conſil. 175. incip. Domina Andreiola. num. 5. & 6. Marian. Socin. Iun. conſil. 32. incip. Vt præſentis conſultationis vera. q. 1. vol. 2.* multo magis poterit à marito, dotem adhuc retinente, interim alimenta exigere, *arg. c. cui licet. de reg. iur. in 6.* neue maritus delinquendo vxoris innocentis conditionem deteriorem, ſuam verò meliorem faciat, contra receptiſsima iura. Et huius confirmationis occaſione, obiter addi poteſt, diſſentire noſtros Doctores
28 inter ſe, an † maritus, propter cuius ſæuitiam vxor abijt, cogendus ſit, dotem ipſi petenti reſtituere, alijs affirmantibus, alijs negantibus. Affirmatiuam enim ſententiam tuetur Bal. *in l. vlt. num. vlt. C. de ſent. quæ ſine certa quant. profer.* motus ea ratione, quia cum non ſuſtineat onera matrimonij, non debet habere fructus dotis. *l. pater. ff. de dol. except.* & quia dos eſt proprium patrimonium mulieris, ex ea viuere debet *l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. quam Baldi deciſionem ſequitur Thom. Parpal. in l. 2. in pr. nu. 46. Barthol. Socin. nu. 9. in fin. ff. ſolut. matrim. Natta conſil. 547. incip. Vigente bello. nu. 15. Io. Campeſ. de dot. part. 3. q. 14. Io. Borchold. in tract. de gradib. tit. quomod. matrimon. ſoluat. circa fin. mihi pag. 138.* Corraſ. *in l. qui liberos. nu. 225. ff. de rit. nupt.* vltra rationes Baldi, inducit inſuper l. fin. §. 1. C. de repud. qui textus docet, maritum qui vxorem indotatam ſine cauſſa reijcit, compelli quartam partem propriæ ſubſtantiæ ei perſoluere: vnde infert, igitur multo magis tenebitur dotem reſtituere: ratione conſequentiæ hac adducta, quod potentius ius habeat mulier in rebus dotalibus, quàm in bonis mariti. *l. etiam. §. licet. ff. ſolut. matrimon. l. in rebus. 30. C. de iure dot.* præterea dicit iniquum eſſe, maritum ob facinus ſuum, dotem aut dotis fructus conſequi: denique inquit hac ratione mari-
29 tum perdere lucrum dotis, &c. Negatiuam † verò ſententiam contra Baldum, eiuſq; aſſeclas tenent Alex. *in l. 2. in pr. nu. 10. & ſeq. Crot. nu. 38. & ſeq. Rip. nu. 29. & ſeq. ff. ſol. matrim. Caſtrenſ. conſil. 65. incip. Viſo quodam libello porrecto. ſub nu. 3. verſ. Secundo quia non eſt verum. volum. 1. Alex. conſil. 78. incip. Viſo & diligenter ponderato. vol. 5. Petr. Rauenn. ſingul. 320.* Hæc poſterior ſententia, quam ego veriorem puto, probatur primò, quia iſte caſus,

caſus, dotis conſtante adhuc matrimonio reſtituendæ, non reperitur inter eos, qui recenſentur in gl. *d.l. 2.verb.dos debet. ff.ſol. matrim.* nec contrariæ ſententiæ defenſores ex iure eum oſtendere poſſunt: ideo regulam, quod ſoluto demum matrimonio non autem eo adhuc conſtante, dos mulieri ſit reſtituenda. *l.1.verb.perpetua. ff.de iur.dot.tot.tit.ff.ſol. matr.* interim quouſque exceptio probetur, ſequi tutiſsimum eſt. *Dec.l.1.nu. 7.ff. de reg.iur. Schurpf. conſil. 81.nu. 4. cent.1.* Deinde proba-
30 tur, quia hoc caſu, nempe quando † mulier propter ſæuitiam mariti domo abeſt, vxorem maritus tenetur alere, etiamſi fructus dotis huic oneri ſatis non eſſent, imò etiamſi nulla eſſet dos. *Cynus in l.quod in vxorem. C.de negoc.geſt.* ergo econtra ſi fructusdotis excedant alimenta, debet apud maritum reſiduum remanere, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. *l. fin. in pr: ff.de leg. 3.quam rationem Io.Crotus d.l.2.in pr. nu. 39. ff. ſolut. matrimon. adducit ex Paulo de Caſtr. conſil. 392. incip. Viſo libello*
31 *porrecto.quod in recentiſſima editione eſt conſil.65. vol.1.* Sed † ad vlteriorem confirmationem primæ rationis, in qua plus roboris, quam in hac altera, eſſe puto, ſupereſt, vt oſtendam ex legibus & rationibus, pro affirmatiua opinione ſupra adductis, exceptionem à regula neutiquam probari. Quod enim primo Bald. *in d. l.fin.num.vlt.* tanquam indubitatum aſſumit, maritum in hoc caſu onera matrimonij non ſuſtinere, id nego: partim quia antea probatum eſt, à marito vxorem alendam: partim quia ipſemet Baldus *in conſil. 53. incip. Quædam domina Richabella.num.1. & 2.vol.5.* fatetur maritum, qui vxorem etiam alibi commorantem nutrit, onera ferre: atque ita hoc argumentum retorqueo contra Baldum eiuſque ſectatores: Maritus, à quo propter eius ſæuitiam vxor aufugit, ſuſtinet onera matrimonij. Ergo debet habere fructus dotis. *per d. l. pater.ff.de doli except.* Vnde & illud efficitur quod ex iſta dote tanquam ſuo proprio patrimonio *d. l.3.§.ſed vtrum ff. de minor.* mulier hac ratione viuat. Ad Corraſij argumentum *ex d.l.fin.§. 1.C. de repud.* petitum reſpondeo, d. l. fin. loqui de eo caſu, quo maritus vxorem animo repudij, & ſic matrimonij diſſoluendi cauſſa, à ſe dimittit, id quod non tantum verba iſtius legis,

ſed & rubrica indicat: in qua facti ſpecie, cum hic non verſemur, vt ex præcedentibus patet, conſequens eſt, vt huc nulla ratione accommodari iſte textus queat, *per ea quæ tradit Nic. Euerh. in Topic. loc. 80. A ceſſat. ration.* Sic quod Corraſius putat, iniquum eſſe maritum ob facinus ſuum dotem aut dotis fructus conſequi: id concedo quidem *per l. verum eſt. 63. §. tempus verſ. nec enim æquum eſt. ff. pro ſoc. c. intelleximus. 7. in fin. ext. de iudic. & alia ſimilia vulgatiſſima iura:* at nego, in noſtro caſu fructus dotis marito deberi ob iſtam eiectionem vxoris, vt præſupponere videtur Corraſius: ſed quia tenetur matrimonij onera ferre, vt aliquoties iam dictum eſt, cum propter ſæuitiam mariti matrimonium hodie non diſſoluatur, *vt latè tractant Io. Schneid. in tit. Inſtit. de nupt. part. 4. num. 14. cum ſeqq. Ioach. Beuſt. de matrim. cap. 9. & 10. & Fr. Marc. deciſ. 738. part. 2.* & ſic in iſto argumento committitur fallacia ſecundum non cauſſam vt cauſſam. Quod denique Corraſius *d. l. qui liberos. num. 226.* obijcit, maritum eadem de cauſſa perdere lucrum dotis, delatum ex pacto aut ſtatuto, *per l. vn. §. ſed ſcimus hoc etiam. & ibi Bald. num. 1. C. de latin. libert. toll.* id ſimiliter refellitur ex diuerſitate, qua iſte textus, & quæ ibi Baldus notat, diſtant à noſtro præſenti caſu. Cum enim hic agamus de eo marito, qui quidem ſæuitia ſua cauſſam vxori, vt aliò habitatum iret, dedit, interim tamen nihilominus eam alit: ſed d. §. ſed ſcimus. loquatur de eo in quo vtrumque concurrit, tam ex domo eiectio, quam rerum ad huius vitę ſuſtentationem neceſſariarum, denegatio: ſequitur, vt inde tanquam ex diſparatis, nihil firmi inferatur. *vulg. l. vlt. ff. de calumniat.* Argumentum quod pro Baldi opinione Barth. Socin. *in d. l. 2. in pr. num. 9. circa finem,* à marito excommunicato adducit, quia ei reſpondet Ripa *ibid. num. 30.* ego breuitatis cauſſa ſilentio prætereo.
32 Quibus obiectionibus ita † pro mea tenuitate remotis, obiter hoc addere viſum fuit, Alexandro iniuriam fieri à Thom. Parpal. *in d. l. 2. in pr. num. 46. ff. ſol. matrim.* ſcribente, Alexandrum *in d. conſil. 78. volu. 5.* pro Baldo conſuluiſſe, quod falſum eſſe cuilibet iſtud conſilium legenti apparet: nec obeſt quod pro ratione dubitandi, in exordio, vt plerunque fieri ſolet,
Baldum

Baldum *in d. l. vlt. C.de ſent. quæ ſine cert. quant. prof.* adducit, cum poſtea *ſub num. 6.* aperte & manifeſte à Baldi opinione diſcedat. Illud non negarim iſtam deciſionem Baldi allegari ab Alex. *in l. ſi cum dotem. 23. §. transgrediamur. ſub num. 9. ff. ſol. matr.* ſed id fit quaſi in tranſcurſu, quod magni non eſt æſtimandum, *per ea quæ ſcribit Alciat. lib. 4. parerg. cap. 17.* Ex quibus omnibus, vt mediocriter elucet, quandonam vxor crudeliter à marito tractata dicatur, vt abiens nihilominus à marito a-
33 limenta exigere poſsit: ita viciſsim † & hoc obſeruandum eſt, ſi vxor aliquid coërcione dignum committens, & à marito caſtigata aufugiat, tum alimentorum petendorum facultatem non habet: ratio eſt, quia cum hæc tertia ampliatio ita ſolummodo procedat, quando vxor aufugit mariti culpa, & is, qui iure ſuo vtitur, culpam admiſiſſe perhiberi non poſsit. *l. nullus. 56. ff. de reg. iur.* ideo mulieri quæ ob meritam noxiam vapulauit, ſi aufugiat, aut à marito eiecta eſt, non debentur alimenta. Exempli cauſſa, ſi maritus ob dotem ſibi promiſſam quidem, ſed non ſolutam, vxorem eijciat, eum, ad alimenta mulieri eiectæ danda, obſtrictum eſſe non puto, cum ipſi hoc liceat, *vt ſ. hoc capite num. 5. cum ſeq. dictum fuit: quam opinionem etiam tenent Salic. in d. l. quod in vxorem 13. num. vlt. C. de negoc. geſt. Angel. Aret. §. fuerat. num. 27. Inſtit. de action. Celſ. Hugo in addit. ad Bald. in d. l. quod in vxorem. 13. ſub num. 2. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. penult. num. 32. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 23. verb. Deniers mariage. num. 14. verſ. Quinta concluſio mulier.*

34 Quartò ampliatur huius † capitis thema principale, vt ſi maritus in fugam ſe conijciat, vxor ex reſiduis viri bonis ſit alenda: ratio poteſt ex priore ampliatione repeti, quia quamdiu deſerta, ad diuortium non agit, & ſententia definitiua fertur, matrimonium interim adhuc durat, *vt conſtat ex ijs, quæ tradunt Schneid. in tit. de nupt. part. 4. num. 37. cum mult. ſeqq. & Ioac. à Beuſt. in tract. de matrimon. cap. 26. cum ſeqq.* per mulierem vero non ſtat, quo minus marito officia matrimonialia præſtet, ergo &c. *l. Labeo. 50. ff. de contr. emt. l. in omnibus. 39. ff. de reg. iur. & in terminis ita decidunt Caualc. in tract. de tutor. & curat.*

*num. 331. Henric. Rauchdorn. part. 3. proceſſus criminal. cap. 35. & bene facit* die peinliche Halßgerichtßordnung *cap. 206. in fin.* Cuius ampliationis eo libentius memini, cum in præceptoris & ſoceri mei perpetuo mihi honorandi D. Matthæi VVeſenbecij aduerſarijs inueniam, inter Doctores Facultatis iuridicæ, in Academia Ienenſi, cum ad eos quæſtio huc pertinens deferretur, primò inuicem diſſenſiſſe. Maritus enim, qui rem cum ancilla habuerat, clam aufugerat, melioribus ſuis reculis ſecum ablatis: & poſtea ex fuga ad fratres ſuos ſcribens, dederat ijs inter ſe domunculæ relictæ diuidendæ poteſtatē. Cuius epiſtolæ prætextu, cum fratres domum ſibi vendicarent, vxor autem deſerta ad ipſum dotem intuliſſet, & alij debitum, quo aufugiens ipſis obſtrictus remanſerat, etiam peterent: quæſitum fuit, primo an non vxor & cæteri creditores fratribus ſint præferendi: deinde ijs abſolutis, cum reſiduo, ſi quod futurum eſſet, quidnam agendum. Et quemadmodum in priore quæſtione omnium congruerunt ſententiæ: ita in poſteriore aliqui putarunt, de reſiduo ſubminiſtranda eſſe vxori deſertæ alimenta: aliquibus vero placuit, retineri formam pronunciandi poſt ſolutum matrimonium vſitatam, videlicet vt mulieri de reſiduo aſsignetur quarta pars. Sed tandem re diligentius conſiderata, conſenſerunt, vt vxor de reſiduo aleretur, cum illa partem quartam mulieri aſſignandi conſuetudo, vſurpetur regulariter, quando agitur de hæreditate mariti: quæ ibi nulla erat, cum maritus adhuc tum temporis viueret. Quod vt melius intelligatur viſum fuit iſtā ſententiam vt concepta fuit Anno 1569. menſe Martio à verbo ad verbum huc adſcribere. Hat ewer Mann ſeine Magd geſchwengert / ſich auffgemacht vnd in ewrem abweſen alles was er mit zweyen Pferden fortbringen können / mitgenommen / hernach wiederumb zu rück geſchrieben / das ſeine Brüder das hinterlaſſene Heußlein vnter ſich theilen ſolten / Ob nun wol ſeine Brüder ſich deſſen anmaſſen / vnd von tage zu tage mehr gleubiger ſich finden / Dennoch aber werden euch ewere eingebrachte drittehalbhundert ſchock / ſo fern jhr dieſelbige genugſam liquidiren vnd beſcheinen würdet / vor allen andern gleubigern / billich vorgnüget /

gnůget/vnd ſeind erwehnte ewres Mannes Brůder / am hauſe nichts berechtiget / Sondern wenn etwas nach abgelegten ſchulden vbrig / dauon werdet jhr billich vnterhalten V. R. W.

35 His vlterius, tanquam huius quartæ ampliationis extenſio, addi poteſt, quod ſi † maritus vxori ſuæ dotalitium conſtituat & poſtea paupertate coactus, illud clam vxore vendat, & denique penitus aufugiat, licet mulieri, viuente marito, petendi dotalitij ius regulariter non competat: tamen in eiuſmodi caſu, dotalitium mulier à quocunque poſſeſſore repetere poteſt, *vt tradit gloſſa in vtranq; partem hanc quæſtionem verſans artic. 31.* Lehenrecht. §. Nota. Der dritte Vortheil/den die Frawen haben.

36 Quintò † ampliatur, vt etiamſi maritus ſit in banno, vel excommunicatus, nihilominus ex ipſius bonis vxor ali debeat. *Specul. in tit. de dot. poſt diuort. reſtit. §. formatis. num. 20. per l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. in fin. ff. ſolut. matrimon.*

37 Sextò † ampliatur, vt maritus etiam vxori de adulterio accuſatæ, alimenta præſtare teneatur, *ita per l. ſi neget. 7. ff. de lib. agnoſc. l. filius. 9. ff. de iur. delib. l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legat. tenent Hoſtienſ. in ſumm. de accuſat. §. quis poſſit accuſare. verſ. Quid ergo ſi contingat matrimonium accuſari. Specul. in tit. de inquiſition. §. vltimo. num. 2. Alberic. de Roſat. in l. fin. num. 2. C. de ordin. cognit. quos ſequuntur Panorm. in c. ex parte. 11. num. vlt. Felin. num. 4. verſ. adde quod iſte textus. extr. de accuſat. Boër. deciſ. 325. circa fin. Io. Cephal. conſil. 714. incip. Bartholomeus in iudicio contendit. num. 6. vol. 5. Stephan. Aufrer. in addit. ad Capellam Tholoſan. deciſ. 88, nu. 3. Cornel. Benincaſ. de priuil. paupert. q. 2. ſpecial. 2. nu. 5. Io. Garſ. de expenſ. c. 13. nu. 51. Cord. de Lar in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. nu. 64. ff. de lib. agnoſc. eandemq; ſententiam per d. c. ex parte. 11. ext. de accuſ. adſtruunt Palat. Rub. in c. per veſtras. in pr. §. 39. nu. 5. ext. de don. inter vir. & vxor. Matth. de Afflict. deciſ. 10. incip. Vxor Domini. nu. 2. deciſ. 152. incip. Fuit dubitatum. num. 2. Io. Garſ. d. cap. 13. nu. 51. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 13. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 46. nu. 4. Io. Cephal. conſil. 127. incip. Proponitur Guilielmum. num. 6. vol. 1. Menoch. de præſumt. lib. 1. q. 35. num. 18. Si-*

*mon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpretat. 2. dubit. 2.*
38 *num. 17.* Cæterum hæc ampliatio † ita declaranda eſt, vt procedat, ſi, num adulterio vxor ſe inquinarit nec ne, adhuc ſub iudice lis ſit; *quemadmodum Venetijs deciſum fuiſſe teſtatur Thom. Treniſian. lib. 2. deciſ. 16.* adeo quidem vt maritus, ſi ob ſuſpicionem adulterij, neque rei euidentia notorij, neque lata ſententia manifeſtati, eam à ſe expellat, interim lite pendente ipſi alimenta dare neceſſe habeat, *ita argumento l. poſt contractum. 15. ff. de donat. c. ſignificaſti. 4. extr. de adult. docet Feder. Senenſ. conſil. 176. incip. Domino Conrado. quod refert & ſequitur Fr. Marc. deciſ. 514. num. 28. part. 1. & per l. ſi maritus. 10. cum ibi notat per Bald. num. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. eandem ſententiam tenet Caſell. Cotta in memoral. verb. Vxor ſuſpecta. Caballin. milleloq. 688. quod totum, auctore tamen non indicato, prout ſolet, deſcripſit ex Petr. Rebuff. ad conſtitut. Reg. tract. de ſentent. præiudicial. ſeu proviſional. artic. 3. gl. 1. num. 17. idemq́ ſentit Auguſt. de Arimin. in addit. ad Angel. Aret. tract. de Malefic. verb. che hai adulterato la mia donna. num. 26. adducens pro confirmatione Oldrad. conſil. 168. quo tamen in loco hac de re ego nihil inuenio:* & ſic vxorem adulterij accuſatam nondum tamen conuictam à marito interim ali debere, in eo OMNES videntur conuenire, *vt dicit Caſar de*
39 *Vrſil. in addit. ad Matth. de Afflict. deciſ. 10. num. 6.* At ſi † adulterij condemnata fuerit, hoc onere eam alendi, maritus liberatur, *ita per gl. l. fideicommiſſum. 27. C. de fideicommiſſ. ſentit Bald. in c. ex parte. extr. de conſuetud. quem refert & ſequitur Palat. Rub. in repet. Rubr. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num 9. cum ſeq. & §. 78. num. 7.* Quia verò iſta gl. qua Baldus nititur nihil ad rem facit, vt etiam animaduertit Io. Garſ. *de Expenſ. d. c. 13. num. 56.* ideo præterea confirmari poteſt hæc deciſio *arg. cap. veritatis. 8. ext. de dol. & contum. quem textum ad hoc propoſitum rectè adducit idem Bald. conſil. 176. incip. Cecilia receſſit à Fran-*
40 *ciſco. nu. 4. vol. 1.* Idem eſt, ſi mulier † pendente lite conſcientiæ ſtimulis adacta, fugæ ſe dederit, ſiquidem nec tum à marito alenda eſt, *per gl. in d. cap. ſignificaſti. 4. Palat. Rub. d. §. 64. num. 8. & 9. Iac. Phil. Port. conſil. 160. incip. In negocio alimentorum. num. 2. vbi hanc ſententiam COMMVNEM aſſerit.* Et hoc verum

eſt, ſi

41 eſt, ſi † criminaliter fuerit actum, ſecus ſi maritus tantummodo thori ſeparationem, ciuiliter agendo petierit: tum enim ipſi adhuc alimenta præſtare debet, ita eſt COMMVNIS opinio, *vt dicit Clar. lib. 5. ſententiar. §. adulterium. num. 17. & Hippol. Bonacoſſ. in commun. opin. criminal. lit. A. verſ. Adultera nihilominus.* Nam quia hoc caſu maritus dotem lucratur. *l. miles. 11. §. ſocer. ff. ad l. Iul. de adult. c. plerunq. 4. extr. de donat. inter vir. & vxor.* æquitatis ratio poſtulat, vt ad eundem maritum alimentorum onus redundet. *c. qui ſentit. 55. de reg. iur. in 6.*

42 Quod ſi † ob adulterij crimen mulier in monaſterium detrudatur, etſi iuris ciuilis diſpoſitio à iure Canonico diſcrepare videatur, *vt apparet partim ex §. adulteram verò. verſ. octo vero vncias dari monaſterio, &c. in Authent. vt nulli iudic. lic. hab. loc. ſeruat. collat. 9. partim ex Archidiac. in c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. ſub num. 2. dicente, bona eius, qui quæue non ſpontanea voluntate, aut religionis amore monaſterium ingreditur, ſed ob delictum patratum eò detruditur, ad legitimos hæredes tranſire, & monaſterio id ſolummodo inde deberi, quod ad alimenta ſatis ſit, per c. de Lapſis. 16. quæſt. 6.* tamen in eo concordant, mulieri, etiam adulteræ, ex ſuis bonis ſiue dotalibus ſiue paraphernalibus, alimenta deberi, *vt ex iſtis iuribus animaduertit Ludou. Roman. in l. Lucius Titius. 38. num. 20. & ſeq. ff. ſol. matr. quem ſequitur Bapt. Pontan. de aliment. cap. 14. num. vlt.* Cum quibus non difficulter concordari poſſunt ea, quæ tradunt Palat. Rub. *in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 7. cum ſeq. Iacob. Machell. in patrocin. 47. num. 11. & Amon. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num. 81.* dicentes, vxoris, in perpetuum carcerem detruſæ, alendæ neceſsitatem marito non incumbere, *per c. audientiam. 15. extr. de cleric. non reſid. & c. vn. eod. tit. in 6.* Quia enim iſti textus de impenſis, ob ſeruitia ab eo cui inſeruitur, debitis loquuntur: cuilibet manifeſtum fit, propterea id, quod de alimentis, ex dote vel alijs bonis mulieris incarceratæ, præſtandis allatum fuit, neutiquam euerti: cum vbi diuerſa eſt ratio, diuerſum ius ſtatui oporteat. *l. fin. ff. de calumn. l. etſi. 35. in fin. ff. de vulg. &*

43 *pupill. ſubſtit.* Quando † verò non de adulterio inter maritum & vxorem lis vertitur, ſed vel de conſanguinitatis impedimento,

vel

vel aliqua alia re diſceptatur, tum maritus pendente lite vxorem alere tenetur. *c. olim. 26. §. prædictis. extr. de accuſat. Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 24. Mynſing. obſeru. 21. nu. 2. & 5. Centur. 6. Hier. Gig. in ſing. 63.* ſi modo ſit in quaſi poſſeſsione coniugij vel ſtatus maritalis: non tantum quia nemo ſua poſſeſsione vel quaſi, ſine iuris cognitione eſt ſpoliandus: *c. conquerente. 7. & c. ſeq. ext. de reſtit. ſpoliat.* licet iſta poſſeſsio vel quaſi, primo aſpectu iniuſta videatur: *text. eſt in c. licet. 28. de præbend. in 6. Iaſ. in l. ſi pacto. 14. num. 9. C. de pact.* ſed etiam quia in dubio negare alimenta, eſſet tollere legitimam defenſionem: cuius derogatio, non poteſt eſſe non iniuſta: cum ſit iuris naturalis. *l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. fecіſ. dic. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. num. 76. & ſeq.* Quæ rationes quas ad Monachum cum Abbate ſuo litigantem accommodat Bellamer. *deciſ. 88. incip. Abbas qui ſolet.* cum æquè in vxore procedant: non immerito ad eam accommodari poſſunt. *Bapt. Pontan. de aliment. d. c. 14. nu. vlt.* Quod ſi in prima inſtantia fuerit pronunciatum pro muliere, & maritus appellauerit, multò magis interim appellans, mulierem alere debebit, *per l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam. Petr. Rebuff. in commentar. ad conſtit. Reg. tom. 1. tit. de ſentent. prouiſional. artic. 3. gl. 1. num. 29. quem locum, pro more ſuo auctorem non allegans, ſibi aſſcripſit Caballin. milleloq. 690.*

44 Septimò ampliatur, vt vxor † licet alimentis à marito ſibi debitis renunciarit, nihilominus tamen ad inopiam redacta queat ea petere. Et quamuis inferius *in lib. 2.* nonnihil de renunciatione alimentorum dicendum erit: quia tamen ibi potiſsimum agetur, quatenus liceat alimentis filijs & parentibus ex iure naturæ debitis renunciare, ideo iſtam ampliationem huc inſerere libuit: probaturque ex eo, quod iſta nutritio vxoris ſit ſequela matrimonij. *Bald. in c. iurauit. col. 2. de probat. Iaſ. in l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. nu. 7. ff. de condict. cauſ. dat. Dec. l. de alimentis. 8. num. 6. in fin. C. de tranſact. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 9. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 139. ff. de liber. agnoſc.* Quemadmodum autem de iure diuino & Canonico, matrimonium

mutuo

mutuo conſenſu diſſoluere non licet: cum quos Deus coniunxit, homo ſeparare non poſsit: *Dec. & Cagnol. in l. nihil tam naturale, 35. num. 8. ff. de reg. iur.* ita nec fas erit, renunciare parti iſtius coniunctionis. *l. quæ de tota. 77. ff. de rei vindic.* Accedit præterea quod hæc renunciatio mortem inducere videatur *l. necare. 4. ff. de lib. agnoſc.* Si diceret aliquis, hæc non conuenire ijs, quæ paulo ante ex communi Doctorum opinione, de vxore ob dotem promiſſam & non ſolutam à marito expellenda, dicta ſunt: ei reſpondeo, neutram harum rationum à ſupra dictis diſſentire. Hic enim loquimur de eius mulieris renunciatione, quæ maritalia officia marito præſtans ad extremam inopiam redacta eſt, ita vt non habeat de quo viuat: ibi verò agebamus de muliere locuplete, cui ſupereſt, de quo marito dotem conſtituat aut ſe alat: cumque in illam ambæ iſtæ rationes aptiſsime congruant, vt nimirum maritus inopem vxorem non alens, eam à ſe ſegregare videatur, & quod plus eſt necare: at de locuplete idem perhiberi nequeat, conſequens eſt, vt ſuperius dicta hanc ampliationem non euertant.
45 Similiter nec ad rem pertinet, quod pactum † vt vxor ſemet alat iure admittitur: *Eſaia cap. 3. verſ. vlt. l. ſi conuenerit. 4. in fin. ff. de pact. dotal.* cum eiuſmodi pactum regulariter ſubſiſtat, quando mulier fructus dotis lucratur *Vital. de Camban. in d. tract. Clauſul. cap. pen. num. 117. & ſeqq. Petr. Rauenn. in Alphab. aur. verſ. pactum licet valeat.* idque propter compenſationem, qua maritus vxoris alendæ onere liberatur, contra verò mulier fructus dotis adipiſcitur, & ex ijs ſe ſuosq; alit: *text. eſt in l. ſi quis pro vxore 21. §. vlt. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ludou. Roman. l. de diuiſione. 5. num. 14. 15. ff. ſolut. matrim. Camill. Viſitar. in rubr. ff. eod. num. 71.* imo propter hanc cauſſam, etiam conſtante adhuc matrimonio, dos reddi poteſt *l. mutus. 73. §. manente. ff. de iure dot. Iaſ. l. 2. in pr. num. 13. ff. ſolut. matrim. Marc. Socin. conſil. 139. incip. Deſideraſſem hanc conſultationem. num. 3. & 4. vol. 2.* In ſumma, cum mulieri huiuſmodi pacto alimenta non denegentur, ſed potius maritus adminiſtrationis labore ſolummodo ſubleuetur: *Lud. Roman. d. l. de diuiſione. nu. 15.* ideo nec iſto pacto hæc ampliatio labefactatur.

Octa-

46 Octauò ampliatur, vt maritus † non tantum teneatur alere ipſam vxorem, ſed etiam, ſi dignitas ipſius exigat, famulas. *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. una cum ſua familia. ff. ſol. matrim. l. pen. uerſ. aut ſeruos paternos. ff. de in rem verſ. l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legat. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 25. ff. de lib. agnoſc.*

47 Nonò ampliatur, vt etiam † horum alimentorum nomine, vxor bona mariti obligata habeat. Etſi enim non tantum *Albert. Galeottus in Margarit. cap. 29. num. 9. Speculat. de dot. poſt diuert. reſtit. §. formatis. num. 15. (quem ſimpliciter refert Alberic. de Roſat. in l. quod ſi nulla. 28. num. 2. ff. de relig. & ſumtib. fun. Ant. de Butr. in c. ex literis. num. 18. ext. de diuort.) Bart. de aliment. num. 50. Guid. Pap. conſil. 127. incip. De hoc anno. num. 1. verſ. Dicit etiam Bartolus.* hanc quæſtionem mouent, & pro vtraque parte allegant, nihil autem decidunt: ſed etiam multi non contemnendæ auctoritatis Doctores contrariam opinionem, nempe mariti bona pro alimentis vxori præſtandis hypothecata non eſſe, vt veram defendunt, *Ludou. Roman. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 26. ff. ſolut. matrim. quem à verbo ad verbum refert & ſequitur Phil. Prob. in tr. de iur. Regal. queſt. 39. num. 4. & 5. Panorm. conſil. 43. incip. Ex omnibus per partem narratis. num. vlt. vol. 2. vbi ad hoc allegat Bart. in l. Lucius 12. nu. vlt. ff. de alim. & cibar. legat. Camill. Viſitar. l. 1. nu. 104. ff. ſol. matr. Alciat. conſil. 37. incip. Difficultatem modicam. nu. 4. lib. 8. imo COMMVNEM aſſerunt Ludouic. Roman. d. §. ſi maritus. nu. 26. & conſil. 454. incip. In repræſenti quatuor. num. 28. quem ſequuntur Matth. Gribald. in commun. opin. lit. A. §. alimenta. Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. M. num. 73. Ant. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concl. 2. num. 1.* tamen opinio-

48 nem † affirmatiuam tenent *Iacob. de Aren. in l. vn. §. & vt plenius. num. 1. C. de rei vx. act. Bart. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. num. 7. Raph. Cuman. num. 3. Alex. num. 11. ff. ſolut. matrim. Bald. in d. §. & vt plenius. in pr. & conſil. 268. incip. Super primo puncto num. 3. vol. 5. Caſtr. conſil. 40. incip. Ad primum reſpondetur. num. 10. cum ſeqq. & conſil. 53. incip. An bona mariti. volum. 3. Alex. conſ. 56. incip. In præſenti. nu. 7. vol. 4. Matth. de Afflict. deciſ. 10. num.*

*num.3. Bart. Socin. conſil. 41. incip. In præſenti conſultatione. nu. 13. volu. 4. Ang. Aret. §. fuerat. num. 28. Iaſ. num. 42. Schneidevv. nu. 40. Inſtit. de act. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuil. dot. num. 149. Thom. Grammatic. conſil. criminal. 52. incip. In cauſſa nobilis mulieris. num. 5. Hippol. de Marſil. in tract. de Bannit. verb. Bona. num. 58. Io. Mar. Riminald. conſil. 184. incip. Viſo themate & dubijs. num. 53. cum ſeq. vol. 1. Natt. conſil. 547. incip. Vigente bello. num. 12. Campeſ. de dot. part. 2. q. 63 Neguſ. in tract. de pignor. membr. 4. ſecunda part. princip. num. 47. & ſeqq. Petr. Anton. Anguſol. conſil. 4. incip. Etſi textus. num. 2. lib. 3. Io. Guter. de contract. iurat. cap. 46. num. 5. præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. conſil. 50. num. 23. Vit. de Cambau. d. tract. Clauſul. cap. pen. nu. 83. Plot. conſil. 30. incip. Extat decretum. num. 86. vol. 1. quod habetur etiam inter variorum Doctorum conſilia criminalia, conſil. 130. vol. 1. Nic. Moron. de fid. treug. & pac. part. 1. quæſt. 21 num. 5. in fin. Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 38. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 14. nu. 6. & hanc poſteriorem ſententiam* VERIOREM & COMMVNEM *eſſe teſtatur Fr. Burſat. conſil. 120. incip. In cauſſa magnificæ dominæ. nu. 38. imò* MAGIS COMMVNEM. *Rip. in l. priuilegia. num. 15. ff. de priuil. credit. & quod plus eſt Paul. de Caſtr. in d. §. ſin autem in ſeuiſſimo. num. 3. ait, ſe pro hac parte, in quadam quæſtione tres conformes ſententias obtinuiſſe: ac Mynſing. obſ. 64. cent. 1. tradit in Camera Imperiali ſecundum hanc*
49 *fuiſſe iudicatum.* Ab hac igitur ſententia † vt non diſcedam, mouent me, non tantum auctoritates iam adductæ, inter quas præcipuum locum obtinet, illuſtre illud Cameræ Imperialis iudicium, præſertim cum in iudicando id firmiter tenendum ſit, quod ab alijs in eodem controuerſiarum genere ſeruatum videmus, *vt monet Imper. in l. an in totum. 3. C. de ædific. priuat. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. & probat. l. 1. §. impuberi autem. verſ. & alias ſolet hoc in vſu obſeruari. ff. de SC. Silan. l. Labeo. 21. verſ. morem agentium ſequi debemus ff. de ſtat. lib. l. filius. 14. in pr. verſ. ſic enim inueni ſenatum cenſuiſſe. ff. ad l. Cornel. de falſ.* ſed etiam ſuadent rationes, quibus hæc communis opinio fulcitur. Vtuntur enim Doctores ſuperius allegati, primò hac ratiocinatione: Res quæ ſunt obligatæ pro ſorte principali, eæ obli-

obligatæ quoque ſunt pro acceſsionibus. *l. Lucius. 18. ff. qui pot. in pign. hab.* Sed bona mariti ſunt obligata pro dote. *l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de act.* Ergo bona mariti ſunt quoque obligata pro acceſsionibus dotis: inter quas quia aliméta recenſentur ſequitur, per conſequens, quod etiam pro ijs bona mariti obligata ſint. Inueniuntur quidem nonnulli, qui cenſent alimenta eſſe potius matrimonij quam dotis acceſsiones, propterea quod vulgo alimenta onera matrimonij perhibeantur, *vt innuit Ripa in d. l. priuilegia. num. 12,* ſed alimenta veriſsime acceſsiones dotis dici, apertè colligitur *ex l. vbi. 29. verſ. ſed fructibus earum ad ſuſtentationem. C. de iur. dot. l. aſſiduis. 12. verſ. non de dote mulieris, quam ad ſuos victus, ſuasq́ alimonias, &c. C. qui pot. in pign. hab. l. ſi conuenerit. 4. in fin. l. ſi pater. 12. §. ex pactis. ff. de pact. dotal.* Deinde hæc poſterior communis opinio confirmatur etiam hoc argumento: Actioni dotis indulta eſt hypotheca *d. l. vn. §. & vt plenius. verſ. ita & in huiuſmodi actione damus ex vtroq; latere hypothecam, &c. vbi Alber. de Roſat. num. 8. C. de rei vxor. act.* Sed alimenta illa vel fructus dotis, quando maritus non aluit vxorem, petuntur actione dotis. Ergo iſtiuſmodi alimentis vel fructibus indulta eſt hypotheca. Minor probatur, cum quia dotis actio eſt vniuerſalis, de cuius natura eſt, vt acceſsionib. augeatur, *Iaſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 28. & ſeqq.* tum quia ſpecialiter iure cautum eſt, vt fructus dotis, marito onera matrimonij non ſuſtinente, dotem augeant, eiue accreſcant. *l. ſi ante nuptias. 6. in fin. ff. ſolut. matrim.* & conſequenter in actionem dotis veniant, *text. eſt apertus in l. ſi marito. 31. §. fin. ff. d. tit. & Ant. Gabr. Roman. d. concluſ. 2. num. 5.* Præterea ad communis opinionis confirmationem adduci quoque poteſt illud, quod Nic. Moron. *in tract. de fid. treug. & pac. part. 1. q. 21.* ſcribit, pro omnibus alimentis bona eſſe hypothecata.

50 Ex his † ſequitur, reſtrictionem, quam nonnulli huic communi opinioni adhibent, veram non eſſe, dicentes, mulierem habere ſaltem hypothecata bona mariti, propter alimenta conſtante matrimonio debita, ſecus poſt ſolutum matrimonium: quia hæredes ſoluto matrimonio, non tenentur vxorem defuncti alere, *ita ar-*

*ita arguit Spec. d. tit. de dot. poſt diuort. reſtit. §. formatis. nu. 15. quem poſtea alij ſequuntur, vt Paul. Caſtrenſ. d. conſil. 40. incip. Ad primum reſpondetur. num. 11. & conſil. 53. incip. An bona mariti. num. 2. volu. 3. Panorm. d. conſil. 43. incip. Ex omnibus. in fin. vol. 2. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 7. conſil. 4. Ant. Gabriel. Rom. d. concluſ. 2. num. 3. Brunor. à Sol. in quæſtionib. legalib. q. 46. num. 5.* Cum enim fructus percepti, etiam conſtante matrimonio, quando maritus non alit vxorem, dotem augeant, vt paulo ante dictum eſt, hæredes autem mariti non teneantur alere vxorem ſuperſtitem, ideo neceſſario ſequitur, vt etiam defuncto marito, æquè ac ipſo viuo, fructus dotem augeant, & per conſequens pro ijs non minus ac pro ipſa dote, hypotheca mulieri competat, *prout latius hac probat Negus. de pignor. membr. 4. ſecundæ part. princ. num. 47. & ſeqq. Ripa d. l. priuilegia. num. 12. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bartol. l. in inſulam. §. vſuras. num. 6. ff. ſolut. matrimon.* Neque obſtat illa ratio, quod hæredes non teneantur alere vxorem, quia nomine alimentorum, poſt ſolutum matrimonium nihil aliud, quàm fructus intelliguntur: quos certe hæredibus moram in dote reſtituenda committentibus addicere, eſſet iniquiſsimum, cum alioqui de ſua malitia commodum reportarent. *c. intelleximus. 7. in fin. ext. de iudic.*

51 Reſtat nunc † vt argumenta eorum, qui putarunt, mulieri alimentorum ratione nullo modo hypothecam in bonis mariti competere, conſideremus. Primò autem *vt teſtatur Iac. de Aren. d. l. vn. §. & vt plenius. in pr. C. de rei vx. act. Bart. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſeuiſſimo. num. 7. ff. ſol. matrim. & in l. Lucius. 12. num. 4. ff. de alim. vel cib. legat. Lud. Roman. d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 26. Phil. Prob. de iure Regal. q. 39. num. 4. & 5.* vtuntur hoc argumento: Caſus, in quibus tacita hypotheca competit, à iure ſunt expreſsi. Sed quod bona mariti, pro alimentis vxoris ſint tacite hypothecata, iure non eſt expreſſum. Ergo hoc caſu tacita hypotheca non competit. In hoc argumento neganda eſt minor, *per d. l. Lucius. 18. ff. qui pot. in pign. hab. & præcipuè per d. l. vn. §. & vt plenius.* vbi tacita hypotheca indulgetur actioni de dote: per quam actionem cum dotis fructus, à marito onera matrimonij non ferente

rente perceptos, & propterea dotem augentes, vxor petat: manifeſto inde liquet, de tacita hypotheca, quo adhunc caſum, ſatis expreſſè iure cautum eſſe. Quod deinde Lud.Roman. *in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus.num. 26. & ſeq.* adducit l. aſsiduis. 12. circa fin. C. qui pot. in pign. hab. vbi traditur, tacitam hypothecam tantum doti competere.&c.id facilè dilui poteſt: non tantum ex clem.exiui.§. cum autem natura.de verb. ſignif. vbi dicitur, termini reſtrictiui hanc eſſe naturam, vt ſic excludat ab ipſo extranea, vt cuncta ad ipſum pertinentia concludat, alimenta verò ſunt dotis acceſsiones, vt paulo antè fuit oſtenſum: *qua ratione vtitur Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num.108.* ſed etiam quia iſtius taxatiuæ particulæ, ad hoc propoſitum accommodationi, repugnat ratio textui inſerta. Cum enim Iuſtinianus priuilegium prioritatis tantum ad dotem ſanxerit, non etiam ad ante nuptias donationem: idque ob eam cauſſam, quod non foueat mulieres pro lucro, ſed ne damnum patiantur, ſuisque rebus defraudentur, curet, vt ſunt ipſiſsima verba textus: & verò niſi fructus ſuæ dotis, à marito alere mulierem recuſante, exigere poſſent, damnum paterentur, ſuisq; rebus defraudarentur, id quod ex princ. d. l. aſsiduis. verſ. de dote quam ad ſuos victus ſuasque alimonias mulier poſsidet, &c. apertè ſatis probatur: ideo taxatiua illa particula, contra mentem & intentionem
52 Imperatoris, non recte inducitur. Hæc tamen † ampliatio reſtringenda eſt, vt non procedat in bonis per maritum alij venditis: in his enim hypothecam, alimentorum ratione non habet, neque hoc prætextu contra bonorum, quæ mariti fuerunt, poſſeſſores agere poteſt, *ita ſentit Couarr. in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. in fin. allegans ad hoc Ioannem Gallum in deciſ. Pariſiens. q. 122. vbi tamen ego hac de re nihil inuenio. forſitan voluit allegare quæſt. 215.*

53 His † ampliationibus ſubijciendæ nunc ſunt limitationes, quas huius capitis thema præcipuè patitur: quas quia ſuperius attigi, ideo eas nunc breuiter repetam. Primò igitur limitatur, vt maritus vxorem non teneatur alere, ſi dos ipſi promiſſa non ſoluatur, *ſupra hoc cap. num. 5. cum ſeqq.* Secundò

ſi vxor

ſi vxor ſit diues, & nolit dotem conſtituere, *ſupra nu. 10. & ſeq.* Sic tertiò limitatur, vt non procedat, quando dos per mulierem data euicta fuerit: & mulier adhuc in bonis tantum habeat, de quo aliam poſsit dotem conſtituere: hoc enim niſi faciat, maritus eam alere non tenetur *per ſuperius allegata ſub: d: num. 10. & 11. quibus nunc addo Bald. Nouell. de dot. part. 7. priuil. 42. & Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 63. & ſeq.* Quartò ſi abſq; mariti culpa, ſed vel mera petulantia vel criminis conſcientia, à marito aufugerit, aut aliàs marito obſequia coniugalia præſtare nolit *ſ. hoc cap. nu. 18. & 14.* Quintò limitatur, ſi mulier adulterij, de quo criminaliter accuſabatur, conuicta & condemnata fuerit, *ſ. hoc cap. num. 38. iyſq; quæ ibi pro confirmatione adducta ſunt, addi poteſt Lud. Bologniu. conſil. 23. incip. Maritus quidam habuit. num. 7. verſ. plus dico. Iac. Nouell. in tract. defenſion. cap. 2. num. 46. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à*
54 *liberis. §. ſi quis ex his. num. 75. & ſeqq.* Sextò limitatur, ſi † in caſu inopię maritalis dos extraneo dotanti reſtitueretur: tum enim non maritus, ſed iſte extraneus dotem recipiens vxorem alere atq; ita matrimonij onera portare eſſet obſtrictus: idq; probatur primò hac ratione. Alimenta ex certis bonis præſtanda, dari debent ab eo ad quem bona tranſeunt. ſed mulieri ſunt præſtanda alimenta ex bonis dotalibus. Ergo mulieri debentur alimenta ab eo, ad quem bona dotalia redeunt. Maiorem probo *ex l. 2. ff. de alim. vel cib. legat. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſc.* Minor probatur *per l. pro oneribus. 20. l. vbi. 29. verſic. ad ſuſtentationem tam ſui, &c. C. de iur. dot. l. aſſiduis. 12. verſ. de dote mulieris, quam ad ſuos victus ſuasq; alimonias, &c. C. qui potior. in pign.* Poſtea magis in ſpecie confirmatur hæc limitatio ex textibus volentibus dotem cum oneribus reſtitui. *l. ſi filia. 29. §. hoc amplius. ff. famil. herciſc. l. ſi ſocius pro filia. 81. verſic. quod ſi ſalua. ff. pro ſoc. auth. ſed quamuis. C. de rei vx. act. Ludouic. Roman. l. ſi conſtante. 24. num. 13. ff. ſolut. matrimon.* Tertiò probatur quia inopia mariti dos non perdit officium ſuum, ſed magis fruitur ſuis priuilegijs & effectibus. *d. l. vbi. 29. & d. l. aſſiduus.* Dotis autem officium eſt, vt inſeruiat oneribus matrimonij *l. ſi pater. 76. ff. de iure dot. d. l. pro oneribus d. l.*

55 *vbi. d. l. aſſiduis.* Septimò limitatur huius † capitis thema, vt vxorem inceſtuoſam maritus alere non teneatur. quia reuera neque ille maritus, neque hæc vxor eſt. *§. ſi aduerſus. Inſtit. de Nupt.* deficiente itaque vinculo matrimoniali, tanquam horum alimentorum cauſſa, non immeritò etiam deficit effectus. *c. cum ceſſante. extr. de appellat.* Deinde quia bona eiuſmodi mariti debent confiſcari. *§. 1. in auth. de inceſt. nupt.* Quod ſi illa mulier non habeat de quo viuat, & ſuperſit aliquid marito, tum ex commiſeratione ſolere alimenta ei decerni, tradit Ioach. à Beuſt. *in tract. de matrimon. cap. 61. qui de hac limitatione videndus eſt: cuius opinio bene confirmatur ex ijs quæ tradit Anchar. in c. 1. nu. 1. 2. & 3. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Etſi autem
56 Cordub. de Lar. *in d. §. ſi quis ex his. num. 81.* inter † limitationes recenſet eum caſum, ſi vir iniuſto titulo quæſita poſsideat, allegans Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de pœnitent. & remiſſ. §. quibus & qualiter. mihi num. 61. verſ. quid de rapina. in fin.* & Palat. Rub. *in repet. rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 2.* tamen credo, neque maritum propterea ab hoc onere alendæ vxoris liberari, neque eam limitationem à DD. allegatis confirmari. Nam Hoſtienſ. *d. loco* diſputat, non an maritus propter iniuſtè quæſita vxorem alere non teneatur, ſed an & quando, tam mulier quam maritus, iniuſtè quæſitis ſalua conſcientiâ veſci poſsint: quam quæſtionem, Hoſtienſe tamen non allegato, attingit etiam Io. de Imol. *in clemen. vnic. num. 35. de vſur.* Sed Io. Lup. de Palat. Rub. *in d. loco,* præcipuè tractat, an mulier, marito vel ex lege vel ex pacto ſuccedens, retinere poſsit bona iniuſto titulo à marito comparata. Quarum diſputationum prior, vt potius eſt Theologica, *Thobiæ cap. 2. verſ. 21. & aliquo modo explicatur à Petr. Anch. in cap. peccatum. nu. 25. & 26. de reg. iur. in 6.* ita ambæ ab hac alimentorum tractatione planè ſunt alienæ.

## VIDVAM AN ET QVANDO MARITI DEFVNCTI HÆRES TENEATVR ALERE.

Caput

# Caput XI.

## SVMMARIVM.

1. Thema huius capitis: Vidua ab hæredibus mariti, regulariter non debentur alimenta.
2. Vidua dum iterum non nubit, quatenus videatur in priore matrimonio durare.
3. Declaratur thema principale quatuor limitationibus. num. 41. 55. & 59. in quarum prima conſiderantur quinq; caſus. num 4. 13. 16. 17. & 34.
4. Viduam inopem intra annum luctus dote mobili non reſtituta alere debent hæredes mariti. Ampliatur etiam cuius pater & fratres diuites ſuperſunt. num 6. & licet fructus dotis iſtis alimentis non ſufficiant. num. 7.
5. Vidua habens de quo viuat à mariti hæredibus non alitur.
6. Quæ vidua in hoc caſu cenſeatur inops. & ſub num. 30.
8. Vidua intra annum luctus, iterum nubens ab hæredibus prioris mariti non eſt alenda: & quæ ſine vrgenti cauſa ſeparatim ab hæredibus degit. num. 9.
10. Prægnans, ſiue locuples ſit ſiue inops, ex hæreditate mariti eſt alenda:
11. Si dos extraneo reddi promiſſa ſit, vidua etiam anno luctus non eſt alenda.
12. Viduæ hæredem, hæres mariti non tenetur alere.
13. Hæres dotem in re mobili conſiſtentem intra annum luctus viduæ conſtituens liberat ſe ab eius alendæ onere: ad rationem quæ obſtare videbatur reſponſio num. 14.
15. Interuſurium tamen medij temporis deducit.
16. Anno luctus elapſo mulier dotem mobilem non repetens non alitur à mariti defuncti hæredibus.
17. Poſt annum luctus elapſum ab hæredibus dotem rerum mobilium non reſtituentibus vidua alimenta non poteſt petere neq; vſuras. num. 18.
19. Pignoris pro dote reſtituenda ab hæredibus dati fructus vidua non lucratur: & ne quidem, licet de fructibus percipiendis vel vſuris expreſſe conuentum fuerit. num. 20. declaratur num. 23.
21. Pœnæ ſtipulatio differt ab annua ſtipulatione.
22. Textus in l. vn. §. exactio, C. de rei vx. act. quoad vſuras hodie non habet locum propter ius Canonicum.

24\. *Heres non poteſt grauari in teſtamento, vt vidua ſingulis annis det certam ſummam pecuniæ, donec reſtituatur dos: reſpondetur rationibus contrarijs. num. 25.*

26\. *Statutum certam ſummam ab heredibus moroſis dandam definiens, valet. & nu. 27.*

28\. *Dotis legitimo tempore non reſtitutæ intereſſe, petere poteſt mulier. & num. 34.*

29\. *Duplex eſt intereſſe.*

30\. *Si mulier etiam velit intereſſe damni emergentis petere, quæ requirantur: & quæ ſi petat intereſſe lucri ceſſantis. num. 31.*

32\. *Vt hæres in mora conſtituatur non requiritur litis conteſtatio: diei tamen lapſus ſolus non ſufficit, num. 33.*

35\. *Fructus rei dotalis mulieri poſt moram ſunt reſtituendi: ampliatur vt hæres mariti quando vidua cum qua litigat, ſumptus interim ſuppeditare cogitur, nihil eo nomine poßit detrahere. num. 36. 37.*

38\. *Ponderantur rationes ex quibus videtur ſequi ſumptus viduæ litiganti præſtitos deduci debere. & num. 39.*

40\. *Fructus rei dotalis mobilis, ante moram intra annum luctus ab heredibus mariti percepti, num ſint reſtituendi viduæ.*

41\. *Viduæ nullam dotem habenti ne quidem intra annum luctus debentur alimenta: ſed iure ſucceßionis debetur vel quarta vel virilis pars bonorum num. 42.*

43\. *In qua ſucceßione ex auth. præterea. C. vnde vir & vx. quatuor debent concurrere requiſita.*

44\. *Dos parua viduam ab hac ſucceßione non repellit.*

45\. *Dos autem parua hoc caſu cenſetur, ex qua vidua ſe non poteſt alere: & num. 46.*

47\. *Alimenta à marito legata viduam non repellunt ab hac ſucceßione.*

48\. *Succeßio ex d. auth. præterea. diſtinguenda eſt ab alimentorum perceptione. num. 53. 54.*

*Inopia quæ ad hanc ſuceßionem requiritur, inſpicitur tempore mortis mariti. eod. num. 48.*

49\. *Contrarijs Fabiani de Pepis rationibus reſpondetur & num. 50. 51. & 52.*

55 *Viduæ legari poſſunt alimenta: quo legato facto alimenta intra annum luctus debita ceſſant, num. 56.*

57\. *Mulier cui legatur vel omnium bonorum vſusfructus, vel certæ partis proprietas, nihilominus poteſt repetere dotem.*

58\. *Guidonis Papæ contrarium ſentientis rationi reſpondetur.*

59\. Vi-

59. *Viduæ debentur veſtes lugubres: & reſpondetur rationi contrariæ. numero 60.*
61. *Veſtes an mulier ſoluto matrimonio reſtituere teneatur. & numero 62. 64.*
63. *Quænam veſtes cenſeantur quotidianæ, & quæ pretioſæ.*
65. *Iure Saxonico intra primos triginta dies indiſtinctè debentur viduæ alimenta: & poſtea quouſq; bona illata reſtituantur. nu 66.68.*
67. *Cautela pro mulieribus viduis ante dotis reſtitutionem.*
69. *Viduis nobilium debetur dimidia pars cibariorum domeſticorum vulgo* Mußtheil: *Ac quid horum appellatione veniat & quid non ibid. cum num. ſeqq.*

PROXIMVM nunc eſt, vt de viduarum alimentis agamus:
1 de quibus conſtituendam † arbitror theſin negatiuam, nempe, Viduis alimenta ab hæredibus mariti, regulariter non deberi. *l. curator. 5. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. ſed etſi is. 5. §. an autem. verſ. cum omnium edictis. ff. de Carbon. edict.* quia ſi viduæ deberentur indiſtinctè alimenta, fruſtra introductum eſſet edictum de ventre in poſſeſsionem mittendo. *Alex. l. diuortio. 8. in pr. num. 22. ff. ſol. matrim. eandem theſin amplectuntur Accurſ. in l. vn. §. exactio. verb. reſtituendis. ibiq; Salic. num. 31. C. de rei vx. act. adducentes l. extraneo. 6. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* qui tamen textus, vt mihi videtur, parum ad rem facit, cum loquatur de extraneo poſthumo hærede inſtituto: quod ſi infans conceptus & hæres inſtitutus eſt extraneus teſtatori, id eſt, neque agnatus neque cognatus, *teſte Cuiac. in not. ad Inſtit. §. poſthumo quoq; verb. extraneus. Inſtit. de legat. & ad l. Gallus. 29. in princ. ff. de liber. & poſthum.* ſequitur, vt quemadmodum partus non eſt teſtatoris filius, ita nec mulier prægnans teſtatoris vxor aut vidua, & per conſequens, d. l. extraneo. 6. ad præſens inſtitutum de viduarum alimentis nihil pertinet. Deinde confirmatur thema propoſitum, quod vinculum matrimonij, propter quod maritus ad alimenta vxori præſtanda obſtrictus erat, in hæredibus ceſſet. Neque obſtat quod vi-
2 dua, † quandiu alteri non nubit, in priore matrimonio durare videatur. *l. fœminæ. 8. in fin. ff. de ſenat. l. filij. 22. §. vidua. ff. ad municip.* quo argumento permotus Rich. de Malumbr. *vt refert*

*mon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. interpretat. 2. dubit. 2.*
38 *num. 17.* Cæterum hæc ampliatio † ita declaranda eſt, vt procedat, ſi, num adulterio vxor ſe inquinarit nec ne, adhuc ſub iudice lis ſit; *quemadmodum Venetijs deciſum fuiſſe teſtatur Thom. Treuiſan. lib. 2. deciſ. 16.* adeo quidem vt maritus, ſi ob ſuſpicionem adulterij, neque rei euidentia notorij, neque lata ſententia manifeſtati, eam à ſe expellat, interim lite pendente ipſi alimenta dare neceſſe habeat, *ita argumento l. poſt contractum. 15. ff. de donat. c. ſignificaſti. 4. extr. de adult. docet Feder. Senenſ. conſil. 176. incip. Domino Conrado. quod refert & ſequitur Fr. Marc. deciſ. 514. num. 28. part. 1. & per l. ſi maritus. 10. cum ibi notat per Bald. num. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. eandem ſententiam tenet C..ell. Cotta in memoral. verb. Uxor ſuſpecta. Caballin. milleloq. 688. quod totum, auctore tamen non indicato, prout ſolet, deſcripſit ex Petr. Rebuff. ad conſtitut. Reg. tract. de ſentent. praiudicial. ſeu prouiſional. artic. 3. gl. 1. num. 17. idemq; ſentit Auguſt. de Arimin. in addit. ad Angel. Aret. tract. de Malefic. verb. che hai adulterato la mia donna. num. 26. adducens pro confirmatione Oldrad. conſil. 168. quo tamen in loco hac de re ego nihil inuenio:* & ſic vxorem adulterij accuſatam nondum tamen conuictam à marito interim ali debere, in eo OMNES videntur conuenire, *vt dicit Ceſar de*
39 *Urſil. in addit. ad Matth. de Afflict. deciſ. 10. num. 6.* At ſi † adulterij condemnata fuerit, hoc onere eam alendi, maritus liberatur, *ita per gl. l. fideicommiſſum. 27. C. de fideicommiſſ. ſentit Bald. in c. ex parte. extr. de conſuetud. quem refert & ſequitur Palat. Rub. in repet. Rubr. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num 9. cum ſeq. & §. 78. num. 7.* Quia verò iſta gl. qua Baldus nititur nihil ad rem facit, vt etiam animaduertit Io. Garſ. *de Expenſ. d. c. 13. num. 56.* ideo præterea confirmari poteſt hæc deciſio *arg. cap. veritatis. 8. ext. de dol. & contum. quem textum ad hoc propoſitum rectè adducit idem Bald. conſil. 176. incip. Cecilia receſſit à Fran-*
40 *ciſco. nu. 4. vol. 1.* Idem eſt, ſi mulier † pendente lite conſcientiæ ſtimulis adacta, fugæ ſe dederit, ſiquidem nec tum à marito alenda eſt, *per gl. in d. cap. ſignificaſti. 4. Palat. Rub. d. §. 64. num. 8. & 9. Iac. Phil. Port. conſil. 160. incip. In negocio alimentorum. num. 2. vbi hanc ſententiam COMMVNEM aſſerit.* Et hoc verum eſt, ſi

41 eſt, ſi † criminaliter fuerit actum, ſecus ſi maritus tantummodo thori ſeparationem, ciuiliter agendo petierit: tum enim ipſi adhuc alimenta præſtare debet, ita eſt COMMVNIS opinio, *vt dicit Clar. lib. 5. ſententiar. §. adulterium. num. 17. & Hippol. Bonacoſſ. in commun. opin. criminal. lit. A. verſ. Adultera nihilominus.* Nam quia hoc caſu maritus dotem lucratur. *l. miles. 11. §. ſocer. ff. ad l. Iul. de adult. c. plerunq. 4. extr. de donat. inter vir. & vxor.* æquitatis ratio poſtulat, vt ad eundem maritum alimentorum onus redundet. *c. qui ſentit. 55. de reg. iur. in 6.*

42 Quod ſi † ob adulterij crimen mulier in monaſterium detrudatur, etſi iuris ciuilis diſpoſitio à iure Canonico diſcrepare videatur, *vt apparet partim ex §. adulteram verò. verſ. octo vero vnceas dari monaſterio, &c. in Authent. vt nulli iudic. lic. hab. loc. ſeruat. collat. 9. partim ex Archidiac. in c. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. ſub num. 2. dicente, bona eius, qui queue non ſpontanea voluntate, aut religionis amore monaſterium ingreditur, ſed ob delictum patratum eò detruditur, ad legitimos hæredes tranſire, & monaſterio id ſolummodo inde deberi, quod ad alimenta ſatis ſit, per c. de lapſis. 16. quæſt. 6.* tamen in eo concordant, mulieri, etiam adulteræ, ex ſuis bonis ſiue dotalibus ſiue paraphernalibus, alimenta deberi, *vt ex iſtis iuribus animaduertit Ludou. Roman. in l. Lucius Titius. 38. num. 20. & ſeq. ff. ſol. matr. quem ſequitur Bapt. Pontan. de aliment. cap. 14. num. vlt.* Cum quibus non difficulter concordari poſſunt ea, quæ tradunt Palat. Rub. *in d. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 7. cum ſeq. Iacob. Machell. in patrocin. 47. num. 11. & Anton. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his, num. 81.* dicentes, vxoris, in perpetuum carcerem detruſæ, alendæ neceſsitatem marito non incumbere, *per c. audientiam. 15. extr. de cleric. non reſid. & c. vn. eod. tit. in 6.* Quia enim iſti textus de impenſis, ob ſeruitia ab eo cui inſeruitur, debitis loquuntur: cuilibet manifeſtum fit, propterea id, quod de alimentis, ex dote vel alijs bonis mulieris incarceratæ, præſtandis allatum fuit, neutiquam euerti: cum vbi diuerſa eſt ratio, diuerſum ius ſtatui oporteat. *l. fin. ff. de calumn. l. etſi. 35. in fin. ff. de vulg. &*

43 *pupill. ſubſtit.* Quando † verò non de adulterio inter maritum & vxorem lis vertitur, ſed vel de conſanguinitatis impedimento,

vel

vel aliqua alia re diſceptatur, tum maritus pendente lite vxorem alere tenetur. *c. olim. 26. §. prædictis. extr. de accuſat. Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 24. Mynſing. obſeru. 21. nu. 2. & 5. Centur. 6. Hier. Gig. in ſing. 63.* ſi modo ſit in quaſi poſſeſsione coniugij vel ſtatus maritalis : non tantum quia nemo ſua poſſeſsione vel quaſi, ſine iuris cognitione eſt ſpoliandus : *c. conquerente. 7. & c. ſeq. ext. de reſtit. ſpoliat.* licet iſta poſſeſsio vel quaſi, primo aſpectu iniuſta videatur : *text. eſt in c. licet. 28. de præbend. in 6. Iaſ. in l. ſi pacto. 14. num. 9. C. de pact.* ſed etiam quia in dubio negare alimenta, eſſet tollere legitimam defenſionem : cuius derogatio, non poteſt eſſe non iniuſta : cum ſit iuris naturalis. *l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadrup. paup. feciſ. dic. Hippol. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniam. num. 76. & ſeq.* Quæ rationes quas ad Monachum cum Abbate ſuo litigantem accommodat Bellamer. *deciſ. 88. incip. Abbas qui ſolet.* cum æquè in vxore procedant: non immerito ad eam accommodari poſſunt. *Bapt. Pontan. de aliment. d. c. 14. nu. vlt.* Quod ſi in prima inſtantia fuerit pronunciatum pro muliere, & maritus appellauerit, multò magis interim appellans, mulierem alere debebit, *per l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam. Petr. Rebuff. in commentar. ad conſtit. Reg. tom. 1. tit. de ſentent. prouiſional. artic. 3. gl. 1. num. 29. quem locum, pro more ſuo auctorem non allegans, ſibi aſſcripſit Caballin. milleloq. 690.*

44 Septimò ampliatur, vt vxor † licet alimentis à marito ſibi debitis renunciarit, nihilominus tamen ad inopiam redacta queat ea petere. Et quamuis inferius *in lib. 2.* nonnihil de renunciatione alimentorum dicendum erit : quia tamen ibi potiſsimum agetur, quatenus liceat alimentis filijs & parentibus ex iure naturæ debitis renunciare, ideo iſtam ampliationem huc inſerere libuit : probaturque ex eo, quod iſta nutritio vxoris ſit ſequela matrimonij. *Bald. in c. iurauit. col. 2. de probat. Iaſ. in l. ſi donaturus. 9. §. ſi quis indebitam. nu. 7. ff. de condict. cauſſ. dat. Dec. l. de alimentis. 8. num. 6. in fin. C. de tranſact. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 9. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 139. ff. de liber. agnoſc.* Quemadmodum autem de iure diuino & Canonico, matrimonium

mutuo

mutuo conſenſu diſſoluere non licet: cum quos Deus coniunxit, homo ſeparare non poſsit: *Dec. & Cagnol. in l. nihil tam naturale, 35. num. 8. ff. de reg. iur.* ita nec fas erit, renunciare parti iſtius coniunctionis. *l. quæ de tota. 77. ff. de rei vindic.* Accedit præterea quod hæc renunciatio mortem inducere videatur *l. necare. 4. ff. de lib. agnoſc.* Si diceret aliquis, hæc non conuenire ijs, quæ paulo ante ex communi Doctorum opinione, de vxore ob dotem promiſſam & non ſolutam à marito expellenda, dicta ſunt: ei reſpondeo, neutram harum rationum à ſupra dictis diſſentire. Hic enim loquimur de eius mulieris renunciatione, quæ maritalia officia marito præſtans ad extremam inopiam redacta eſt, ita vt non habeat de quo viuat: ibi verò agebamus de muliere locuplete, cui ſupereſt, de quo marito dotem conſtituat aut ſe alat: cumque in illam ambæ iſtæ rationes aptiſsime congruant, vt nimirum maritus inopem vxorem non alens, eam à ſe ſegregare videatur, & quod plus eſt necare: at de locuplete idem perhiberi nequeat, conſequens eſt, vt ſuperius dicta hanc ampliationem non euertant.

45 Similiter nec ad rem pertinet, quod pactum † vt vxor ſemet alat iure admittitur: *Eſaiæ cap. 3. verſ. vlt. l. ſi conuenerit. 4. in fin. ff. de pact. dotal.* cum eiuſmodi pactum regulariter ſubſiſtat, quando mulier fructus dotis lucratur *Vital. de Camban. in d. tract. Clauſul. cap. pen. num. 117. & ſeqq. Petr. Rauenn. in Alphab. aur. verſ. pactum licet valeat.* idque propter compenſationem, qua maritus vxoris alendæ onere liberatur, contra verò mulier fructus dotis adipiſcitur, & ex ijs ſe ſuosq; alit: *text. eſt in l. ſi quis pro vxore 21. §. vlt. in fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Ludou. Roman. l. de diuiſione. 5. num. 14. 15. ff. ſolut. matrim. Camill. Viſitar. in rubr. ff. eod. num. 71.* imo propter hanc cauſſam, etiam conſtante adhuc matrimonio, dos reddi poteſt. *l. mutus. 73. §. manente. ff. de iure dot. Iaſ. l. 2. in pr. num. 13. ff. ſolut. matrim. Marc. Socin. conſil. 139. incip. Deſideraſſem hanc conſultationem. num. 3. & 4. vol. 2.* In ſumma, cum mulieri huiuſmodi pacto alimenta non denegentur, ſed potius maritus adminiſtrationis labore ſolummodo ſubleuetur: *Lud. Roman. d. l. de diuiſione. nu. 15.* ideo nec iſto pacto hæc ampliatio labefactatur.

Octa-

46 Octauò ampliatur, vt maritus † non tantum teneatur alere ipſam vxorem, ſed etiam, ſi dignitas ipſius exigat, famulas. *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. una cum ſua familia. ff. ſol. matrim. l. pen. uerſ. aut ſeruos paternos. ff. de in rem verſ. l. pen. ff. vt in poſseſs. legat. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 25. ff. de lib. agnoſc.*

47 Nonò ampliatur, vt etiam † horum alimentorum nomine, vxor bona mariti obligata habeat. Etſi enim non tantum *Albert. Galeottus in Margarit. cap. 29. num. 9. Speculat. de dot. poſt diuert. reſtit. §. formatis. num. 15. (quem ſimpliciter refert Alberic. de Roſat. in l. quod ſi nulla. 28. num. 2. ff. de relig. & ſumtib. fun. Ant. de Butr. in c. ex literis. num. 18. ext. de diuort.) Bart. de aliment. num. 50. Guid. Pap. conſil. 127. incip. De hoc anno. num. 1. verſ. Dicit etiam Bartolus.* hanc quæſtionem mouent, & pro vtraque parte allegant, nihil autem decidunt: ſed etiam multi non contemnendæ auctoritatis Doctores contrariam opinionem, nempe mariti bona pro alimentis vxori præſtandis hypothecata non eſſe, vt veram defendunt, *Ludou. Roman. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 26. ff. ſolut. matrim. quem à verbo ad verbum refert & ſequitur Phil. Prob. in tr. de iur. Regal. queſt. 39. num. 4. & 5. Panorm. conſil. 43. incip. Ex omnibus per partem narratis. num. vlt. vol. 2. vbi ad hoc allegat Bart. in l. Lucius 12. nu. vlt. ff. de alim. & cibar. legat. Camill. Viſitar. l. 1. nu. 104. ff. ſol. matr. Alciat. conſil. 37. incip. Difficultatem modicam. nu. 4. lib. 8.* imo COMMVNEM *aſſerunt Ludouic. Roman. d. §. ſi maritus. nu. 26. & conſil. 454. incip. In repræſenti quatuor. num. 28. quem ſequuntur Matth. Gribald. in commun. opin. lit. A. §. alimenta. Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. M. num. 73. Ant. Gabriel. Roman. in commun. concluſ. lib. 6. tit. de aliment. concl. 2. num. 1.* tamen opinio-
48 nem † affirmatiuam tenent *Iacob. de Aren. in l. vn. §. & vt plenius. num. 1. C. de rei vx. act. Bart. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. num. 7. Raph. Cuman. num. 3. Alex. num. 11. ff. ſolut. matrim. Bald. in d. §. & vt plenius. in pr. & conſil. 268. incip. Super primo puncto num. 3. vol. 5. Caſtr. conſil. 40. incip. Ad primum reſpondetur. num. 10. cum ſeqq. & conſil. 53. incip. An bona mariti. volum. 3. Alex. conſ. 56. incip. In præſenti. nu. 7. vol. 4. Matth. de Afflict. deciſ. 10. num.*

*num.3. Bart. Socin. conſil. 41. incip. In præſenti conſultatione. nu. 13. volu. 4. Ang. Aret. §. fuerat. num. 28. Iaſ. num. 42. Schneidevv. nu. 40. Inſtit. de act. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuil. dot. num. 149. Thom. Grammatic. conſil. criminal. 52. incip. In cauſſa nobilis mulieris. num. 5. Hippol. de Marſil. in tract. de Bannit. verb. Bona num. 58. Io. Mar. Riminald. conſil. 184. incip. Viſo themate & dubijs. num. 53. cum ſeq. vol. 1. Natt. conſil. 547. incip. Vigente bello. num. 12. Campeſ. de dot. part. 2. q. 63 Neguſ. in tract. de pignor. membr. 4. ſecundæ part. princip. num. 47. & ſeqq. Petr. Anton. Anguſol. conſil. 4. incip. Etſi textus. num. 2. lib. 3. Io. Guter. de contract. iurat. cap. 46. num. 5. præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. conſil. 50. num. 28. Vit. de Camban. d. tract. Clauſul. cap. pen. nu. 83. Plot. conſil. 30. incip. Extat decretum. num. 86. vol. 1. quod habetur etiam inter variorum Doctorum conſilia criminalia, conſil. 130. vol. 1. Nic. Moron. de fid. treug. & pac. part. 1. quæſt. 21 num. 5. in fin. Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 38. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 14. nu. 6. & hanc poſteriorem ſententiam* VERIOREM & COMMVNEM *eſſe teſtatur Fr. Burſat. conſil. 120. incip. In cauſſa magnificæ dominæ. nu. 38. imò* MAGIS COMMVNEM. *Rip. in l. priuilegia. num. 15. ff. de priuil. credit. & quod plus eſt Paul. de Caſtr. in d. §. ſin autem in ſeuiſſimo. num. 3. ait, ſe pro hac parte, in quadam quæſtione tres conformes ſententias obtinuiſſe: ac Mynſing. obſ. 64. cent. 1. tradit in Camera Imperiali ſecundum hanc*
49 *fuiſſe iudicatum.* Ab hac igitur ſententia † vt non diſcedam, mouent me, non tantum auctoritates iam adductæ, inter quas præcipuum locum obtinet, illuſtre illud Cameræ Imperialis iudicium, præſertim cum in iudicando id firmiter tenendum ſit, quod ab alijs in eodem controuerſiarum genere ſeruatum videmus, *vt monet Imper. in l. an in totum. 3. C. de ædific. priuat. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. & probat. l. 1. §. impuberi autem. verſ. & alias ſolet hoc in vſu obſeruari. ff. de SC. Silan. l. Labeo. 21. verſ. morem agentium ſequi debemus. ff. de ſtat. lib. l. filius. 14. in pr. verſ. ſic enim inueni ſenatum cenſuiſſe. ff. ad l. Cornel. de falſ.* ſed etiam ſuadent rationes, quibus hæc communis opinio fulcitur. Vtuntur enim Doctores ſuperius allegati, primò hac ratiocinatione: Res quæ ſunt obligatæ pro ſorte principali, eæ obli-

obligatæ quoque ſunt pro acceſsionibus. *l. Lucius. 18. ff. qui pot. in pign. hab.* Sed bona mariti ſunt obligata pro dote. *l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act. §. fuerat. Inſtit. de act.* Ergo bona mariti ſunt quoque obligata pro acceſsionibus dotis: inter quas quia aliméta recenſentur ſequitur, per conſequens, quod etiam pro ijs bona mariti obligata ſint. Inueniuntur quidem nonnulli, qui cenſent alimenta eſſe potius matrimonij quam dotis acceſsiones, propterea quod vulgo alimenta onera matrimonij perhibeantur, *vt innuit Ripa in d. l. priuilegia. num. 12.* ſed alimenta veriſsime acceſsiones dotis dici, apertè colligitur *ex l. vbi. 29. verſ. ſed fructibus earum ad ſuſtentationem. C. de iur. dot. l. aſſiduis. 12. verſ. non de dote mulieris, quam ad ſuos victus, ſuaſq́; alimonias, &c. C. qui pot. in pign. hab. l. ſi conuenerit. 4. in fin. l. ſi pater. 12. §. ex pactis. ff. de pact. dotal.* Deinde hæc poſterior communis opinio confirmatur etiam hoc argumento: Actioni dotis indulta eſt hypotheca *d. l. vn. §. & vt plenius. verſ. ita & in huiuſmodi actione damus ex vtroq; latere hypothecam, &c. vbi Alber. de Roſat. num. 8. C. de rei vxor. act.* Sed alimenta illa vel fructus dotis, quando maritus non aluit vxorem, petuntur actione dotis. Ergo iſtiuſmodi alimentis vel fructibus indulta eſt hypotheca. Minor probatur, cum quia dotis actio eſt vniuerſalis, de cuius natura eſt, vt acceſsionib. augeatur, *Iaſ. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 28. & ſeqq.* tum quia ſpecialiter iure cautum eſt, vt fructus dotis, marito onera matrimonij non ſuſtinente, dotem augeant, eiue accreſcant. *l. ſi ante nuptias. 6. in fin. ff. ſolut. matrim.* & conſequenter in actionem dotis veniant, *text. eſt apertus in l. ſi marito. 31. §. fin. ff. d. tit. & Ant. Gabr. Roman. d. concluſ. 2. num. 5.* Præterea ad communis opinionis confirmationem adduci quoque poteſt illud, quod Nic. Moron. *in tract. de fid. treug. & pac. part. 1. q. 21.* ſcribit, pro
50 omnibus alimentis bona eſſe hypothecata. Ex his † ſequitur, reſtrictionem, quam nonnulli huic communi opinioni adhibent, veram non eſſe, dicentes, mulierem habere ſaltem hypothecata bona mariti, propter alimenta conſtante matrimonio debita, ſecus poſt ſolutum matrimonium: quia hæredes ſoluto matrimonio, non tenentur vxorem defuncti alere, *ita ar-*

*ita arguit Spec. d. tit. de dot. poſt diuort. reſtit. §. formatis. nu. 15. quem poſtea alij ſequuntur, vt Paul. Caſtrenſ. d. conſil. 40. incip. Ad primum reſpondetur. num. 11. & conſil. 53. incip. An bona mariti. num. 2. volu. 3. Panorm. d. conſil. 43. incip. Ex omnibus. in fin. vol. 2. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 7. conſil. 4. Ant. Gabriel. Rom. d. concluſ. 2. num. 3. Brunor. à Sol. in quæſtionib. legalib. q. 46. num. 5.* Cum enim fructus percepti, etiam conſtante matrimonio, quando maritus non alit vxorem, dotem augeant, vt paulo ante dictum eſt, hæredes autem mariti non teneantur alere vxorem ſuperſtitem, ideo neceſſario ſequitur, vt etiam defuncto marito, æquè ac ipſo viuo, fructus dotem augeant, & per conſequens pro ijs non minus ac pro ipſa dote, hypotheca mulieri competat, *prout latius hac probat Negus. de pignor. membr. 4. ſecunda part. princ. num. 47. & ſeqq. Ripa d. l. priuilegia. num. 12. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bartol. l. in inſulam. §. vſuras. num. 6. ff. ſolut. matrimon.* Neque obſtat illa ratio, quod hæredes non teneantur alere vxorem, quia nomine alimentorum, poſt ſolutum matrimonium nihil aliud, quàm fructus intelliguntur: quos certe hæredibus moram in dote reſtituenda committentibus addicere, eſſet iniquiſsimum, cum alioqui de ſua malitia commodum reportarent. *c. intelleximus. 7. in fin. ext. de indic.*

51 Reſtat nunc † vt argumenta eorum, qui putarunt, mulieri alimentorum ratione nullo modo hypothecam in bonis mariti competere, conſideremus. Primò autem *vt teſtatur Iac. de Aren. d. l. vn. §. & vt plenius. in pr. C. de rei vx. act. Bart. in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſeuiſſimo. num. 7. ff. ſol. matrim. & in l. Lucius. 12. num. 4. ff. de alim. vel cib. legat. Lud. Roman. d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 26. Phil. Prob. de iure Regal. q. 39. num. 4. & 5.* vtuntur hoc argumento: Caſus, in quibus tacita hypotheca competit, à iure ſunt expreſsi. Sed quod bona mariti, pro alimentis vxoris ſint tacite hypothecata, iure non eſt expreſſum. Ergo hoc caſu tacita hypotheca non competit. In hoc argumento neganda eſt minor, *per d. l. Lucius. 18. ff. qui pot. in pign. hab. & præcipuè per d. l. vn. §. & vt plenius.* vbi tacita hypotheca indulgetur actioni de dote: per quam actionem cum dotis fructus, à marito onera matrimonij non fe-

rente perceptos, & propterea dotem augentes, vxor petat: manifeſto inde liquet, de tacita hypotheca, quo adhunc caſum, ſatis expreſſè iure cautum eſſe. Quod deinde Lud. Roman. *in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 26. & ſeq.* adducit l. aſsiduis. 12. circa fin. C. qui pot. in pign. hab. vbi traditur, tacitam hypothecam tantum doti competere. &c. id facilè dilui poteſt: non tantum ex clem. exiui. §. cum autem natura. de verb. ſignif. vbi dicitur, termini reſtrictiui hanc eſſe naturam, vt ſic excludat ab ipſo extranea, vt cuncta ad ipſum pertinentia concludat, alimenta verò ſunt dotis acceſsiones, vt paulo antè fuit oſtenſum: *qua ratione vtitur Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 108.* ſed etiam quia iſtius taxatiuæ particulæ, ad hoc propoſitum accommodationi, repugnat ratio textui inſerta. Cum enim Iuſtinianus priuilegium prioritatis tantum ad dotem ſanxerit, non etiam ad ante nuptias donationem: idque ob eam cauſſam, quod non foueat mulieres pro lucro, ſed ne damnum patiantur, ſuisque rebus defraudentur, curet, vt ſunt ipſiſsima verba textus: & verò niſi fructus ſuæ dotis, á marito alere mulierem recuſante, exigere poſſent, damnum paterentur, ſuisq; rebus defraudarentur, id quod ex princ. d. l. aſsiduis. verſ. de dote quam ad ſuos victus ſuasque alimonias mulier poſsidet, &c. apertè ſatis probatur: ideo taxatiua illa particula, contra mentem & intentionem
52 Imperatoris, non recte inducitur. Hæc tamen † ampliatio reſtringenda eſt, vt non procedat in bonis per maritum alij venditis: in his enim hypothecam, alimentorum ratione non habet, neque hoc prætextu contra bonorum, quæ mariti fuerunt, poſſeſſores agere poteſt, *ita ſentit Couarr. in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14. in fin. allegans ad hoc Ioannem Gallum in deciſ. Pariſiens. q. 122. vbi tamen ego hac de re nihil inuenio. forſitan voluit allegare quæſt. 215.*

53 His † ampliationibus ſubijciendæ nunc ſunt limitationes, quas huius capitis thema præcipuè patitur: quas quia ſuperius attigi, ideo eas nunc breuiter repetam. Primò igitur limitatur, vt maritus vxorem non teneatur alere, ſi dos ipſi promiſſa non ſoluatur, *ſupra hoc cap. num. 5. cum ſeqq.* Secundò

ſi vxor

ſi vxor ſit diues, & nolit dotem conſtituere, *ſupra nu.10.& ſeq.* Sic tertiò limitatur, vt non procedat, quando dos per mulierem data euicta fuerit: & mulier adhuc in bonis tantum habeat, de quo aliam poſsit dotem conſtituere: hoc enim niſi faciat, maritus eam alere non tenetur *per ſuperius allegata ſub: d: num.10.& 11. quibus nunc addo Bald. Nouell. de dot.part.7.priuil. 42.& Cordub. de Lar. d.l.ſi quis à liberis. §.ſi quis ex his.num.63. & ſeq.* Quartò ſi abſq; mariti culpa, ſed vel mera petulantia vel criminis conſcientia, à marito aufugerit, aut aliàs marito obſequia coniugalia præſtare nolit *ſ. hoc cap.nu.18.&14.* Quintò limitatur, ſi mulier adulterij, de quo criminaliter accuſabatur, conuicta & condemnata fuerit, *ſ. hoc cap. num.38.iyſq́; quæ ibi pro confirmatione adducta ſunt, addi poteſt Lud. Bolognyi. conſil. 23. incip. Maritus quidam habuit. num.7.verſ.plus dico. Iac. Nouell.in tract.defenſion. cap. 2.num.46. Cordub.de Lar.d.l.ſi quis à*

54 *liberis. §.ſi quis ex his.num.75. & ſeqq.* Sextò limitatur, ſi † in caſu inopię maritalis dos extraneo dotanti reſtitueretur: tum enim non maritus, ſed iſte extraneus dotem recipiens vxorem alere atq; ita matrimonij onera portare eſſet obſtrictus: idq́; probatur primò hac ratione. Alimenta ex certis bonis præſtanda, dari debent ab eo ad quem bona tranſeunt. ſed mulieri ſunt præſtanda alimenta ex bonis dotalibus. Ergo mulieri debentur alimenta ab eo, ad quem bona dotalia redeunt. Maiorem probo *ex l. 2. ff. de alim.vel cib. legat.l.ſi quis à liberis.§. item reſcriptum. ff. de liber. agnoſc.* Minor probatur *per l. pro oneribus.20. l.vbi. 29. verſic. ad ſuſtentationem tam ſui,&c. C.de iur.dot. l.aſſiduis. 12.verſ. de dote mulieris, quam ad ſuos victus ſuaſq́; alimonias,&c.C. qui potior.in pign.* Poſtea magis in ſpecie confirmatur hæc limitatio ex textibus volentibus dotem cum oneribus reſtitui. *l.ſi filia. 29. §. hoc amplius. ff. famil. herciſc. l.ſi ſocius pro filia.81. verſic. quod ſi ſalua. ff. pro ſoc. auth. ſed quamuis. C. de rei vx. act. Ludouic. Roman. l.ſi conſtante. 24. num. 13. ff. ſolut. matrimon.* Tertiò probatur quia inopia mariti dos non perdit officium ſuum, ſed magis fruitur ſuis priuilegijs & effectibus. *d. l. vbi. 29.& d.l. aſſiduis.* Dotis autem officium eſt, vt inſeruiat oneribus matrimonij *l.ſi pater. 76. ff. de iure dot. d. l. pro oneribus d.l.*

55 *vbi. d. l. aſſiduis.* Septimò limitatur huius † capitis thema, vt vxorem inceſtuoſam maritus alere non teneatur. quia reuera neque ille maritus, neque hæc vxor eſt. *§. ſi aduerſus. Inſtit. de Nupt.* deficiente itaque vinculo matrimoniali, tanquam horum alimentorum cauſſa, non immeritò etiam deficit effectus. *c. cum ceſſante. extr. de appellat.* Deinde quia bona eiuſmodi mariti debent confiſcari. *§. 1. in auth. de inceſt. nupt.* Quod ſi illa mulier non habeat de quo viuat, & ſuperſit aliquid marito, tum ex commiſeratione ſolere alimenta ei decerni, tradit Ioach. à Beuſt. *in tract. de matrimon. cap. 61. qui de hac limitatione videndus eſt: cuius opinio bene confirmatur ex iys quæ tradit Anchar. in c. 1. nu. 1. 2. & 3. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Etſi autem
56 Cordub. de Lar. *in d. §. ſi quis ex his. num. 81.* inter † limitationes recenſet eum caſum, ſi vir iniuſto titulo quæſita poſsideat, allegans Hoſtienſ. *in ſumm. tit. de pœnitent. & remiſſ. §. quibus & qualiter. mihi num. 61. verſ. quid de rapina. in fin.* & Palat. Rub. *in repet. rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 2.* tamen credo, neque maritum propterea ab hoc onere alendæ vxoris liberari, neque eam limitationem à DD. allegatis confirmari. Nam Hoſtienſ. *d. loco* diſputat, non an maritus propter iniuſtè quæſita vxorem alere non teneatur, ſed an & quando, tam mulier quam maritus, iniuſtè quæſitis ſalua conſcientiâ veſci poſsint: quam quæſtionem, Hoſtienſe tamen non allegato, attingit etiam Io. de Imol. *in clemen. vnic. num. 35. de vſur.* Sed Io. Lup. de Palat. Rub. *in d. loco,* præcipuè tractat, an mulier, marito vel ex lege vel ex pacto ſuccedens, retinere poſsit bona iniuſto titulo à marito comparata. Quarum diſputationum prior, vt potius eſt Theologica, *Thobiæ cap. 2. verſ. 21. & aliquo modo explicatur à Petr. Anch. in cap. peccatum. nu. 25. & 26. de reg. iur. in 6.* ita ambæ ab hac alimentorum tractatione planè ſunt alienæ.

## VIDVAM AN ET QVANDO MARITI DEFVNCTI HÆRES TENEATVR ALERE.

Caput

# Caput XI.

## SVMMARIVM.

1. Thema huius capitis: Vidua ab hæredibus mariti, regulariter non debentur alimenta.
2. Vidua dum iterum non nubit, quatenus videatur in priore matrimonio durare.
3. Declaratur thema principale quatuor limitationibus. num. 41. 55. & 59. in quarum prima conſiderantur quinq; caſus. num 4. 13. 16. 17. & 34.
4. Viduam inopem intra annum luctus dote mobili non reſtituta alere debent hæredes mariti. Ampliatur etiam cuius pater & fratres diuites ſuperſunt. num 6. & licet fructus dotis iſtis alimentis non ſufficiant. num. 7.
5. Vidua habens de quo viuat à mariti hæredibus non alitur.
6. Quæ vidua in hoc caſu cenſeatur inops. & ſub num. 30.
8. Vidua intra annum luctus, iterum nubens ab hæredibus prioris mariti non eſt alenda: & quæ ſine vrgenti cauſa ſeparatim ab hæredibus degit. num. 9.
10. Prægnans, ſiue locuples ſit ſiue inops, ex hæreditate mariti eſt alenda:
11. Si dos extraneo reddi promiſſa ſit, vidua etiam anno luctus non eſt alenda.
12. Viduæ hæredem, hæres mariti non tenetur alere.
13. Hæres dotem in re mobili conſiſtentem intra annum luctus viduæ conſtituens liberat ſe ab eius alendæ onere: ad rationem quæ obſtare videbatur reſponſio num. 14.
15. Interuſurium tamen medij temporis deducit.
16. Anno luctus elapſo mulier dotem mobilem non repetens non alitur à mariti defuncti hæredibus.
17. Poſt annum luctus elapſum ab hæredibus dotem rerum mobilium non reſtituentibus vidua alimenta non poteſt petere neq; vſuras. num. 18.
19. Pignoris pro dote reſtituenda ab hæredibus dati fructus vidua non lucratur: & ne quidem, licet de fructibus percipiendis vel vſuris expreſſe conuentum fuerit. num. 20. declaratur num. 23.
21. Pœnæ ſtipulatio differt ab annua ſtipulatione.
22. Textus in l. vn. §. exactio, C. de rei vx. act. quoad vſuras hodie non habet locum propter ius Canonicum.

24. Heres non poteſt grauari in teſtamento, vt viduæ ſingulis annis det certam ſummam pecuniæ, donec reſtituatur dos: reſpondetur rationibus contrarijs. num. 25.

26. Statutum certam ſummam ab hæredibus moroſis dandam definiens, valet. & nu. 27.

28. Dotis legitimo tempore non reſtitutæ intereſſe, petere poteſt mulier. & num. 34.

29. Duplex eſt intereſſe.

30. Si mulier etiam velit intereſſe damni emergentis petere, quæ requirantur: & quæ ſi petat intereſſe lucri ceſſantis. num. 31.

32. Vt hæres in mora conſtituatur non requiritur litis conteſtatio: diei tamen lapſus ſolus non ſufficit, num. 33.

35. Fructus rei dotalis mulieri poſt moram ſunt reſtituendi: ampliatur vt hæres mariti quando vidua cum qua litigat, ſumptus interim ſuppeditare cogitur, nihil eo nomine poßit detrahere. num. 36. 37.

38. Ponderantur rationes ex quibus videtur ſequi ſumptus viduæ litiganti præſtitos deduci debere. & num. 39.

40. Fructus res dotalis mobilis, ante moram intra annum luctus ab hæredibus mariti percepti, num ſint reſtituendi viduæ.

41. Viduæ nullam dotem habenti ne quidem intra annum luctus debentur alimenta: ſed iure ſucceßionis debetur vel quarta vel virilis pars bonorum num. 42.

43. In qua ſucceßione ex auth. præterea. C. vnde vir & vx. quatuor debent concurrere requiſita.

44. Dos parua viduam ab hac ſucceßione non repellit.

45. Dos autem parua hoc caſu cenſetur, ex qua vidua ſe non poteſt alere: & num. 46.

47. Alimenta à marito legata viduam non repellunt ab hac ſucceßione.

48. Succeßio ex d. auth. præterea. diſtinguenda eſt ab alimentorum perceptione. num. 53. 54.

Inopia quæ ad hanc ſuceßionem requiritur, inſpicitur tempore mortis mariti. eod. num. 48.

49. Contrarijs Fabiani de Pepis rationibus reſpondetur & num. 50. 51. & 52.

55 Viduæ legari poſſunt alimenta: quo legato facto alimenta intra annum luctus debita ceſſant, num. 56.

57. Mulier cui legatur vel omnium bonorum vſusfructus, vel certæ partis proprietas, nihilominus poteſt repetere dotem.

58. Guidonis Papæ contrarium ſentientis rationi reſpondetur.


59. Vi-

59. *Viduæ debentur veſtes lugubres: & reſpondetur rationi contrariæ. numero 60.*

61. *Veſtes an mulier ſoluto matrimonio reſtituere teneatur. & numero 62. 64.*

63. *Quænam veſtes cenſeantur quotidianæ, & quæ pretioſæ.*

65. *Iure Saxonico intra primos triginta dies indiſtinctè debentur viduæ alimenta: & poſtea quouſq; bona illata reſtituantur. nu 66.68.*

67. *Cautela pro mulieribus viduis ante dotis reſtitutionem.*

69. *Viduis nobilium debetur dimidia pars cibariorum domeſticorum vulgo* Muſtheil: *Ac quid horum appellatione veniat & quid non ibid. cum num. ſeqq.*

PROXIMVM nunc eſt, vt de viduarum alimentis agamus:
1 de quibus conſtituendam † arbitror theſin negatiuam, nempe, Viduis alimenta ab hæredibus mariti, regulariter non deberi. *l. curator. 5. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. ſed etſi is. 5. §. an autem. verſ. cum omnium edictis. ff. de Carbon. edict.* quia ſi viduæ deberentur indiſtinctè alimenta, fruſtra introductum eſſet edictum de ventre in poſſeſsionem mittendo. *Alex. l. diuortio. 8. in pr. num. 22. ff. ſol. matrim. eandem theſin amplectuntur Accurſ. in l. vn. §. exactio. verb. reſtituendis. ibiq; Salic. num. 31. C. de rei vx. act. adducentes l. extraneo. 6. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* qui tamen textus, vt mihi videtur, parum ad rem facit, cum loquatur de extraneo poſthumo hærede inſtituto: quod ſi infans conceptus & hæres inſtitutus eſt extraneus teſtatori, id eſt, neque agnatus neque cognatus, *teſte Cuiac. in not. ad Inſtit. §. poſthumo quoq; verb. extraneus. Inſtit. de legat. & ad l. Gallus. 29. in princ. ff. de liber. & poſthum.* ſequitur, vt quemadmodum partus non eſt teſtatoris filius, ita nec mulier prægnans teſtatoris vxor aut vidua, & per conſequens, d. l. extraneo. 6. ad præſens inſtitutum de viduarum alimentis nihil pertinet. Deinde confirmatur thema propoſitum, quod vinculum matrimonij, propter quod maritus ad alimenta vxori præſtanda obſtrictus erat, in hæredibus ceſſet. Neque obſtat quod vi-
2 dua, † quandiu alteri non nubit, in priore matrimonio durare videatur. *l. fœminæ. 8. in fin. ff. de ſenat. l. filij. 22. §. vidua. ff. ad municip.* quo argumento permotus Rich. de Malumbr. *vt refert*

*Cynus in l.vlt.C.de bon.mat. Ang.Peruſ.conſ.369.incip.Ritius Stellæ de Tuderto.nu.1.Corn.conſ.52.incip.Quotidianus.nu.13.& conſ.257.incip. Circa primũ.nu.5.vol.1.Conſtant.Roger.de dot.§.15.nu.4.* indiſtinctè tenuit, mulierem quamdiu vidua eſt, à mariti hæredibus alendam eſſe: quia reſpondeo viduam, in priore matrimonio durare videri, quo ad dignitatem & domicilium *prout præter allegata iura, manifeſto oſtendunt l. cum te. 10. C. de nupt. l. mulieres.9.C. de incolis.lib.10.c.ex parte.15.vbi vidua reginæ titulum retinet.ext.de foro compet. Guido Pap. deciſ. 379. cum ſeq.* non verò quoad pecuniarium commodum, contra mariti hæredes. *auth. præterea. C. vnde vir & vxor. Fr. Aretin.l. diuortio. in princ.nu.4. ff. ſol.matrim. Cordub.de Lar.in d.l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.num.142. vſq; ad num. 154. ff. de liber. agnoſc.* His præterea addi poteſt illa ratio, *quam Odofr. in d. l. vn. §. illo. C. de rei vx. act. adducit inquiens:* Debitores non tenentur alere creditorem. *l. Fulcinius. 7.in pr. ff.ex quib. cauſſ. in poſſ. eatur.* Sed hæredes mariti ſunt debitores relictæ viduæ, Ergo hæredes mariti non tenentur relictam viduam alere: *qua ratione vtitur etiam, nulla tamen Odofredi mentione facta, Petrus de Bellapert. in d. l. vn. §. cum autem in exactione.*

3 Cæterum huius capitis principale thema † limitatur, primò vt non procedat dote ab hærede mariti nondum reſtituta: cuius limitationis tamen, vt eo plenior habeatur cognitio, non tantum præmittendum eſt, ſoluto matrimonio dotem, conſiſtentem in rebus immobilibus, illico reſtituendam eſſe, at in rebus mobilibus vel ſe mouentibus vel incorporalibus conſiſtentem, intra annum reſtitui oportere: *d. l. vnic.§. exactio. C. de rei vx. act.* ſed etiam diſtinguendi ſunt aliquot caſus.
4 Quorum primus eſt, quando dos † conſiſtens in rebus mobilibus, durante anno primo, nondum eſt reſtituta, tum hæres, dotis debitor, viduam egentem alere tenetur. *gl. d. l. vnic. §.exactio. verb. reſtituendis. gl. vlt. l. ſicut. 48. ff. de oper. libert. gl. l. diuortio. 8. in pr. ( alias eſt §. Papinianus. l. fructus. 7.) verb. facto. & ibi DD. ff. ſol. matrim. Speculat. tit. qui filij ſint legitimi. num.29. Angel. conſil. 142. incip. Tutor pupilli. nu.1. d. conſil. 369. incip. Ritius Stellæ de Tuderto.num.1. verſ. gloſſarum ſententia placet.*

*Paul.*

*Paul. de Caſt. conſ. 428 incip. Viſo caſu ſupra ſcripto. nu. 3. vol. 2.* quodq; vidua non habens, pendente primo anno ante dotis in re mobili conſiſtentis reſtitutionem, vnde vitam ſuſtentet, interim ab hæredibus mariti alenda ſit, COMMVNIS eſt opinio, *id quod teſtantur, in §. fuerat. Angel. num. 17. Iaſ. num. 23. Schneid. num. 103. Inſtit. de action. Bertrand. conſil. 304. incip. Viſis duobus publicis inſtrumentis. num. 4. part. 1. vol. 1. & conſil. 309. incip. Viſo conſultationis themate. num. 3. part. 1. vol. 2. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuil. dotal. num. 311. Couarr. lib. 4. decret. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 9. Io. Bern. Diaz. reg. 481. incip. Mulier mortuo viro. Villalob. in commun. opin. lit. H. num. 19. Eman. Soarez. ibid. num. 55. Cord. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 117. ff. de lib. agnoſc. Bru-*
5 *nor. à Sol. in quæſtion. legal. q. 46. nu. 10.* Nam † cum annus iſte, in fauorem & commodum hæredis ſit conceſſus, non debet ipſi hoc commodum ſine vrgente cauſſa eripi, & proinde quamdiu vidua aliunde habet, de quo victum ſibi comparet, ab hærede non poteſt alimenta exigere, *Anchar. c. de prudentia. num. 4. ext. de donat. inter vir. & vxor. atq; in hoc DD. COMMVNITER conuenire tradit Fr. Viuius in Commun. opin. lit. V. §. Vxori hæredes mariti. num. 3. Myns. Centur. 6. obſeruat. 21. nu. 7. Ioſ. Ludouicus in commun. opin. concluſ. 36. verſ. An autem ipſa mulier.* Accedit etiam hæc ratio, cum pater filios habentes de quo ſe ſuſtentent, alere non teneatur. *d. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agnoſc.* multo minus tenebuntur hæredes mariti, alere viduam, quæ ſibijpſi de alimentis proſpicere poteſt. *ita per l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legat. arguit Odofred. in d. §. illo. C. de rei vxor. act. Rofred. Beneuent. in quæſt. Sabbat. 26. Fr. Aret. in d. l. diuortio. 8. in princ. num. 3. Iaſ. num. 19. Rol. à Vall. conſil. 55. incip. Siue conſideremus. num. 4. cum ſeq. vol. 2. Io. Saiſon. in conſuet. Turonenſ. tit. 29. art. 4. in pr.* Sin autem vidua tam ſit inops vt præter dotem in bonis nihil habeat, tum ſanè mulieris quam hæredum potior eſt conditio, debeturque ei tantum, quantum ſufficiat ad alimenta, *quod neq; Zaſius lib. 2. ſingular. reſponſor. cap. 3. num. 19. & ſeqq. negare poteſt.* Nam certum eſt quod nemini ex ſua re debeant denegari alimenta: ſed dos eſt proprium patrimonium mulieris. *l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. c.*

*per veſtras.ext. de donat. inter vir. & vxor.* Ergo, &c. *Bald. auth. & qui iurat num. 39. C. de bon. auctor. iudic. poſſid. Cordub. de Lara d. §. ſi quis ex his. num. 133.* Quia vero dixi, ab hæredibus intra annum primum alendam eſſe viduam egentem, ſciendum
6 † eſt, hac appellatione contineri eam, quæ non habeat bona paraphernalia, de quorum fructibus ſe alat, *Bald. conſil. 30. incip. Sicut dixit. vol. 2.* ita quidem vt licet extet ipſius parens locuples, nihilominus cenſenda ſit iſta vidua, quoad hunc caſum, inops aut egena, ac proinde alenda ab hæredibus mariti. *Angel. d. l. vn. §. cum autem. C. de rei vxor. act.* Dum enim quæritur, vtrum pater filiam ſuam viduam, cui antea dotem dedit, alere debeat potius quam mariti hæredes, dotem ſecum adhuc retinentes, cum pater tractet de damno vitando, hæredes vero mariti de lucro captando: magis audiendus eſt pater, damnum vitare cupiens. *l. fin. C. de cond. indeb. l. fin. § ſin verò creditores. & ibi gl. verb. accommodare. C. de iur. delib. l. non debet. 41. §. in re obſcura. ff. de Reg. iur. Salic. d. l. vnic. §. ſin autem. num. 33. C. de rei vxor. act. Campeſ. de dot. part. 2. q. 16. num. 21. Alex. d. l. diuortio. 8. in pr. num. 16. ibidemq; Barth. Socin. nu. 17. allegans textum vt ad hoc ſingularem in l. cum vnus. 10. §. fin. ff. de alim. vel cib. leg. Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 4. num. 4. extr. de donat. inter vir. & vxor.* Et hæc declaratio poteſt obtinere locum primæ ampliationis ad hunc primum caſum, nempe vt hæredes mariti defuncti, durante anno luctus ante dotis reſtitutionem, teneantur viduam, alia bona quæ alendæ ipſi ſufficiant, non poſsidentem, alere: licet habeat parentes aut fratres locupletes, per fundamenta iam adducta. Huic am-
7 pliationi † addo aliam, vt hæredes teneantur primo anno ante dotis rerum mobilium reſtitutionem, viduam alere, etiamſi fructus dotis non ſufficiant ad alimenta: cum enim hæredes ſtatim, etiam illo anno non expectatò, queant dotem viduæ reſtituere, idque non faciant, ſed hanc dilationem legalem eligant, videntur profiteri, ſe velle viduam alere, & ita damnũ ſentire, videri non poſſunt: *ita in terminis ſentit Salic. d. l. vn. §. ſin autem num. 31. Bart. in d. l. diuortio. 8. in pr. num. 5. & ibi Alex. num. 19. cum ſeq. vbi bene diſtinguit, quem etiam ſequitur Barth. Socin. ibid.*

*ibid. in d. l. diuortio. num. 17. verſic. Concordat tamen D. Alexander.* Quod autem Baldus *in conſil. 58. incip. In reſtitutione dotis. num. 7. vol. 2.* putat talia viduæ alimenta cum ſuccedant in locum cuiuſdam interuſurij dotis *l. vn. §. exactio. C. de rei vxor. act.* ſolummodo pro menſura dotis, non autem totorum bonorum viri præſtanda eſſe. *arg. l. cum vnus. §. alimentis. ff. de aliment. vel cib. leg. l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb.* id à priore opinione me non dimouet. Primò enim nego hæc alimenta interuſurij locum obtinere, neque ex d. §. exactio. probatur: imò quod ibi ſancitur de vſuris rerum immobilium præſtandis, ex iuris Canonici diſpoſitione eſt abrogatum, *vt dicam in hoc cap. num. 22.* deinde ſi hæc alimenta in primo anno luctus præſtarentur viduæ tanquam interuſurium dotis, dum vidua non eſſet obſtricta præſtare operas hæredibus: ſed conſequens eſt falſum. Ergo & antecedens: Ratio conſequentiæ in copulato per ſe manifeſta eſt & probatur ex natura diſparatorum. Aſſumtum probatur ex ijs quæ iam adducam, *ſub num. 9.* Limitatur hic
8 primus caſus, vt verus ſit † ſi maneat vidua: quod ſi enim anno luctus nondum elapſo ad alias nuptias conuolaret, alimenta percipere non debet, quia ſecundus vir tenetur eam alere. *Angel. d. conſil. 142. incip. Tutor pupilli. in pr. Petr. Rebuff. ad conſtit. Reg. tit. de ſententijs præiudial. vel prouiſional. art. 3. gl. 1. nu. 12. Fr. Viuius in commun. opin. lit. V. §. vxori hæredes mariti. num. 4. & 5. Seb. Medic. tract. Mors omnia ſolu. part. 3. num. 4. Menoch. conſil. 278. incip. Tametſi adeo doctè. num. 36. & ita DD. volunt* COMMVNITER *vt ſcribit. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 39.* Hanc tamen primam limitationem notabiliter reſtringit Couarruuias *d. cap. 3. §. 9. num. 9.* vt non procedat ſi maritus ſecundus non haberet bona vnde iſtam mulierem aleret. De-
9 inde limitatur, vt interim † vidua apud hæredes mariti debeat, ſi honeſtè poſſit, commorari ibiq; operari. *l. ſicut. 48. & ibi gl. in fin. ff. de oper. libert. Bald. conſil. 92. incip. Hæres viri. vol. 2. Angel. l. Titia. 48. num. 4. ff. de ſolut. Salic. l. vnic. §. ſin autem. num. 32. C. de rei vx. act. Anchar. c. de prudentia. num. 5. ext. de donat. inter vir. & vxor. Caſtr. d. conſil. 428. num. 3. Angel. Aretin. §. 1. num. 4. Inſt. de SC. Tertyll.* de quibus tamen operis, & qua-

& quatenus apud hæredem honeſtè commorari poſſe videatur, aliquid dicetur lib. 2. infra. Tertio limitatur, niſi mu-
10 lier † ſit prægnans: hæc enim ſine conſideratione, an aliunde ſe poſsit alere necne, alenda eſt ex bonis mariti *l. curator. 5. ff. de ventr. in poſſ. mitt. Bart. Socin. l. diuortio. in pr. num. 16. in fin. ff. ſol. matrim. Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagm. cap. 20. num. 10. de quare non-*
11 *nihil dixi 5. hoc libr. cap. 2. ampl. 9.* Quartò limitatur, ſi † mulierem dotans, dotem ſoluto matrimonio ſibi reddi ſtipulatus ſit: tum enim hæredes mariti viduam alere non teneutur. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 120. ff. de lib. agnoſc. Arius Pinel. l. vlt. num. 7. C. de bon. matern.* Quintò
12 limitatur, vt hic † primus caſus procedat, tantum in ipſa vidua egena, non verò etiam in viduæ defunctæ egenis hæredibus: quos hæres mariti, etiam primo anno adhuc pendente, non tenetur alere. *Io. Saiſon. in conſuetud. Turonenſ. tit. 29. artic. 4.*

13 Secundus caſus eſt, quando † ante annum luctus elapſum, dotem licet rebus nobilibus conſtantem hæres reſtituit: tum mulieri alimenta præbere non cogitur. Quoniam enim annus reſtitutioni rerum mobilium dotalium præfinitus, in fauorem hæredis, à lege introductus eſt, licetq; ei huic ſuo fauori renunciare. *l. pen. C. de pact.* efficitur, hæredem, velit nolit mulier, ab onere eam alendi, etiam infra annum, ſolutione dotis releuari, *arg. l. ſi cum dotem. 22. §. quoties. quem ibi ad hoc inducit Iac. de Aren. ff. ſolut. matrim. l. ſi ita relictum. 43. §. Pegaſus. ff. de leg. 2. vltra quos textus inſuper allegari poteſt l. filiusfamil. 114. §. apud verſ. certè erit legatarius. ff. de legat. 1. Bald. d. authent. & qui iurat. num. 39. Ang. Aret. §. fuerat. num. 18. Inſt. de act. Claud. de Seiſſell. in d. l. diuortio. 8. in pr. num. 13. ff. ſolut. matrimon. Bertrand. d. conſil. 309. incip. Viſo conſultationis themate. num. 3. part. 1. vol. 2. & conſil. 119. incip. Ad id de quo quæritur. vol. 5. Anton. Capyc. deciſ. 24. num. 6.. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 33. num. 51.* quæ opinio COMMVNIS eſt & tenenda, *vt ſcribit Corn. conſil. 129. incip. Licet circa primum. num. 7. vol 1. & Ioſeph. Ludouic. in commun. opinion. concluſ. 36. verſ. Si autem hæredes.* Ve-
14 rum † Iacobus de Aren. *in d. §. quoties.* pro ſententia contraria alle-

allegat *l. qui Romæ. 122. in pr. ff. de verb. oblig.* vbi probatur, quod diei, in creditoris vel vtriuſq; tam debitoris quam creditoris, gratiam introductæ, debitor ante diem ſoluendo non poſsit renunciare. hunc textum obijcit quidem Iac. de Arena, ſed nihil reſpondet: ideo pro ſolutione diſtinguendum eſt, aut dies addita eſt obligationi ſtatim ab initio, aut acceſsit poſtea commiſerationis gratia: cumq; *d. l. qui Romæ. 122.* loquatur de die, obligationi ſtatim ab initio addita, vt verba textus ſatis aperte indicant: annus vero dotis reſtituendæ in hoc propoſito hæredi commiſerationis ergo concedatur, conſequens eſt vt *d. l. qui Romæ. 122. in pr.* nobis nihil officiat, *& ita reſpondent Alex. in d. l. diuortio. 8. in princ. num. 21. Iaſ. in d. l. qui Romæ in pr*

15 *num. 6. cum ſeq. Io. Campeſ. de dot. part. 2. quæſt. 17.* Cæterum † hæres, dotem ante iſtius anni lapſum reſtituens, poterit interuſurium medij temporis detrahere, *ita Bald. d. auth. & qui iurat. num. 39. quem ſequuntur Raphael. Cuman. d. l. diuortio. 8. in pr. num. 2. Caſ. de Vrſill. deciſ. 284. num. 7. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 133. & alij quos non refero, ſed videndi ſunt apud Tiraq. de retraict. lignag. §. 1. gl. 18. num. 36.*

16 Tertius caſus eſt, quando † primus annus abijt, & dotem, in rebus mobilibus conſiſtentem, nondum repetijt mulier: ſibi enim, non mariti defuncti hæredibus, hanc ſuam negligentiam imputet, & propterea nihil quicquam loco alimentorum exigere poterit. *Thom. Grammatic. deciſ. 103. incip. Illuſtriſſima Marchioniſſa. num. 91.* COMMVNIS *eſt opinio. Alex. conſil. 27. incip. Viſo themate ſupra ſcripto. num. 3. vol. 4. Iaſ. d. l. diuortio. 8. in pr. num. 22. ff. ſol. matrim. Ioſ. Ludouic in commun. opin. concluſ. 36. in pr. Brunor. à Sol. d. quæſt. 46. num. 14.*

17 Quartus caſus eſt, quando † annus primus elapſus eſt, & dotem ſuam rerum mobilium mulier repetit: hæredes autem diem ex die trahendo, mulierem in reſtitutione dotis fruſtrantur: de cuius caſus deciſione, etſi in medium adduci poſſent Doctores, quorum aliqui mulierem alendam eſſe putant, *Bald. conſil. 86. incip. Punctus. volu. 2. Brunor. à Sol. d. quæſt. 46. num. 14. cum ſeqq.* aliqui non item quia tamen iſtas hac in parte diſſenſiones, diſtinctione componi poſſe arbitror, ideo ſine circuitione

tione Angelum Peruſ. *in d. conſil. 369. incip. Ritius ſtellæ de Tuderto. num. 2.* ſecutus, conſtituo tria membra: aut enim mulier interim petit alimenta proprie ita dicta, nempe cibum, potū, habitationem &c. aut petit vſuras ſuæ dotis: aut petit intereſſe. De primo membro video inter Doctores conuenire, vt poſt annum vidua cibum, potum, habitationem &c. non poſſit petere, propterea quod non tantum matrimonij vinculum dudum ſit ſolutum, ſed etiam quod nunc ob actionem, qua dotem petere ipſi fas eſt, habere videatur, vnde ipſa ſemet alat. *Angel. d. conſil. 369. num. 6. Roland. à Valle. d. conſil. 55. incip. Sine conſideremus. num. 1. cum ſeq. vol. 2.* adeo quidem, vt etiamſi hæredes dotem non reſtituentes, moram commiſerint, non tamen vidua ab ijs alimenta poſsit petere, *eſt* MAGIS COMMVNIS *Barth. Socin. conſil. 126. incip. Diligenter puncti narratione. num. 5. verſ. quibus præmiſſis oſtenditur. volu. 1. & conſil. 180. num. 6. volum. 2. Cephal. conſil. 133. incip. Multa ſunt. num. 130. cum ſeqq. &*
18 *conſil. 746. incip. Petitur. num. 4.* De ſecundo † membro, nempe de vſuris, ſimiliter congruunt DD. ſententiæ, quod vidua dotis non ſolutæ vſuras neutiquam petere poſsit. *Caſtr. l. in inſulam. 43. §. vſuras. num. 5. ff. ſolut. matrim. Anton. de Butr. c. ſalubriter. 16. num. 7. extr. de vſur. Alex. conſil. 141. incip. Viſo themate cum dubijs. volu. 5. eſt* COMMVNIS *opinio. Alex. conſil. 74. incip. Viſo titulo quæſtionis. quæſt. 2. vol. 5. Iaſ. conſil. 92. incip. Circa primum dubium. num. 12. volum. 1. Bertrand. conſil. 187. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 6. in fin. vol. 6. Plotus conſil. 37. incip. Super præmiſſo caſu. num. 7. volu. 1.* Quicquid enim ſorti accedit vſura eſt. *c. ſi fœneraueris. 14. q. 3.* Hinc ampliatur iſtud ſecundum membrum
19 tribus modis, primo licet pignus † pro reſtituenda dote, ab hæredibus mariti datum ſit mulieri, fructus tamen inde perceptos in ipſam dotem imputare debeat, *per l. Titia. 48. ff. de ſolut. l. Fulcinius. 7. in princ. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. 1. §. vlt. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. is cui. 5. §. quæri poterit. ff. vt in poſſeſſ. legat. Hoſtienſ. in ſumm. tit. de vſur. §. an aliquó caſu vltra ſortem. num. 8. verſ. quid in conuerſo caſu. Anchar. Bonon. in d. c. ſalubriter. 16. num. 4. Panorm. num. 5. Ambroſ. de Vignat. num. 16. extr. de Vſur. Ludou. de Rodulph. in c. conſuluit. quæſt. 52, ext. eod. Angel. Aret. §. fuerat.*

*num.*

*num.12. Inſtit. de action. Bertrand. conſil. 143. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 2. & 5. part. 1. volum. 1. Molin. tract. de vſur. num. 526. quem locum auctore non citato à verbo ad verbum deſcripſit Caballin. milleloq. 433. & eſt* COMMVNIS, *Bertrand. d. conſil. 143. nu. 5. imò* MAGIS COMMVNIS *opinio, teſte Neguſ. tract. de pignor. membr. 5. quintæ part. princip. num. 17.* Secundò ampliatur, li-
20 cet † expreſſè pacto conuentum ſit, vt vel fructus pignoris mulier, ſorte ſuæ dotis ſalua & integra, lucretur. *Rub. conſil. 55. incip. Viſis pactis.* vel interim pro ſingulis centum aureis quotannis quinque aut ſex numerentur. *Anchar. Bonon. conſil. 150. incip. In quæſtione quæ vertitur inter nobilem dominam Floridam.* Ratio eſt, quia nec pauperum alendorum nec captiuorum redimendorum cauſa, licitum eſt fœnerari. *c. ſuper eo. 4. de vſur.* ergo nec alendæ viduæ cauſſa licebit. *Ancharanum ſequitur Alex. conſil. 61. incip. Viſo proceſſu cauſſæ. num. 12. volu. 2. d. conſil. 74. incip. Viſo titulo quæſtionis. nu. 13. vol. 5. & d. l. diuortio. 8. in princ. nu. 23. verſic. prædictis adde. Iaſ. d. conſil. 92. incip. Circa primum dubium. num. 12. & 13. volu. 1. Crotus. l. nemo poteſt num. 7. ff. de leg. 1. Barthol. Socin. d. conſil. 126. num. 5. in fin.. Bertrand. conſil. 143. incip. Viſo caſu mihi exhibito. quæſt. 1 part. 1. vol. 1. & conſil. 385. incip. Conuentio quæ tempore. vol. 6. Catell. Cott. in memoral. §. Dos ſoluto matrimonio. verſ. quid autem ſi hæredes poſt annum. Neguſant. d. nu. 17. verſ. Et iſta concluſio in vxore. Io. de Arnon. dialog. 20. & hanc ſententiam* MAGIS COMMVNEM *eſſe teſtatur Rolan. à Vall. d. con-*
21 *ſil. 55. num. 20. volum. 2.* Neque † obſtat quod Laur. de Rodulph. *in c. conſuluit. quæſt. 65. extr. de vſur.* opponit, quod pœnam in ſtipulatum deducere & petere liceat. *c. dilecti. 4. ext. de arbitr.* Reſpondetur enim à pœna, quæ ſemel tantum committitur. *§. non ſolum. Inſtit. de verb. obligat.* non rectè argumentum duci, ad huiuſmodi debita, quæ non vnica ſolutione perimuntur, ſed ſingulis annis denuò deberi incipiunt, quæque nihil aliud ſunt, quam mera vſura. *Bart. in l. cum ſtipulati ſumus. 90. nu. 2. & 3. ff. de V. O. Anchar. d. conſil. 150. num. 5. cum ſeq.* Sic nec
22 † obſtat *d. l. 1. §. exactio. C. de rei vx. act.* quia propter prohibitionem vſurarum Canonicam, non poſſunt peti illæ vſuræ, quarum *in d. §. exactio.* fit mentio, ſed petere ſolummodo licet, quan-

quantum veriſimile eſt mulierem percepiſſe & exinde ſe aluiſſe, vt intereſſe non vſuram: *ita iiſdem planè verbis ſcribunt in c. ſalubriter. Anchar. num. 4. Ant. de Butr. num. 9. Io. de Anan. num. 8. verſ. Unde Cynus ibi reuocat in dubium. extr. de vſur. quibus conſentit Panorm. conſil. 39. incip. Videtur primo dictum ſtatutum. num. 6. volum. 2. Hier. de Zanet. in differentiis iuris ciuil. & Canon. differ. 102. Petr. Rebuff. ad conſtit. Reg. tit. de ſentent. præiudicial. ſeu prouiſional. art. 3. gl. 1. num. 10. cuius dicta authore non indicato ſibi adſcripſit Caballinus milleloq. 687.* De quo intereſſe paulo poſt in tertio huius diuiſionis membro plura dicam: interim hæc ſecunda ampliatio declaranda eſt, vt eiuſmodi † pactum non
23 admittatur, ſi certum quid, puta ſex aut ſeptem pro quolibet centenario, ſingulis annis hæredes mariti & dotis debitores promittant viduæ, ſecus ſi incertum, veluti eſcam & potum, vel id quod alendam eam erit neceſſarium: talem enim promiſsionem iure ſubſiſtere, tam à Canoniſtis quam legiſtis COMMVNITER teneri aſſerit Bero. *conſil. 178. incip. In cauſſa mota. num. 25. vol. 1.* Tertiò ampliatur ſecundum membrum, vt ne quidem teſtator † in teſtamento grauare poſsit hære-
24 dem, vt quouſq; dotem non reſtitueret, ſingulis annis viduæ ſoluat certam ſummam, *ita ſcribit Anchar. Bonon. conſil. 93. incip. Verba ſtatuti. Caſtrenſ. conſil. 101. incip. Quantum ad tempus decurſum. vol. 1. Alex. conſil. 27. incip. Viſo themate ſupra ſcripto. num. 5. volu. 4. & d. conſil. 74. incip. Viſo titulo queſtionis. num. 14. vol. 5. Bart. Socin. conſil. 56. incip. Viſo teſtamento Franciſci. queſt. 1. volu. 3. Crotus in d. l. nemo poteſt. num. 6. cum ſeq. Rip. num 22. Io. Bologn. num. 67. ff. de legat. 1. Boë. deciſ. 44. num. 37. in fin. Petr. Foller. in tract. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus enim dici ſolet. num. 77. Cagnol. l. curabit. num. 14. C. de act. emt. Plot. conſil. 37. incip. Super præmiſſo caſu. num. 8. vol. 1. Rol. à Valle d. conſil. 55. incip. Siue conſideremus. num. 21. cum ſeq. vol. 2. & hanc ampliationem OMNES COMMVNITER tenent, teſte Mar. Socin. conſil. 131. incip. Vidimus iuſtiſſime. num. 10. in fin. volu. 2.* mouenturque omnes *per l. 3. §. fin. ff. de ann. leg.* vbi cum tradatur: quod eiuſmodi legatum annuæ penſionis, donec principale debitum ſoluatur, non vltra modum vſurarum iure permiſſarum valeat: hodie autem

nullæ

nullæ vſuræ ſint permiſſæ, ſed omnes prohibitæ, ſequitur vt hodie iſtud legatum omnino nullum ſit, & planè nihil valeat.
25 Cui ampliationi † etſi refragatur Carol. Molin. *in addit. ad Alexand. d. conſil. 27. incip. Viſo themate ſupra ſcripto. volum. 4. ſub lit. B.* allegans in contrarium quaſdam Doctorum auctoritates: tamen vel loquuntur in diuerſis terminis, & ita nullo penitus modo huc pertinent, vel non ſat ſufficientes, à communi opinione diſſentiendi, habent cauſſas. Nam quod primo allegat Paulum de Caſtr. *in rubr. ff. de his quæ pœnæ nom.* eius dicta *ſub. num. 3.* non tantum nulla lege probantur, ſed etiam *per d. l. 1. §. fin. ff. eod.* euertuntur. Sic quod poſtea in medium adducit Socin. *in l. 2. num. 7. cum ſeqq. ff. eod. tit. de his. quæ pœn. nom.* dicentem in Romana curia pro ſua opinione fuiſſe iudicatum, eius rationes contra hanc ampliationem nihil quicquam faciunt: propterea quod de diuerſiſsimo caſu agat, nempe de eiuſmodi legato, vbi principalis ſumma nec debuit nec potuit exigi, & hæres tanquam principalis debitor teſtamento oneratus fuit, interim quandam ſummam ſoluere: cum autem in noſtra ampliatione, elapſo anno dos adeo debeatur, vt ne quidem mulieris expreſſa conuentione vlterius differri poſsit. *l. Attiſicinus. 17. ff. de pact. dotal. Aug. Bero. cap. 1. num. 10. & ſeq. ext. de iudic.* ideo patet, nihil ad inſtitutum noſtrum, deciſionem iſtam facere, prout ipſemet Socin. *ibid. num. 9.* hanc diuerſitatem manifeſtè agnoſcit. Similiter Alciato *lib. 5. paradox. cap. 20.* præter ea quæ ſcribit Couarr. *lib. 3. Var. reſol. cap. 1. num. vlt. & Ang. à S. Ioan. in Antiparadox. cap. 43.* reſponderi poteſt, quod iſta diſtinctio vtrum teſtator vſurarum appellatione vſus fuerit nec ne, iure nuſquam approbetur, ſed paſſim improbetur. *c. ad noſtram. 5. ext. de emt. & vendit. c. illo vos. extr. de pignor. l. pœnam. 44. ff. de vſur. & in d. l. nemo poteſt. Ripa num. 22. Io. Bologn. nu. 67.* Limitatur tamen hoc ſecundum
26 membrum, vt non procedat, quando † per ſtatutum definita eſt certa ſumma pro quibuslibet centum aureis danda: tum enim hæredes mariti obligati ſunt vt annuatim ſoluant iſtam ſummam, neque imputent in dotis ſortem. Quam quæſtionem in genere explicare, tractando an & quatenus huiuſmodi

ſtatutum in mutuo alijſue contractibus valeat, vt non eſt neceſſe, *& conſuli poteſt Bald. conſil. 166. incip. Statuto cauetur. volu. 1. & Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 56. vbi multas Doctorum auctoritates congeſſit*: ita ſatis eſt ſolummodo iſtam huius ſecundi membri limitationem confirmare. Statutum igitur iſtud, de certa ſumma danda, quouſq; dos reſtituatur, valere tradit Bald. *l. fin. §. praeterea. num. 5. C. de iur. dot. Iaſ. in l. de quibus, num. 71. ff. de ll. Cæpoll. in conſil. ciuil. 15. incip. Circa caſum in quo excellentiſſimi Domini. Hier. Gratus. conſil. 29. incip. Dubitatur an ſtatutum concedens. vol. 1. Barth. Socin. conſil. 126. incip. Diligenter puncti narratione conſiderata. num. 6. vol. 1. Lud. Bolognin. conſil. 16. incip. Stat ſtatutum in regia ciuitate. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 196.* & tale ſtatutum Athenienſibus à Solone datum fuiſſe, ex Demoſthene refert Pard. Prateius *lib. 2. vet. iuriſprud. cap. 83.* & à Venetis obſeruari teſtatur Brunor. à Sol. *in quæſtionib. legalib. quæſt. 46. num. vlt.* imò Bapt. Pontan. *de aliment. cap. 15. num. 7.* narrat huiuſmodi ſtatutum vrbis Romæ à Pontifice confirmatum eſſe. Eo enim neq; introducitur neque fouetur vſuraria prauitas, vt multi opinantur, repudiantes propterea eiuſmodi ſtatuta. *inter quos eſt Io. de Imol. in clem. 1. ſub num. 35. verſic. quærit vlterius, &c. de vſur. Panorm. conſil. 39. incip. Videtur primo dictum ſtatutum. volu. 2. Iaſ. in l. 1. lectur. 1. num. 49. & in lectur. 2. num. 38. C. de ſumm. Trin. & fide cathol. §. fuerat. num. 19. Inſtit. de action. Corn. conſil. 77. incip. Placet mihi. num. 6. vol. 3. Eman. Soarez. in commun. opin. lit. V. num. 77.* quia potius intereſſe, quod difficile probatu eſt. *§. non ſolum. Inſtit. de verb. oblig.* à lege municipali taxatur *Pontan. d. cap. 15. num. 7. Caball. milleloq. 435. quod de verbo ad verbum auctore non indicato iterum deſcripſit ex Carol. Molin. in tract. de vſur. num. 527. & hunc ſequitur etiam. Couarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 1. num. 3. verſ. Septimò ab eadem ratione procedit. Eman. Soarez. in commun. opin. lit. V. num. 64.* Statuta

27 † enim illa ita loquuntur & intelligenda ſunt, quandò hæredes mariti defuncti in dote reſtituenda moram committunt, *Plotus l. ſi quando. num. 471. C. vnde vi. vel iuxta Colon. edit. de init. iur. §. 11. num. 32. qui omninò hac de re eſt videndus.* Vnde manifeſtum etiam hoc fit, Doctores, eiuſmodi ſtatutum vt vſura-

 rium

rium repudiantes, non iuuari textu vel ratione *c. ſalubriter. 16. ext. de vſur.* dum prætendunt, quod mulier non ferat matrimonij onera. Petendi enim eius quod intereſt, non illa vnica & ſola cauſſa iure prodita eſt; neque propterea iuribus, moram debitoris, petitione intereſſe multantibus, derogatum. *Goffred. in ſumma canon. tit. de vſur. num. 9. gl. c. conqueſtus. 8. eod.*
28 *tit.* De tertio † membro vt breuibus me expediam, veriſsimum arbitror mulierem, ab hæredibus dotem finito anno non reſtituentibus, intereſſe optimo iure poſſe petere. *Angel. d. conſil. 369. in fin. Petr. de Ferrar. in forma libell. quo de dote agitur. §. ac etiam alimentis num. 1. Alex. conſil. 141. incip. Viſo themate cum dubijs. vol. 5. d. l. Titia. 48. verſ. ſed ſi forte. ff. de ſolut. Vital. de Camban. tract. clauſular. cap. pen. num. 140. cum ſeq. quem ſequitur Hipp. Bonacoſſa de æquit. canon. concl. 78. Io. Cephal. d. con-*
29 *ſil. 133. incip. Multa ſunt. num. 134. & ſeq.* Quia † autem intereſſe eſt duplex, aliud damni emergentis, aliud verò lucri ceſſantis. *text. eſt in l. fin. §. ſi quis verò. in fin. C. de codicill. l. Proculus. 26. & ibi gl. pen. ff. de damn. infect. Andr. Gail. lib. 2. practic. obſeru. cap. 6. num. 1.* ac vtriuſque petitio, omni iure licita permiſſaque eſt. *gl. d. c. conqueſtus. 8. Laur. Kirchouius in commun. opin. lit. V. verſ. Vſuræ quando petuntur.* hac tamen reſtrictione vt damnum emergens creditor in actione bonæ fidei petere poſſit, ſi in mora fuerit debitor: ad perſequendum autem ceſſans lucrum, præter debitoris moram, requiratur actorem negociari conſueſſe, *quemadmodum hæc eruditè vt ſolet omnia, explicat,*
30 *confirmatq́; Andr. Gaill. d. cap. 6.* ideo † ſi mulieri, dos in rebus mobilibus conſiſtens, intra annum non reſtituatur, velitq́ue intereſſe damni emergentis petere, neceſſe eſt duo concurrere, primò vt hæredem interpellarit, atque ita eum in mora conſtituerit. *Cephal. conſil. 746. incip. Petitur ex parte. num. 3. vol. 5.* nam ſi non, quantum poteſt, mariti hæredes ad ſolutionem vrgeat, ſed malit iſtud intereſſe, quam ſuam dotem habere, tum non eſt audienda. *l. 1. §. 1. verſ. cum in poteſtate. ff. de vſur. l. 1. cum ibi notat. C. de ſent. quæ ſin. cert. quant. Caſtr. l. diuortio. 8. in pr. num. 6. ff. ſol. matrim. Iaſ. d. conſil. 92. incip. Circa primum dubium. num. 31. vol. 1. Kirchou. in commun. opin. lit. A. verſ. Alimenta petere*

*non poteſt. Io. Campeſ. de dote part. 2. quæſt. 18. & part. 5. q. 78. num. 2.* ſecundo requiritur vt aut non habeat de quo ſe alat. *Campeſ. d.quæſt.18. num.2. Menoch. conſil. 201. incip. Non dubito equidem.num.21.& 22.* COMMVNIS *eſt opinio Hier. de Mont. lib. ſing. quæſt.var. quæſt. 4. num. 10. Burſat. conſil. 8. incip. In cauſſa illuſtr. domina.num.41.* ( quod quomodo intelligendum ſit, traditum fuit ſub finem capitis primi, & ſupra hoc cap. num.6. neque viduæ opponi poteſt, cur non locarit alijs ſuam operam, *Menoch. conſil. 8. incip. Duæ adhuc proponuntur num. 22.*) aut vt æs alienum contraxerit, vel alio modo rerum ſuarum iacturam fecerit. *l. nummis.3. in fin. ff. de in lit. iur. l. liber homo.118. §.fin. ff. de verb.obligat. Alex. conſil. 141. incip. Viſo themate. num. 3. vol. 5. Burſat. conſil. 9. incip. Quoniam excellentiſſimi.nu. 42. cum ſeq. qui eſt omnino videndus. Thom. Grammat. d. deciſ. 103. incip. Illuſtriſſima Marchioniſſa.nu.92. & ſeqq.* ſic ſi rurſum nupſerit, debet illi mulieri pro modo temporis, poſt annum ſi dos fuerit mobilis, vel ſi immobilis fuerit, poſt mariti obitum, elapſi, moderatum intereſſe dari. *Bald. conſil.86. incip. Punctus, Angelus Petri vol.2.*

31 Quod ſi † vidua intereſſe lucri ceſſantis petere velit, opus eſt, præterquam quod interpellatione in mora hæredem conſtituerit, vt inſuper etiam probet ſe ſolere pecuniam ſuam ad honeſtum lucrum dare vel ad annuos reditus, aut etiam fundum emere. *l.2.§. fin. cum ibi notat. ff. de eo quod certo loc. iuncta l. ſi ſterilis. 21. per venditorem. ff. de act. emt. c. per veſtras. in fin. de donat. inter vir. & vxor. Alex. d.conſil 141. num. 2. vol.5. conſil.200. incip. Perſpectis narratis. num.3. volum.6. Crauett. conſil.89. incip. Nobilis Antonius de Ambello. num.4. & conſil. 189. incip. Quando fœmina excluditur. num.7. verſ. Sextus caſus eſt. Neguſ. de pignor. membr. 5. quintæ part. princip. num. 17. Caſ. de Vrſil. deciſ.284. nu.6. in fin. Campeſ. d.quæſt.18. Burſat. conſ.8. incip. In cauſſa illuſtr. dominæ.nu.47. et d.conſ.9. nu.47. conſ.68. incip. Vendidit nu. 17. Pontan. de alim. cap. 15. num.3. & hæc eſt* COMMVNIS *opinio teſte Pariſ. conſil. 64. incip. Mulier. nu.1. cum ſeqq. volu. 4. & Hier. Gratus conſil. 56. incip. Viſis elegantiſſimis allegationibus. per tot. volu. 1.*

32 Ad quorum † omnium meliorem intellectum, de eo admonendi ſumus, Cavalcanum *deciſ.3. nu.30. & 31. part.1.* non rectè viderī

videri deſiderare litis conteſtationem, quaſi vidua ſine ea hæredem in mora conſtituere nequeat. Etſi enim ibi allegat multos Doctores *nempe Alex. d. conſil. 74. conſil. 141. num. 4. & 5. vol. 5. Cravett. d. conſil. 189. num. 7. Ripa reſponſ. 25. de oblig. vol. 2. Odofred. l. ſi maritus. C. de diſtract. pignor. Hier. de Mont. d. quæſt. 4. num. 10. & ſeq. Purpur. conſil. 117. num. 14. vol. 1. Rol. à Vall. conſil. 55. vol. 2. Cephal. conſil. 133. nu. 130. & ſeq. vol. 1.* tamen nullus eorum id dicit, ad quod eos allegat Cavalcanus. Deinde notiſsimum eſt iuris axioma, interpellatione etiam extraiudiciali debitorem conſtitui in mora: *l. qui Romæ. 122. §. cohæredes. & ibi gl. verb. teſtato. ff. de verb. oblig. l. fideiuſſor obligari. 16. §. fin. vbi gl. verb. reus. ff. de fideiuſſor. Iaſ. l. vinum. num. 15. ff. ſi cert. pet. Io. Bern. Diaz. reg. 355. incip. Interpellatio extraiudicialis. benefacit l. mora. 32. in prin. ff. de Vſur. Steph. Forcat. tract. de Mora. part. 1. nu. 10. & ſeqq.* à qua regula, cum dotis repetitio nuſquam exceptæ inueniatur: *Iaſ. d. l. vinum. num. 15. cum ſeq. Diaz. d. reg. 355. Oeſten. tract. de mor. cap. 2. num. 29.* ac inter bonæ fidei actiones referatur: *§. fuerat. Inſtit. de action. l. vnic. C. de rei vxor. act.* merito, quouſque exceptio probata fuerit, regulæ interim ſtandum arbitror. *Dec. l. 1. num. 7. ff. de reg. iur.* prout & ſufficere, ſi ſolummodo mulier inſtet & proteſtetur, ſcribit Angel. *Aret. d. §. fuerat. num. 19. Hier. de Mont. d. quæſt. 4. num. 12.*

33 Neque † tamen quiſquam putet, interpellatione nulla opus eſſe, quod lapſus anni pro homine videatur interpellare, *per l. magnam. 12. C. de contrah. & committ. ſtip.* quia cum iſte textus ſolummodo de pœna, quæ non niſi ſemel & ſummâ ab initio expreſsâ, debetur, non verò de intereſſe, quod in dies magis magiſque augeſcit, loquatur, meritò hominis interpellatio requiritur. *Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 36. verſ. Et quamuis lapſus anni, &c. quo referri poſſunt etiam ea, quæ allegat. Ant. Gabr. Roman. lib. 3. tit. de ſolut. & liberat. concluſ. 9. num. 17.*

34 Quintus caſus eſt, quando † mulier marito ſuo in dotem attulit res immobiles: quas quia illico viduæ reddi oportet. *d. l. vn. §. exactio. C. de rei vxor. act.* non minus quam in præcedenti caſu, intereſſe & damni emergentis & lucri ceſſantis, iuxta diſtinctiones & limitationes paulo ante declaratas, per

viduam peti poſſe palam eſt: cum enim hæredes mariti in mora legitimis medijs conſtituantur, & nulla diuerſitatis ratio aſsignari poſsit: merito idem ius debet obtinere. *vulg. l. illud.*
35 *32. ff. ad l. Aquil.* Vbi prætereа † de fructibus, qui plerunq; ex agris prouenire ſolent, hoc addendum eſt, quod cum ij dotem augeant, prout natura actionum vniuerſalium expoſcit. *l. item veniunt. 20. §. fructus. ff. de petit. hæred. l. quod dicitur. 5. & ibi gl. verb. ſed dotis. ff. de impenſ. in res dot. fact.* iuſtiſsimum eſt, eos mulieri reſtitui, *vt eſt text. in d. l. vn. §. ſin autem. C. de*
36 *rei vx. act. Copus de fructibus. lib. 3. tit. 2. cap. 5.* Ex horum † autem duorum poſteriorum caſuum declaratione, deſumi poteſt deciſio quæſtionis, primo ſanè aſpectu difficilis & intricatæ. Fac enim mulierem attuliſſe in dotem marito ſuo centum aureos, eorumque reſtitutionem ab hæredibus vltra annum luctus protrahi, & iudicem, à muliere inopiam ſuam allegante, imploratum, iuſsiſſe hæredes ſingulis ſeptimanis, viduæ tam alendi ſe, quam litis ſumtum ſufferendi cauſſa, præſtare dimidium aureum, vel quod idem eſt, quolibet ſemeſtri ſpacio aureos tredecim, & ita lite ſeſquiannum durante, numeratos fuiſſe viduæ, aureos triginta nouem: iam quæritur, num hæredibus tandem condemnatis, hos reputare, & ita ſexaginta & vnius aureorum numeratione defungi liceat, an verò centum aureos integros, ſine diminutione reſtituere incumbat? Nam cum vt paulo ante *num. 28. & 34.* dictum eſt, viduæ interim intereſſe debeatur, iniquum foret rurſum mulieri iſtud extorquere: *accedit text. l. vlt. C. de Carbon. edict. ex quo Bald. in l. terminato. 3. num. vlt. in fin. C. de fructib. & lit. expenſ. & Angel. in l. hæres furioſi. 51. in princ. num. 1. ff. de petit. hæredit. vt notabili arguunt, fructus auctoritate iuris perceptos, non eſſe reſtituendos: quæ inductio in hac præſenti quæſtione tanto magis obſeruanda eſt, cum d. l. vlt. de fructibus in cauſſam alimentorum inſumtis agat: & præterea probatur ex l. 1 §. intereſſe. ff. ſimul. vent. nom. in poſſeſſ. calumn. cauſſ. eſſ. dic. & hanc ſententiam tenet Capyc. deciſ. 24. num. 6. eamq; in praxi obſeruari teſtantur Maſuer. in pract. tit. 11. de poſſeſſor. num. 18. & Petr. Rebuff. ad conſtit. Reg. tit. de ſentent. praiudicial.*
37 *ſeu prouiſional. art. 3. gloſſ. 1. num. 22.* Quæ rationes † & iura, cum etiam

etiam obtineant re immobili in dotem data, necdum viduæ reſtituta, idem plane iuris ſtatuendum eſſe cenſuit Dynus, ſi hæredes mariti fundum dotalem per aliquot annos retineant, & viduæ, ſuam quanta poteſt diligentia dotem repetenti, alimenta interim præſtent: vt nimirum cum fundo dotali fructus inde perceptos omnes, ſine vlla diminutione, alimentorum obtentu, facienda, reſtituant, *quemadmodum hanc Dyni opinionem Bald. in d. l. diuortio. 8. in pr verſ. Sed quæro quid ſi vidua*
38 *remanſit, &c. ff. ſol.matrim. recenſet.* Quam † deciſionem etſi Bald. ibidem ita temperandam eſſe ſtatuit. vt vſque ad concurrentem quantitatem cum alimentis fructuum compenſatio fieri debeat, & ſaltem quod plus eſt in fructibus reddendum ſit mulieri, *arg. l. fin. ff. de petit. hæred. & l. in inſulam. 42. ff. ſolut. matrim. ſequitur Angel. conſil. 142 incip. Tutor pupilli. & Io. de Imola in d. l. diuortio. num. 5. verſ. Circa ſecundum conclude, &c. eandemq́; limitationem, Baldo non allegato, amplecti videntur Rubeus conſil. 108. incip. In cauſſa & lite. num. 3. ac Tiber. Decian. conſil. 79. num. 21. volu. 2.* propterea quod hæres viduam alens, ferat onera matrimonij, & conſequenter fructus aut reditus dotis lucrari debeat: tamen præterquam quod rationes paulo ante adductæ, hanc reſtrictionem auerſantur, inſuper etiam illa ipſa fundamenta Baldi cæterorumq; ad rem nihil faciunt. Primò enim quod attinet d. l. fin. ff. de petit. hæred. ea propoſito minus inſeruit, quia agit de patre bonæ fidei poſſeſſore: id quod non tantum ipſe textus & iuris ratio oſtendit, ſed & Odofred *in d. l. fin.* manifeſtè agnoſcit, quemadmodum & d. l. in inſulam. 42. §. fructus. loquitur de fructibus bona fide perceptis: quæ bona fides hæredi mariti, res dotales immobiles poſsidenti, aut ſolutionem nummorum dotalium vltra annuam dilationem à iure indultam differenti, tribui non poteſt, cum & à lege reſtitutionem mandante. *d. l. vnic. §. exactio.* & à muliere (hoc enim præſuppono) interpellatus, in mala fide conſtituatur. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 225. num. 15.* Multo minus ad rem facit Rubei ratio, putantis hæredem alimenta mulieri viduæ præſtantem, onera matrimonij ferre: cum amplius non conſiſtat matrimonium, ſed morte

mariti ſit iam diſſolutum. *l. 1. ff. de diuort.* & non entis nullæ ſint qualitates aut adiuncta. *l. eius qui. 41. ff. ſi cert. pet.* Deinde ſi iſta Rubei ratio admittenda eſſet, efficeretur, vt fundi dotalis fructus hæres lucraretur, non tantum ad alimentorum præſtitorum concurrentem quantitatem, prout vult Bald. ſed omnes in vniuerſum: cum onerum matrimonij latorum hic ſit effectus. *Bald. in l. pro oneribus. 20. num. 1. C. de iur. dot.*
39 Poſſet † tamen forſitan non ſine colore pro Baldo non tantum ita argui: Neceſſarias impenſas etiam malæ fidei poſſeſſor recuperat. *l. domum. 5. C. de rei vindicat. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 2. num. 8. cum ſeqq.* Sed alimenta ſunt neceſſariæ impenſæ. *arg. l. impenſæ. 79. in pr. ff. de verb. ſignif.* Ergo alimenta etiam malæ fidei poſſeſſor recuperat: ſed etiam allegari textus. l. hæres furioſi. 51. cum ibi notat. per Odofred. & Bald. ff. de petit. hæredit. vbi ante rei principalis reſtitutionem alimentorum præſtitorum conceditur deductio: & textus l. creditor. 60. §. ſi inter. ff. mandat. vbi alens mulierem vt miniſter, debet habere vſuras vel fructus dotis, vſque ad concurrentem quantitatem alimentorum. Sed hæc fundamenta omnia abſolui poſſunt vna reſponſione, nempe id, quod interim datur viduæ, non dari vt alimenta, ſed vt intereſſe, quemadmodum paulo ante *in hoc. cap. num. 22. & 28. cum ſeqq.* fuit oſtenſum. Deinde obſeruandum etiam eſt, textum tam d. l. hæres furioſi. 51. quam d. l. creditor. 60. §. ſi inter. loqui de alimentis erogatis, antequam locus fieret reſtitutioni: in quibus terminis cum nos non verſemur, ſed agamus de intereſſe dato mulieri, cui dos iam ante reſtitui debuit, ob moram ab hærede mariti commiſſam: cuilibet manifeſtum ſit, iſtos textus Baldo hac in parte neutiquam patrocinari. Cuius
40 † quæſtionis ita declaratæ occaſione, etſi mihi viam apertam videam agendi de fructibus, ex re mobili dotali ab hærede mariti durante illo annuo ſpacio perceptis, num eos hæres lucretur necne, vel quatenus: quia tamen anceps & dubia eſt tractatio, ita vt ſi omnium Doctorum argumenta hinc inde excutere velim, nimis prolixa futura eſſet hæc commentatio: & deinde quia ea diſquiſitio aliena eſt ab hoc inſtituto alimentorum:

torum: ex veteri autem prouerbio, extra viam magno quamuis conatu currere fruſtra ſit, *Eraſm. Chiliad. 3. cent. 1. prouer. 84.* ideo ſciens & prudens hanc quæſtionem hoc loco omitto. Id ſaltem obiter attigiſſe ſufficiat, ante omnia diſtinguendum eſſe pignus pecuniæ dotalis, ab ipſa pecunia dotali: quam diſtinctionem tyronibus iuris imò etiam iuris literarumque ignaris, notam eſſe puto. Quod ſi igitur marito promiſſa ſit certa ſumma in dotem, ipſique ante exolutionem fundus aliquis pignori tradatur, lucratur quidem maritus onera matrimonij ferens, fructus ex illo pignore perceptos. *c. ſalubriter. 16. extr. de vſur.* at hæres mariti, etiam anno primo durante, nequaquam: ſed fructus percepti extenuant ſortem. *Bald. conſil. 127. incip. Quoniam quicquid accedit. vol. 2.* quia ratio iſtius textus ceſſat, cum matrimonium ſit iam ante diſſolutum, *ita ſcribit in d. c. ſalubriter Ant. de Butr. num. 9. Panorm. num. 4. Ambr. de Vign. num. 5. vbi hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe aſſerit, extr. de vſur. Laur. de Rodulph. c. conſuluit, quæſt. 51. ext. eod.* Quod verò ad ipſam pecuniam dotalem attinet, commodum primo anno inde perceptum hæredis lucro cedere, ſentit *in d. l. diuortio. 8. in pr. Bart. num. 5. Caſtr. num. Alex. num. 17. Lud. Roma. num 14. Fr. Aret. num. 4. verſ. Circa primam concluſionem, &c. Pontan. de aliment. cap. 15. num. 4. imò eam eſſe* COMMVNEM, *à qua in iudicando & conſulendo non ſit recedendum, teſtantur Iaſ. ibid. nu. 18. Io. de Amic. conſil. 45. incip. In cauſſa agitata. num. 7. cum ſeq. Plot. l. ſi quando. num. 459. C. vnde vi. vel iuxta Colon. edit. in tract. de in lit. iurand. §. 11. num. 23. Fr. Viuius in commun. opin. lit. V. § Vxori hæredes mariti. num. 2. idq́; propter regulam l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & c. qui ſentit. eod. tit. in 6. Cord. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 124. ff. de liber. agnoſc.* Contrariam ſententiam tuetur Zaſ. *lib. 2. ſingul. reſponſ. cap. 3. quem ſequuntur Couarr. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 9. num. 8. in fin. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 8. num. 31.* Alij aliter diſtinguunt: nam aliqui dicunt hæredes ex fructibus dotis mobilis tantum lucrari, quantum in alimenta viduæ inſumendum eſt. *Angel. d. conſil. 142. incip. Tutor pupilli. in pr. Fr. Aretin. d. l. diuortio num. 4. verſ. tu potes dicere, &c. ibidemq́; Claud. de Seiſell. num. 8. Io. Campeſ.*

 de dot.

*de dot.part.2.queſt.16.* aliqui verò diſtinguunt pecuniam, quæ ſua natura non fert fructus, ab alijs rebus mobilibus fructuoſis, vt pecoribus,&c. *Salic.d.l.vn. §.exactio. nu.31.verſ. ſed mihi apparet. C. de rei vx. act. Ant.Gomez. in l.51.Tauri.nu. 47.Io. Garſ. de expenſ. & meliorat.d.c.8. num.34.*

41 Prima igitur † limitatione, quæ in vìdua dotem habente occupatur, hactenus ita expoſita, ordo exigit, vt aliquid dicamus de vidua, quæ nullam dotem marito defuncto attulit: de qua,vt & de qualibet alia inope vidua,etſi aſſerit Paul. de Caſtr. *in conſil. 147.incip. Reuocatur in dubium.num.2. volu. 2. & in d. l.diuortio. 8. in pr. num.8.ff.ſol.matrim.* eam à mariti hæredibus ali oportere: propterea quod ex Richardi de Malumbr. opinione, quouſque in viduitate permanet, in eodem matrimonio eſſe cenſeatur: quia tamen ſupra in initio huius capitis dictum fuit,quatenus iſta matrimonij duratio poſt mariti obitum intelligatur, neque ad hoc alendi onus pertineat: ideo iſtam ſententiam, vtpote probabili iuris fundamento deſtitutam, fas non eſt recipere, ac propterea eam vſus non obſeruat *vt teſtatur Ar. Pinel. in l. vlt. num.8. C. de bon. matern.* Neq; obſtat quod dici ſolet, viduam antequam alij nubat, videri permanere in priore matrimonio: quia ſupra hoc. cap. in pr. oſtendi,id ſolummodo in dignitatibus ac priuilegijs obtinere. Sic neque nos mouere debet ratio Iaſonis *in auth.præterea.num. 2. C. vnde vir & vxor*, ita argumentantis: ſi maritus vxorem ſuam tenetur alere, tum etiam priuigni, ſi patris ſui facti fuerint hæredes, tenentur alere inopem nouercam. *per l. ſi quis à liberis. §.item reſcriptum.ff. de lib. agnoſc.* Sed prius eſt verum. *per l. ſi cum dotem. §.ſin autem in ſeniſſimo. ff. ſolut. matrimon.* Ergo & poſterius. Nam reſpondeo in ratione conſequentiæ copulati, committitur fallacia à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter: quia text. *in d. §.item reſcriptum.* non ſimpliciter, aut omni caſu in hæredem alendi onus transfert, ſed tantum agit de alimentis ob ſanguinis coniunctionem debitis. Cum verò maritus non alat vxorem ſuam propter ſanguinis coniunctionem, vt cap.præcedente expoſitum fuit,ideo ad præſens inſtitutum accommodari neque poteſt neque debet:

debet: ideoq́ue nego copulatum. Quæ reſponſio corroboratur per textum l. ſic pro rata. 27. §. maritus. ff. de relig. & ſumtib. fun. vbi cum maritus, dotem amplius penes ſe non habens, intuitu matrimonij præteriti, ſed nunc diſſoluti, in vxorem defunctam, non cogatur quicquam erogare, & dos nouercæ apud priuignos non remaneat, ſequitur multo minus priuignis incumbere, vt nouercæ alimenta ſuppeditent. Quibus omnibus accedit nouercarum in priuignos plus quã Vatinianum odium & paſsim decantata crudelitas. *Tiraq. in ll.*

2 *connub. l. 9. num. 149. Cacheran. deciſ. 31. num. 9.* Quamuis † igitur à priuignis nouercam ali debere, iure nuſquam cautum inueniamus. *Raph. Fulgoſ. in d. auth. præterea. in pr. C. unde vir & vxor*: attamen ipſius inopiæ ſubleuandæ cauſſa, partim propter alimenta, partim in recompenſationem matrimonij præteriti, quemadmodum bene probat Iaſ. *in d. auth. præterea. num. 9. & 11.* introductum fuit, vt marito, tres vel pauciores liberos, vel ex iſto vel ex priore matrimonio procreatos, relinquenti, vidua dotem nullam habens, in quartam partem, cum pluribus mariti liberis, in virilem portionem ſuccedat. *quoniam vero ad clementiam. in Authent. de exhibend. & introduc. reis. collat. 5. d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* In cuius iuris explicatione, quia plurimi tam veteres, quam recentiores Iuriſconſulti operam præclaram poſuerunt, ideo ne actum agam, ego non immorabor: hoc ſaltem vtpote ad inſtitutum

43 meum ſpectans admonere volui, iſtius ſucceſsionis † tradi quidem quatuor requiſita, quorum primum eſt, vt contractũ ſit matrimonium, ſecundum vt nulla dos fuerit data, tertium vt ſuperſtes coniux laboret inopia, quartum vt defunctus fuerit locuples. *Fab. de Pep. in d. auth. præterea. num. 4. Corn. conſil. 249. incip. Viſo ſupra ſcripto puncto. num. 1. volum. 3. Hier. Gabr. conſil. 142. incip. Arbitror. num. 1. vol. 1. Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 35. in pr.* ſed occaſione ſecundi requiſiti, diſceptari inter noſtros, an eadem ſuccedendi poteſtas, mulieri do-

44 tem exiguam habenti, concedatur: & vt ferè † omnes COMMVNEM illam ſententiam amplecti videntur, propter dotem paruam, à beneficio huius iuris non repelli mulierem, *vt tradunt*

*dunt in d. auth. praterea. Bald. num. vlt. in fin. Salic. num. 2. Caſtr. num. 6. Alex. num. 4. Ludouic. Roman. nu. 18. Io. Mar. Riminald. nu. 2. verſic. Intellige etiam iſtum textum. Dec. num. 3. verſ. Et quod dicitur hic, abſq; dote Iaſ. num. 3. cum ſeqq. Paul. de Montepic. nu. 10. C. vnde vir & vxor. Cumanus conſil. 132. incip. Duo fratres. num. 2. Mattheſil. in tract. de ſucceſſ. art. 4. principali. nu. 22. & ibi Bolognin. in addit. Angel. Aretin. in §. vlt. num. 8. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. & in tract. de teſtam. gloſ. 4. num. 28. & ſeq. Rol. à Vall. conſil. 15. incip. Subtilis & alta. num. 25. vol. 3. Ioſeph. Ludouic. in commun. opin.*
45 *concluſ. 35. verſic. Ampliatur primò.* ita quænam † parua dos dicenda ſit controuertitur: aliqui diſtinguunt inter dotem ſimpliciter paruam, & paruitate notabili paruam, *vt Fab. de Pep. in d. auth. praeterea. num. 10. qui hanc diſtinctionem late perſequitur vſq; ad num. 19. incluſiue, & deſumſit ex Bartol. Socin. conſil. 30. incip. In cauſſa Dominae Agnetis. nu. 14. vol. 4.* aliqui id dijudicandum relinquunt arbitrio iudicis, *Menoch. de arbitr. iudic. quaeſt. lib. 2. caſ. 65. num. 9. Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 35. verſ. quis autem dicatur inops.* Quod poſterius etſi non nego, quia tamen veriſsimum eſt iſtud boni viri arbitrium iuri ſubiacere, *vt tradit idē Menoch. de arbitr. iudic. quaeſt. lib. 1. quaeſt. 13. num. 15. cum ſeq* ideo ſciendum eſt, dotem ex qua mulier ſe ſuſtentare nequeat, in hoc negocio paruam eſſe, ac propterea non impedire, quo minus mulier vigore illius authenticæ ſuccedat marito, quia hæc eſt COMMVNIS opinio, *vt teſtatur Io. Dilect. Durant. de arte teſtandi tit. 6. caut. 20. num. 1. Eman. Soarez. in theſaur. commun. opinion. lit. C. nu. 270. Burſat. conſil. 92. num. 22. in fin. Rol. à Vall. conſil. 14. per tot. volu. 3. Tiber. Decian. conſil. 70. per tot. vol. 2. quod conſilium repetitum inuenitur in conſil. 111. vol. 3.* qui auctores poſteriores duo præcipuè videndi ſunt, cum non tantū hanc communem opinionem iuris rationibus eruditè confirment, ſed etiam Socini & Fabiani de Pep. fundamentis in contrarium inclinantibus bene reſpondeant: imo eſt MAGIS COMMVNIS, *vt teſtatur Hier. Gabriel. d. conſil. 142. incip. Arbitror. nu. 3. vol. 1. Ioſeph. Ludouic. d. concluſ. 35. verſ. Prima tamen opinio in iudicando.* & ita in audientia Regis Cataloniæ iudicatum fuiſſe Anno 1527. refert Celſ. Hug. *conſil. 4. incip. Proponitur in factis*

*contin-*

46 *contingentia.in fin.* Cuius opinionis † occaſione porro quæri poteſt, qualia nam alimenta ab huius quartæ vel virilis portionis petitione excludant viduam, vtrum quæ ad indigentiam & neceſsitatem ſufficiunt, an quæ dignitas & natalium ſplendor expoſcit. Et quidem Gomez. Leon. *in informat.8.* cenſet alimenta in hoc caſu ſecundum dignitatem conſideranda eſſe, ſed tamen nihil allegat. Forſitan itaque verior eſt opinio Alciati *in conſil. 18 incip. Species facti. num.6. cum ſeqq. lib. 9.* ſtatuentis, ſatis eſſe ſi habeat alimenta ad neceſsitatem, cuius ra-
47 tiones hic non deſcribo. Similiter de † tertio requiſito dubitari poteſt, num vxor cui maritus teſtamento alimenta legauit, inopia laborare videatur, eique hanc quartam vel virilem partem petere fas ſit: & eam à petitione iſtius partis, propter huiuſmodi legatum repellendam eſſe, cenſent Io. Mar. Riminald. *conſil. 114. incip. Omiſsis non neceſſarijs. vol. 1. & Cephal. conſil. 244. incip. Teſtator vxori ſuæ:* moti præcipuè ea ratione, quod in muliere tali legato honorata, ceſſet ratio d. auth præterea, nempe inopia. Quorum Iuriſconſultorum licet ea ſit auctoritas, vt ab eorum veſtigijs deflectere mihi ſit religio: ſi tamen dicendum eſſet, vereor ne iſta ſententia vera non ſit. Diligentius enim textum *in d. §. quoniam vero ad clementiam. in Authent. de exhibend. & introduc. reis collat. §.* intuenti apparebit, mulierem ab illa quarta vel virili portione excludi propter opes, quas ex ſuo proprio patrimonio habet, *d. §. quoniam vero ad clementiam. verſ. ſi verò quaſdam res proprias, &c. in Authent. de exhibend. & introduc. reis. collat. §.* non autem eas, quas habet ex mariti teſtamento: alioquin legatum, quod viduæ alendæ ſufficiens eſſet, & tamen quartam nondum attingeret, eam ab omni petitione excluderet, *contra d. §. quoniam verò ad clementiam. in Authent. de exhibend. & introduc. reis collat. §. & d. auth. præterea.* Deinde quia iſta mulieris, ex iure nouo ſucceſsio, introducta fuit, vt paulò ante ex Iaſone dixi, tam propter alimenta viduæ, quam etiam recompenſationem matrimonij præteriti, ideo poſterior cauſſa et-
48 iam aliquo modo conſiderari debet. Propter † hæc obſeruandum eſt, hanc ſucceſsionem, cum alimentorum perce-
ptione,

ptione, confundi non oportere, quod facere videtur Aug. guſt. Bero.*conſil. 130.incip. Dubitatur in præſenti cauſſa volu.3.*alle-gans tantummodo text. in d.auth. præterea.& in corpore vnde illa ſumitur cum ibi notatis. Nam primò tum copia tum inopia relictæ viduæ, hic non ſimpliciter & quolibet tempore inſpicitur, prout cum de ſubueniendo indigentiæ parentum vel liberorum vel fratrum agitur, fieri ſolet: ſed tantum, quemadmodum iuris eſt in qualibet alia ſucceſsione, tempore mortis mariti, ita vt nec paupertas nec diuitiæ, poſt interuallum aliquod accedentes ſint in conſideratione: *id quod bonis rationibus probat Phil.Dec. conſil. 24. incip. Et pro virili mea. ibiq. Carol. Molin. in addition. Tiraq.in reg. Ceſſante cauſſa. part. 2. limit. 4. nu. 2.*Cui ſententiæ quia refragatur Alciat. *d. conſil.18. incip.Species facti.num. 10. & 11. lib.9.* motus authoritate Socini *d. conſil. 30. num.10. cum ſeq.vol.4.* & Fabiani de Pep. *d. auth.præterea.nu. 110.* quinque rationibus vtentis: ideo pro vlteriore confirmatione obſeruandus eſt text. apertus *in §. quoniam verò ad clementiam. in Auth.de exhib. & introduc. reis. collat. 5.* Si enim qualitas dotis non exiſtentis, determinanda eſt ſecundum tempus verbi, *quod ipſe Socin. d.conſil. 30. num.10. & Fab. de Pep. d. num. 110. per l. Titius. 25. ff. de teſtam. milit. & l. ex facto.ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. in hiſce noſtris terminis fatentur*: & verò in d. §. quoniam. verſ. ſi ſine dote exiſtentem vir dimiſerit, &c. hæc dotis non exiſtentis qualitas, morti, per quam hoc caſu maritus vxorem dimittit, additur: conſequens eſt, vt illa qualitas iuxta tempus iſtius verbi ſit determinanda, & proinde ſufficit, ſi illa mulier, moriente marito, dotem ſuſtentationi ſuæ ſufficientem non habeat.

49 Neque rationes † quarum præcipuas Fabianus de Pep. ex Socino depromſit, contrarium euincunt. Nam prima & ſecunda poſſunt includi huic ſyllogiſmo: Quæ ſunt in lege extenſa, cenſentur repetita, in lege extendente. *§.1.de fil. ant. dot.inſtrum, nat.collat.3.* ſed *l. fin. C. de repud.* agit de muliere, quæ tempore matrimonij contracti dote caruit: & ſecundum d. l. fin. hæc quarta fuit conceſſa. *§.quia vero legem. in auth. vt liceat matri & auiæ. collat. 8.* Ergo & hæc pars quarta vel virilis debetur tantum mulieri, quæ initio matrimonij con-

contracti ſine dote fuit. In cuius argumenti diſſolutione, etſi
merito dubitari non tantum de maiore poſſet, an & quatenus
iſta regula procedat, & inprimis quidem, num econtra quæ
ſunt in lege extendente, repetita quoque cenſeantur in lege
extenſa: ſed etiam de minore, vtrum *d. §. quoniam verò ad cle-*
*mentiam. in Auth. de exhib. & introduc. reis. collat. 5.* contineat le-
gem extendentem an extenſam: tamen ea vt pote intricatio-
ra, alijs doctiorib. excutienda relinquens, craſsius reſpondeo
ad maiorem, eam vltra intentionem legislatoris extendentis
accipi non debere. *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet.* Cum autem in
*d. §. quia verò legem. vt liceat matri & auiæ, &c.* duo ſolummodo,
vt textus ait, melius & clarius exponantur, quorum prius eſt,
vt filij etiam nullis inſtrumentis nuptialibus confectis nati, ſint
legitimi & ad hæreditatem paternam vocentur: alterum vt
mulier non tum demum quartam partem ſi centum libris au-
ri minor ſit accipiat, ſed tribus liberis aut paucioribus in
quartam, pluribus exiſtentibus in virilem ſuccedat: imò in
d. §. quia vero legem non dotis, ſed dotalium documentorum
fiat mentio: ideo perperam fit, ſi contra verba & mentem
50 legislatoris, inde quid exſculpere volumus. Tertiò † ita ar-
gumentatur Fabianus de Pep. Si tempus mortis inſpiciendum
eſſet, tum fruſtra lex conſideraret matrimonium contractum
ſine dote vel cum dote. Sed conſequens eſt falſum *per d. auth.*
*præterea. & in corpore vnde ſumitur.* Ergo & antecedens. Ratio-
nem conſequentiæ in copulato non probat: quod ſi tamen
hanc ſubeſſe hariolari liceret, quod dos ſine nuptijs eſſe ne-
queat. *l. 3. ff. de iure. dot.* & nuptiæ morte mariti ſoluantur *l. 1.*
*ff. de diuort.* tum nihilominus reſponderem, negando rationem
conſequentiæ in copulato: partim quia dicimus hanc dotem
conſiderandam in articulo mortis mariti, quo adhuc matri-
monium durare nemo negabit, & ita adhuc vere erit dos: par-
tim quia dos etiam poteſt dici reſpectu præteriti temporis, *vt*
51 *in rubr. ſoluto. matrim. quemadm. dos petatur.* Quartum † argu-
mentum eſt tale: Quando plura copulatiue requiruntur tum
omnia adeſſe oportet. *l. ſi hæredi plures. 5. ff. de condit. inſtit.* ſed
text. *in d. auth. præterea.* coniunctim deſiderat, quod coniunx
ſuper-

ſuperſtes ſit inops, & quod matrimonium fuerit ſine dote. Ergo inopia ſola non eſt ſatis. Ad hoc argumentum reſpondeo ex Vlpiano *in l. de ætate. 11. §. quod autem. ff. de interrogat. action.* οὐδὲν πρὸς ἔπος *Eraſm. chil. 1. cent. 5. adag. 45.* Nec enim nunc quæritur, vtrum inopia ſola ſatis ſit nec ne: ſed vtrum dotis tenuitas, conſideranda ſit tantummodo in initio matrimonij, an etiam tempore mortis mariti. Hoc ſi quis inde extorquere velit, ei reſponderem plus eſſe in concluſione quam in
52 præmiſsis. Quarti † fundamenti loco ponderat Fabianus de Pep. ex d. §. quia verò. in Auth. vt lic. matri & auiæ, &c. verba *indotatam acceperit*: quæ quomodo ad rem præſentem accommodet, non ſatis aperit: præſertim cum ita corrigerentur verba *ſine dote dimiſerit*, quæ habentur in d. §. quoniam vero ad clementiam. in Auth. de exhib. & introduc. reis. collat. 5. correctio autem iurium ſit vitanda. *l. vn. C. de inoff. dotib.* Stan-
53 te igitur ita hac prima differentia, differunt † ſecundo alimenta ab hac viduæ inopis ſucceſsione, quod alimenta conſtituenda ſunt ſecundum neceſsitatem eius, cui debentur, vt j. lib. 2. cap. 2. dicetur, ſed hæc quarta vel virilis pars datur non conſiderato vtrum alimentis ſufficiat, an verò excedat. *Dec. in d. auth. preterea. num. 5. verſ. Nec obſtat quod quarta poteſt eſſe plus*
54 *vel minus.* Tertiò † differunt, quia alimenta morte alendi deſinunt. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact.* ſed quarta vel virilis illa portio, tranſit poſt mortem viduæ ad ipſius hæredes. *d. auth. preterea. ibiq; Io. Mar. Rimnald. num. 3. Cephal. conſil. 671. incip. Honeſta domina. num. 30. & ſeq. cui addi poteſt quod tradit Natta conſil. 605. incip. Manifeſta eſt. num. 9. cum ſeqq.* Si igitur viduæ inopi; vel quarta vel virilis portio ſemel exoluta fuerit, non cogendi ſunt hæredes mariti, vlterius quicquam in viduam erogare. *§. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 155.*

55 Tertiæ limitationis † vicem obtinere poteſt legatum alimentorum. De quo inferius ſuo loco, etſi quædam in medium afferam: tamen perquam commode huc pertinet, quod alimenta viduæ per maritum legata, omnino debeantur, non conſiderato, dotem attulerit necne, neque vtrum ſit reſtituta

vel

vel non: & ita eiuſmodi legato extante, fallit huius capitis thema principale. Cum enim cæteris vltimarum voluntatum ſolennitatibus adhibitis, *de quibus in l. vlt. C. de codicill.* etiam perſonæ alias incapaci, licitum ſit alimenta legare. *l. is cui. 11. ff. de alim. vel cibar. leg. l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* & in vxore contrarium quicquam hac in parte non reperiatur iure cautum, ideo iuxta naturam permiſſorum, non immerito in ea idem admitti debere, cenſendum eſt. *l. 1. § ad-*
56 *hiberi. ff. de teſtib.* Verum † huius legati is eſt effectus, vt alimentorum, ex iuris diſpoſitione, ſecundum ſuperius dicta, viduæ debitorum obligatio, plane ceſſet: primo quia alimentorum debitum non eſt multiplicabile. *l. dominus. 57. §. per fideicommiſſum. ff. de vſufr. quem textum ad hoc propoſitum allegat Iaſ. in l. planè. 34. § ſi ead. nu. 10. ff. de leg. 1. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. & ibi Bart. ff. de alim. vel cib. leg. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 128. nu. 18.* Deinde cum alimenta, intra primum annũ ex iuris diſpoſitione & ſic neceſſario, viduæ inopi ex mariti defuncti bonis danda ſint, *prout ſupra probatum fuit*, & debitor neceſſarius relinquens aliquid creditori ſuo in teſtamento, cenſeatur relinquere in compenſationem debiti. *Iaſ. in d. auth. præterea. num. 18. cum ſeqq. C. vnde vir & vxor. Gul. Durand. de art. teſt. tit. 6. caut. 5.* efficitur, vt viduæ tam ex legis prouiſione quam ex teſtamento, atque ita duplicia alimenta, neutiquam debeantur. *Et per hanc poſteriorem rationem ita ſentit Fr. Marc. deciſ. 819. part. 1.*
57 *Caualcan. in tract. de vſufr. mul. relict. num. 52.* Quæ † ratio quia in dote ceſſat, cum nemo inuitus cogatur vxorem ducere, & ſic dotis reſtitutioni ſe obſtringere. *Crauett. conſil. 149. incip. Petrus Billieti. num. 2. Rolan. à Vall. conſil. 65. num. 19. vol. 2.* ſequitur, vt legatum vel vſusfructus omnium bonorum, (quod teſtatoris liberis extantibus tantummodo alimentorum perceptionem inducit, *per ea quæ copioſe allegat Graſſus. in §. legatum. quæſt. 24.*) vel certæ ſummæ vel certorum bonorum, dotis repetitionem nequaquam impediat, *ita per l. vnic. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. & alia fundamenta ſcribit Paul. de Caſtr. conſil. 224. incip. Legatum prædictum. vol. 2. quod conſilium forſitan ſecundum antiquam impreſſionem intellexerunt Roland. à Valle. d. conſil. 65. num. 21.*

*cum ſeq. vol. 2. & Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 212. ff. de liber. agnoſc. citantes Caſtr. conſil. 248. eandemq́ ſententiam tuetur Bald. conſil. 58. incip. In reſtitutione dotis. num. 8. cum ſeqq. vol. 2. Raph. Cuman. conſil. 22. incip. Quod domina Margarita. Signor. de Homod. conſil. 176. incip. Quæſtio proponitur. Io. Petr. de Ferrar. in forma libelli quo agitur ad dotem & vſumfr. §. ac etiam alimentis. num. 1. in fin. confirmans hanc opinionem per l. vxori maritus. 27. ff. de vſufr. leg. & l. 2. §. mulier. cum. l. ſeq. ff. de dot. præleg. (qui poſteriores textus in meo libro, vel auctoris lapſu vel quod magis credo typographi incuria, ex tit. ff. de dol. except. perperam adducuntur:) Bertrand. conſil. 232. incip. Reſpondeo breuiter. quæſt. 5. part. 2. vol. 3. Benedict. Capra conſil. 72. incip. Quidam Michael. num. 18. Nicol. Bellon. conſil. 31. num. 4. Cephal. conſil. 184. incip. Vxor à marito & conſil. 619. incip. Ex teſtamento. num. 9. Simon. de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubitat. 10. nu. 102. Ranchin. con-*

58 *cluſ. 8. & 303. part. 5.* Cui ſententiæ † etſi refragatur Guid. Pap. *deciſ. 541. incip. Quidam teſtator. cui ſubſcribere velle videtur Fr. Marc. d. deciſ. 819. num. 2.* tamen à ſuperiori ſententia minime diſcedendum arbitror, cum ea tam textuum quam Doctorum auctoritatibus fulciatur, & nominatim Guidonem Pap. hac in quæſtione redarguat doctiſsimus ille Andr. Gaill. *lib. 2. pract. obſeruat. cap. 144. num. 15.* Neque enim nobis ſcrupulum inijcere debet argumentum, quo Guido Pap. *in d. deciſ. 541.* mouetur, putans ſi dotis repetitionem viduæ vſufructuariæ concederemus, hoc abſurdum inde ſecuturum, vt à ſeipſa deberet exigere. Poteſt namque reſponderi, primò quod nondum ſatis probatum ſit, vſufructuariæ ſimpliciter & omni caſu incumbere, vt ſatisfaciat omnibus, quibus ex hæreditate aliquid petendi ius competit: deinde poſito ſed non conceſſo ſatis id probatum eſſe, non puto omnino abſurdum eſſe, vt rerum alienarum adminiſtrator ſibi ipſi ſoluat; id quod exemplo tutoris manifeſtum reddi poteſt. *l. quoties. 9. §. ſicut autem. ff. de adminiſtr. tut. qua de re in tract. de tutel.* Deo *volente, plura dicam.*

59 Quartò limitatur † huius capitis principale thema, vt licet vidua ex bonis mariti alenda non ſit, regulariter tamen ipſi

ipſi debeantur veſtes lugubres, ſi ex regionis conſuetudine, viduas lugubri veſtitu indui moris ſit. *l. decreto. 15. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. quem textum ad hoc propoſitum accommodat Angel. Peruſ. in l. ſed ſi quid. 19. in fin. princ. ff. de vſufruct. & in l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. in fin. ff. ad l. Falcid. Paul. de Caſtro conſil. 52. incip. Dubium eſt an heredes. vol. 3. Angel. Aret. §. fuerat. num. 78. Inſt. de action. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 8. Guid. Pap. ſingul. 899. in fin. Aufrer. in addit. ad deciſ. capell. Tholoſ. deciſ. 337. num. 3. Barthol. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. verſ. ſur la moitié des heritages. num. 12. Marc. Mant. ſingul. 584.* Quo accedit porro ratio, quia ſunt pars expenſarum funeris, quæ ex hæreditate defuncti erogantur. *l. & ſi quis. 14. §. fin. ff. de relig. & ſumt. fun. per quam rationem ita decidit Angel. Peruſ. l. ſi ex re. 28. §. vlt. num. 2. ff. de ſtipul. ſeru. quem ſequitur Alex. in d. l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. ff. ad l. Falcid. Bertrand. conſil. 304. incip. Viſis duobus publicis inſtrumentis. num. 5. part. 1. vol. 1. Hartman. ab Epping. in pract. obſeruat. tit. Miſcellaneorum ex iure ciuili, obſeruat. 8. in nouiſſima edit. ſed in priore edit. habetur in obſeruat. 10. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 125. cum ſeq. ff. de lib. agnoſc. & hæc ſententia eſt* COMMVNIOR *teſte Laur. Kirchou. in theſ. commun. opin. lit. V. §.*

60 *Veſtes lugubres.* Quanquam † autem contra hanc limitationem argumentum efficax ſumi poſſe autumet Fr. de Accolt. Aret. *in l. quod in vxorem. in fin. C. de negoc. geſt. ex l. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt. fun.* hoc ſenſu: Expenſæ in mulierem factæ poſt ſolutum matrimonium, & eo tempore quo dos non eſt remanſura penes maritum, ex mulieris, non autem mariti bonis ſolui debent. *d. l. quod ſi nulla.* Sed veſtes lugubres, ſunt expenſæ in mulierem factæ poſt ſolutum matrimonium, & eo tempore, quo dos non eſt remanſura penes maritum aut eius hæredes. Ergo veſtes lugubres ex mulieris, non autem mariti bonis ſolui debent. quod argumentum, Franciſci Aret. nulla facta mentione, affert etiam Io. Garſ. *in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 8. num. 36.* tamen adeo efficax id mihi non videtur, quin diſſolui poſsit. Neganda enim eſt minor: quia iſtæ expenſæ veſtium lugubrium, potius in maritum defun-

ctum, quam in viduam ſuperſtitem inſumuntur. *gl. vlt. d.l. ſi ex re.28. & ibi Angel. ff. de ſtipul. ſeruor. Vital. de Camban. in tractat. clauſul. cap. pen. num.151. & ſeq. Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis.*
61 *§. ſi quis ex his. num.130. cum ſeqq.* Cæterum Doctores † noſtri inter ſe certant, num has veſtes lugubres, anno luctus finito, hæredes mariti repetant, an verò vidua ceu proprias retineat: cuius diſceptationis vt plenior habeatur cognitio, diſtinguendum eſt: aut quærimus de veſtium à marito adhuc viuo vxori ſuæ comparatarum reſtitutione: aut earum quas poſt mortem mariti, huius hæredes ipſi confici curarunt. Primo caſu veriſsimum eſt, quod veſtes precioſas mulier poſt obitum mariti huius hæredibus teneatur reſtituere: quotidianas non item, *ita videtur ſentire Petr. Iacobi in pract. tit. de act. rer. amot. num.5. cuius rationes ego nolo deſcribere: ſed aliquanto clarius per l. hoc legatum.45. cum l. ſeq. ff. de leg. 3. l. ornamentorum. 37. ff. de aur. & arg. leg. ſic decidit Bart. in l. pen. §. ſeruis vxoris. num.2. & 3. ff. ſolut. matrimon. quem ſequuntur Bald. Ang. num. 3. Raph. Cuman. num. 4. Ioan. de Imol. num. 10. 11. Alex. num. 3. & 4. in d. §. ſeruis vxoris. Angel. conſil. 134. incip. Quidam nomine Matthæus de Tuderto. & conſil. 339. incip. Nicoletus de Tartagnis de Imola. Anchar. Bonon. in c. ſignificauit. 2. num.6. & 7. ext. de donat. inter vir. & vxor. Zabarell. conſil. 43. incip. Dico quod cum de more. Lud. Roman. auth. ex teſtamento. num.22. cum ſeq. vbi omnino videas. C. de collat. & conſil. 146. incip. Iſta quæſtio. Petr. de Anchar. Bonon. conſil. 147. incip. Super alia querela. in 3. dub. & conſil. 181. incip. In prædicto dubio. Caſtr. in l. id veſtimentum. 26. per illum textum. ff. de pecul. Alex. conſil. 42. incip. Super præmiſſo themate. num.12. volu. 1. & conſil. 42. incip. In cauſſa & lite inter illos. num. 4. volu. 5. Bertrand. conſil. 81. incip. Viſo duplici caſu. num. 5. part. 2. volum. 1. Corn. conſil. 81. incip. Primus conſultationis articulus. volum. 1. Ripa in rubr. ff. ſolut. matrimon. num. 55. Afflict. deciſ. 315. Capell. Tholoſan. deciſ. 337. Chil. König. c. 133. num. 7. Vital. de Camban. in tract. clauſular. cap. pen. num. 229. cum ſeqq.* Et certè quod de veſtibus, quas in vſu quotidiano mulier habet, dictum eſt, apertiſsimè probat text. *in d. l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. verſ. ſed & de his quoq; ff. ad l. Falcid. ſi coniungatur cum d. l. hoc legatum. 45. in fin. ff. de leg. 3.*

idcoq;

ideoq; hanc opinionem COMMVNEM eſſe teſtantur *Anchar. d. conſil. 181. Iul. Clar. §. donatio. queſt. 10. num. 3. Rol. à Vall. in conſil. 10. num. 12. cum ſeqq. vol. 1. Baptiſta Villalob. in theſaur. commun. opinion. lit. V. num. 31. & ſeq. Eman. Soarez. in ead. lit. num. 118. Laur. Kirchou. §. Veſtium pretioſarum. Andr. Gaill. lib. 2. pract. obſeruat. cap. 91.*
62 *per tot.* Quæ † deciſio limitatur, vt non procedat in nobilibus magnatibus, & Dominis, quorum coniuges etiam veſtes pretioſas & ornamenta non reſtituunt: partim quia ob generis ſplendorem præſumitur donatio. *gl. vlt. l. vxoris. 33. §. vlt. ff. de leg. 3. copioſe Tiraq. de nobilitat. cap. 37. num. 47.* partim quia eiuſmodi fœminas, decent veſtes precioſæ etiam ſingulis diebus, ratione ſuæ dignitatis. *arg. l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. c. Deus. 11. ext. de vit. & honeſt. cleric. Speculat. in tit. de aduocat. §. ſequitur videre de veſtibus. Et hanc limitationem in ter-*
63 *minis tradit Cæſar. de Vrſill. in deciſ. 315.* Verum enimuero † quia euenire poſſet, vt vidua, pro illa ſexui fœmineo conſueta & auaritia & ſuperbia, etiam ſplendidiſsimas veſtes inter quotidianas, hæredes autem econtra etiam viliſsimas, inter pretioſas vellent referre: ideo ſciendum eſt COMMVNEM eam eſſe opinionem, vt quæ ad quotidianum vſum comparatæ ſunt, cenſeantur quotidianæ: quæ vero ad vſum feſtiuum, pretioſæ, *ita Corneus d. conſil. 81. incip. Primus conſultationis articulus. num. 20. volu. 1.* idque magis adhuc declarat Bald. *in d. §. ſernis vxoris.* inquiens eas eſſe honorabiles aut feſtiuas ſine quibus, ſecundum dignitatem viri & ſuam, in feſtiuitatibus non poſſet commode in publico comparere: ſic quotidianas, ſine quibus ſecundum dignitatem viri & ſuam, cæteris diebus non poſſet commode in publicum procedere: *quod Baldi dictum valde commendat Io. Lup. de Palat. Rub. in d. rub. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 9. Rol. à Vall. d. conſil. 10. num. 17. vol. 1.* In
64 ſecundo † caſu quando nimirum hæredes poſt mortem mariti viduam veſtiunt, ſubdiſtinguitur: Aut enim viduæ debentur etiam alimenta, puta quod ſit prægnans, vel quod dote conſiſtente in re mobili, intra primum annum non habeat de quo viuat: & tum vt hæredes eam tenentur alere neque quicquam repetunt, vt ſuperius fuit expoſitum: ita & veſtes, quæ

alimentorum quædam quaſi pars ſunt, præbere: *l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignif.* ſequitur vt neque has licitum ſit repetere. *Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 146. & ſeq.* aut non debentur viduæ alimenta, & tum veſtes lugubres, quam diu in gratiam mariti eas gerit, non repetuntur per hæredes mariti: ſin iterum nubat, repetuntur. *ita per d. l. pen. §. ſeruis vxoris. ff. ſol. matrim. conſuluit Bald. conſil 478. incip. Quædam ſunt res. num. 3. vol. 5. quem ſequitur Ioan. de Garron. in rubric. C. de ſecund. nupt. num. 41.* præſertim ſi ſint alicuius æſtimationis. *Vital. de Camban. d. cap. pen. num. 148. cum ſeq. & num. 167. Capra conſil. 135. incip. Quædam domina Franciſca. queſt. 3. num. 12. cum ſeqq. Campeſ. tract. de dot. part. 2 q. 56.*

65 Denique † pro declaratione tam thematis principalis, quam limitationum ſuperius allatarum, obſeruandum eſt, ius Saxonicum, quoad alimenta viduarum, à iuris ciuilis hactenus expoſita diſpoſitione, in tribus præcipuè diſcrepare: quorum primum eſt, quod intra primos triginta dies poſt obitum mariti, ex ipſius bonis debeantur alimenta viduæ, quibuſcunque etiam diuitijs abundanti *lib. 1.* Landtr. *artic. 22. §.* Nach dieſem muß die Fraw/ quemadmodum ſcio in cauſſa cuiuſdam viduæ nobilis, his verbis fuiſſe pronunciatum, Von dem Erbe iſt die Witwe jhr gebürliche vnterhaltung / biß außgang des dreiſ-
66 ſigſten zu fordern wol befugt. Alterum eſt, quod † vidua, antequam ex bonis mariti ab eius hæredibus dotem & cætera ſua bona illata recipiat, non tantum habeat retentionem bonorum mariti (quæ retentio viduæ ex iure ciuili quoque conceditur, *vt per l. ſi filiolam. 26. in princ. cum ibi notat. per Bart. ff. ſol. matrim. tenet Bald. in l. pen. C. de pignor. act. Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. num. vlt. ff. de condict. indeb. Rol. à Vall. conſil. 77. num. 27. vol. 1. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 12 num. 18.*) ſed etiam interim ſit alenda, non conſiderato, vtrum illa ſit locuples, vt ſibi ipſa poſſit de alimentis proſpicere, nec ne, neque vtrum primus annus luctus adhuc duret, vel non. *Chriſtoph. Zobell. d. lib. 1.* Landtr. *art. 22. lit. D. quam ſententiam etiam confirmauit laudatiſſimus ille princeps Auguſtus Elector Saxoniæ inclytæ recordationis part. 2. tit. 25. §.* Wie dann auch die Fraw ſo lange

das ius retentionis in den Lehengütern / vnd jhre vnterhaltung haben ſol / biß ſie des jhren vergnüget/ In qua conſtitutione præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbecc. notanda cenſuit tria, primò verbis in den Lehengütern / bona allodialia non excludi, cum longe maior dubitandi cauſſa ſubſit in feudis quam in bonis cæteris: deinde vocabulum Vnterhaltung innuere fructus, qui alimenta excedunt, viduæ lucro non cedere: & tandem verba deß jhren vtpote generalia, complecti etiam bona mulieris paraphernalia & reliqua. Quæ certè ſunt notatu dignißima, probanturque præterea Weichbild. *art. 24. verſic.* So nimmet ſie jmmer dauon / als viel ſie eſſen vnd trincken mag / dieweil jhr jhr Ehegeldt nicht geleiſtet wird/ das jhr gelobet ward/ da ſie jhren Mann nam / Deßgleichen darff ſie auch die gewehr des guts nicht reumen/ die Erben weiſen ſie denn ab mit Recht oder mit güte. *& artic. 57. §.* Hat jhr aber der Mann kein gab gegeben / ſie beſitzt in dem Erb für jhr eingebracht gut/ vnd die Kinder ſollen jhr notturfft geben/ dieweil ſie ohn man
67 bleiben will. Et ideo cautas † oportet eſſe viduas, ne ſecure & in vtramuis aurem dormientes, in bonis mariti commorentur, inſumendo quid & quantum ipſis libet: quod ſi enim faciant, obnoxias ſe reddunt rationibus, & fructuum reſtitutioni: itaq; ipſis commodius eſt, vt remaneant quidem in retentione rerum hæreditariarum & feudorum, ſed nihilominus curator bonis conſtituatur, qui cibum, potum, veſtitum & alia neceſſaria præſtet: id quod ſatis aperte probatur ex iam allegato textu Weichb. *art. 57.* Sie beſitzt in dem Erb/ & poſtea die Kinder ſollen jhr notturfft geben/ & bene confirmat Dominus & præceptor meus honorandus Matth. Colerus *in tract. de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. num. 194. & 200.* Quod vt vidu-
68 is inſeruire poteſt, ſic viciſsim hæredes † mariti obſeruare debent, eiuſmodi viduis ante dotis & paraphernæ reſtitutionem, bona mariti retinentibus, alimenta non debere excedere fructus annuos ſuorum bonorum quorum ſolutionem expectant, *D. Matth. Colerus d. part. 1. c. 2. num. 197. cum ſeq.* de qua tamen reſtrictione dubium me reddit textus extenſiue loquens *d. art. 24.* Weichb. in verbis ſie nimpt jmmer dauon als viel ſie eſſen vnd

trincken mag/ & generalitas conſtitutionis Electoralis d. part.
2. conſtit. 25. indiſtinctè tribuentis mulieri alimenta die Vn-
terhaltung/ Quæ doctioribus dijudicanda relinquo. Tertium
69 † quod iura Saxonica de viduarum alimentis introduxerunt,
eſt quod mortuo viro nobili, viduæ ipſius debetur dimidia
pars rerum ad cibum & potum paratarum, quæque poſt tri-
geſimum diem à morte mariti computandum, ſuperſunt, ac
noſtro idiomate vocantur Muſtheil. *ita eſt text. in d. lib. 1.* Landt-
recht. *artic. 22. §.* Nach dieſem muß die Fraw mit den Erben muß-
teilen alle hoffſpeiſe / die nach dem dreiſſigſten vberbleibet / in jeg-
lichen hofe jhres mannes / oder wo er ſie hette in ſeinen gewehren/
Vnde etſi intelligi poſsit, quidnam horum cibariorum nomi-
ne viduæ debeatur, tamen vt eo minus dubitationis reſtet, ſo-
lent & forſitan etiam debent, *per l. item apud Labeonem. 15. §. ait
prætor. verſ. ea enim quæ notabiliter fiunt. ff. de iniur.* res eo pertinentes
ſingulatim recenſeri: igitur in gratiam ſtudioſorũ omnia hinc
inde colligã. Zu Mußtheil gehöret alle geheuffte (quædam exem-
plaria habent gehoffte) ſpeiſe/ nemlich fleiſch geſaltzen vnd vngeſal-
tzen/ alle ſpeckſeiten/ alles getrencke/ wein/ meht/ bier/ vñ koſent/ alles
getreide an korn/ Weitzen/ es ſey gedroſchen oder nicht / das zu der
zeit als ewere Vettern auff jhren Schlöſſern / Forbergen vnd Hö-
fen nach ſich gelaſſen / Auch getrencke auff den Schlöſſern / die ſie
von Ampts wegen jnnen gehabt/ vnd getreid vnd anders/ ſo viel dar-
an jhr eigen geweſt/ alle Erbes/ Maltz/ Bonen vnd Granpe/ Hirße/
Butter/ Schmaltz/ Käſe vnd Honig/ vnd aller genießlicher Vor-
raht zu eſſen vnd trincken dienende/ An ſolchen ſtücken was der da
geweſen iſt zur zeit als ewere Vettern verſtorben ſeind/ folget jhren
gelaſſenen Witben die helffte zu Mußtheil / vnd die andere helffte
nehmen die Erben/ *ita habetur in ſententiis. post* Weichbild. *ſub tit.*
von gerade / Morgengabe / Mußtheil / Erbl. / etc. *§.* zu Mußtheil
gehöret. Idem planè inuenitur in ſententijs Scabinorũ Lipſen-
ſium poſt Landtrecht tit. zu Mußtheil gehöret/ (vbi tamen iſta ci-
baria non geheuffte / ſed gehoffte ſpeiſe nominantur, quæ appel-
latio magis conuenit textui tam latino quam germanico, *in
lib. 1.* Landtr. *art. 22. & conſtitutioni Electorali part. 3. tit. 34. in
princ.*) atque præterea Lipſenſes in d. tit. zu Mußtheil gehö-
ret / &

ret/& tit. von Viehe vnd getreide zu Erbe gehörende recenſent quoq; inter hæc cibaria Rübeſamen / quod & à VVitebergenſibus factum eſſe ſcio, qui à fratribus von W. zu W. de iure conſulti, præter omnia ſuperius enumerata, expreſſè huc retulerunt etiam Schincken vnd Würſte/*Schneidevv. ad tit. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. inter vir. & vxor. num. 42.* Item huc pertinet Kwarg/ Hering vnd andere Fiſche/ Item Saltz/*iuxta gl. in Weichb. art. 24. & art. 58. in fin.*

70 His ita enumeratis addendæ ſunt quædam & ampliationes & limitationes. Ampliationis † loco adduci poteſt illud, quod etſi olim dubitatum fuit, quænam cibaria huc referenda eſſent, num omnia in vniuerſum, an verò illa ſolummodo, quæ familiæ alendæ vno tantum anno ſufficiebant, quam poſteriorem ſententiam vt probabiliorem anniſus fuit defendere Zobell. *lib. 1.* Landtr. *artic. 22. lit. E.* tamen priorem ſententiam conſuetudine obſeruari, nimirum eſculenta & poculenta ſuperius enumerata, licet ijs plures annos ſe & familiam ſuam ſuſtentare potuiſſet, huc referri oportere, ipſe Zobell. ibid. fatetur: quam conſuetudinem corroborauit D. Auguſtus Elector Saxoniæ *part. 3. tit. 36.*

71 Limitationes † aut declarationes poſſunt plures afferri: quarum prima pertinet ad fructus ſupra enumeratos, vt illi ita demum pertineant ad hæc eſculenta & poculenta zu dem Muſtheil/ ſi moriente marito non amplius pendeant, ſed ſint illati aut reconditi, ita pronunciarunt Lipſenſes poſt Landtrecht d. tit. Von Viehe vnd getreide zu Erbe gehörende / vbi diſerte exprimunt, des getreidiges halben/ das bey lebtagen eweres Vatern von dem felde in die ſcheunen gefüret iſt/etc. poſtea ibidem aliquanto inferius, in vi-

72 no † requirunt vt marito adhuc viuente, in cellam id ſit reconditum, quaſi velint innuere, viduæ non proficere vuas viuo marito collectas eſſe dum inquiunt, Aller Wein der bey lebtagen eweres Vater in den Keller nicht geſchickt/ gehöret zu dem Erbe/ Quod ſi quis hoc poſterius de vuis, impugnare velit exemplo frumenti, in quo non requiritur ſpicas excuſſas eſſe, ſed ſufficit ſi modo in granarium ſit illatum; ei reſponderi facile poteſt, excuſsione ſpicarum, granis nouam ſpeciem non tri-

bui, ſed ea in priore forma remanentia, potius detegi: ſed ex vuis contuſis plane nouam produci rerum ſpeciem nempe vinum. *l. adeo quidem. 7. §. cum quis ex aliena. verſ. videntur tamen mihi recte. ff. de acquir. rer. dom.* Et hæc prima † limitatio ex-
73 tenditur, vt viduam non iuuet, etiamſi intra triceſimum diem à morte mariti numerandum, huiuſmodi fructus illati aut reconditi fuerint. *conſtitutio Electoralis part. 3. tit. 34. vbi expreſſe ſancitum eſt*, Wiewol zum Mustheil alle gehoffte ſpeiß / ſo nach dem dreiſſigſten vbrig / gehöret / vnd die Witfraw ſo von Ritters art iſt / daran den halben theil haben ſoll / Dennoch aber ſo gebüret der Frawen ſolches ALLEIN von dem / welches zur zeit des Mannes abſterben in ſeinem hoff oder behauſung geweſen / vnnd darumb wann Wein Korn oder anders / ſo zu Mußtheil gehöret / bey des Mannes leben / noch auff dem felde geſtanden / vnd doch folgends innerhalb dem dreiſſigſten einkommen / ſolchs gehört dem Erben allein / vnd hat ſich die fraw doran keines Mußtheils anzumaſſen. *Idemq; confirmat præceptor & ſocer meus honorandus ad tit.*
74 *ff. de alim. vel cib. legat. num. 4.* Pari ratione † neque viduæ de frumento, quod maritus ſuperſtes adhuc habuit, ſed alijs mutuo dedit, hoc nomine quicquam debetur, vt reſpondit D. Simon Piſtoris *in conſil. 11. num. 5. & 6. inter conſilia quæ volumini primo conſiliorum Modeſtini Piſtoris ſunt addita, & Schneid. d. num. 42.* neque quod vendidit *d. art. 22. lib. 1.* Landtr. quam ad rem tamen mariti vendere frumentum volentis propoſitum non ſufficit, *vt in facti contingentia à Scabinis Lipſenſibus reſponſum fuiſſe teſtatur D. Daniel Moller. lib. 3. ſemeſtr. cap. 24. num. 3.* Sic
75 † multo minus vidua poterit illud frumentum, quod ruſtici nobilibus quotannis certo die præſtare coguntur, inter hæc cibaria referre, ſi maritus ante iſtum diem obierit: id quod à Doctoribus celeberrimi iudicij Curialis VVitebergenſis, tutoribus liberorum Friderici von H. ante aliquot annos reſponſum eſſe ſcio, his verbis: Auff die fünffte frage ſprechen wir / das Korn vnd ander getreidich / ſo bey leben des Mannes verkaufft oder außgeliehen für Mußtheil nicht zuachten noch darzu gehörig iſt. Auff die ſechſte frage / ſprechen wir / das gleicher geſtalt das vnvertagte pachtgetreidig für Mußtheil nicht kan angezogen noch

von

von der Witbe gefordert werden / Alles von Rechtswegen. Se-
76 cundò † limitant aliqui hæc, quod fructus ſuperius nominati Rocken/Weitzen/ Erbes/ Hirſe / ꝛc. vtpote eſculenta quantum eorum poſt trigeſimum diem supereſt, pro dimidia parte viduæ debeantur, ita tamen vt prius etiam deducatur, de quolibet genere, quod ad ſementem iſto anno requiritur, ita Ambroſ. Schurerus in tract. de hæredit. mihi pag. 34. in fi. vbi recitans illam ſententiam ex calce Weichbild / ſub tit. zu Mußtheil gehöret/quam & ego paulo ante ſub num. 69. adduxi, per parentheſin inſerit hæc verba, außgenommen das zur Saat gehöret. Sed contrarium probatur in conſtitutione Electorali *part. 3. tit. 32. §.* do aber die Witfraw nach abſterben des Lehenmannes / ehe ſie jhres Mußtheils vorgnüget/ die Ecker wieder beſeen leſt / von dem ſo zu Mußtheil gehöret/ Solchs müſſen jhr die Lehensfolger vor den halben theil des Samens wieder erſtatten.
77 Tertia † limitatio pertinet ad illam partem horum eſculentorum, in qua piſces & aliæ carnes recenſentur, vt nimirum non ſatis ſit, ſi maritus quædam animalia & quidem in hunc finem, vt ſe familiamque ſuam inde alat, ſaginet, eaque moriente marito adhuc viuant: ſed neceſſe eſt ea eſſe interfecta: *ita de porcis qui in caulis ſaginantur expreſſe ſcribit Zobell. in addition. lib. 1.* Landtr. *art. 22. lit. D. & gloſſ. eod. lib. 1. art. 24. ibi* gemeſte Schweine / verſtehe/ welche geſaltzen vnd zu ſtücken geteilet ſind/ denn die Maſtſchweine auff den Koben gehören zu dem Erb / *idq́, etiam tradit gloſſ. marginalis ad art. 24. & 26.* Weichbild. *& Scabini Lipſenſes poſt* Landtrecht/*ſub tit.* zu Erbe gehören. Ex eadem ratione neq; in bobus, neq; in vaccis, neq; in gallinis viuis ſibi quicquam vidua prætextu horum cibariorum vendicare poteſt, ſed referuntur ad res hæreditarias, *gl.* Weichbild. *art. 25. §.* Hat ein fleiſchhawer Schaaff / & Lipſenſes in ſententijs poſt Landtrecht. ſub. d. tit. zu Erbe gehören / quemadmodum piſces in ſtagnis aut viuarijs inter res hæreditarias referuntur, vt habetur in ſententia poſt Weichb. ſub tit. Ob die fiſche in Teichen &c. *ac Dominus præceptor meus Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 308.* ideoq; ad hæc cibaria non pertinent. Sic neq; anſeres, neq; anates adhuc viui, inter hac cibaria referuntur *d. lib. 1.* Landtr. *art. 24.*
78 Ex hac † affirmatiua horum cibariorum

expli-

explicatione, etſi colligi poteſt quæ res eo non pertineant *§. 1. Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l. 1. ff. eod.* tamen ex conſtitutione Electorali addendum eſt ſuperioribus, Gerſte/ Hopfe/ vnnd Heidekorn gehören nicht zu Mußtheil *part. 3. tit. 35. quo benè referri poteſt Baldi Conſ. 192. incip. Quidam nomine Vicus. vol. 5.* in qua conſtitutione obſeruandum arbitror id quod ſancitum ibi eſt Von Heidekorn/ intelligendum eſſe de eo genere frumenti, quamdiu tale eſt: ſin vero mola (vt fieri aſſolet) contuſum ſit, & ita pulti præparatum, ex eo viduam poſſe dimidiam partem petere, & pertinere zum Mußtheil/ mouet me gloſſa vlt. artic. 58. Weichbild/ vbi expreſſe dicitur, Grütze gehöret zu Mußtheil/ Neque huic ſententiæ aduerſatur d. conſtitutio, vbi ſancitur das Gerſte/ Hopfe/ vnd Heidekorn den Landt Erben allein/ohn vnterſcheid/ als Erbe/ zugeſprochen werden ſoll/ quia loquitur expreſſe de frumento von Heidekorn: hæc autem farina poſtquam ita cibo præparata eſt, deſijt eſſe frumentum. Et quemadmodum eademmet diſpoſitio, hordeum ex ordine horum eſculentorum & poculentorum remouens, non propterea etiam polentam ex hordeo confectam inde remouet: ita idem ſtatuendum eſt
79 de hoc genere frumenti von dem Heidekorn Tandem † pro concluſione addendum eſt, horum cibariorum petitioni nullibi locum relictum eſſe niſi mortuo marito nobili, & ſuperſtite ipſius vxore: non dantur filiabus ex bonis patris defuncti, neque matri in bonis filij defuncti, neque ſororibus in bonis fratrum: deinde addendum eſt etiam hoc, quod iſta domeſtica cibaria licet vxori ſuperſtiti ex mariti defuncti bonis, vt dictum eſt, debeantur, non tamen poſt iſtius fœminæ mortem ad eius filias vel alias fœminas proximiores, filijs excluſis deferantur, ſed ad proximiores ſine ſexus diſtinctione, deuoluuntur. *Zobell. lib. 1.* Landtr. *art. 20. lit. l. & ita pronunciarunt Scabini Lipſenſes, vt videre licet in ſententijs poſt* Landtrecht *ſub tit.* Vom Leibgedinge. *§.* Jtem alle getreide/ cuius ſententiæ verba hæc ſunt: Ein Weib erbet auff jhr Spillmagen kein Mußtheil/ ſondern allein der Man erbet Mußtheil auff ſein Weib/ die jhn vberlebt/ vnd ſo bald die Fraw durch den Todt jhres Mannes

das

das Mußtheil ererbet/ ſo wird es Erbe / ſtirbt ſie darnach/ ſo erbet ſie es auff jhren rechten Landerben/er ſey Mann oder Fraw.

## MARITVM EGENVM AN ET QVANDO VEL VXOR VEL EIVS HÆREDES TENEANTVR ALERE.

## Caput XII.

### SVMMARIVM.

1. *Duæ partes huius capitis*
2. *Prioris partis thema: ampliatur num.4.8.9. limitatur num. 10.11. 13. 14.15.*
3. *Gloſſa huic themati contraria communiter reprobatur.*
4. *Marito bannito ſi egeat ab vxore debentur alimenta: reſtringitur. numero 7.*
5. *Et ex communicato.*
6. *Marito contra legem & fidem coniugij peccanti alimenta non debentur & num. 10.*
8. *Vxor tenetur etiam alere ſuum ſocerum inopem. & num. 24.*
9. *Maritus ex vxoris bonis paraphernalibus ali debet.*
11. *Si vxor ipſa ſit inops hoc onere liberatur.*
12. *Exceptio ne maritus conueniatur niſi in id quod facere poteſt, quando locum habeat. & num. 13.*
14. *Debita mariti vxor exſoluere non cogitur.*
16. *Altera pars huius capitis de viduo alendo. num. 17. & 18.*
19. *De iure Saxonico debentur viduo primis triginta diebus ex hæreditate iacente alimenta: ijs elapſis non item. num. 20.*
21. *Tentatur an iuris Saxonici diſpoſitio viduæ alimenta concedens quousq; ipſi illata reſtituantur, extendenda ſit ad viduum: quod reſtringitur numero 22.*
23. *Affinitatis ratione alimenta non debentur & numero 25. limitatur num. 24.*

RECIPROCE alimenta deberi, quia ſupra aliquoties admonui, & quatenus vxor à marito, vel poſt eius mortem, ab hæredibus ali debeat, hactenus dictum fuit: ideo neceſſe

*cum ſeq. vol. 2. & Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 212. ff. de liber. agnoſc. citantes Caſtr. conſil. 248. eandemq́ ſententiam tuetur Bald. conſil. 58. incip. In reſtitutione dotis. num. 2. cum ſeqq. vol. 2. Raph. Cuman. conſil. 22. incip. Quod domina Margarita. Signor. de Homod. conſil. 176. incip. Quaſtio proponitur. Io. Petr. de Ferrar. in forma libelli quo agitur ad dotem & vſumfr. §. ac etiam alimentis. num. 1. in fin. confirmans hanc opinionem per l. vxori maritus. 27. ff. de vſufr. leg. & l. 2. §. mulier. cum. l. ſeq. ff. de dot. præleg. (quæ poſteriores textus in meo libro, vel auctoris lapſu vel quod magis credo typographi incuria, ex tit. ff. de dol. except. perperam adducuntur:) Bertrand. conſil. 232. incip. Reſpondeo breuiter. quæſt. 5. part. 2. vol. 3. Benedict. Capra conſil. 72. incip. Quidam Michael. num. 18. Nicol. Bellon. conſil. 31. num. 4. Cephal. conſil. 184. incip. Vxor à marito & conſil. 619. incip. Ex teſtamento. num. 9. Simon. de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubitat. 10. nu. 102. Ranchin. con-*
58 *cluſ. 8. & 303. part. 5.* Cui ſententiæ † etſi refragatur Guid. Pap. *deciſ. 541. incip. Quidam teſtator. cui ſubſcribere velle videtur Fr. Marc. d. deciſ. 819. num. 2.* tamen à ſuperiori ſententia minime diſcedendum arbitror, cum ea tam textuum quam Doctorum auctoritatibus fulciatur, & nominatim Guidonem Pap. hac in quæſtione redarguat doctiſsimus ille Andr. Gaill. *lib. 2. pract. obſeruat. cap. 144. num. 15.* Neque enim nobis ſcrupulum inijcere debet argumentum, quo Guido Pap. *in d. deciſ. 541.* mouetur, putans ſi dotis repetitionem viduæ vſufructuariæ concederemus, hoc abſurdum inde ſecuturum, vt à ſeipſa deberet exigere. Poteſt namque reſponderi, primò quod nondum ſatis probatum ſit, vſufructuariæ ſimpliciter & omni caſu incumbere, vt ſatisfaciat omnibus, quibus ex hæreditate aliquid petendi ius competit: deinde poſito ſed non conceſſo ſatis id probatum eſſe, non puto omnino abſurdum eſſe, vt rerum alienarum adminiſtrator ſibi ipſi ſoluat; id quod exemplo tutoris manifeſtum reddi poteſt. *l. quoties. 9. §. ſicut autem. ff. de adminiſtr. tut. qua de re in tract. de tutel.* D*eo volente, plura dicam.*

59 Quartò limitatur † huius capitis principale thema, vt licet vidua ex bonis mariti alenda non ſit, regulariter tamen ipſi

ipſi debeantur veſtes lugubres, ſi ex regionis conſuetudine, viduas lugubri veſtitu indui moris ſit. *l. decreto. 15. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. quem textum ad hoc propoſitum accommodat Angel. Peruſ. in l. ſed ſi quid. 19. in fin. princ. ff. de vſufruct. & in l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. in fin. ff. ad l. Falcid. Paul. de Caſtro conſil. 52. incip. Dubium eſt an hæredes. vol. 3. Angel. Aret. §. fuerat. num. 78. Inſt. de action. Ioan. Lup. de Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 8. Guid. Pap. ſingul. 899. in fin. Aufrer. in addit. ad deciſ. capell. Tholoſ. deciſ. 337. num. 3. Barthol. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. verſ. ſur la moitié des heritages. num. 12. Marc. Mant. ſingul. 584.* Quo accedit porro ratio, quia ſunt pars expenſarum funeris, quæ ex hæreditate defuncti erogantur. *l. & ſi quis. 14. §. fin. ff. de relig. & ſumt. fun. per quam rationem ita decidit Angel. Peruſ. l. ſi ex re. 28. §. vlt. num. 2. ff. de ſtipul. ſeru. quem ſequitur Alex. in d. l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. ff. ad l. Falcid. Bertrand. conſil. 304. incip. Viſis duobus publicis inſtrumentis. num. 5. part. 1. vol. 1. Hartman. ab Epping. in pract. obſeruat. tit. Miſcellaneorum ex iure ciuili, obſeruat. 8. in nouiſſima edit. ſed in priore edit. habetur in obſeruat. 10. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 125. cum ſeq. ff. de lib. agnoſc. & hæc ſententia eſt* COMMVNIOR *teſte Laur. Kirchou. in theſ. commun. opin. lit. V. §.*
60 *Veſtes lugubres.* Quanquam † autem contra hanc limitationem argumentum efficax ſumi poſſe autumet Fr. de Accolt. Aret. *in l. quod in vxorem. in fin. C. de negoc. geſt. ex l. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt. fun.* hoc ſenſu: Expenſæ in mulierem factæ poſt ſolutum matrimonium, & eo tempore quo dos non eſt remanſura penes maritum, ex mulieris, non autem mariti bonis ſolui debent. *d. l. quod ſi nulla.* Sed veſtes lugubres, ſunt expenſæ in mulierem factæ poſt ſolutum matrimonium, & eo tempore, quo dos non eſt remanſura penes maritum aut eius hæredes. Ergo veſtes lugubres ex mulieris, non autem mariti bonis ſolui debent. quod argumentum, Franciſci Aret. nulla facta mentione, affert etiam Io. Garſ. *in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 8. num. 36.* tamen adeo efficax id mihi non videtur, quin diſſolui poſsit. Neganda enim eſt minor: quia iſtæ expenſæ veſtium lugubrium, potius in maritum defun-

ctum, quam in viduam ſuperſtitem inſumuntur. *gl. vlt. d.l. ſi ex
re.28. & ibi Angel. ff. de ſtipul. ſeruor. Vital. de Camban. in tractat.
clauſul. cap. pen. num.151. & ſeq. Cord. de Lar. in d. l.ſi quis à liberis.*
61 *§. ſi quis ex his. num.130. cum ſeqq.* Cæterum Doctores † noſtri
inter ſe certant, num has veſtes lugubres, anno luctus finito,
hæredes mariti repetant, an verò vidua ceu proprias retine-
at: cuius diſceptationis vt plenior habeatur cognitio, diſtin-
guendum eſt: aut quærimus de veſtium à marito adhuc viuo
vxori ſuæ comparatarum reſtitutione: aut earum quas poſt
mortem mariti, huius hæredes ipſi confici curarunt. Primo
caſu veriſsimum eſt, quod veſtes precioſas mulier poſt obi-
tum mariti huius hæredibus teneatur reſtituere: quotidia-
nas non item, *ita videtur ſentire Petr. Iacobi in pract. tit. de act. rer.
amot. num.5. cuius rationes ego nolo deſcribere: ſed aliquanto clarius
per l. hoc legatum.45. cum l. ſeq. ff. de leg. 3. l. ornamentorum. 37. ff.
de aur. & arg. leg. ſic decidit Bart. in l. pen. §. ſeruis vxoris. num.2. &
3. ff. ſolut. matrimon. quem ſequuntur Bald. Ang. num. 3. Raph. Cu-
man. num. 4. Ioan. de Imol. num. 10. 11. Alex. num. 3. & 4. in d. §.
ſeruis vxoris. Angel. conſil. 134. incip. Quidam nomine Mattheus de
Tuderto. & conſil. 339. incip. Nicoletus de Tartagnis de Imola. An-
char. Bonon. in c. ſignificauit. 2. num. 6. & 7. ext. de donat. inter vir. &
vxor. Zabarell. conſil. 43. incip. Dico quod cum de more. Lud. Ro-
man. auth. ex teſtamento. num.22. cum ſeq. vbi omnino videas. C. de
collat. & conſil. 146. incip. Iſta queſtio. Petr. de Anchar. Bonon.
conſil. 147. incip. Super alia querela. in 3. dub. & conſil. 181. incip.
In prædicto dubio. Caſtr. in l. id veſtimentum. 26. per illum textum. ff.
de pecul. Alex. conſil. 42. incip. Super præmiſſo themate. num.12. volu.
1. & conſil. 42. incip. In cauſſa & lite inter illos. num. 4. volu. 5. Ber-
trand. conſil. 81. incip. Viſo duplici caſu. num. 5. part. 2. volum. 1. Corn.
conſil. 81. incip. Primus conſultationis articulus. volum. 1. Ripa in rubr.
ff. ſolut. matrimon. num. 55. Afflict. deciſ. 315. Capell. Tholoſan. deciſ.
337. Chil. König. c. 133. num. 7. Vital. de Camban. in tract. clauſular.
cap. pen. num. 229. cum ſeqq.* Et certè quod de veſtibus, quas in
vſu quotidiano mulier habet, dictum eſt, apertiſsimè probat
text. *in d. l. ſed vſusfructus. 81. §. dos legata. verſ. ſed & de his quoq; ff.
ad l. Falcid. ſi coniungatur cum d. l. hoc legatum. 45. in fin. ff. de leg. 3.*

ideoq;

ideoq; hanc opinionem COMMVNEM eſſe teſtantur *Anchar. d. conſil. 181. Iul. Clar. §. donatio. queſt. 10. num. 3. Rol. à Vall. in conſil. 10. num. 12. cum ſeqq. vol. 1. Baptiſta Villalob. in theſaur. commun. opinion. lit. V. num. 31. & ſeq. Eman. Soarez. in ead. lit. num. 118. Laur. Kirchou. §. Veſtium pretioſarum. Andr. Gaill. lib. 2. pract. obſeruat. cap. 91.*
62 *per tot.* Quæ † deciſio limitatur, vt non procedat in nobilibus magnatibus, & Dominis, quorum coniuges etiam veſtes pretioſas & ornamenta non reſtituunt: partim quia ob generis ſplendorem præſumitur donatio. *gl. vlt. l. vxors. 33. §. vlt. ff. de leg. 3. copioſe Tiraq. de nobilitat. cap. 37. num. 47.* partim quia eiuſmodi fœminas, decent veſtes precioſæ etiam ſingulis diebus, ratione ſuæ dignitatis. *arg. l. item apud Labeonem. 15. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. c. Deus. 11. ext. de vit. & honeſt. cleric. Speculat. in tit. de aduocat. §. ſequitur videre de veſtibus. Et hanc limitationem in ter-*
63 *minis tradit Cæſar. de Vrſill. in deciſ. 315.* Verum enimuero † quia euenire poſſet, vt vidua, pro illa ſexui fœmineo conſueta & auaritia & ſuperbia, etiam ſplendidiſſimas veſtes inter quotidianas, hæredes autem econtra etiam viliſſimas, inter pretioſas vellent referre: ideo ſciendum eſt COMMVNEM eam eſſe opinionem, vt quæ ad quotidianum vſum comparatæ ſunt, cenſeantur quotidianæ: quæ vero ad vſum feſtiuum, pretioſæ, *ita Corneus d. conſil. 81. incip. Primus conſultationis articulus. num. 20. volu. 1.* idque magis adhuc declarat Bald. *in d. §. ſeruis vxoris.* inquiens eas eſſe honorabiles aut feſtiuas ſine quibus, ſecundum dignitatem viri & ſuam, in feſtiuitatibus non poſſet commode in publico comparere: ſic quotidianas, ſine quibus ſecundum dignitatem viri & ſuam, cæteris diebus non poſſet commode in publicum procedere: *quod Baldi dictum valde commendat Io. Lup. de Palat. Rub. in d. rub. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 11. num. 9. Rol. à Vall. d. conſil. 10. num. 17. vol. 1.* In
64 ſecundo † caſu quando nimirum hæredes poſt mortem mariti viduam veſtiunt, ſubdiſtinguitur: Aut enim viduæ debentur etiam alimenta, puta quod ſit prægnans, vel quod dote conſiſtente in re mobili, intra primum annum non habeat de quo viuat: & tum vt hæredes eam tenentur alere neque quicquam repetunt, vt ſuperius fuit expoſitum: ita & veſtes, quæ

alimentorum quædam quaſi pars ſunt, præbere: *l. verba victus. 43. ff. de verb. ſignif.* ſequitur vt neque has licitum ſit repetere. *Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 146. & ſeq.* aut non debentur viduæ alimenta, & tum veſtes lugubres, quam diu in gratiam mariti eas gerit, non repetuntur per hæredes mariti: ſin iterum nubat, repetuntur. *ita per d. l. pen. §. ſeruis vxoris. ff. ſol. matrim. conſuluit Bald. conſil 478. incip. Quędam ſunt res. num. 3. vol. 5. quem ſequitur Ioan. de Garron. in rubric. C. de ſecund. nupt. num. 41.* præſertim ſi ſint alicuius æſtimationis. *Vital. de Camban. d. cap. pen. num. 148. cum ſeq. & num. 167. Capra conſil. 135 incip. Quædam domina Franciſca. quæſt. 3. num. 12. cum ſeqq. Campeſ. tract. de dot. part. 2 q. 56.*

65 Denique † pro declaratione tam thematis principalis, quam limitationum ſuperius allatarum, obſeruandum eſt, ius Saxonicum, quoad alimenta viduarum, à iuris ciuilis hactenus expoſita diſpoſitione, in tribus præcipuè diſcrepare: quorum primum eſt, quod intra primos triginta dies poſt obitum mariti, ex ipſius bonis debeantur alimenta viduæ, quibuſcunque etiam diuitijs abundanti *lib. 1.* Landtr. *artic. 22. §.* Nach dieſem muß die Fraw/ quemadmodum ſcio in cauſſa cuiuſdam viduæ nobilis, his verbis fuiſſe pronunciatum, Von dem Erbe iſt die Witwe jhr gebürliche vnterhaltung / biß außgang des dreiſ-
66 ſigſten zu fordern wol befugt. Alterum eſt, quod † vidua, antequam ex bonis mariti ab eius hæredibus dotem & cætera ſua bona illata recipiat, non tantum habeat retentionem bonorum mariti ( quæ retentio viduæ ex iure ciuili quoque conceditur, *vt per l. ſi filiolam. 26. in princ. cum ibi notat. per Bart. ff. ſol. matrim. tenet Bald. in l. pen. C. de pignor. act. Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. num. vlt. ff. de condict. indeb. Rol. à Vall. conſil. 77. num. 27. vol. 1. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Peruſ. 12 num. 18.*) ſed etiam interim ſit alenda, non conſiderato, vtrum illa ſit locuples, vt ſibi ipſa poſsit de alimentis proſpicere, nec ne, neque vtrum primus annus luctus adhuc duret, vel non. *Chriſtoph. Zobell. d. lib. 1.* Landtr. *art. 22. lit. D. quam ſententiam etiam confirmauit laudatiſſimus ille princeps Auguſtus Elector Saxoniæ inclytæ recordationis part. 2. tit. 25. §.* Wie dann auch die Fraw ſo lange

das ius retentionis in den Lehengütern / vnd jhre vnterhaltung haben ſol / biß ſie des jhren vergnüget/ In qua conſtitutione præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbecc. notanda cenſuit tria, primò verbis in den Lehengütern / bona allodialia non excludi, cum longe maior dubitandi cauſſa ſubſit in feudis quam in bonis cæteris: deinde vocabulum Vnterhaltung innuere fructus, qui alimenta excedunt, viduæ lucro non cedere: & tandem verba deß jhren vtpote generalia, complecti etiam bona mulieris paraphernalia & reliqua. Quæ certè ſunt notatu dignisſima, probanturque præterea Weichbild. *art. 24. verſic.* So nimmet ſie jmmer dauon / als viel ſie eſſen vnd trincken mag / dieweil jhr jhr Ehegeldt nicht geleiſtet wird/ das jhr gelobet ward/ da ſie jhren Mann nam / Deßgleichen darff ſie auch die gewehr des guts nicht reumen/ die Erben weiſen ſie denn ab mit Recht oder mit güte. *& artic. 57. §.* Hat jhr aber der Mann kein gab gegeben / ſie beſitzt in dem Erb für jhr eingebracht gut/ vnd die Kinder ſollen jhr notturfft geben/ dieweil ſie ohn man
67 bleiben will. Et ideo cautas † oportet eſſe viduas, ne ſecure & in vtramuis aurem dormientes, in bonis mariti commorentur, inſumendo quid & quantum ipſis libet: quod ſi enim faciant, obnoxias ſe reddunt rationibus, & fructuum reſtitutioni: itaq; ipſis commodius eſt, vt remaneant quidem in retentione rerum hæreditariarum & feudorum, ſed nihilominus curator bonis conſtituatur, qui cibum, potum, veſtitum & alia neceſſaria præſtet: id quod ſatis aperte probatur ex iam allegato textu Weichb. *art. 57.* Sie beſitzt in dem Erb/ & poſtea die Kinder ſollen jhr notturfft geben/ & bene confirmat Dominus & præceptor meus honorandus Matth. Colerus *in tract. de proceſſ. execut. part. 1. c. 2. num. 194. & 200.* Quod vt vidu-
68 is inſeruire poteſt, [illegible] viciſsim hæredes † mariti obſeruare debent, eiuſmodi viduis ante dotis & paraphernæ reſtitutionem, bona mariti retinentibus, alimenta non debere excedere fructus annuos ſuorum bonorum quorum ſolutionem expectant, *D. Matth. Colerus d. part. 1. c. 2. num. 197. cum ſeq.* de qua tamen reſtrictione dubium me reddit textus extenſiue loquens *d. art. 24.* Weichb. in verbis ſie nimpt jmmer dauon als viel ſie eſſen vnd

trincken mag/& generalitas conſtitutionis Electoralis d. part.
2. conſtit. 25. indiſtinctè tribuentis mulieri alimenta die Vn-
terhaltung/Quæ doctioribus dijudicanda relinquo. Tertium
69 † quod iura Saxonica de viduarum alimentis introduxerunt,
eſt quod mortuo viro nobili, viduæ ipſius debetur dimidia
pars rerum ad cibum & potum paratarum, quæque poſt tri-
geſimum diem à morte mariti computandum, ſuperſunt, ac
noſtro idiomate vocantur Mußtheil. *ita eſt text. in d. lib. 1.* Land-
recht. *artic. 22. §.* Nach dieſem muß die Fraw mit den Erben muß-
teilen alle hoffſpeiſe / die nach dem dreiſſigſten vberbleibet / in jeg-
lichen hofe jhres mannes / oder wo er ſie hette in ſeinen gewehren/
Vnde etſi intelligi poſsit, quidnam horum cibariorum nomi-
ne viduæ debeatur, tamen vt eo minus dubitationis reſtet, ſo-
lent & forſitan etiam debent, *per l. item apud Labeonem. 15. §. ait
prætor. verſ. ea enim quæ notabiliter fiunt. ff. de iniur.* res eo pertinentes
ſingulatim recenſeri: igitur in gratiam ſtudioſorū omnia hinc
inde colligā. Zu Mußtheil gehöret alle geheuffte (quædam exem-
plaria habent gehoffte) ſpeiſe/ nemlich fleiſch geſaltzen vnd vngeſal-
tzen/alle ſpeckſeiten/alles getrencke/wein/ meht/bier/vñ koſent/alles
getreide an korn/Weitzen/ es ſey gedroſchen oder nicht / das zu der
zeit als ewere Vettern auff jhren Schlöſſern / Forbergen vnd Hö-
fen nach ſich gelaſſen / Auch getrencke auff den Schlöſſern / die ſie
von Amptswegen jnnen gehabt/vnd getreid vnd anders/ſo viel dar-
an jhr eigen geweſt/alle Erbes/Maltz/Bonen vnd Granpe/Hirße/
Butter/Schmaltz/Käſe vnd Honig/vnd aller genießlicher Vor-
raht zu eſſen vnd trincken dienende/An ſolchen ſtücken was der da
geweſen iſt zur zeit als ewere Vettern verſtorben ſeind/ folget jhren
gelaſſenen Wittben die helffte zu Mußtheil / vnd die andere helffte
nehmen die Erben/ *ita habetur in ſentent. poſt* Weichbild. *ſub tit.*
von gerade / Morgengabe / Mußtheil / Erbe / etc. *§.* zu Mußtheil
gehöret. Idem planè inuenitur in ſententijs Scabinorū Lipſen-
ſium poſt Landtrecht tit. zu Mußtheil gehöret/(vbi tamen iſta ci-
baria non geheuffte / ſed gehoffte ſpeiſe nominantur, quæ appel-
latio magis conuenit textui tam latino quam germanico, *in
lib. 1.* Landtr. *art. 22. & conſtitutioni Electorali part. 3. tit. 34. in
princ.*) atque præterea Lipſenſes in d. tit. zu Mußtheil gehö-

ret / &

ret/& tit. von Viehe vnd getreide zu Erbe gehörende recenſent quoq; inter hæc cibaria Rübeſamen / quod & à VVitebergenſibus factum eſſe ſcio, qui à fratribus von W. zu W. de iure conſulti, præter omnia ſuperius enumerata, expreſſè huc retulerunt etiam Schincken vnd Würſte/*Schneidevv. ad tit. Inſtit. de heredit. quæ ab inteſt. defer. cap.de ſucceſſ. inter vir.& vxor. num. 42*. Item huc pertinet Kwarg/ Hering vnd andere Fiſche/ Item Saltz/*iuxta gl. in* Weichb. *art. 24. & art. 58. in fin.*

70 His ita enumeratis addendæ ſunt quædam & ampliationes & limitationes. Ampliationis † loco adduci poteſt illud, quod etſi olim dubitatum fuit, quænam cibaria huc referenda eſſent, num omnia in vniuerſum, an verò illa ſolummodo, quæ familiæ alendæ vno tantum anno ſufficiebant, quam poſteriorem ſententiam vt probabiliorem annifus fuit defendere Zobell. *lib. 1.* Landtr. *artic. 22. lit.E.* tamen priorem ſententiam conſuetudine obſeruari, nimirum eſculenta & poculenta ſuperius enumerata, licet ijs plures annos ſe & familiam ſuam ſuſtentare potuiſſet, huc referri oportere, ipſe Zobell. ibid. fatetur: quam conſuetudinem corroborauit D. Augu-

71 ſtus Elector Saxoniæ *part.3.tit.36.* Limitationes † aut declarationes poſſunt plures afferri: quarum prima pertinet ad fructus ſupra enumeratos, vt illi ita demum pertineant ad hæc eſculenta & poculenta zu dem Mußtheil/ſi moriente marito non amplius pendeant, ſed ſint illati aut reconditi, ita pronunciarunt Lipſenſes poſt Landtrecht d. tit. Von Viehe vnd getreide zu Erbe gehörende / vbi diſerte exprimunt, des getreides halben/ das bey lebtagen eweres Vatern von dem felde in die ſcheunen gefüret iſt/etc. poſtea ibidem aliquanto inferius, in vi-

72 no † requirunt vt marito adhuc viuente, in cellam id ſit reconditum, quaſi velint innuere, viduæ non proficere vuas viuo marito collectas eſſe dum inquiunt, Aller Wein der bey lebtagen eweres Vater in den Keller nicht geſchickt/ gehöret zu dem Erbe/ Quod ſi quis hoc poſterius de vuis, impugnare velit exemplo frumenti, in quo non requiritur ſpicas excuſſas eſſe, ſed ſufficit ſi modo in granarium ſit illatum; ei reſponderi facile poteſt, excuſſione ſpicarum, granis nouam ſpeciem non tribui,

bui, ſed ea in priore forma remanentia, potius detegi: ſed ex vuis contuſis plane nouam produci rerum ſpeciem nempe vinum. *l. adeo quidem. 7. §. cum quis ex aliena. verſ. videntur tamen mihi recte. ff. de acquir. rer. dom.* Et hæc prima † limitatio ex-
73 tenditur, vt viduam non iuuet, etiamſi intra triceſimum diem à morte mariti numerandum, huiuſmodi fructus illati aut reconditi fuerint. *conſtitutio Electoralis part. 3. tit. 34. vbi expreſſe ſancitum eſt*, Wiewol zum Mustheil alle gehoffte ſpeiß / ſo nach dem dreiſſigſten vbrig / gehöret / vnd die Witfraw ſo von Ritters art iſt / daran den halben theil haben ſoll / Dennoch aber ſo gebüret der Frawen ſolches ALLEIN von dem / welches zur zeit des Mannes abſterben in ſeinem hoff oder behauſung geweſen / vnnd darumb wann Wein Korn oder anders / ſo zu Mußtheil gehöret / bey des Mannes leben / noch auff dem felde geſtanden / vnd doch folgends jnnerhalb dem dreiſſigſten einkommen / ſolchs gehört dem Erben allein / vnd hat ſich die fraw doran keines Mußtheils anzumaſſen. *Idemq́; confirmat præceptor & ſocer meus honorandus ad tit.*
74 *ff. de alim. vel cib. legat. num. 4.* Pari ratione † neque viduæ de frumento, quod maritus ſuperſtes adhuc habuit, ſed alijs mutuo dedit, hoc nomine quicquam debetur, vt reſpondit D. Simon Piſtoris *in conſil. 11. num. 5. & 6. inter conſilia quæ volumini primo conſiliorum Modeſtini Piſtoris ſunt addita, & Schneid. d. num. 42.* neque quod vendidit *d. art. 22. lib. 1.* Landtr. quam ad rem tamen mariti vendere frumentum volentis propoſitum non ſufficit, *vt in facti contingentia à Scabinis Lipſenſibus reſponſum fuiſſe teſtatur D. Daniel Moller. lib. 3. ſemeſtr. cap. 24. num. 3.* Sic
75 † multo minus vidua poterit illud frumentum, quod ruſtici nobilibus quotannis certo die præſtare coguntur, inter hæc cibaria referre, ſi maritus ante iſtum diem obierit: id quod à Doctoribus celeberrimi iudicij Curialis VVitebergenſis, tutoribus liberorum Friderici von H. ante aliquot annos reſponſum eſſe ſcio, his verbis: Auff die fünffte frage ſprechen wir / das Korn vnd ander getreidich / ſo bey leben des Mannes verkaufft oder außgeliehen für Mußtheil nicht zuachten noch darzu gehörig iſt. Auff die ſechſte frage / ſprechen wir / das gleicher geſtalt das vnuerſagte pachtgetreidig für Mußtheil nicht kan angezogen noch

von

von der Witbe gefordert werden / Alles von Rechtswegen. Se-
76 cundò † limitant aliqui hæc, quod fructus ſuperius nominati Rocken/ Weitzen/ Erbes/ Hirſe / ꝛc. vtpote eſculenta quantum eorum poſt trigeſimum diem ſupereſt, pro dimidia parte viduæ debeantur, ita tamen vt prius etiam deducatur, de quolibet genere, quod ad ſementem iſto anno requiritur, ita Ambroſ. Schurerus in tract. de hæredit. mihi pag. 34. in fi. vbi recitans illam ſententiam ex calce Weichbild / ſub tit. zu Mußtheil gehöret/ quam & ego paulo ante ſub num. 69. adduxi, per parentheſin inſerit hæc verba, außgenommen das zur Saat gehöret. Sed contrarium probatur in conſtitutione Electorali *part. 3. tit. 32. §.* do aber die Witfraw nach abſterben des Lehenmannes / ehe ſie jhres Mußtheils vorgnüget/ die Ecker wieder beſeen leſt / von dem ſo zu Mußtheil gehöret/ Solchs müſſen jhr die Lehensfolger vor den halben theil des Samens wieder erſtatten.
77 Tertia † limitatio pertinet ad illam partem horum eſculentorum, in qua piſces & aliæ carnes recenſentur, vt nimirum non ſatis ſit, ſi maritus quædam animalia & quidem in hunc finem, vt ſe familiamque ſuam inde alat, ſaginet, eaque moriente marito adhuc viuant: ſed neceſſe eſt ea eſſe interfecta: *ita de porcis qui in caulis ſaginantur expreſſe ſcribit Zobell. in addition. lib. 1.* Landtr. *art. 22. lit. D. & gloſſ. eod. lib. 1. art. 24. ibi* gemeſte Schweine / verſtehe/ welche geſaltzen vnd zu ſtücken geteilet ſind/ denn die Maſtſchweine auff den Koben gehören zu dem Erb / *idq́; etiam tradit gloſſ. marginalis ad art. 24. & 26.* Weichbild. *& Scabini Lipſenſes poſt* Landtrecht / *ſub tit.* zu Erbe gehören. Ex eadem ratione neq; in bobus, neq; in vaccis, neq; in gallinis viuis ſibi quicquam vidua prætextu horum cibariorum vendicare poteſt, ſed referuntur ad res hæreditarias, *gl.* Weichbild. *art. 23. §.* Hat ein fleiſchhawer Schaaff / & Lipſenſes in ſententijs poſt Landtrecht. ſub. d. tit. zu Erbe gehören / quemadmodum piſces in ſtagnis aut viuarijs inter res hæreditarias referuntur, vt habetur in ſententia poſt Weichb. ſub tit. Ob die fiſche in Teichen &c. *ac Dominus præceptor meus Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 308.* ideoq; ad hæc cibaria non pertinent. Sic neq; anſeres, neq; anates adhuc viui, inter hac cibaria referuntur *d. lib. 1.* Landtr. *art. 24.*
78 Ex hac † affirmatiua horum cibariorum expli-

explicatione, etſi colligi poteſt quæ res eo non pertineant *§.1. Inſt. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l.1. ff. eod.* tamen ex conſtitutione Electorali addendum eſt ſuperioribus, Gerſte / Hopfe / vnnd Heidekorn gehören nicht zu Mußtheil *part. 3. tit. 35. quo benè referri poteſt Baldi Conſ. 192. incip. Quidam nomine Vicus. vol. 5.* in qua conſtitutione obſeruandum arbitror id quod ſancitum ibi eſt Von Heidekorn / intelligendum eſſe de eo genere frumenti, quamdiu tale eſt: ſin vero mola (vt fieri aſsolet) contuſum ſit, & ita pulti præparatum, ex eo viduam poſſe dimidiam partem petere, & pertinere zum Mußtheil / mouet me gloſſa vlt. artic. 58. Weichbild / vbi expreſſe dicitur, Grütze gehöret zu Mußtheil / Neque huic ſententiæ aduerſatur d. conſtitutio, vbi ſancitur das Gerſte / Hopfe / vnd Heidekorn den Landt Erben allein/ohn vnterſcheid / als Erbe / zugeſprochen werden ſoll / quia loquitur expreſſe de frumento von Heidekorn: hæc autem farina poſtquam ita cibo præparata eſt, deſijt eſſe frumentum. Et quemadmodum eademmet diſpoſitio, hordeum ex ordine horum eſculentorum & poculentorum remouens, non propterea etiam polentam ex hordeo confectam inde remouet: ita idem ſtatuendum eſt
79 de hoc genere frumenti von dem Heidekorn Tandem † pro concluſione addendum eſt, horum cibariorum petitioni nullibi locum relictum eſſe niſi mortuo marito nobili, & ſuperſtite ipſius vxore: non dantur filiabus ex bonis patris defuncti, neque matri in bonis filij defuncti, neque ſororibus in bonis fratrum: deinde addendum eſt etiam hoc, quod iſta domeſtica cibaria licet vxori ſuperſtiti ex mariti defuncti bonis, vt dictum eſt, debeantur, non tamen poſt iſtius fœminæ mortem ad eius filias vel alias fœminas proximiores, filijs excluſis deferantur, ſed ad proximiores ſine ſexus diſtinctione, deuoluuntur. *Zobell. lib. 1.* Landtr. *art. 20. lit. l. & ita pronunciarunt Scabini Lipſenſes, vt videre licet in ſententijs poſt* Landtrecht *ſub tit.* Vom Leibgedinge. *§.* Item alle getreide/cuius ſententiæ verba hæc ſunt: Ein Weib erbet auff jhr Spillmagen kein Mußtheil / ſondern allein der Man erbet Mußtheil auff ſein Weib / die jhn vberlebt / vnd ſo bald die Fraw durch den Todt jhres Mannes

das

das Mußtheil ererbet/ ſo wird es Erbe / ſtirbt ſie darnach/ ſo erbet ſie es auff jhren rechten Landerben/er ſey Mann oder Fraw.

# MARITVM EGENVM AN ET QVANDO VEL VXOR VEL EIVS HÆREDES TENEANTVR ALERE.

## Caput XII.

### SVMMARIVM.

1. *Duæ partes huius capitis*
2. *Prioris partis thema : ampliatur num. 4. 8. 9. limitatur num. 10. 11. 13. 14. 15.*
3. *Gloſſa huic themati contraria communiter reprobatur.*
4. *Marito bannito ſi egeat ab vxore debentur alimenta : reſtringitur. numero 7.*
5. *Et ex communicato.*
6. *Marito contra legem & fidem coniugÿ peccanti alimenta non debentur & num. 10.*
8. *Vxor tenetur etiam alere ſuum ſocerum inopem. & num. 24.*
9. *Maritus ex vxoris bonis paraphernalibus ali debet.*
11. *Si vxor ipſa ſit inops hoc onere liberatur.*
12. *Exceptio ne maritus conueniatur niſi in id quod facere poteſt , quando locum habeat. & num. 13.*
14. *Debita mariti vxor exſoluere non cogitur.*
16. *Altera pars huius capitis de viduo alendo. num. 17. & 18.*
19. *De iure Saxonico debentur viduo primis triginta diebus ex hæreditate iacente alimenta : ÿs elapſis non item. num. 20.*
21. *Tentatur an iuris Saxonici diſpoſitio viduæ alimenta concedens quousq; ipſi illata reſtituantur, extendenda ſit ad viduum: quod reſtringitur numero 22.*
23. *Affinitatis ratione alimenta non debentur & numero 25. limitatur num. 24.*

RECIPROCE alimenta deberi , quia ſupra aliquoties admonui, & quatenus vxor à marito , vel poſt eius mortem, ab hæredibus ali debeat , hactenus dictum fuit : ideo neceſſe

ceſſe eſt, vt nunc diſpiciamus, an & quatenus maritus, ab vxore ſua, hoc alendi officium queat exigere. Quoniam autem marito incumbit onerum matrimonij ferendorum neceſsitas, *vt in principio cap.10.* §. *dixi*, cuiuis inde patet, regulariter non requiri ab vxore, vt maritum ſuis ſumtibus, extra caſum neceſsitatis, alat. *l. ſi ſtipulata.33. §. 1. verſ. imo incongruens eſt, & contra ſexus naturam. ff. de donat inter vir. & vxor. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap.pen. num.97.* Loquor enim hic principaliter de ſumtibus: operarum, marito ab vxore debitarum, explicationem reſeruaturus ad librum ſecundum. Quem-

1 admodum † igitur in præcedentibus alimenta, quæ vxori marito viuente præſtantur, diſtinxi ab ijs, quæ viduæ dantur: ita etiam faciendum putaui in mariti alimentis declarandis.

2 De primo itaque caſu conſtituo hanc theſin, ab vxore † maritum non aliter alimenta exigere poſſe, quam ſi pauper ſit vel egenus, *ita per auth. præterea. C. vnde vir & vxor. l. mutus. 73. §. manente. verſ. vt egentem virum ſuſtineat. ff. de iure dot. l. ſi cum dotem. 22. § ſin autem in ſæuiſſimo. verſic. quatenus ex ea mulier. ff. ſolut. matrim. l. 1. § ſi vir. ff. de SC. Silan. l. aduerſus. 4. in princ. C. de crim. expil. hæred. ſentit. Speculat. in tit. qui filij ſint legitim. num. 40. Godeſc. de VVildesh. qui vixit ante trecentos annos, in ſumm. ſua §. alimenta.cap.1. Bart. tr. de aliment. num. 49. & in d. § ſin autem in ſæuiſſimo. num. 6. Bald. in l. quod in vxorem. 13. num. 2. C. de neg. geſt. & in d. l. ſi cum dotem. § ſi maritus. num. 4. ff. ſol. matrim. Anchar. c. per veſtras. num. 15. & ibi Io. Lup. de Palat. Rub. in pr. § 6. num. 2. ext. de donat. inter vir. & vxor. Guid. Pap. deciſ. 439. num. 2. Vital. de Camban. d. c. pen. num. 54. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 14. ff. de liber. agnoſc. Petr. Gregor. in ſyntagm. lib. 9. cap. 19. num. 5.* & probatur præterea hæc theſis *per l. vbi adhuc. 29. verſ. ſed fructibus earum ad ſuſtentationem tam ſui quam mariti. C. de iure dot. quem textum ad hoc adducit Alex. conſil. 56. incip. In præſenti conſultatione. num. 5. vol. 4. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 62. in pr.* probatur etiam *d. c. per veſtras. 7. circa fin. ext. de donat. inter vir. & vxor. Panorm. in quæſt. 3. incip. Sempronius clericus bona matrimonialia. num. 8. in fin. & per §. item ſi de dote. Inſtit. de Action.*

3 Etſi † verò gl. *in d. l. ſi ſtipulata. 33. §. 1. verb. contra ſexus naturam. in fin.*

*in fin: ff. de donat. inter vir. & vxor.* contrarium aſſerit, nempe maritum ab vxore ali non oportere: tamen nullus textus in ea adducitur, ex quo commode colligi poſsit, maritum etiam inopem & egenum ab vxore diuite non eſſe alendum, prout cuilibet inſpicienti apparebit: ideoque tradunt iſtam gloſſ. COMMVNITER eſſe reprobatam. *Crot. in lect. 2. l. ſi conſtante. num. 48. in ipſius operibus, (ſin quæras in voluminibus repetitionum, inuenies ſub. num. 62.) ff. ſol. matrim. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 82. ſtatut. 2. num. 4.*

4 Ampliatur hæc theſis, primò vt procedat licet † maritus ſit bannitus vel proſcriptus: mulierem enim propterea non liberari, ſed marito egeno alimenta mittere debere, probatur *ex d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. verſ. quid enim tam humanum. ff. ſol. matrim. c. paſce. diſt. 86. Speculat. in tit. de dot. reſtit. poſt diuort. §. formatis. num. 20. Bart. in d. l. ſi conſtante. 25. num 22. ibique Bald. Nouell. num. 49. Alber. de Roſate part. 4. ſtatut. q. 7. num. 5. Angel. Aret. in tract. malefic. verb. Dicto maleficio ſemper aſtitit. nu. 25. vbi Auguſt. de Arimin. reſtrictionem addit; de cuius veritate dubito. Io. Lup. de Palat. Rub. in d. c. per veſtras. in pr. §. 19. num. 1. ext. de donat. inter vir. & vxor. Cepoll. conſil. ciuil. 48. num. 12. quod conſilium repetitum inuenitur inter ipſius conſilia criminalia conſil. 5. nu. 21. Pet. Duenn. reg. 68. incip. Bannitus ex forma. limit. 10. Cacheran. deciſ. 124. num. 11. Cephal. conſil. 324. incip. Magnificus Dominus Scæuola. num.*

5 *14.* Idem † eſt ſi maritus ſit excommunicatus, quia adhuc eum inopia laborantem ab vxore ali debere, ſtatuit Rofredus *in Sabbat. q. 21. cuius ſummam refert additionator ad Speculat. d. §. formatis. num. 20. & allegat Alberic. de Roſat. in d. l. vbi adhuc. 29. num. 8. C. de iure dot. vbi tamen perperam citat quæſt. 11. cum ſit q. 21.* & ratio eſt quia nihilominus adhuc durat matrimonium. *c. inter alia. 33. cum gl. pen. extr. de ſent. excommun. & in huius tituli ſumma Hoſtienſ. §. vlt. verſ. lex excuſat aliquas. Alber. de Roſat. in d. tract. de ſtatut. part. 4. q. 15. Nell. in tract. de Bannit. part. 3. ſecundi temporis. q. 22. c. ſignificaſti. 6. in fin. ext. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. quem textum ad hoc propoſitum adducit Geminian. in c. decreuit. de hæret. in 6. cuius tamen diſtinctionem inter baptizatum & non baptizatum, vtpote a præſenti inſtituto alienam, lubens omitto.* Neque

quic-

quicquam ad rem facit, quod mulieri maritum bannitum habenti dotis repetitio conceditur: quia id fit, non quaſi matrimonium ſit diſſolutum, ſed quod maritus male vtatur rebus ſuis. *l. 1. in fin. C. de repud. d. l. vbi adhuc. 29. C. de iur. dot.* & proprie loquendo, non tam eſt repetitio, quam conſignatio quædam & depoſitio. *Alber. de Roſat. in l. vbi adhuc. 29. num. 14. C. de iur. dot. Alciat. conſil. 70. incip. Hæc cauſſa quæ controuertitur. num.*
6 *2. vol. 5.* Cæterum huic ampliationi † vehementer obſtat deciſio Baldi *in conſil. 478. incip. Quædam ſunt res. num. 2. volu. 5.* dicentis, vxorem diuitem, marito in inopiam propter maleficium ſuum incidenti, alimenta præſtare non debere. *per c. ex parte. 10. ext. de conſuetud. quem ſequitur Barth. Socin. conſil 82. incip. In cauſſa vertente inter fraternitatem ſanctæ Mariæ. num. 15. volum. 4. Vital. de Camban. d. tract. clauſul. cap. pen. num. 163.* Hoc enim ſi perpetuum eſſet, cumque pœna banni, ſine culpa & fraude mariti, de iure locum non habeat. *l. aliud. eſt. 131. in pr. verſ. pœna ſine fraude eſſe non poteſt. ff. de verb. ſignific.* ſequeretur, vt marito bannito inopi, nunquam deberentur alimenta ab vxore diuite. Pro defenſione igitur huius noſtræ ampliationis, reſpondeo ex eodemmet Baldo *in d. l. vbi adhuc. 29. num. 21. C. de iure dot.* diſtinguente, aut maritus peccat in matrimonium, puta committendo adulterium, vel vxorem ægram & omni ope carentem, contra fidem coniugalem, deſerendo, & marito ita peccanti ex vxoris bonis alimenta non debentur *l. ſi ab hoſtibus 10. §. 1. ff. ſol. matrim. Io. Lup. de Palat. Rub. in rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. num. 12. cum ſeqq. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 80. ff. de lib. agnoſc.* aut non peccat contra matrimonij legem, ſed committit aliud crimen contra alium: quod ſi iam propter huiuſmodi delictum banno conſtringatur, tum mulier ipſum inopem tenetur alere, per ſuperius allegata, & iuxta huius poſterioris membri ſententiam, procedit hæc prima ampliatio: eandemque diſtinctionem tradit etiam Ludou. Roman. *in d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 13. ff. ſolut. matrim. & Io. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. in pr. §. 19. verſ. Intellige ſanè. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Neque quicquam obſtat text. *d. c. ex parte. 10. ext. de conſuet.* ſuperius contra

hanc

hanc ampliationem adductus: quia ibi reijcitur conſuetudo permittens marito, qui ſua bona prodegit, etiam vxoris bona tam mobilia quam immobilia diſtrahere & ſimiliter deglutire: tale quid, cum in hac ampliatione marito non concedatur, ſed ipſi ex bonis vxoris locupletis alimenta tantum ad vitam tolerandam ſufficientia deberi ſtatuamus, cuilibet manifeſtum eſt, ea ſibi inuicem non aduer-
7 ſari. Denique etiam hoc addendum eſt, reſtringi † hanc primam ampliationem à Baldo Nouello *in d. l. ſi conſtante. num. 50.* vt eam non credat procedere in taliter bannito, qui eſſet hoſtis ciuitatis, qui poſſet impune offendi. *l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de cap. demin.* quia tunc, non tantum non teneretur vxor ei alimenta mittere, ſed etiam poſſet ipſum impunè occidere & iuri patrio aut familiæ, bonum publicum præferre, *vt habetur in l. veluti. (arguendo ab ordine verborum) ff. de iuſt. & iur. l. minimè. 35. ff. de relig. & ſumtib. fun.* & prius patriæ naſcimur, quam parentibus. *l. 1. §. ſi ea. ff. de ventr. in poſſ. mitt.* Verum neque hanc Baldi Nouelli reſtrictionem ſimpliciter admittendam arbitrarer; quam etſi rectè Io. Crottus *in d. l. ſi conſtante, in lectur. 2. (in ipſius operibus habetur ſub num. 49. ſed in voluminibus repetentium, vt vulgo appellantur, ſub num. 66.) ff. ſolut. matrimon.* repudiat; tamen ſicut cauſſam oſtendit, cur iſtam reſtrictionem non recipiamus, nempe quod etiam hoc caſu adhuc duret vinculum matrimonij, & ideo alimentorum præſtatio non ſit ſublata, *per §. ſi verò contigerit. in Auth. de inceſt. nupt. collat. 3. Nell. de Bannit. d. q. 22. in fin.* ita viciſsim non reſpondet argumento per Bald. Nouell. adducto. Reſponderi igitur poteſt ex iis quæ de d. l. minime. ſ. cap. 5. num. 20. in medium allata ſunt, quod nimirum iſta occiſio vel alimentorum denegatio, non ſemper locum habeat, ſed ſolummodo contra eum, qui iam actualiter patriam oppugnat.

Secundò ampliatur huius capitis thema principale, vt
8 vxor † non tantum maritum, ſed & eius patrem inopem teneatur alere: cum enim patri, non tantum filium, ſed etiam ipſius vxorem alendi incumbat neceſsitas, quemadmodum ſ. cap. 2. ampliat. 4. dictum eſt, ita ex natura correlatiuorum, ex

 quibus

quibus in hac alimentorum tractatione rectè arguitur *Bapt. de S. Blaſ. tract. Correlat. part. 4. extenſ. 47.* mulierem ad mariti ſui patrem alendum obſtringi, tradunt *Cyn. in d. l. vbi adhuc. 29. q. 10. num. 17. C. de iur. dot. Bart. in d. l. ſi conſtante. 25. num. vlt. ff. ſolut. matrim. Campeſ. de dot. part. 3. q. 63. & 241. ac probari poteſt ex ijs quæ tradit Matth. Brun. de ceſſ. bonor. q. 22. quarta quæſt. princ. & Anton. de Trem. in addition. ad pract. Hub. de Bonac. tit. 13. nu. 21.* ſi ſcilicet bona habeat ſufficientia, aliàs ſecus, quam declarationem DD. in prædictis locis expreſſe addunt.

9 Tertiò ampliatur, vt vxor † marito alimenta præbere cogatur, non tantum ex bonis dotalibus, ſed etiam paraphernalibus, *ita per d. l. ſi cum dotem. 23. §. ſi maritus. verſ. quid enim tam humanum. ff. ſolut. matrim. auth. præterea C. vnde vir & vxor: ſentit Alex. in d. l. ſi cum dotem. 23. §. ſin autem in ſæuiſſimo num. 9. ff. ſol. matrim. Crauetta conſil. 362. incip. In cauſſa Chriſtophori. num. 15. & in d. l. ſi conſtante, Bald. Nouell. num. 50. Io. Crottus in lectur. 2. num. vlt. & hæc opinio eſt* C O M M V N I S *teſtibus Ripa in d. l. ſi conſtante. nu. 47. Iul. Clar. lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 82. ſtatut. 2. nu. vlt. Eman. Soarez. in theſaur. commun. opin. lit. B. num. 13. & Hippol. Bonacoſſ. in eodem theſaur. verſ. Bannitum maritum.* Quæ ampliatio de iure Saxonico etiam eſt indubitata, quia vt textus loquitur *lib. 1.* Landtr. *art. 31.* Man vnd Weib haben nicht gezweiet gut zu jhrem leibe. Licet enim maritus ex ſua conſuetudine ſit prodigus: tamen quando ipſi adminiſtratio aufertur, ne vxoris bonis in ſorte poſſit aliquod creari periculum, nihilominus mulier cogitur marito communicare reditus, *ita eruditè determinat Hier. Schurpff. conſil. 80. in fin. centur. 1.*

Limitatur autem primo huius capitis thema principale,
10 vt vxor † marito, qui contra coniugij fidem peccauit, alimenta præſtare non cogatur, *per ea quæ paulo ante num. 6. dicta ſunt.*

11 Secundo limitatur, vt vxor † maritum non teneatur alere, ſi ipſa adeo eſt inops, vt ſibi vltra id, quod in ſua alimenta inſumit, nihil ſuperſit. *Campeſ. de dot. d. part. 3. q. 63.* primò, quia ordinata charitas à ſe incipit. *vulg. l. præſes. C. de ſeruit. & aq.* deinde quia in cauſſa pari mulier præfertur. *l. aſſiduis. C. qui pot.*

*pet. in pign.* præterea quia in pari cauſſa præfertur de damno vitando certans: *quas rationes tres, huic limitationi accommodat Anchar. Bonon. in c. 1 num. 5. ext. de donat. inter vir. & vxor.* Vnde
12 euenit, vt maritus † contra vxorem pauperie ita laborantem, & de dote agentem, non poſsit opponere exceptionem, vt condemnetur ſolummodo in quantum facere poteſt. *Ant. de Padill. in l. præſes. num. 8. C. de ſeruit. & aq. Matth. Brun. de ceſſ. bon. q. 20. quarta quæſt. princip. nu. 32. Gul. Mayner l. in omnibus. 68. num. 15. ff. de reg. iur.*

13 Tertiò limitatur † in marito inceſtuoſo: mulier enim ab eo dotem ſuam repetens, non eſt adigenda, vt illi tantum relinquat ne egeat, hanc COMMVNEM eſſe opinionem tradit Bapt. Villalob. *in theſaur. commun. opin. lit. N. num. 50.* Cuius limitationis rationes & temperamentum ſumi poteſt ex cap. 10. num. 54. huius libri.

Quartò declaratur huius capitis thema, vt illud non ex-
14 tendatur † ad debitorum à marito contractorum exſolutionem: licet enim, vt ſuperius probatum fuit, vxori incumbat virum inopem alere: non tamen propterea ipſa cogi poteſt nec debet, vt creditoribus mariti de ſuo ſatisfaciat. *arg. auth. ſi qua mulier. C. ad SC. Velleian. Cæpol. conſil. ciuil. 27. incip. Super cauſſa lite & quæſtione: per tot.* His limitationibus, etſi alias addere
15 poſſem ex ijs caſibus, in quibus † beneficium aut exceptione conueniatur, niſi in id quod facere poteſt, marito denegatur: quia tamen eos recenſent Doctores noſtri *in l. maritum. 12. ff. ſol. matrim. & ſedulò congeſſit Matth. Brunus in tract. de ceſſ. bon. q. 20. quarta quæſt. princip.* ideo non opus eſſe arbitror eos hic recenſere, ac is qui velit, ibi videre poterit. Eos autem caſus huc referri poſſe ex eo liquet, cum eius exceptionis ille ſit finis, ne excipiens egeat. *l. in condemnat. 173. in pr. ff. de reg. iur.* ita vt marito inopi, qui ab iſta exceptione excluditur, in effectu alimenta denegentur. Quod fallit, quando conſtante matrimonio maritus ad inopiam vergit, & vxor dotem repetit: tum enim licet maritus iſtius exceptionis beneficio careat. *gl. in l. vbi. 29. verb. ad ſuſtentationem. C. de iur. dot. quam vt notabilem commendat Bapt. de S. Blaſ. in tr. de priuileg. dotal. nu. 71. &* COMMVNI-

TER *approbatam. Matth. Brun. d q. 20. num. 10.* tamen nihilominus alitur ex vxoris bonis tam dotalibus quàm paraphernalibus, per ſuperius dicta.

Ex quibus vt intelligi poteſt quando marito ab vxore
16 viua alimenta debeantur, necne: ita nunc † dicendum eſt, an & quando ab vxoris defunctæ hæredibus, viduus alimenta poſsit petere. Cuius quæſtionis tractatio mihi eo videtur difficilior, quo pauciores eam attigerunt. Nam vt verum fatear, de vidui alimentis nihil quicquam potui inuenire, niſi quod ſolus Barthol. Socin. *in l. diuortio. num. pen. ff. ſol. matrim.* ita ſcribit: *Præterea ob mendicitatem ali debet vidua, ne anima mariti contriſtetur, vt in §. ſoluto. in Auth. de Nupt. cum dicatur ſocia diuinæ & humanæ domus, vt l. aduerſus. C. de crimin. expil. hæredit. nam etiam tunc ne mendicare cogatur habet remedium auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ſecundum Roman. hic Fulgoſ. & Moderniores in l. fin. C. de bon. matern. Ex quibus videtur inferri vna pulcra concluſio, quod hæredes mulieris, ſi dos non ſufficeret, de bonis mulieris tenentur virum inopem alimentare, ea ratione, quia non debent ad imparia iudicari, & quia remedium ob cauſſam alimentorum inuentum, ne mulier mendicare cogatur, locum habet & viro exiſtente inope & muliere diuite: cogita tamen, quia non inueni hic vltra declaratum.* Hactenus Socinus: qui quoniam, vt ipſius verba præ ſe ferunt, aſſere-
17 re videtur, in iiſdem caſibus † viduo alimenta deberi, in quibus viduam ali oportet, cum non debeant ad imparia iudicari: ideo neceſſum eſt de ſingulis breuiter diſpicere. Reperio autem præcipuè duos caſus, in quibus alimentorum intuitu viduæ aliquid debetur: quorum prior eſt, ſi dotem in rebus mobilibus conſiſtentem habens, in primo anno, qui reſtitutioni illarum rerum præfixus eſt, *l. vnic. §. ex actio. C. de rei vx. act.* ſibi aliunde, de rebus ad victum neceſſarijs non poſsit proſpicere, vt pendente hoc anno, à mariti hæredibus dotem ſecum retinentibus, alimentorum exigendorum viduæ ſit facultas: poſtea verò vltra id quod intereſt nihil queat petere. Alter caſus eſt, vt viduæ, dotem vel nullam vel alimentis ſuis non ſufficientem habenti, aut quarta aut virilis pars, vice alimentorũ ex bonis mariti debeatur, *iuxta diſtinctionem auth. præ-*

*terea*

*terea. C. vnde vir. & vxor. prout ea omnia in cap. præced. ſunt indicata.* Iam ſi ad maritum ſuperſtitem accommodare hæc velim, quemadmodum non diffiteor, marito pauperi vel quartam vel virilem partem ex bonis vxoris defunctæ locupletis debe-
18 ri *ex d. auth. præterea. cum ibi notat per DD.* ita ſi maritus † ad vxorem ſuam defunctam, bona quidem intulerit, dubium incidet, an etiam hæredibus vxoris anni ſpacium, intra quod res mobiles viduo reſtituant, indulgeatur. Quod ſi affirmatiuam opinionem veriorem eſſe putauerimus, argumento ducto ex natura correlatiuorum, *de quo multa tractant Iaſ. & cæteri DD. in l. fin. C. de indict. vid. toll. Nic. Euerhard. in Top. loco. 20. A correlat.* & eueniat vt viduus non habeat, de quo vitam interim ſuam ſuſtentet, tum ſolummodo in primo anno deberentur ipſi alimenta, in cæteris vero annis, modo omnem lapidem in repetendis à ſe illatis mouerit, atque ita ſuos priuignos vel alios vxoris ſuæ defunctæ hæredes in mora conſtituerit, deberetur ſaltem id, quanti eius intereſſet, pecunias ſuas ſibi iuſto tempore fuiſſe reſtitutas, per ea quæ de vidua in cap. præcedente in medium prolata fuerunt.

19 De iure † Saxonico, an & quando viduo alimenta, poſt vxoris obitum, dari oporteat, ſi quis quærat: ei reſpondendum putarem, cum maritus eo iure vxorem & ipſius bona in ſuam tutelam recipiat, *lib. 1.* Landtr. *artic. 31.* & intra diem trigeſimum nemini cogatur reſpondere, *lib. 3.* Landtr *art. 15. gloſſ.* Weichbild *art. 23. §.* Nu iſt hie eine frage/ ob eines Mannes Weib ſtürbe / ideo non puto à quoquam, intra iſtos triginta dies, ipſum impediri poſſe, quin alimenta, non minus quam viuente vxore ſolitus fuit, percipiat: deinde ſi familiæ, intra iſtud tempus, ex hæreditate iacente alimenta eroganda ſunt: *lib. 1.* Landtr. *art. 22. verſ.* Man ſol ſie halten biß an den dreiſſigſten/ non video cur maritus, qui caput eſt familiæ, *l. pronunciatio. 195. verſ. pater autem familias. ff. de verb. ſignific.* in hac alimentorum commoditate, à reliqua familia ſit ſeparandus: denique cum intra dies triginta à morte mariti, vidua ſuperſtes ex hæreditate iacente alatur, vt capite præcedente dictum eſt, ideo ex natura correlatiuorum idem in marito ſtatuere non erit iuri

 diſſen-

20 diſſentaneum. His autem † diebus triginta elapſis, quia maritus omnia bona vxoris mobilia (ſalua tamen liberorum legitima & excepta Gerada) lucratur, *vt eſt textus lib. 3. Landtr. artic. 76. vbi dicitur*, Hette aber die Fraw einen andern Man genommen/ vnd wer er zu jhr vnd den Kindern in das vngeteilte gut eingefahren / vnd ſtirbet denn das Weib der Mann behelt alle des Weibes fahrende haabe / ideo non puto ei quicquam præterea nomine alimentorum deberi: partim quia nuſquam, quantum ego ſciam, iſto iure proditum eſt, vt vlterius pro alimentis marito quicquam debeatur, cum tamen de hoc textu ſcripſerit Zobell. *ibi in addit. & Fachs different. 18. & 34. Reinhard. differ. 30. & 39. Io. Schneidevv. ad tit. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. verſ. de ſucceſſione inter vir. & vxor. num. 26. cum ſeqq.* quorum nullus exprimit, marito inſuper alimenta deberi, & propterea ſine lege id aſſerere temerarium videtur. *§. conſideremus. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat. 3. c. conſuluiſti. verſ. & quod ſanctorum. 2. q. 5. Crauett. conſil. 194. incip. In caſu propoſito num. 3.* partim quia horum bonorum mobilium ſucceſsio, ſubrogata eſt in locum portionis *ex d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* marito debitæ: quæ cum alimentorum cauſſa concedatur, non autem vltra iſtam portionem inſuper alimenta dentur, *vt tradit Iaſ. in d. auth. præterea. num. 9. & Barth Socin. d. l. diuortio. nu. pen.* conſequens eſt, vt idem dicendum ſit de hac ſucceſsione mariti in terris Saxoniæ, ex vulg. regula qua perhibetur, ſubrogatum ſapere naturam eius, in cuius locum eſt ſubrogatum.
21 *§. fuerat. Inſtit. de action.* At de † eo non immerito quis quæſierit, vtrum diſpoſitio iuris Saxonici Weichbild *art. 24. verſ.* So nimmet ſie jmmer dauon *& art. 57. §.* Hat jhr aber der Man/ & conſtitut. *Elector. part. 2 tit. 25. in fin.* vbi ſancitum eſt, viduam tamdiu, quouſque bona ipſi reddita non fuerint, alendam eſſe: locum habeat in marito, ita vt antequam pecuniam à ſe illatam & in meliorationem bonorum vxoris conſumtam ab hærede recuperet, interim ex bonis hæreditarijs ali debeat? In cuius quæſtionis, vtpote à nemine hactenus tractatæ, ſolutione, etſi pro certo nihil auſim affirmare: probabilior tamen mihi videretur ſententia affirmatiua, propter naturam correlatiuo-

latiuorum: præſertim cum Doctores noſtri diſertis verbis ſcri-
bant, legem nouam corrigentem in vno correlatiuorum, puta
in vxore, intelligi etiam corrigere in alio, & ſic in marito.
*Nic. Euerhard. in Topic. loc. 20. A correlat. num. 7. per allegata ab ipſo
adducta.* Quæ decidendi ratio, etſi labefactari poſſe videatur,
per eruditiſsima fundamenta, quæ congeſsit Io. Cephal. *conſil.
408. incip. In præſenti quæſtione:* tamen illa huc accommodari
commode poſſe non puto: cum quia ſtatutum, de quo ſcribit
Cephal. ibi, eſt odioſum & priuatiuum iuris alias conceſsi,
*Cephal. d. conſil. 408. num. 76. & 80.* hic vero verſemur in ſtatuto
affirmatiuo & fauorabili & æquitatis pleno. *vt teſtatur Caſtrenſ.
conſil. 53. incip. An bona mariti. num. 3. vol. 3.* tum quia in noſtro
caſu eadem ratio, nempe hæredum non recte reſtituentium
mora, & ex altera parte alimentorum fauor, militat, *Cephal. d.
conſil. 408. num. 79. & 87.* quod de illo caſu, quem tractat D.
Cephalus, dici non poteſt *d. conſil. 408. num. 52. & ſeqq.* Quæ
22 † tamen ſolummodo de alimentis vel præſentibus vel futuris,
non autem de præteritis, accipi volo: vt enim hic de viduæ a-
limentis præſentibus & futuris loquor: ita illationem inde fa-
ctam, ad præterita alimenta, de quibus infra ſuo loco dicetur,
extendi non debere, quilibet intelligit.

23 Cæterum ex ijs, tam quæ in hoc quam præcedente capp.
dicta ſunt, infero, affinitatis † ratione alimenta non deberi.
Cum enim extra controuerſiam ſit, mariti conſanguineos, af-
finitate iunctos eſſe vxori, item vxoris conſanguineos mari-
to. *l. non facile. 4. §. affines ſunt. ff. de gradib.* & vero viduæ, à mariti
conſanguineis hæredibusq́; alimenta regulariter non debe-
antur, neq; viduo ab vxoris defunctæ conſanguineis, vt ha-
ctenus dictum eſt, efficitur, affinitatem petendis alimentis per
ſe nihil prodeſſe. Deinde hoc ſatis probatur *ex l. etiam. 18. in
pr. cum ibi notat. per Bart. num. 4. Bald. Alex. & Caſtr. num. 1. ff.
ſol. matrim.* vbi traditur, quod viduæ, à mariti ſui defuncti li-
beris ex priore matrimonio procreatis, dotem repetenti, non
obſtet exceptio, vt condemnentur iſti liberi ſolummodo in
quantum facere poſſunt ne egeant, ſed condemnantur in ſo-
lidum, *D. Zanger. in tr. de except. part. 2. c. 13. nu. 26. & 27.* Limi-

24 tatur † tamen id quod de alimentis ob affinitatem non præſtandis iam dixi, vt non procedat inter ſocerum, id eſt mariti patrem & nurum: ſi enim mulier ſoluto matrimonio dotem à ſocero ſuo repetat, ſolidum exigere nequit, ſed ipſi relinquendum eſt, ne egeat. *l. rei iudicatæ. 15. §. fin. ff. ſolut. matrimon.* Ratio eſt, quia ſocer parentis locum obtinet. *l. quia. 16. ff. eod. & D. Zanger. d. cap. 13. num. 18.* ſic è diuerſo, ſocer tenetur alere nurum ſuam, *quemadmodum ſ. hoc lib. cap. 2. ampliat. 4. & huius capitis. num. 8. dixi, quibus nunc addo Alber. de Roſat. in l. ſi quis à liberis. in princ. num. 14. & Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 71. Machell. patrocin. 47. num. 3. Nic. Reuſner. lib. 2. conſultat. quæſt. 2. num. 8.* Qui quidem Doctores dum nituntur *l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ff. fam. herciſc.* iuxta iſtum textum intelligendi ſunt, de alimentis nurui durante matrimonio à mariti patre præſtandis: nihilominus quia nurus ſoluto matrimonio integram ſuam dotem à ſocero ſuo exigere non poteſt, ſed tenetur ipſi relinquere in quantum is facere poteſt ne egeat. *d. l. rei iudicatæ. 15. §. fin.* ideo putarim ex natura relatiue oppoſitorum, ſocero incumbere, etiam ſoluto matrimonio nurui ſuæ inopi ne egeat, prouidere.

25 Quando † autem contra vxoris patrem maritus agit, quia diſtinguitur, vtrum adhuc conſtet matrimonium necne, ita vt illo caſu gener ſocero ſuo etiam cogatur relinquere ne egeat; *l. ex diuerſo. 17. in princ. ff. ſolut. matrim.* hoc vero non item. *l. ſed hoc. 22. ff. de re iudic.* ideo ſoluto matrimonio, neque generum à ſocero ſuo alimentorum nomine quicquam poſſe exigere, dicendum videtur.

# EX CONTRACTV ET QVASI QVI ET QVIBVS PRÆSTENT ALIMENTA.

## Caput. XIII.

### SVMMARIVM.

*1. Qui*

1\. *Qui ſe valide obligant, poſſunt alijs promittere alimenta.*
2\. *Alimenta in contractum veniunt interdum principaliter, interdum incidenter.*
3\. *Diuiſio huius capitis.*
4\. *Contractum de alimentis celebrare licitum eſt, tam nominatum quam innominatum. num. 5. ſcilicet vt deberi incipiant, ſed an alimenta antea nobis debita, contrahendo poſſimus dimittere, diſtinguitur num. 19.*
6\. *Alimenta an etiam debeantur familia eius cui ſunt promiſſa.*
7\. *Promiſſio alimentorum an ſit annua.*
8\. *Promiſſio generalis frumenti vel vini, conditionem in ſe continet: cuius cognitionis vtilitas indicatur num. 7.*
10\. *Cautio Mutiana in contractibus locum non habet: fallit in alimentis ex contractu debitis. num. 11.*
12\. *Emtio alimentorum ſeu redituum ex certo aliquo fundo valet: fallit num. 13.*
14\. *In donatione alimentorum præcipue duo in conſiderationem veniunt: quorum prius eſt de donatione alimentorum filiofam. à patre facta. num. 15. & 16. alterum de inſinuatione num. 17. & 18.*
20\. *Alimenta ſequeſtrari non poſſunt.*
21\. *Altera principalis pars huius capitis: alimentorum incidenter in contractum venientium triplex eſt conſideratio. ibid. & num. 31. 36.*
22\. *Qui habet rei vſum, is alimenta ſi neceſſe ſit, tenetur ei præſtare.*
23\. *Commodatarius animal commodatum tenetur alere: declaratur num. 24.*
25\. *Et conductor: nec non colonus. num. 28.*
27\. *Depoſitum, item pignori datum animal à quo ali oporteat: bifariam reſtringitur. num. 28. 29.*
30\. *Sequeſtratum animal à quo ſit alendum.*
32\. *Ex bonis ſequeſtratis quibus debeantur alimenta, & num. 33.*
34\. *Sic ex bonis publicatis: limitatur num. 35.*
37\. *Locans ſuas operas ſibiipſi debet de alimentis proſpicere. dupliciter limitatur num. 38. 39.*
40\. *Famulos quorum opera hodie vtimur, an alere debeamus: item ægrotos curare, num. 43.*
41\. *Veſtes quas dominæ pediſſequis utendas dant, ſibi vendicare non poſſunt.*
42\. *Mortuo domino famulis veſtes lugubres debentur.*
44\. *Famulo ægroto an ſalarium debeatur.*
45\. *Socio an alimenta debeantur, & num. 55.*

46. *In ſocietate vniuerſali omnia communicantur.*
47. *Dos data filia ſocij omnium bonorum, ipſius parti non imputatur.*
48. *Ex ſocietate particulari qui alendi.*
49. *Pauli de Caſtro ſententia in dubium vocatur.*
50. *Socij ægrotantis morbo vnde adhibeantur medicamenta.*
51. *Socius qui operam pro pecunia confert, iſtas operas præſtare debet communi ſumtu: reſpondetur rationibus contrarijs, num. 50. ampliatur num. 53. limitatur num. 54.*
56. *Mandatario debentur ſumtus.*
57. *De alimentis ex donatione incidenter debitis: variæ ſunt opiniones, num. 58. 60. 62. 63.*
59. *Quomodo competat donatori beneficium, vt ne in ſolidum conueniatur.*
64. *Donatori à donatario debentur quidem alimenta, at non directo, ſed per conſequentiam: extenditur & ad donatorem rei ſingularis. num. 65. & 66. reſtringitur, ut hoc verum ſit, pro ratione rerum donatarum, num. 67.*
68. *Vtrum donator ex rei donatæ fructibus tantum ali debeat, an verò ex proprietate.*
69. *Alimenta regulariter ex fructibus debentur: fallit, ibidem.*
70. *Donatarius debet interpellari.*
71. *Donatoris liberi ſunt quoq; à donatore alendi: etiam naturales & inceſtuoſi num. 72. 73. 74.*
75. *Ex dotalitio modum excedente an liberis egenis alimenta debeantur.*
75. *Ius patronatus oritur ex donatione in Eccleſiam facta: in qua tamen donatione tria debent concurrere.*
77. *Quid ſit ius patronatus.*
78. *Patronus inops ab Eccleſia eſt alendus. & num. 80. de fructibus qui ſuperſunt. num. 84. authoritate epiſcopi accedente. num. 85. alitur tamen alio modo quàm cæteri pauperes. num. 79.*
80. *Etiam ipſius liberi: non tamen ſinguli de vniuerſitate cui ius patronatus competit. num. 81.*
83. *Qualis patroni paupertas requiratur.*
86. *Patroni plures egeni quomodo alendi.*
87. *Patrono in Eccleſiam ingrato non debentur alimenta.*
88. *Libertus tenetur alere inopem patronum: & econtra patronus libertum inopem. num. 89.*
90. & 91. *Ruſticis operas nobilibus ſuis debitas præſtantibus non debentur alimenta: niſi aliud conſuetudo vel pactio. num. 92. aut paupertas ruſticorum poſtulet. num. 93.*

94. Va-

94. *Vaſallus comparatur liberto.*
95. *Vaſallus tenetur dominum alere. & num. 101. non tamen abſolute ſed cauſatiue num. 97. & quatenus fructus feudi patiuntur. num. 100.*
96. *Quod niſi faciat priuatur feudo.*
98. *Exercitui domini cibaria adducere volentem vaſallus non debet impedire.*
99. *Vaſallus quando dominus per eius terram tranſit, debet proſpicere vt cibaria venalia proſtent.*
102. *Argumenta quinque dominum à vaſallo non eſſe alendum. quorum primo reſpondetur. num. 107.*
103. *Secundum argumentum: cui reſpondetur. num. 108.*
104. *Tertium argumentum: cui reſpondetur num. 109.*
105. *Quartum argumentum: cui reſpondetur num. 110.*
106. *Quintum argumentum: cui reſpondetur num. 111.*
112. *Vaſallus domini debita perſoluere non cogitur.*
113. *Vaſallum à domino feudi ali debere, ſimpliciter non eſt dicendum. ſed diſtinguendum. num. 114.*
115. *Vaſallus tenetur ſuis ſumptibus domino inſeruire: fallit ſi feudi fructus hiſce ſumptibus non ſufficiant. num. 116. vel dominus vaſallum extra prouinciam ducat. num. 117. vel in inueſtitura aliter ſit diſpoſitum. num. 119.*
118. *De iure & conſuetudine Saxonica quid hac in re obtineat.*
120. *Vaſallum actu iam non inſeruientem dominus regulariter non alit: fallit in vaſallo ob naturalem defectum, feudi incapaci. num. 121. & filiabus egenis. num. 122.*
123. *Ex feudo an alimenta poſſint legari.*
124. & 126. *Pupillo præſtantur alimenta à tutore: imo etiam pupilli propinquis egenis. num. 125. quatenus ſcilicet eſt in pupilli bonis. num. 127.*
128. *Tutor inops pupilli bonis ſecundum quoſdam debet ali: ſed contrarium eſt verius. num. 129. reſpondetur fundamento contrariæ opinionis. num. 130. limitatur. num. 232.*
131. *Sumptus tutori ex bonis pupilli reſtitui debent.*

Contractuum quia varia ſunt genera: *l. 1. in princ. ff. de obligat. & act. §. ſequens diuiſio. Inſtit. de obligat.* ideo vix fieri poſſe puto, vt de perſonis per contractum aliquem, ad alimentorum præſtationem ſe obſtringentibus, certa aliqua regula

1 gula poſsit conſtitui: niſi quod ij, † qui alias propter defectum aliquem, à contrahendo non repelluntur, ad alimentorum dationem ſe valide obligare poßint: cum tamdiu diſpoſitioni, ex generalibus iuris regulis deſumtæ, tuto inhæreamus, donec exceptio probetur. *Dec. l. 1. num. 7. Cagnol. num. 21. ff. de reg. iur.* Quam perſonarum in contrahendo conſiderationem, vtpote ab Ant. Gomeſ. *tom. 2. Variar. reſolut. cap. 1. præceptore & ſocero meo honorando piæ memoriæ D. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. de obligat. & act. num. 7. ac Mozzio in tract. de contractib. in princ. tit. Septimus articulus de accidentalibus contractuum. & alijs*, ſatis pertractatam omittens, de eo potius, ceu ad hanc materiam magis pertinente, ſtudioſos admonendos eſ-
2 ſe cenſeo: diſtingui † oportere, vtrum in contractu aliquo principaliter & expreſſe de alimentis conuentum ſit, an verò ſecundario ſaltem, & incidenter de ijs quæratur: verbi cauſſa, Titius animo donandi promiſit quod ſingulis annis tibi de alimentis velit proſpicere: hic de alimentis principaliter actum eſſe quilibet intelligit. At ſi ponamus, eum, qui maximam ſuorum bonorum partem donauit alteri, in extremam incidiſſe paupertatem: huic donatori etiam alimenta à donatario debentur quidem, veruntamen non propterea quod ea, vt in priore caſu, expreſſe promiſſa fuerint, ſed ob aliam cauſſam,
3 vt inferius dicetur. Primo igitur † aliquid dicam de alimentis, de quibus principaliter contrahi ſolet: & deinde de ijs, quæ ex contractu, alijs de rebus quidem inito, incidenter ta-
4 men aut tacite debentur. De alimentis † autem contrahere licere, tam manifeſtum eſſe arbitror, vt propterea quicquam verborum commutandum non putem: cum illam inexpugnabilem neceſsitatem, quæ contractibus inueniendis & vſurpandis cauſſam dedit, *§. ius autem gentium. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* in ijs præcipuè animaduertamus. *l. quos nos hoſtes. 234.*
5 *§. vlt. in fin. ff. de verb. ſignific.* Neque verò † hæc contrahendi facultas ad contractus nominatos coanguſtanda eſt: ſiquidem etiam permutare ea licet, *Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 16. num. 3.* prout Græcos apud Homerum *lib. 7. Iliad. in fin.* feciſſe legimus, vinum comparantes, datis corijs bubulis & bobus,

quo-

quorum his veſci poſſumus, illa tegendo corpori adhibere: ſic & ad contractus innominatos, forſitan referri poteſt conuentio Salomonis & regis Tyri. *1. Reg. 5. verſ. 8. cum ſeqq. & 2. Paralip. 2. verſ. 10. cum ſeqq.* Cæterum quemadmodum ea, quæ indubitanter ad hanc tractationem ſpectant, indicari oportet: ita ea, quorum declaratio alibi commodius traditur, huc ociose infarcienda non puto. Statui igitur contractus de alimentis initos carptim vt quæque memoria digna
6 videbuntur, perſcribere. Et ante † omnia conſiderandum eſt, quaſnam perſonas contractus de alimentis initus complectatur: verbi cauſſa, ſtipulatus eſt quis, ſibi dari alimenta, & habet vxorem ac filios, quorum mentio in contractu non eſt facta, quæritur an & ijs alimenta ex hoc contractu debeantur? Sane ſi expreſſe conuentum ſit, quid & quantum nomine alimentorum debeatur, puta annuatim tot florenos vel tot modios frumenti, & tot amphoras vini, ſingulis ſeptimanis tot libras carnis, &c. parum dubitationis ſubeſſe arbitror: quia hac ratione alimentario libera videtur earum rerum expendendarum conſumendarumque poteſtas conceſſa: ita vt neq; ſi ſuperſit, reſiduum reſtituere cogatur, neque ſi ſibi deſit, ſupplementum liceat petere *l. creditor. 60. §. ſi inter. ff. mandati.* At ſi ſimpliciter ſit conuentum de alimentis dietim præſtandis, nulla quantitatis addita mentione, tum ſubdiſtinguendum arbitrarer: aut enim ex veroſimili contrahentium mente colligitur de cuius alimentis fuerit actum, veluti quando quis conducit fabros tignarios, ita vt ſingulis det, exempli cauſſa, quotidie tres groſſos, & inſuper cibum ac potum: nemo rectè putabit ex hac conuentione etiam vxores & liberos eorum alendos eſſe: propterea quod in his ceſſet ratio ob quam alimenta dantur: quemadmodum enim ex parte fabrorum vxoris & liberorum operam contineri dicendum non eſt: ita nec credendum eſt, eas ex altera parte comprehenſas eſſe. Aut de eiuſmodi vel ſimili præſumta contrahentium mente non conſtat, & tum vxori liberis & famulis in iſta conuentione proſpectum videri tradit gl. *in c. admonere. verb. partem. 33. q. 2 per l. 2. ff. de vſu & habit. quam gloſſam ſequitur Olarad. conſil. 95. incip. Ex*

*forma*

*forma iſtius ſtatuti.nu.10. Hippol.de Marſil.conſil.1.nu.12. Ceſar Lambertin.in tract.de iur.patron.art.6.tertia quæſt.princip.nu.10. Crauetta conſil. 51.nu.3. Menoch. de præſumt. lib.2.præſumt.27.nu.4.* Quam ſententiam etſi veram arbitror: non immerito tamen quis dubitet, num ratio & fundamentum gloſſæ hanc ſententiam fulciat. Quod enim habitatio mulieri relicta ita interpretanda eſt, vt etiam cum marito ei habitare liceat, ob eam fit cauſſam, ne ei matrimonio carendum foret, cum vti vult domo, *l. cæterum. 4.§. mulieri.ff. d. tit.de vſu & habit.* Quæ matrimonij carentia cum non metuenda ſit, licet maritus ſingulis diebus ſtata hora alimenta perceptum aliò eat: ideo ceſſante ratione, debet etiam ceſſare ipſa diſpoſitio. Sed pro gloſſæ illius ſententia reſponderi poteſt, quod textus *in d. l. 2.* etiam alio modo poteſt ad præſentem quæſtionem accommodari, nempe argumento ab vltimis voluntatibus ad contractus: Si enim eiuſmodi interpretatio admittitur in legatario, multo magis admittetur in contrahente, quia hic ſibi & ſuis proſpicere velle præſumitur: quod de illo dici non poteſt. *gl. in §. ex conditionali. verb.contigerit. Inſtit.de verb.obligat. Dec.in l. quæ legata.18. nu.4. ibiq; Cagnol.nu.3.ff. de reg.iur.* Sed antecedens eſt verum *per d. l.2. ff.de vſu & habit.* Ergo & conſequens. Cui fundamento *ex d.l.2.petito*, adiungi poteſt textus *in l.ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. 111.ff. de verb. obligat. l. cum precario. 21. ff. de precario. Ceſar Lambertin. d. artic. 6. num. 22.* Cæterum hæc opinio per Archidiac. *in d.c. admonere.* reſtringitur, vt talis contractus ad vxorem porrigatur, ſcilicet eam, quam contrahens tempore contractus habuit: ſecus in ea quam poſtea duxit: ſed nihil allegat. Ego niſi primæ vxoris conſideratione alimenta marito promiſſa ſint, non putarem poſteriorem vxorem excludendam eſſe: cum in hac eædem quæ in priore militent rationes, vt maritus tam commoda quam incommoda non minus communia habeat cum poſteriore vxore quàm priore. *l. ſi cum dotem.22.§.ſi maritus. ff. ſol. matrim. dixi ſ. c.15. nu.22. cum ſeqq.* Præterea hæc alimentorum dandorum promiſsio non tantum trahenda eſt ad ſtipulantem & ipſius vxorem, ſed etiam ad eius famulos, ſi quos eius dignitas poſtulet.

per

*per l. pater. 20. in pr. ff. de in rem verſ. l. habitatio. 4. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. c. grandi. verſ. ſibi & ſuis. vbi Geminian. nu. 7. de ſuppl. neglig prelat. in 6. Hippol. Bonacoſſ. de famul. q. 120.* Quæ ſtipulantis dignitas efficit, vt in hac alimentorum promiſsione etiam equus contineatur. *per ea que dixi ſ. c. proximo. nu. 31. & c. 15. num.*
7 *28.* His ſuccedit illa diſquiſitio, ſi ego † promittam alteri decem quoad viuat, num hæc promiſsio intelligenda ſit, de decem annuis: an verò ſemel tantum? Et quidem vt ſine circuitione reſpondeam, huiuſmodi promiſsio ſine mentione alimentorum regulariter non niſi ſemel debetur: quia in dubio contra ſtipulatorem fit interpretatio *l. ſemper in ſtipulationibus. 34. ff. de reg. iur. l. ſtipulatio iſta. 38. §. in ſtipulationibus: 13. ff. de verb. oblig.* niſi ſtipulans ſit pauper: tum enim intelliguntur promiſſa in cauſſam alimentorum, & propterea debentur annuatim, *per l. cum hi. 8. §. ſi in annos. ff. de tranſact. Bart. l. ſi Stichum. 16. §. ſtipulatio. nu. 2. & in l. eum qui ita. 56. §. qui ita ſtipulatur decem. nu. 3. & ibi Alex. nu. 4. ff. de verb. obligat. Corn. conſil. 22. incip. In præſenti conſultatione nu. 18. vol. 3. Cephal. conſil. 518. incip. Controuerſia quæ vertitur. nu. 17. vol. 4.* Quæ deciſio & limitatio eſt COMMVNIS *teſtibus Iaſone d. §. qui ita ſtipulatur decem. nu. 11. & Ruino conſil. 124. incip. Videtur prima conſideratione. num. 9. vol. 1.* Quod ſi aliquid expreſſe promittatur in cauſſam alimentorum, id ſingulis annis debetur. *Bart. d. §. qui ita ſtipulatur decem. nu. 3. Barthol. Socin. conſil. 48. incip. Eleganter conſuluit. nu. vlt. vol. 3. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 132. nu. 10.* niſi ex mente contrahentium aliud appareat, veluti ſi quis operarijs ſuis interim quamdiu ipſorum miniſterio vtitur, alimenta promittat: hæc opere abſoluto deberi nemo dixerit. *c. cum ceſſante. ext. de appellat.* Præterea
8 ſe offert, generalis promiſsio † vini vel frumenti naſcituri ex certo fundo, puta Corneliano: de qua notandum eſt, eam eſſe conditionalem. Certum eſt enim relatiuum adiectum tempori futuro, importare conditionem *l. Stichum. 6. ff. de legat. 1. l. nuper. 85. in fin. ff. de legat. 3.* Sed vinum vel frumentum naſciturum, explicari aliter non poteſt, quàm per relatiuum cum futuro tempore, vinum vel frumentum quod naſcetur, &c. *Bart. in l. centurio. 15. num. 25. in fin. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* Ergo huiuſmodi promiſ-

9 promiſsio conditionem importat. Quod ſi ergo † promittam me tibi viginti modios frumenti naſcituri in fundo Corneliano, vel ſemel vel ſingulis annis daturum, & poſtea eueniat, vt tantum frumenti in eo non naſcatur, plurimum certè intererit, noſſe eam promiſsionem eſſe conditionalem, vt nimirum eo anno exigere ipſi fas non ſit. *Lanc. Galiaul. in d. l. centurio. 11. nu. 358. & ſeq. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* ſi tamen ſingulis annis debeat præſtari, vtrum anno ſequenti id, in quo reliquatus eſt promiſſor, petere poſsit creditor necne, dicam ĩ. lib. 2. c. 2.
10 Poſtea ad contractus † de alimentis celebratos, etiam inprimis hoc pertinet, quod quamuis Mutianæ cautioni, (de cuius natura videri poteſt text. *l. Mutiana. 7. cum ibi notat. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. in auth. cui relictum. nu. 6. cum ſeqq. vſq; ad fin. C. de indict. vid. toll. ex recentiorib. Cuiac. lib. 5. obſeruat. c. 2. Alber. Gentil. lib. 2 lection. & epiſt. c. 1. & lib. 4. c. 13.*) ſecundum COMMVNEM opinionem, in contractibus locus non ſit, alijs fruſtra de hoc ambigentibus: *Alciat. in l. ſiue apud acta. 28 nu. 23. C. de tranſact. Schneidevv. in §. ſi quis ita. nu. 3. Inſtit. de verb. obligat.* tamen fallit
11 hoc quando † alimenta promittuntur: propterea quod eadem, quæ in vltimis voluntatibus, hoc caſu ſubſit ratio, ita vt niſi cautionem admittamus, alimentis cum alimentarij vita deſinentibus, non minus irrita futura ſit hæc diſpoſitio, quàm vltima voluntas aut cauſſa mortis donatio. *Bald. d. auth. cui relictum. num. vlt. C. de indict. vid. toll. Ludouic. Roman. ſing. 584. Petr. de Rauenn. ſingul. 101. incip. Cautio Mutiana.* atque hanc ſententiam de cautione Mutiana in alimentis promiſsis, COMMVNIS practica obſeruat, *teſte Rip. in l. conditionis. nu. vlt. C. de pact.*
12 Ad ſpeciem aliquo modo vt deſcendam, quæritur † de emtione, ſi precio exiguo alimenta vel reditus ex prædio aliquo mihi comparem, ita vt neque mihi neque meis hæredibus precium ſolutum vnquam reddatur, valeátne contractus. Etſi vero Goffred. *in ſumm. tit. de vſur. num. 30.* hunc contractum, vtpote vſurarium repudiet, motus ea ratione, quia ſola ſpe exercetur vſura. *c. 1. & c. conſuluit. ext. de vſur. c. ſi fœnerauexis. 14. q. 3.* ſed quilibet ſperat ſe adhuc diu victurum, & ſic ita contrahens, putat ſe plus accepturum de prouentibus, quam ſit precium.

Ergo

Ergo ita exercetur vſura, & per conſequens non valet: atta-
men propter incertitudinem vitæ humanæ *l.1.ff. de condit. & demonſtr.* regulariter valet, *per text. in l.ſi pater.12. cum ibi notat. per Cyn.num.1. C.de inoff.teſtam. atq; ita tenet Hoſtienſ. in ſumm.d.tit. de vſur. §. An aliquo caſu. verſ. Quid de ijs qui emunt ab Eccleſiis. Oldrad. conſil.107.incip. Vniuerſis præſentes literas. Cæpoll. conſil. ciuil. 84. incip. Quædam domina Magdalena.num. 4.* & hæc ſententia eſt *VBERIOR teſte Boër. deciſ.44.num.27. & COMMVNIS vt dicit Iaſ. in l.cunctos populos. lect.1.num.63.C.de ſumm.Trinit.& fid. Cathol.*
13 niſi † planè enormis eſſet inæqualitas redituum & precij, accedente emtoris puerili ætate, *apoſtill.vlt. ad practic. Petri Iacobi tit. de Gargeria. Fab.de Mont.in tract.de Emtion.& vendit.quæſt. vlt. princip.num.11. Ar.Pinel.in l.2.part.3.c.4.nu.31.C. de reſcind. vendit.& latiſſime Gulielm.Bont.in tract.de vſur.per tot.atq; Car.Molin.*
14 *eod. tract.de vſur. num.473. cum ſeq.* In materia † donationis video duo præcipuè de alimentis tractari: quorum primum eſt, an pater filiofamil. alimentorum prætextu donare poſsit certam ſummam pecuniæ: alterum an & quando inſinuatione opus habeat alimentorum donatio. Et quidem de priore
15 quæſtione notiſsimum eſt, donationem † inter patrem & filiumfam. de iure noſtro regulariter cenſeri irritam *l. donationis. 25.in princ.C.de donat.inter vir.& vx. l.cum de bonis.17.C.de donat.* Hæc iuris diſpoſitio extenditur, vt etiam procedat, ſi certam pecuniæ ſummam alimentorum cauſſa, pater filiofamilias donaret, *ita ſentit gl.in l.2.verb.in poteſtate.C.de inoff.donat. dum Accurſ. ibi cenſet donationem, à patre in filiumfam. alimentorum cauſſa factam, valere illam quidem, ſed non niſi aliquid detur diurnum: quam gloſſam ad hoc notabilem dicit Bald. in d.l.2. nu.5. C.de inoff. donat. Ludou. Roman. l.ſi donatione.13.num.14. C.de collat. Franc. Aret. in l.placet. num.4.ff.de acquir.hered. Caccialup. in repet. l.frater à fratre.q.17.nu. 83.ff.de condict.indeb. Ferdinand. Loaz.in l.filiusfam.§.diui. nu.31.ff. de leg.1. Cordub. de Lar. in l.ſi quis à liberis. in princ. num. 12. ff. de lib. agnoſc. & COMMVNITER approbatam, Andr. Gaill. lib. 2. obſer. c.38.in princ.* Eius enim, quod filiofam. à patre datur, & intra vnum diem non abſumitur, donationem non ſubſiſtere, inde colligitur, cum neque accipienti acquiratur, ſed

illico ad patrem dantem redeat, *Io. Schneidevv. §.aliæ.num 66. Inſtit.de donat. Io. Vaud. lib. 1. q. 4. in fin.* neque patrem dantem, ab alendi filium onere liberet, *vt apparet ex ijs quæ partim ſupra hoc libro cap. 2. ampl.3. dicta ſunt, partim ĩ. lib.2.de renunciatione a-*
16 *limentorum, dicentur.* Neque nos † mouere debet, quod *referente Ludouic.Roman. in d. l. ſi donatione 13. num.14.* Gul. de Cuneo contrarium tenuit. *per text. l.peculium & ex eo.39.ff.de pecul.* quia licet ibi tradatur, peculium ſerui conſiſtere etiam ex eo, quod de ſuo demenſo comparſit: tamen non video, quomodo commode inde inferri queat, donationem filiofam. à patre alimentorum nomine factam, valere. Quod enim Gulielmus de Cuneo præſupponere videtur, filiofam. à patre ita alimentorum cauſſa donatum, pro peculio ipſius habendum: hoc vſque quaque expeditum eſſe non puto, cum pater ea intentione non dederit: ex qua tamen conuentiones omnes æſtimari oportet. *l.non omnis.19. ff. ſi cert. pet.* At largiamur id habendum eſſe pro peculio: non propterea euertetur communis opinio, ſuperius ex Accurſ. relata, neque propterea valebit donatio, imò euertetur: quia quamprimum peculium eſſe incipiet, eo ipſo deſinet eſſe donatio. Forma enim finis & effectus donationis, à forma fine & effectu peculij, quam longe diſtet, cuilibet iuris mediocriter gnaro notum eſt. Al-
17 terum † quod donatis alimentis, in quæſtionem venire ſolet, eſt inſinuatio. Berous *in conſil.58.incip: Super dubijs propoſitis. q. 1.vol.1.* accommodat huc textum l. hæreditatum. 68. (in recentioribus editionibus incipit illa l. computationi.68.) ff. ad l. Falcid. ita vt iuxta illius legis diſpoſitionem, pro diuerſitate ætatis, vel plurium vel pauciorum annorum facta cumulatione, ſi alimentorum ita coniunctorum æſtimatio, modum in iure ciuili vel ſtatuto præſtitutum excedat, donatio inſinuatione opus habeat: aliàs ſecus. Verum hanc deciſionem tutam, & annuorum alimentorum donationi, illam cumulationem adhibendam non eſſe arbitror, & eam ſine inſinuatione valere: idque primo per textum *l.ſancimus. 34. §. ſi quis autem talem.C.de donat. vbi expreſſe traditur, donationem annuam ſummæ, quingentos aureos vno termino non excedentis, inſinuatione non indigere:*

*gere*: deinde ſi hæc promiſsio facta eſſet pauperi, tum idem dicendum crederem, propterea quod hæc donatio in piam cauſam ſit collata. *Bart tract. de aliment num. 23. cum alijs quæ ĵ. lib. 2. adducam*; cuius generis donatio etiam ſine inſinuatione ſubſiſtit, vt habet C O M M V N I S opinio, *de qua plures Doctorum auctoritates congeſſit, Anton. de Canar. in tractat. de inſinuation. q. 41. Ant. Gabr. Roman lib. 3. tit. de donat. concluſ. 1 nu. 28.* Et hæc poſteriore ratione corroboratur opinio Bapt. Pontan. *in tract. de aliment. c. 16. nu. 2.* ſcribentis; haſce donationes inſinuatione egere, quatenus excederet alimentorum ſummam.
18 Neq; † obſtat *l. hereditatum. 68. ff. ad l. Falcid.* primo quia extra terminos quartæ Falcidiæ ſupputandæ iſte textus non eſt porrigendus vt videtur innuere Alex. *in d. l. hereditatum. 68. num. pen. & vlt. Berengar. Paulhac. in l. vnic. num. 292. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* deinde poſito, textui illi etiam extra computationem quartæ Falcidiæ locum eſſe, *prout contendit Rod. Suar. in l. quoniam in prioribus. ampliat. 3 num. 9. C. de inoff. teſtam.* tamen plus tribuendum erit expreſſo textui *in d. l. ſancimus. 34. § ſi quis autem talem*, quàm extenſioni, de cuius certitudine Doctores adhuc inter ſe controuertunt. Quod ſi ager vel prædium ſub modo donetur, ita vt donatarius donantem alat: *l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* valet hæc donatio ſine inſinuatione, licet res donata quingentorum aureorum æſtimationem excedat, non ob peculiarem alimentorum fauorem, quaſi hoc ſit quoddam rei alimentariæ ſingulare priuilegium, *quo perperam refert Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 19. ff. de lib. agnoſc.* ſed ob iuris vſitati regulam dicentem donationibus puris & legitimum modum excedentibus, non ijs quæ ob cauſſam fiunt, inſinuatione opus eſſe. *l. Aquilius. 27. vbi gl. & Bart. ff. de donat. quæ opinio* C O M M V N I S *eſt. Clarus §. donatio. q. 16. num. 6. & in noſtris terminis ita ſentit Alex. conſil. 12 incip. Viſo inſtrumento donationis. num. 5. vol. 1. ſequitur Dec. l. Diuus Pius. 28. num. 3. ff. de reg. iur.* Quod autem præterea D. Io. Petrus Surdus *in eruditiſſimo tractatu nuper edito de aliment. tit. 8. priuil. 72. num. 7. & ſeq.* putat inſinuatione non opus eſſe, ſi quis alicui prædia, quorum valor quingentorum aureorum æſtimationem excedat, (ſi enim

minoris æſtimationis prædia donentur nullam video ſubeſſe dubitationem, neque ad alimentorum priuilegia vt confugiamus neceſſe eſt) donet ad alimenta vel pro alimentis vel vt inde ſe alat: id an iuri noſtro conſentaneum ſit, ſubſiſto: & rationes, quibus ad huius aſſertionis comprobationem vtitur, non ſat firmas credo. Quod enim prioris argumenti loco affert cauſſam alimentorum dici cauſſam piam, ſi debeantur pauperi: & donationem factam piæ cauſſæ non exigere inſinuationem: inde non ſequi arbitror, quod vult D. Surdus. Quemadmodum enim vtrunque illud concedo: ita accommodationem, quam ita fieri debere arbitror: *ſed in hoc caſu alimenta ſunt donata pauperi*, ad præſens inſtitutum nego. Nam primò certum eſt alimenta in hoc caſu donata non eſſe, *per l. 4. ff. de alim. vel cib. legat. & ipſe Dominus Surdus late tractat tit. 2. q. 1.* Neque quis obijciat quod tamen prædia donata ſint ad alimenta: quia reſpondeo ex ipſo Surdo *d. q. 1. num. 2. circa fin.* quod iſte modus, cum in fauorem donatarij ſit adiectus, donationem, vtpote principalem diſpoſitionem, non reſtringat: adeo quidem vt licet reditus non conuertantur in alimenta, donatio tamen non euertatur: *per ea quæ dixi ſ. hoc libro c. 15. nu. 66.* Præterea nego alimenta hoc caſu deberi pauperi. Si enim is pauper cenſendus non eſt, qui quinquaginta coronatos in bonis habet; *l. nonnulli. 10. ff. de accuſat.* quanto minus is, qui plus quàm quingentos aureos Vngaricos? præſertim in hac alimentorum cauſſa: ex cauſſa autem diuitiæ & paupertas ſit æſtimanda. *Menoch lib. 2. arbitr. q. 65.* Ex his ſimiliter reſponderi poteſt ad alterũ argumentum Surdi, quod tale eſt: Dos & alimenta æquiparantur, vt liceat à dote arguere ad alimenta. Sed fauore dotis non requiritur inſinuatio, licet donatio excedat quingentos aureos. Ergo, &c. Hic reſpondeo primò ad minorem, eam veram & indubitatam non eſſe, quemadmodum ipſe Surdus *d. priuil. 72. nu. 9. vbi allegat Ioannem de Anania in c. 5. nu. 5. de vſur.* agnoſcit, & expreſſe contrarium affirmat gl. *1. l. fi. C. de iur. dot.* Deinde poſito minorẽ veram eſſe, reſpondeo ad maiorem per inficiationem, & nego in caſu propoſito alimenta eſſe donata, *per d. l. 4. ff. de alim. & cib. leg. Surd. d.*

*tit. 2.*

*tit.2. quæſt.1.* Denique nego etiam maiorem propterea, quod à dote ad alimenta ſemper non liceat arguere, vt ipſe D. Surdus *tit. 9. quæſt. 1. num.7.* fatetur, & dixi *ĵ. lib. 2. cap. 10.* Et ne quæ ibi dicta ſunt tædioſe repetam: ſaltem nunc ad præſentem caſum hoc affero, quod res præſertim ab extraneo in dotem datæ, nuptijs non ſecutis repetantur. *l. ſi extraneus. 6. ff. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſec.* & verò, ſi alimentarius cui prædia ad alimenta, vel pro alimentis, vel vt ſemetipſum inde alat, donata ſunt, aliunde ſibi victum comparet; donatio non reuocetur: per ea quæ ipſe D. Surdus *tit.9.q.4 num.11. verſ. Secundo reſponderi.* in medium affert. Quare æquiparationis ceſſat argumentum, cum in puncto quo de agitur non eſt facta æqui-
19 paratio. *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. num.57.* Et hæc † accipienda ſunt, de contractibus in quibus alimenta conſtituuntur. At is cui alimenta debentur, an contrahendo efficere poſsit, vt ne amplius dentur, ſi quæras: diſtinctionem adhibeamus oportet. Aut enim alimenta, quæ contrahens à ſe abdicare vult, debentur ex contractu, aut non. Primo caſu contrahenti liberum eſſe ſuo iuri per contractum quæſito renunciare, tradunt DD. *in l. cum hi. 8. ff. de tranſact. arg. l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. iur.* Secundo caſu ſubdiſtinguitur: ſi enim ex iure naturę debeantur, neq; vllius contractus prætextu, neque alia vlla ratione ijs renunciari poſſe, dicetur infra *lib.2.cap.12.num. 3. cum ſeqq.* ſin teſtamento legata ſint, neque tranſactione neque pacto ea remittere fas eſt, niſi prætoris cognitione & auctoritate accedente *d. l. cum hi.8. ff. de tranſact. & l. de alimentis. 8. C. eod. ac vberius ĵ. lib.2. cap.8. explicabitur.*
20 Quorum occaſione hîc addo, alimenta † ſequeſtrari non poſſe, *per ea quæ in his terminis allegat Hier. Gigas conſil.130. incip. Edoceri cupis. num.1. & ſeqq. Steph. Aufrer. ad Capell. Toloſ. deciſ.478. num.4. & 5.*

21 His ita declaratis, videndum † nunc de aliquibus contractibus, in quibus alimenta in ſpecie quidem non fuerunt promiſſa, attamen aut ex tacita voluntate, aut rei ipſius æquitate, ab altero contrahentium debentur. Et hæc conſideratio tres caſus complectitur: interdum enim alimenta debent

erogari in animal, tanquã in rem de qua contractum eſt. interdum ex re, de qua contractũ eſt. interdũ deniq; in perſonã, cum
22 qua contractũ fuit. De primo † caſu traditur hæc regula, quod naturali ratione impenſæ cibariorum ſpectent ad eum, ad quẽ vſus illius rei pertinet. *Matth. c. 10. verſ. 10. in fi. Alb. de Roſa. in l. in reb. 18. §. poſſunt. per illum ipſum text. ff. commodat. & per l. eos. 6. §. ſi quis autem. C. de appell. l. 1. §. non autem ex omni. ff. de exercit. act. ac per text. optimum l. ſi id quod. 28. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. item ſi ſeruus. 30. in fin. ff. de ædil. edict. l. à filio. 15 §. teſtator. verſic. & eo tempore. ff. de alim. vel cib. leg. facit c. cum ſecundum. 16. ext. de præbend. Caſtr. d. §. poſſunt. num. 2.* & econtra vbicunque quis non habet vſum rei impeditus vel de iure vel de facto, repetit cibariorum expenſas, *ita per d. §. poſſunt. ſcribit idem Alberic. de Roſat. in l. ſi neceſſarias. 8. in pr. num. 2. ff. de pign. act. poteſtq; addi text. in l. ſed etſi. 11. §. quo autem loco cum ibi notat. per Bald. ff. ad exhibend.* Quam regulam, vt ad contractus nonnullos ac-
23 commodem, ſi tibi † commodato dem equum meum vel aliud animal, æquum eſt vt, cum ipſo fruaris, alimenta ei præſtes. *d. l. in rebus. 18. §. poſſunt, cum ibi notat. per Odofred. Accurſ. Bart. Bald. Ang. Salic. Raph. Cuman. & Caſtr. ff. commodati.* adeo quidem vt ſi equus propterea quod pabulum ipſi recte non datũ, aut aliàs non bene curatus fuerit, macer deteriorue efficiatur aut etiam omnino moriatur, damnũ ſit commodatarij, *ita Bart. & Iacob. Rebuff. nu. 2. in l. animalia. 18. per text. & gl. ibi. C. de curſ. public. lib. 12. Cagnolus in l. contractus. 23. nu. 47. ff. de reg. iur. Hipp. Bonacoſſ. tract. de equis. q. 61.* Qui Doctores omnes, etſi de conductore loquuntur, cum tamẽ commodatarius, vtpote in cuius ſolius gratiam hic contractus initur, maiorem diligentiam, quam conductor, præſtare teneatur, *l. ſi vt certo. 5. ff. commodat.* ſequitur, vt ea multo magis commodatario con-
24 gruant. Atque ſuperior † illa regula oſtendit reſtrictionem, ad quænam alimenta commodatarius teneatur: quia enim alimentorum appellatione etiam medicinæ & alia neceſſaria impendia continentur, *vt j. lib. 2. dicam*, commodatarius hæc non niſi modica tenetur præſtare: reliqua vſus commoditatem excedentia, à domino repetit, *text. d. §. poſſunt. & Io. Garſ. de expenſ.*

25 *expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 43. & ſeq.* Cum itaque † ſimiliter propter vſus communicationem locatio & conductio ineatur, *praeceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenbec. ad tit. ff. locat. num. 9.* non immerito in hoc contractu idem dicendum eſt: nempe vt conductor equo vel boui conducto alimenta præbere teneatur, *ita per d. l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. tenet Panorm. conſil. 85. incip. Videtur primo. num. 3. vol. 2. Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuil. iurament. priuil. 27. num. 76. Hippol. Bonacoſſ. d. tract. de Equo ſeu Caball. quæſt. 61.* Nec hic ſollicite inquiro, quantum auenæ ſingulis diebus equo conducto dari oporteat, quia hoc equorum curatoribus æſtimandum relinquo: quod ſi alicubi ſtatutum vel conſuetudo extet, illi ego non refragarer, *Hippol. Bonacoſſ. d. tract. Equor. quæſt. 189.* Huius contractus occaſione non incongruè quæri poſſet, de co-
26 loni † bobus & equis alendis. Et quidem colonum meum, equos & boues, quorum ope prædium meum colit, ſuis ſumtibus alere debere, certum eſt. At non propter rationem ex regula paulo ante tradita petitam, ſiquidem ego non locaui boues vel equos: ſed quia colonus inſtrumenta (quò boues, equos & ſeruos referendos eſſe ex Ariſtot. *lib. 1. polit. cap. 1. & 3. lib. 8. Ethic. Nicomach. cap. 11.* patet) ſuis ſumtibus ſibi debet comparare & conſeruare. *text. eſt in l. 2. §. ſi conſeruatis. verſic. nam etſi faber incudem. ff. de l. Rhod. de iact. Bald. in l. 1. num. 2. C. de verb. ſignif. eiusq́ frater Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 11. q. 9. num. 37. & ſeq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 14. num. 7. Vincent. Caroc. tract. de locat. & conduct. part. 2. tit. 47. nu. 3. & 4. Petr. Gerard. de petraſanct. ſingul. 14. num. 15.* Ex eadem regula colli-
27 gi poteſt † an depoſitarius, itemque qui pignori animal accepit, teneatur id alere, necne: cum enim ob vſum hæ alimentorum impenſæ præſtandæ ſint, *d. §. poſſunt*: & neutri neque depoſitario neque pignus tenenti fas ſit re depoſita vel pignorata vti: *§. furtum autem fit. verſic. itaq́ ſiue creditor pignore. Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc. l. 3. C. depoſ. Plotus l. ſi quando. num. 416. C. vnde vi, vel iuxta Colon. edit. in tract. de in lit. iur. §. 10. num. 18. l. ſi pignore. 54. in pr. ff. de furt.* conſequens eſt, vt neuter alimenta animali vel commendato vel pignerato præbere cogendus ſit, *ita*

*expreſſe tenet Mozzius in tract. de contractib. tit. de Commodat. §. de naturalibus commodati. num. 8. per l. ſi neceſſarias. 8. in pr. ff. de pigner. act. & Caſtr. in l. 1. §. ſi quis ſeruum. num. 5. ff. de poſſ.* Hinc ſi habeam equum tuum pignori, tu teneris eum paſcere, & ſufficit ſi permittam, vt ei afferas pabulum, *ita eſt text. in l. quemadmodum. 29. § magiſtratus. vbi Alber. de Roſat. dicit ita in practica ſeruari ff. ad l. Aquil. Hippol. Bonacoſſ. d. tract. Equor. q. 71.* Ve-
28 rum hæc † quæ de animali pignerato & depoſito, per pignus tenentem vel depoſitarium non alendo dixi, recte intelligenda ſunt. Si enim equum tibi vel commendauerim, *l. commendare. 186. ff. de verb. ſignif.* vel pignori dederim, eique ego pabulum non afferrem: tu autem hactenus dicta non rectè accipiens, equo meo etiam pabulum non dares, ita vt fame periret: tu certe obſtrictus eſſes, equi iſtius precium mihi reſarcire. Nam vtroque contractu teneris de lata culpa. *l. quod Nerua. 32. ff. depoſ. l. 2. C. eod. §. præterea. & §. creditor. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* cuius finis eſt non intelligere quod omnes intelligunt. *l. cedere. 213. §. fin. & l. latæ culpæ. 223. in pr. ff. de verb. ſignif.* at equum ſine alimentis viuere non poſſe, nemo ſanus ignorat. Quæ igitur de animali pignorato vel depoſito dicta ſunt, ijs prima limitatio adhibenda eſt hæc, vt depoſitarius vel creditor, animali pabulum præbere quidem debeat, ſed illud ab animalis domino recuperet, vel per retentionem, vel etiam mortuo animali per actionem, *ita eſt textus apertus in d. l. ſi neceſſarias. 8. in pr. & ibi hoc notat Bald. in antiqua lectura ff. de pigner. act.° l. ſi in Aſia. 12. in pr. & l. actione. 23. & ibi notat Caſtr. ff. depoſ. Mozzius tract. de contract. tit. de Depoſ. §. de natural. depoſit. nu. 27.*
29 Deinde † cum ex iuris permiſsione pacto fieri poſsit, vt & depoſitarius re depoſita vtatur, *gl. vlt. in l. 3. C. depoſ.* & pignore creditor. *Lud. Vital. lib. 2. Var. lect. cap. 15.* ideo propter tale pactum, animali pignerato vel depoſito vtens, tenetur illud alere, per fundamenta in confirmatione huius regulæ ſuperius num. 20. adducta: *& huic ſecundæ limitationi diſertis verbis ſubſcri-*
30 *bit Odofred. in d. l. actione. 23. ff. depoſ.* Et ad hunc † primum caſum pertinent etiam alimenta equo, boui vel alij alicui animali ſequeſtrato præſtita: ſiquidem ea ſequeſtro reſtituere debet

debet is, qui animal iſtud ſequeſtrari fecit, *arg. d. l. ſi in Aſia. 12. ff. depoſ. Pariſ. de Put. in tract. ſyndicat. §. carcer & carceratus. cap. 4 incip. An carcerarius teneatur. num. 4. Iaſ. §. præterea. nu. 48. Inſtit. de action. Boër. deciſ. 303. num. 3. Caualcan. deciſ. 23. incip. Quod ſequeſtratio fructuum. num. 27. & ſeqq. part. 1. Hippol. Bonacoſſ. in d. tract. Equor. quæſt. 88. & 203. Cui opinioni conſentit etiam conſtitutio Imperij Romani* in der peinlichen Halßgerichtsordnung *c. 207. & 213.*

31 Ad ſecundum † caſum referenda ſunt bona immobilia ſequeſtrata. Etſi vero ſentio, controuerſiam mihi moueri poſſe, an & quatenus ſequeſtrum inter contractus referri debeat, & inprimis illud, quod neceſſarium appellamus: tamen ordinis obtinendi cauſſa, mihi id licere ſpero: præſertim cum huius rei autores non contemnendos habeam, qui putant, depoſitum ſe habere vt genus, & ſequeſtrum vt ſpecies, & omne ſequeſtrum eſſe depoſitum, ſed non è conuerſo, *vt ſcribit Paul. Caſtr. l. licet. 17. in fin. ff. depoſ.* cuius dicti veritatem nunc non

32 excutio. Ex bonis † igitur ſequeſtratis, alimenta, domino vel ei quem quamue antea inde ali oportebat, deberi probat textus *in l. fin. verſ. nam ſi tales dare, & ibi Odofred. Alber. de Roſat. & Bald. num. 4. C. de ordin. cognit. idemq́; per iſtum textum tenent Dyn. & Raim. de Foroliu. in ſing. 121. incip. Quod ex fructibus. Franc. Curt. in l. vn. limit. 3. verſic. circa iſtam fallentiam. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. Menoch. de præſumt. lib. 1. q. 35. num. 23. qui notabiliter declarat, præceptor meus honorandus piæ memoriæ D. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 79. & 127. Caualc. deciſ. 3. num. 41.*

33 *& deciſ. 23. num. 25. & ſeqq. part. 1.* Et hæc adeo † vera ſunt, vt etiam rem ipſam ſequeſtratam, ob alimentorum neceſsitatem, liceat vendere, *vt per d. l. fin. C. de ordin. cognit. tenet Bart. in tract. de aliment. num. 44. & Guid. Pap. deciſ. 81. num. 2.* Hinc euenit, ſi mercatoris bona ſequeſtrentur, in eo loco, in quo domicilium non habet, vt ex bonis ſequeſtratis, ſi aliud de quo viuat non habeat, ali debeat. *Alber. de Roſat. d. l. fin. num. 2. C. de ordin. cognit. Cord. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 51. ff. de liber. agnoſc.* Sic, quemadmodum in aduerſarijs Domini præceptoris & ſoceri mei honorandi inuenio, in non diſsimili

caſu reſpondit Facultas iuridica in Academia Ienenſi, Anno Chriſti 1568. menſe Nouembri, his verbis: Jſt ein Bürger bey euch in vngedeien ſeiner Narung vnd groſſe ſchulde gerathen/ derwegen ſeine gleubiger kommer vnd arreſt allenthalben auff die güter angelegt/ Seine Haußfraw aber vmb jhre eingebrachte vnd angererbete güter / mit den gleubigern in Rechtfertigung gewachſen/vnd mitler zeit in hangenden Rechten der Mann bonis cedirt/ Ob nun wol die Frawe ſolche güter biß anhero in beſitz gehabt/vnd die früchte zu jhrer vnterhaltung eingenommen / dennoch aber ſeind die gleubiger nicht ſchüldig / ſie lenger vnd biß zu erörterung der Rechtfertignng / ohne caution / in den gütern der geſtalt zu dulden/ Sondern dieſelbige neben jhr zu verwalten / oder in verbot vnd ſequeſter zu legen befuget / Jedoch werden der Frawen / biß zu außtrag der ſachen / von den früchten gebürliche vnterhaltung
34 billich gereichet / V. R. W. Tandem ad hunc † ſecundum caſum refero bona publicata, non quidem ea mente, quaſi publicationem contractibus annumerare velim, cum potius ſit ſpecies ſucceſsionis. *§. ſoluitur. verſ. publicatione quoq;. Inſtit. de ſociet.* ſed quia ex eadem penè ratione hæc omnia profluunt. Ex publicatis igitur bonis alimenta fiſcus tenetur priori domino præſtare, *per l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Alciat. in l. poſt contractum. num. 70. ff. de donat. Burſat. conſil. 43. incip. Ob crimen. num. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 124. num. 51.*
35 niſi † is, cuius bona publicata ſunt, hoſtis publicus pronunciatus ſit. Hic enim cum impune occidi poſsit, *l. minime. 28. ff. de relig. & ſumpt. fun.* multo magis alimenta ipſi poterunt denegari. *l. 1. C. de bon. libert. Alciat. d. l. poſt contractum. num. 70. & Menoch. d. præſumpt. 124. num. 52. quo facit conſtitutio Imperij Romani* in der Kammergerichtßordnung *part. 2. cap. 13. in med.*

36 In tertio † caſu, qui complectitur alimenta debita perſonis, cum quibus contractum eſt, primò videndum erit, de locatione & conductione: de qua cum quæritur, vtrum operas ſuas alteri locans, debeat operari ſuis ſumtibus, an verò
37 conducentis? reſpondetur, locantem regulariter † debere alimenta ſibijpſi comparare de mercede conſtituta, *ita per l. ſi*

*vero*

*vero non remunerandi.12.§.fin.ff. mandat. & l.2.C. de locat. & conduct. decidit Angel. in l.ſi non ſortem.26.§.libertus.num.8.ff.de condict. indeb.* Ex quorum textuum argumento vel ratione, cum difficulter hanc deciſionem extorquere poſsimus, diligentius notandus eſt textus, vtpote melius ad propoſitum faciens, *in l.ſuo victu.18.ff. de oper. libert.* quia ſicut ibi facit propter remunerationem, ita hic propter mercedem. *Bart. d.§.libertus. num.32. Bald. in l. liberti.10.num 11. C.de oper. libert. Roman. conſil.* 346. *In hac cauſſa Baſilienſis.num.15. Petr.Gerard.ſing.14.nu.15. Alciat. conſil.60.incip. Bona eſt cauſſa.num.5.lib.5. & eſt textus adhuc clarior in l.quod niſi. 20.verſic.quia vnusquisq;.ff.d.tit.de oper. libert. Dominus & præceptor meus honorandus Matth. Coler.de proceſſ. execut.part.1.cap.9.num.84. & hanc opinionem* COMMVNEM *eſſe aſſerit Vincent. Caroc.tract.de locat. & conduct. part. 2. tit. 47. num.1.atq; vſu obſeruari teſtantur Alberic. de Roſat. & Angel. Peruſ. in l.quoniam. 10.num. vlt. C. de teſtib.* Neque valet pro ſententia contraria argumentum ductum ab exemplo teſtium, quibus teſtimonij perhibendi cauſſa euocatis alimenta præſtanda ſunt, *quo vtitur Accurſ. & Odofred. in d.l. quoniam. 10.* Ingens enim inter eos eſt diuerſitas: nam operarijs conductis ſoluitur merces: *§.1. in princ. Inſtit. de locat.& conduct.* quam teſtibus accipere non licet. *l. ſi quis teſtibus.13.in fin. C.de teſtib.* Cum itaque teſtium officium ſit gratuitum, operariorum autem mercede conductorum non item: ideo ad hos ab illis hoc caſu non procedit argumentatio. *Bart. Alberic. Bald. Ang. Salic. Fulgoſ.*
38 *& Caſtr. in d.l. quoniam.10.num.vlt.* Limitatur † hæc ſententia, vt non procedat, ſi conſuetudine diuerſum ſit introductum. *l. excepto. & ibi gl.vlt. C.de locat. & conduct. Bart. d.§.libertus. nu.*
39 *32. & Angel.num.8.* ſecundò † ſi aliter ſit conuentum: in omnibus enim contractibus ſequimur id quod actum eſt. *l.ſemper in ſtipulationibus.34. cum ibi notat. per gl. Dec. & Cagnol. ff. de*
40 *reg. iur.* Et ex his † duabus limitationibus deſumi poteſt, an famulo ſuo quis alimenta hodie dare debeat necne? Quanquam enim iure cautum eſſe ſcio dominum ad alimentorum dationē ſeruo obſtrictum eſſe: *l.2.verſ.vel famem.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur.§.fin. Inſtit.eod.tit. Io.Bolognet. in l.1.nu.24.ff.de iuriſdict.*

*omn.*

*omn. iudic.* nec non ad dandas veſtes : *l. peculium. 40. verſ. ſi vero tunicas, & ibi Caſtr. num. 3. ff. de pecul.* tamen eam diſpoſitionem, loqui ſolummodo de mancipijs, quibus hodie vti deſijmus, patet *ex d. l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. & d. §. fin. Inſtit. eod. l. ſed ſi quid inædificauerit. 15. §. ſufficienter autem alere. ff. de vſufr. Exod. 21. verſ. 10. Syrac. cap. 7. verſ. 23. iuncto cap. 33. verſ. 36. Benincaſ. in tract. de priuileg. paupert. q. 7. ſpecial. 2. num. 3.* Huiuſmodi enim mancipia an à dominis ſuis ali debeant, non magis dubitari poteſt, quàm de alendis à domino bobus & equis aut alijs pecoribus : partim quod in vtriſq; par haberent dominium : *l. 2. ff. ad l. Aquil.* partim quod æquè mancipijs in cultura agrorum vterentur, ac bobus vel equis, *teſte M. Varrone lib. 1. de re ruſtic. cap. 17. in pr. l. huic 5. §. etſi habitatio. ff. vſufruct. quemadm. cau. Zaſ. lib. 1. ſingul. reſponſ. cap. 3. nu. 20. & præceptor meus honorandus D. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 12.* vnde etiam illi ſerui olim omnia ſuis dominis acquirebant. *§. item nobis acquiritur. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. l. acquiritur. 10. §. igitur quod ſerui. ff. de acquir. rer. dom.* Quæ certè cum in ijs, qui hodie nobis certa mercede conſtituta, operam ſuam locant, locum non habeant, quia ſunt homines liberi; ſequitur, vt niſi aliter vel conuentum ſit, vel conſuetudine introductum, ijs alimenta non debeantur, *arg. d. l. ſuo victu. 18.* Hinc cuiuis manifeſtum eſſe poteſt, neminem hodie ſuo famulo, veſtes, ſalaria præceptorum, medicamenta & alia, quæ alimentorum appellatione veniunt, vt inferius libro ſecundo cap. 1. dicetur, niſi aliter conuentum ſit, vel conſuetudine introductum, dare teneri. *arg. §. vulgo quæſitos. Inſtit. de ſucceſ. cognat.*

41 Multo † minus eas veſtes ſibi vendicare poterit ancilla, quas domina proprij ſui honoris cauſſa confici curauit, vt quando ipſam in publicum ſequitur, vel aliàs procedit, eò mundior incedat. *l. id veſtimentum. 26. & ibi notat Caſtr. ff. de pecul. DD. in l. pen. §. ſeruis vxoris. ff. ſolut. matrim.* Domi-

42 no † tamen defuncto, ſeruo debent dari veſtes lugubres. *Hipp.*

43 *Bonacoſſ. in tract. de famul. q. 132.* Quod de medicamentis † dictum eſt, limitant Doctores noſtri, vt ſi exiguas impenſas requirant, domino ſint oneri, ſecus ſi magnas, *ita per l. item ſi ſerui. 30. §.*

*30.§.quas impenſas.ff. de ædil.edict.l.diuortio.8.§.impendia. ff.ſol.matr. l.omnino. 12. ff.de impenſ. in res dot.fact.l.ſicut.45. ff.de vſufr.d.l. in rebus.18.§.poſſunt.ff. commodat.ſentiunt Bart. in l. ſi cum dotem. 23. §.ſi autem in ſeniſſimo.num.8.ff.ſol. matrim. Ludouic. Rom.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi maritus. num. 21.ff.eod.Petr. Rebuff.in l.cætera quoq;. 44.circa fin. verſic. Quinta ex ratione.ff.de verb.ſignif.* At vereor vt vera ſit hæc limitatio. Vulgatum enim & tritum eſt axioma inter noſtros, Doctorum dicta ab allegatis robur ſumere, *Bart.in l. non ſolum.9.§.ſi liberationis. num. 7.ff.de liber. leg.* & textus allegati nihil ad rem faciunt: quorum nullus loquitur de eo qui certa mercede conſtituta ſeruiret. In qua mercede cum dubitandi ratio præcipue ſubſiſtat, ante omnia probandum eſt,in iſtis textibus vel ſeruo vel domino mercedem promiſſam. Imo num ex d. l. ſicut.46.ff.de vſufr.per inuerſionem iſta limitatio impugnari poſsit, non ſine cauſſa quis tentaret. Sicut enim,inquit ibi IC. impendia cibariorum in ſeruum,cujus vſusfructus ad aliquem pertinet, ita & valetudinis impendia ad eum reſpicere natura manifeſtum eſt. Sed,vt ſupra dictum eſt, ijs, qui hodie ſuas operas alijs pro certa mercede locant,impendia cibariorum regulariter non debentur, nullo diſcrimine vel magnorum vel mediocrium adhibito: Ergo idem dicendum erit de valetudinis impendijs.Interim tamen hoc non negarim, dominum prudentis & Chriſtiani hominis officium facere, ſi famuli ægroti curam ſuſcipiat, tam propter promiſsiones diuinas, *Pſalm. 41.in princ. cum multis alijs ſimilibus:* quàm quia excitat beneuolentiam in miniſtris, vt ſanitati priſtinæ reſtituti, diligentius & maiori ſedulitate ſua munia obeant. *Xenoph. in Oeconom. mihi fol. 663.in editione Levven Klaij: Columell.lib.12.de re ruſtic. cap.1.in fin.* Accedit huc quod famulus ægrotus, ſi amplius nihil habeat, de quo ſibi vel cibum vel medicamenta compararet, implorare queat officium iudicis contra ſuum dominum diuitem, vtpote contra alium quemlibet Chriſtianum. *c.ſicut.8. & ibi gl. verb. commune. & verb. eſurientium. diſtinct. 47. Panorm. cap.1.num.8.extr. de cleric. ægrotant. Pontan. de aliment. c.13.num.10.* De ſalario † qui-
44 dem ſolet quæri, num famulo, etiam ratione eius temporis debea-

debeatur, quo morbo impeditus officij ſui partes explere non potuit: quæ inueſtigatio etſi ad hanc alimentorum tractationem non pertinet, tamen ſufficiat hoc ſaltem admonuiſſe, ſalarium eo tempore ex COMMVNI opinione non deberi. *arg. l. ex conducto. 15. §. item cum quidam. ff. locat. Bald. in l. liberti libertæq;.10. num.16. C. de oper. libert. Panorm. d. c. 1. nu. 9. ext. de cleric. ægrotant. Fr. Viuius in commun. opin. lit. F. §. Famulus ſeruiens pro mercede. Eman. Soarez. eadem lit. num. 48. Didac. Couarr. lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 8. Hippol. Bonacoſſ. in d. tract. de famulis. quæſt. 103.* Neque obſtat gl. *in l. arboribus. 12. §. de illo. verb. ægrotante. ff. de vſufruct.* quæ vult, etiam famulo ægroto ſalarium deberi: quia textus per eam allegati, procedunt ſolummodo in ijs caſibus, in quibus vel ſolus animus vel corporis ſolius inſiſtentia ſufficit. *Alber. de Roſat. in d. l. in rebus. 18. §. poſſunt. num. 4. ff. commodat. Bart. l. operæ. 7. in fin ff. de vſufruct. legat. Lud. Roman. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. num. 22. ff. ſolut. matrim. Couarr. d. c. 13. num. 8.* Ad l. qui operas. 38. ff. locat. qua mouetur Dn. præceptor meus Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. nu. 60.* reſponderi poteſt ex notatis per gl. *in d. l. ex conducto. 15. §. item cum quidam. verb. perſonis.*

45 Si quæratur, an alimenta ratione † ſocietatis debeantur, diſtinguenda eſt ſocietas omnium bonorum, ab ea quæ eſt aliquorum tantum. In primo caſu ali debent non tantum iſtæ perſonæ, quæ operam ſocietati nauant, ſed etiam cæteræ, quæ nihil operarum ſocietati conferunt: adeo quidem vt ſi vnus habeat maiorem familiam, quàm alter, veluti, ſi vnus ſit celebs, alter vero habeat vxorem, filios, nutrices, &c. & poſtea diſſoluatur ſocietas, tum celibi fas non eſt præcipere, quanto plus in alterius familiam alendam ex ſocietate inſumtum fuit. Anchar. Bonon. *conſil. 302. incip. Materia de qua quæritur. in fin.* hanc ſententiam amplectitur ex ea ratione quod in ſic conſumtis facilè præſumatur donatio. Quæ præſumtio, cum non ſine cauſſa in dubium vocari poſſet: firmior mihi videtur ratio hæc, quia onus alendæ vxoris vnius ex ſocijs eſt commune, propterea quod dos etiam ſocietati acquiratur. *l. actione. 65. §. fin. cum ſeq. ff. pro ſoc.* Ergo onus alendæ reliquæ familiæ, erit

com-

commune. Ratio conſequentiæ eſt, quia dos debet inſeruire tam vxori alendæ, quàm reliquæ eius familiæ. *l. ſi cum dotem 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. tunc dotem ſequeſtrari. ff. ſol. matrim. Et hoc fundamento nititur Petr. de Vbald. in tract. de duob fratrib. q. 18. part. 6. principali, Barthol. Socin. conſil. 4. incip. Quantum ad primum. num. 32. & ſeq. volu. 4. Ruin. conſil. 104. incip. Retento quod iſti fratres. num. 2. verſ. Quarto hanc ſententiam. vol. 1. Iaſ. conſil. 5. incip. Quia ſemper mihi placuit. num. 7. vol. 1. Rol. à Vall. conſil. 91. incip. Reuocatur in dubium. num. 43. & ſeq. volu. 1. Ibob. Non. conſil. 64. num. 5. Ioſ. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 53. verſ. Infertur quintò, quod ſi vnus ex ſocijs.* Et huc facit illa ratio, quod in ſocie-
46 tate † vniuerſali, non conſideretur, an vnus plus lucretur aut expendat quàm alius, ſed omnia ſunt æqualiter participanda. *l. ſi ſocius. 81. verſic. Nam ſi commune. ff pro ſocio. Bald. in l. ſi patruus. 4. num. 16. in fin. C. commun. vtriuſq; iud. Caſtrenſ. conſil. 304. incip. Super primo quæſito. num. 5. vol. 1. Alex. conſil. 70. incip. Videretur circa primum. num. 2. vol. 5. Barbat. conſil. 37. column. fin. volu. 2. Iaſ. d. conſil. 5. num. 7. volu. 1. Phil. Dec. l. vt nemini. 21. num. 4. C. de*
47 *collat.* Quam † ſententiam, cum doti filiabus ſociorum datæ accommodatur. *vt fit per nonnullos iam allegatos Doctores, quibus addi poteſt Phil. Dec. conſil. 66. & 68.* etſi Carolus Molin. *in additionibus ad Alex. conſil. 154. incip. Videretur circa conſultationem. vol. 2.* ita reſtringit, vt putet, dotem filiæ ſocij omnium bonorum, ex ſocietate quidem dari debere, ſed ſoluta ſocietate in partem iſtius ſocij cuius filia elocata fuit, imputandam eſſe: tamen cum ſolummodo nitatur ea ratione, quod dos ſuccedat in locum legitimæ: alimenta verò percepta in legitimam non computētur, *vt inferius lib. 2. dicetur*, ideo cuilibet manifeſtũ eſt, iſtam Molinæi impugnationē, huic ſententiæ de alimentis non obeſſe. Interim tamen ſententia ſic confirmata coanguſtanda eſt ad familiæ neceſſariæ alimoniã. Si enim ſocius vxoratus haberet verbi cauſſa priuignos aliquot, eoſq; ſecum retineret & aleret: certe in diuiſione ſocietatis debent ſumtus alimentorũ nomine in hoſce priuignos facti, in partē ſocij priuignos ad ſe recipientis imputari: cum vitrico inuito priuignorum alendorũ neceſsitas non incumbat, *ſ. lib. 1. c. 4. nu. 23.* & alteri ſocio

per

per alterum iniqua conditio non debeat inferri *l. non debet.75. ff. de reg. iur.* Et ſic in terminis decidit Caſtr. *conſil. 304. incip. Super primo quæſito. num. 5. vol. 2.* In ſecundo caſu, quando con-
48 tracta eſt ſocietas † non omnium bonorum, ſed aliquorum tantum, vel vnius negociationis: illæ ſolæ expenſæ imputantur ſocietati, quas huius occaſione facere neceſsitas exigit *l. cum duobus. 52. §. ſi quis ex ſocijs. l. ſocium qui. 60. §. ſocius cum l. ſeq. & l. ſi vnus. 67. §. ſi quid vnus. ff. pro ſoc. Ludouic. Roman. conſil. 426. incip. Negociorum. num. vlt. Mozzius de ſocietat. tit. de natural. ſociet. num. 13.* Hinc ſequitur vt ex huiuſmodi ſocietate particulari toti familiæ ſociorum alimenta non debeantur, niſi talem aliquam operam ſocietati impendant, quæ alimentorum ſumtui æquiualeat, vt ſi inter aliquos contracta ſit ſocietas pecuaria, & vnus ſociorum habeat filium, qui beſtias in paſcuis cuſtodiat, ei non immerito alimenta ex ſocietate debebuntur. *per l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. Bald. conſil. 172. incip. Super prædictis punctis. in fin. vol. 5. Angel. Aret. §. vlt. num. 13. in fin. Inſtit. de ſocietat. Iaſ. conſil. 5. incip. Quia ſemper mihi placuit. nu. 5. vol. 1.* Econtra ſi vnus multos habeat filios, ſocietati nihil operæ conferentes, qui tamen ex ſocietate alantur, alter verò ſocius filios vel nullos vel pauciores habeat, par eſt vt huic reſtituatur, quanto plus in alterius familiam ex ſocietate impenſum eſt. *Bald. in l. ſi paterno. 15. in fin. C. de negoc. geſt. Corn. conſil. 265. incip. Circa primum & ſecundum. nu. 19. vol. 1. Bart. Socin. conſil. 40. incip. Circa primam præſentis. num. 5. vol. 4. Iaſ. d. conſil. 5. nu. 5. Bertrand. conſil. 177. incip. Viſo caſu mihi exhibito. in fin. volum. 7.*
49 *Rolan. à Vall. d. conſil. 91. num. 50.* Neque aſſentiendum † arbitror Paulo Caſtr. *in d. l. vt nemini. 21. num. vlt. C. de collat. quem ſequitur Ranchin. concluſ. 174. part. 1.* dum ſimpliciter ſcribit, ſufficere quod alter totum onus regiminis ſuſtinuerit, & propterea huius familiam ex re communi ali debere: ab altero verò nullam reſtitutionem expectandam. Cum enim in ſocietate æqualitatem obſeruari oporteat. *l. ſi non fuerint. 29. verſ. ſi tanti ſit opera. ff. pro ſoc. §. de illa verſ. quod tamen ita intelligi. Inſt. eod.* non poterit aliter illa Caſtrenſis opinio admitti, quàm ſi nec plus nec minus in familiam alendam inſumtum fuerit,
quam

quàm opera ſocietati præſtita ſit æſtimanda: quæ æſtimatio certe inprimis inſpicitur, *vt patet. ex Cephal. conſil. 69. incip. Sigiſmundus ac Iacobus.* Alias enim ſiue alimentorum æſtimatio, operam & curam ſocietati adhibitam excedat, ſiue econtra: æqualitatem, quam in hoc contractu leges noſtræ deſiderant, cuſtoditam eſſe nemo poterit perhibere. *Petr. de Vbald. in d. tract. de duob. fratrib. part. 6. quæſt. 23.* Ex his porro
50 ro † infertur, quis ſocio ægrotanti medicamenta ſuppeditare debeat: aut enim ſunt ſocij omnium bonorum, & tum omnia lucra & damna ſunt communia. *d. l. ſi ſocius pro filia. 81.* aut non ſunt ſocij omnium bonorum: & hoc poſteriore caſu impenſæ morbi, non aliter ex ſocietate debentur, quàm ſi occaſione ſocietatis ſocium morbus inuaſerit. *text. eſt. in d. l. cum duobus. 52. §. quidam ſagariam. verſ. ſed & ſi quid in medicos. & d. l. ſocium qui in eo. 60. §. ſocius cum reſiſteret. iuncta l. ſeq. ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. d. tract. de duob. fratribus. part. 6. quæſt. 11. Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 53. verſ. Infertur vndecimo quod expenſe. eandemq́ ſententiam corroborat Fulgoſius in l. 1. nu. 5. C. pro ſoc. arg. l. ex hac lege. 3. ff. ſi quadrup. paup. fec. dic. & l. fin. ff. de his qui deiec. vel effud.* Præterea ſolet illud quæri, ſo-
51 cietate † ita contracta vt alter conferat pecuniam, alter verò operam, num hic ſuis expenſis & ſuo ſumtu operari & iter facere obſtrictus ſit? Hanc quæſtionem primò mouit Iacob. de Arena *in l. 1. in fin. C. pro ſoc.* & pro ratione dubitandi adducit, *l. quod niſi. 20. ff. de oper. libert. cui ibidem Alberic. de Roſat. & Salic. addunt. l. ſi non fuerint. 29. §. ita coiri. verſ. ſolus nauiget, ſolus peregrinetur. ff. pro ſoc. & Bald. in d. l. 1. quæſt. 7. arguit à partiario colono, qui etiam eſt ſocius, & certe ſuo ſumptu terram colere tenetur. c. tua nobis. 26. ext. de decim.* ſed his non obſtantibus, ſumptus ex ſocietate expendi debere concludit Arena ibidem. *in d. l. 1. C. pro ſoc. per l. Mutius. 30. ff. pro ſoc.* vbi cum dicitur, nullum videri lucrum niſi prius de ductis expenſis, inde infert, expenſas igitur deducendas eſſe, & reſiduum inter ſocios diuidendum. *Et hanc deciſionem ſequuntur in d. l. 1. C. pro ſoc. Cyn. nu. 4. Alberic. de Roſat. nu. 3. Bald. q. 7. nu. 9. Angel. nu. 2. Salic. quæſt. 6. num. 5. Fulgoſ. num. 6. Sichard. num. 2. Franc. Marc. de-*

*ciſ. 890. num. 3. part. 1. Schneidevv. §. de illa. num. 7. Inſt. de ſociet.* Huic rationi accedit alia: quia res in ſocietatem collatæ debent non vnius tantum, ſed omnium ſociorum communi ſumtu expediri, & promoueri. *d. l. cum duob. 52. §. quidam ſagariam. cum alijs ſimilibus.* Sed opera alterius ſocij, in hoc caſu eſt res in ſocietatem collata. *d. l. ſi non fuerint. 29.* Ergo hæc opera alterius ſocij, debet fieri non vnius tantum, ſed omnium ſociorum communi ſumtu. Et hæc opinio eſt COMMVNIS *teſte Salic. in d. l. Mutius. 30. num. 7. ff. pro ſoc. & d. l. 1. nu. 5.*
52 *C. eod. ibiq; Sichard. num. 2.* Neque † quenquam mouere debent rationes in contrarium adductæ. Quod enim *in l. ſuo victu. 18. & d. l. quod niſi. 20. ff. de oper. liber.* libertus ſuo victu operas præſtare tenetur, id fit propter manumiſsionis beneficium, quo libertus à domino affectus eſt. Cum vero in noſtro caſu, ab altero ſociorum in alterum non proficiſcatur beneficium, ſed *vt Plaut. in Aſin. act. 1. ſcen. vlt. loquitur*, par pari datum, hoſtimentum ſit, opera pro pecunia: ideo huc non quadrat. Sic *ad d. l. ſi non fuerint. 29.* facilis eſt reſponſio: Is enim textus non aliter, vt mihi videtur, ad contrariam ſententiam ſtabiliendam poteſt accommodari, quàm hac vel ſimili argumenti forma: ſocius qui ſolus nauigat & peregrinatur, de ſuo tenetur ſumtus expendere. Sed ſocius pro pecunia operam conferens, ſolus nauigat, ſolus peregrinatur. Ergo is tenetur de ſuo ſumtus expendere. In cuius argumenti maiore, quis non videt eſſe petitionem principij? dum illud ipſum, quod in controuerſiam venit, tanquam indubitatum probationis ergo adhibetur. Aeque nihil ad rem facit exemplum coloni partiarij, quia cum eo tacitè conuentum videtur, vt agros vel alias res, ſuo ſumtu curet: quæ tacita conuentio vnde eliciatur, bene declarat Salyc. *in d. l. 1.*
53 *nu. 5. C. pro ſoc.* Ampliatur † hæc communis opinio, vt procedat, non tantum in ciuili ſed etiam conſcientiæ foro. *ita Ambroſ. de Vignat. in c. ſalubriter. num. 176. extr. de vſur. Petr. Feller. in addit. ad Roberti Marant. Specul. part. 4. diſtinct. 9. num.*
54 *103.* Limitatur autem † primo, niſi ab initio aliter conuentum eſſet. *Alber. de Roſat. d. l. 1. num. 3. & Fulgoſ. num. 6. C. pro ſoc.*
Dein-

Deinde limitatur vt expenſæ quidem ex communi ſocietate erogentur, exceptis tamen his, quas feciſſet domi. *arg. l. ſed & ſi lege. 25. §. quod autem. ff. de petit. hæred. Bald. d. l. 1. num. 9.* Quia verò textus *d. §. quod autem.* cum ibi nihil conſumtum ſit in negocio communi, hanc limitationem non probat, propterea difficulter in practica obtineri poſſe tradit Sichard. *in d. l. 1. num. 2.* ideo eam non ſimpliciter admittendam cenſent *Salic. d. l. Mutius. 30. num. 7. & d. l. 1. num. 6. & Fr. Marc. d. deciſ. 890. num. vlt. part. 1.* ſed diſtinguunt inter expenſas quotidianas, quæ ſingulis diebus in iſtum ſocium & eius rationalem, neceſſario inſumuntur, vt ſunt cibus, potus, vectura, &c. & inter expenſas, quæ quaſi ſunt perpetuæ atq; adhuc durant etiam ſocietatis negocijs expeditis, vt ſunt veſtes, calcei: illæ integraliter debent ſocietati imputari: hæ vero non. *Atq; ita de conſuetudine obſeruari teſtatur Salic. d. l. 1. nu. 6. C. pro*

55 *ſoc.* Denique † ad alimenta, ex ſocietatis contractu debita, non ſine cauſſa referri poteſt, beneficium illud, quo ſocius a ſocio conuentus, opponere poteſt exceptionem, vt ne in ſolidum excutiatur, ſed conueniatur in quantum facere poteſt, & ipſi relinquatur ne egeat. *l. verum. 63. in pr. cum ibi not. per gl. & DD. ff. pro ſoc. l. ſunt qui in id. 16. ff. de re iudic §. ſed & ſi quis cum parente. verſ. item ſi ſocius. & ibi Fab. Angel. Iaſ. Schneidevv. Inſtit. de act. Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. vlt. Mozzius in tract. de contractib. tit. de ſocietat. §. de natural. ſocietat. num. 24.*

56 Sic ex contractu † mandati omnia impendia & ſumtus, quos mandatarius in exequendo mandato facit, deberi & repeti poſſe, conſtat *ex l. qui proprio. 46. §. litis impendia. ff. de procurat. l. idemq; 10. §. idem Labeo ait. l. ſi vero. 12. §. fin. ff. mandat. l. etiam. 4. l. ſi contra. 20. in fin. C. eod. c. cum pro cauſſa. 6. cum ibi notat. per Ant. de Butr. Petr. de Anchar. & Panorm. ext. de procurat.* Qua de re quia Doctores noſtri *in prædictis locis & Mozzius in tract. de contractib. tit. de mandat. §. de naturalibus mandat. nu. 20. cum aliquot ſeqq.* ſatis copioſe tractant, ideo in ea explicanda ego non hærebo.

57 Mandato igitur omiſſo, ad donationem † mihi acce-

denti, etſi obijcere quis poſſet, perperam eius tractationem huc referri, partim quod donatio non ſit contractus, *vt tradit Fortun. Garc. in l. iuriſgentium.7 .in princ.num.75.cum ſeqq.ff.de pact. Henr. Bocer. in tract.de donat. cap. 1. num. 4.* partim quod paulò ante in hoc ipſo capite, num. 12. de alimentis ex donatione debitis, aliquid in medium fuerit allatum, ita vt ſi prius illud, de donatione contractibus non annumeranda, omnino ceſſet: ſuperius dictis, ſi quæ de alimentis ex donatione præſtandis reſtarent, coniungi, non ab ijs diuelli debuiſſent: tamen neutrum me impedit. Donationem enim inter contractus referri, habemus textum manifeſtum *in l. 2. & 4. C. de litigioſ.* id vero vtrum proprie an improprie, an denique non improprie fiat, *qua de re eruditè diſſerit idem Henr. Bocer. in l.contractus. cap.1 num. 2. cum ſeqq. ff. de reg. iur.* non eſt huius loci diſputare. Sic cur nunc ad donationem redeam, in cauſſa eſt, quod paulò ante, ſolummodo egerim de donatione, in qua principaliter de alimentis præſtandis actum fuit: nunc verò inſtitui aliquid in medium afferre, an & quando ex donatione ſuper alijs rebus, velut domibus, agris vel alijs ſimilibus bonis eſui vel potui non aptis inita, conſequenter & ſecundario debeantur donatori. De qui-
58 bus † alimentis dum conor certam aliquam theſin, vt hactenus feci, conſtituere, eamque fundamentis ex iure petitis corroborare: animaduerto Doctoribus noſtris, ea de re ſibi inuicem nō conuenire, *Dyn. & Rainer. in ſingul. 190.* Aliqui enim dicunt nullam legem, qua probetur, quod donatarius debeat donatorem inopem alere, inueniri: *ita ſentit gl. in l. in condemnatione.133. in pr. ff. de reg. iur. Bald. in l. generaliter. 10. num. vlt. &*
59 *Angel. num. 3. Fulgoſ. num. 2. C. de reuoc. donat.* Neque † putet quiſpiam, hanc, de qua quærimus, donatoris inopis alendi neceſsitatem, probari ex eo, quod donatori competit beneficium, vt ne amplius quam poſsit facere condemnetur. *l. inter eos. 19. §. is quoq;. ff. de re iudic.* quod beneficium in eo conſiſtit, vt ne egeat donator. *d. l. in condemnatione. 133. in pr.* Reſpondetur enim iſtud priuilegium indulgeri donatori, tantum conuento & exceptiue petenti retentionem, ante rei

donatæ

donatæ traditionem: non vero poſt traditionem, agenti ad
repetitionem. *l. quod nomine. 8. cum l. ſeq. ff. de condict. indeb. vbi*
*tutus exceptione fauorabili, ſi ſemel ſoluit, non repetit. Dec. in l. di-*
*uus. 28. num. 5. ff. de reg. iur. Ant. de Padill. in l. præſes. num. 5. C. de*
60 *ſeruit. & aq.* Aliqui † agnoſcunt quidem nulla lege expreſ-
ſe cautum eſſe, vt donatarius alere teneatur donatorem: at-
tamen hoc ſuaderi autumant per rationem hanc: Pater in-
ops poteſt petere alimenta à filio. *l. 1. & 2. C. de liber. alend. l. ſi*
*quis à liberis. 5. in princ. ff. de liber. agnoſc.* Sed is qui dat ma-
gnas facultates, æquiparatur patri. *l. ſi patronus. 4. ff. de confirm.*
*tut.* Ergo is qui donat magnas facultates, poterit à donata-
rio petere alimenta. *Hoc argumento vtitur Cyn. in d. l. generali-*
*ter. num. 4. C. de reuoc. donat. idq́ approbant Angel. in conſil. 351.*
*incip. Generoſus miles. num. 1. in fin. Anchar. Bonon. in cap. fin. num.*
*4. Panorm. num. 3. extr. de donat. Io. Lup. de Palat. Rub. in repet.*
*rubr. ext. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. num. 25. Cæpoll. conſil.*
*criminal. 39. incip. Lucius Cinis conſiliarius. num. 11.* Sed parum
huic argumento fidendum eſſe, cuilibet minorem paulo di-
ligentius conſideranti, apparebit. Nam quod pater filio ſuo
impuberi tutorem conſtituens, ab alio impuberem adole-
ſcentem hæredem inſtituente, eique tutorem dante, pluri-
mum differat, inde manifeſtum fit, quod tutor à patre filio
etiam emancipato datus, confirmandus ſit ſine inquiſitione.
*§. vlt. Inſtit. de tutel.* At tutor ab alio datus, à prætore aliter
confirmari nec debeat nec poſsit, quàm ſi fides. inquiſitionis
congruat. *arg. l. qui tutelam. 28. §. impuberi. ff. de teſtam. tut. gl.*
*d. l. ſi patronus. 4.* Et ſic in argumento propoſito committitur
fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Non-
61 nulli † vero Doctores, cum harum opinionum neutrum ſim-
pliciter procedere intelligerent, conati ſunt, mediam quo-
dammodo viam, diſtinctionum remedio, inuenire: vnde fa-
ctum eſt, vt aliqui diſtinguerent inter res donatas vel paruas
vel magnas, ita vt ſi donatæ fuerint res magnæ, donatarius
teneatur alere donatorem: ſecus ſi paruæ: *ita Cynum intelligit*
*Panorm. in d. cap. fin. num. 3. Corn. conſil. 15. incip. Ex quo dictus*
*Franciſcus. nu. 26. vol. 1. Iac. de S. Georg. in tract. feud. verb. Et cum*

*pacto quod dicti vaſalli præſtent. num. 7.* A cuius diſtinctionis
62 mente non longe † abſunt ij, imo priorem videntur tantum declarare, qui dicunt, aut donata ſunt omnia bona ſine retentione vſusfructus, & tum debet donatarius alere donatorem: aut donata eſt tantum pars quædam bonorum, & tum donatori nulla debentur alimenta, *ita Alberic. de Roſat. in d. l. generaliter. 10. num. 1. C. de reuoc. donat. Io. Berber. in viator. iur. part. 2. rubric. 6. num. 2. quam ſententiam videtur tenere Bertrand. conſil. 301. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 5. part. 1. vol. 1.* A neu-
63 tra † longe abſunt ij, qui putarunt diſtingui oportere, inter cauſſas inopiæ: vt ſi ex donatione illa donator factus eſſet pauper, donatorem alendi onus ad donatarium ſpectaret, ſecus ſi ex alia cauſſa. *Mozzius in tract. de contract. lib. tit. de donat. §. quomodo annulletur & reuocetur donatio. num. 60.* Quas diſtinctiones recenſent *Salyc. d. l. generaliter. num. 3. C. de reuoc. donat. Gul. Mainer. in d. l. in condemnatione. 133. in pr. num. 6. 7. & 8. ff. de reg. iur.* In quibus opinionibus refutandis, ne tempus
64 teram, puto † eam ſententiam veriſsimam eſſe: donatorem à donatario alimenta directò quidem petere non poſſe, propterea quia hoc nuſquam iure cautum eſt: interim tamen donatarium, ſi donatori inopi de alimentis non proſpiciat, re donata ſe indignum reddere, & niſi donatorem inopia laborantem alat re donata excidere, atque ita ad alimenta donatori danda, ſecundario vel per conſequentiam aut cauſatiue, vt loquuntur, teneri, pro vt patronus liberto inopi. *l. alimenta. 6. ff. de liber. agnoſc.* Nam à donatario ingrato, vel qui ei atroces iniurias infert, res donata aufertur, &c. *d. l. generaliter.* Sed donatarius donatorem inopem non alens, eſt ingratus, & atrocem ipſi iniuriam infert, *per l. necare. ff. de liber. agnoſc.* Ergo res donata ab ipſo aufertur. Et hanc ſententiam approbant quamplurimi DD. *vtpote Alexand. in addit. ad Bart. in d. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. ibiq́; Alberic. de Roſat. & Cagnolus. Ante quos ita ſenſit gl. in d. l. generaliter. verb. voluerit, quam, vtpote ad hoc ſingularem, prædicat Nic. Euerhard. in Topic. tit. 9. Ab except. ad regulam. num. 8. verſ. Septimo iſtud poteſt induci. Petr. de Bellapertic. d. l. generaliter. Io. de Anan. in rubr. ext. de infant. expoſit.*

*expoſit.num.11. Corn.conſil. 126. incip. Licet in hac.num.16. volu. 1. Io. Lup. de Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.70.nu. 25. Cordub.de Lar.in d.l.ſi quis à liberis.§. idem iudex. num.58.59. ff. de liber. agnoſc. Io.Guter. de contract. iurat.cap.11. nu. 15.* Atq; ita COMMVNEM opinionem, *de qua teſtantur Ripa in d. l. generaliter.q.41.num.137. & q.49. C.de reuocand. donat. Gul. Main. d.l.in condemnatione. in pr.nu.9. & ſeqq.ff.de reg.iur.Clarus in §.donatio.q.21.nu.3.Eman. Soarez. lit. D. num.183. & 272.*intelligendam eſſe, cenſent *Carol. Molin. in conſuet. Pariſ.tit.1.§.30.nu.145. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap.12.num.73. quibus etiam aſtipulari videtur Bapt. Pontan. in tract. de aliment. cap.11.num.5.* imo hæc opinio eſt *MAGIS COMMVNIS, Mozzius d. §. quomodo annull. & reuoc.donat. nu. 59.* & in cauſſarum deciſionibus non deſerenda, *Corn. conſil. 15. incip. Ex quo d. Franciſcus. numero 25. & conſil. 120. incip. In hac conſultatione. num. 3. volum. 1.*

65 Ampliatur † autem hæc ſententia, vt etiam procedat, re aliqua ſingulari & mediocri donata. Etſi enim nonnulli cenſent tantum vel omnium vel maximæ partis bonorum, non etiam rei ſingularis præſertim mediocris donatori hoc beneficium indulgeri, ita vt à quibuſdam hæc reſtrictio COMMVNIS perhibeatur *Mayner. d. l. in condemnatione in pr. num. vlt.* quia tamen textui d. l. ſi patronus. 4. ff. de confirm. tut. quo ſolo ceu fundamento iſta opinio nititur, antea *num. 58.* reſpondi: ideo non immerito poterit reijci, vtpote fundamento deſtituta. Et probatur hæc ampliatio quia ingratitudo, ob quam reuocatio conceditur, non æſtimatur ex obiecti magnitudine vel precio, ſed ex animo. *c. vlt. 14. q. 6. Ripa. in d. l. generaliter.q.37.in fin. C.de reuocand. donat. Atque hanc ſententiam expreſſe tenet Carol. Molin. in conſuet. Pariſ.tit.1. §. 30. num.145. Io. Garſ.de expenſ. & meliorat.d. cap. 12.num.37.* Mo-
66 do † ne illa res ſingularis ſit nimis vilis & penè nullius momenti, ſed quæ indigentiam & egeſtatem donatoris aliquantulum poſsit ſubleuare, per ea quæ notat gl. *in c.1.verb.vel exiguum. 17. q. 4.*

67 Viciſsim limitatur † hæc ſententia, primò vt donatori

debeantur cauſſatiue alimenta, non quidem ita late accepta, quaſi ei donatarium omnia, quæ vitæ huius neceſsitas exigit, indiſtinctè præſtare oporteat, ſed pro ratione rei donatæ: vulgatum enim eſt, ex limitata cauſſa, oriri limitatum effectum. *l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom.* Quam limitationem ſic generaliter propoſitam, vt ab omnibus concedi arbitror, ita ſi ad ſpeciem deſcenderimus, non omni ſcrupulo eam carere videmus. Nam Seb. Medic. *in l. fin. gl. fin. num.*
68 *370. ff. de ll.* hanc † limitationem reſtringere conatur ad rei donatæ fructus, addens ita COMMVNEM opinionem ſe habere: cuius ſuæ aſſertionis neque teſtem adducit vllum, neque eam lege aliqua aut ratione corroborat. Cum igitur Doctori quacunque etiam auctoritate prædito, non vlterius fidem adhibere debeamus, quàm quatenus ſuas opiniones legibus fulcit. *c. nolite timere. 86. verſ. probatam ſcripturis. & ibi Archidiac. 11. q. 3.* ideo poſthabita illa Sebaſtiani Med. declaratione, iuri magis conſentaneum arbitror, vt hanc limitationem, non tantum de fructibus rei donatæ, ſed etiam de eius proprietate intelligamus. Primò enim cum donatarius captet lucrum, donator vero certet de vitando damno, & quidem longe omnium grauiſsimo nempe fame. *per ea quæ copioſe congeſſit Tiraquell. de retraict. lignag. §. 26. gl. 1. nu. 22. cum ſeqq.* huic multo plus fauendum erit quàm illi. *l. non debet actori. 41. §. in re obſcura. & ibi Dec. ff. de reg. iur. Et hac ratione vtuntur Bertrand. conſil. 25. incip. Viſa copia inſtrumenti. volum. 4. Carol. Molin. & Io. Garſ. in ſ. num. 64. indicatis locis.* Idq; multo magis procederet, ſi quis alteri donaſſet palatium egregie fabrefactum & picturis ornatum, vel gemmam nobilem & magnæ æſtimationis, vel aliquam aliam rem, cuius fructus eſſent exigui, proprietas tamen magno conſtaret. Si namq; donatori ad inopiam redacto & alimenta petenti, donatarius opponat, ſe omnes rei donatæ reditus, in alimenta donatoris exponere paratum eſſe: is certe fragilitatem donantis rideret: igitur non eſſet audiendus *iuxta d. l. generaliter. 10. C. de reuoc. donat.* Accedit denique quod quamuis regula-
69 riter † alimenta ex fructibus præſtari debeant, *vt j. libro ſe-*
*quenti*

*quenti cap. 2. dicam* : tamen illud thema procedit, quando alimenta petuntur ex cauſſa lucratiua, puta ex legato, ſecus quando alendus agit, vt ne in damno ſit, quemadmodum in hoc noſtro caſu euenit, *ita ſcribit Alex. in l. maritum. 13. in fi. ff. ſol. matrim. per l. qui poteſt facere. 135. ff. de reg. iur. eaq́; in hiſce noſtris terminis ad donatorem accommodat Bertrand. conſil. 25. incip. Viſa copia inſtrumenti. vol. 4.*

Secundò limitatur hæc ſententia, vt donatarius niſi re donata excidere velit, alimenta donatori præſtare cogatur,
70 ſcilicet † ſi de egeſtate donatoris prius fiat certior, & de alimentis dandis interpelletur. *arg. l. alimenta. 6. in princ. ff. de lib. agnoſc. quem textum ad hoc allegat Corneus d. conſil. 120. incip. In hac conſultatione. num. 6. vol. 1.* quam interpellationem intelligo non quidem iudicialem, ſed qualemcunque in hunc ſolum finem, vt ne donatarius ignorantiam prætendat, neue hac occaſione reſtitutionem in integrum aut officium iudicis & alia iuris remedia imploret. *l. in contractibus. 3. cum ibi not. C. ex quib. cauſſ. maior. in integr. reſtit. Io. Mauric. in tract. de reſtitut. in integr. cap. 63.* alioqui ſcientia præſuppoſita, benefacientibus vltro benefacere debemus. *c. 1. ext. de magiſtr. Ripa in d. l. generaliter. 10. quaſtion. 49. in fin. num. 165. C. de reuoc. donat.*

Tertiò limitantur hæc, quæ de alimentis directò non
71 petendis dicta ſunt, vt locum obtineant in ipſo donatore, non autem in eius hæredibus. Inofficioſam enim donationem in alterum conferentis liberis, conceditur etiam directò à donatario alimenta petere. Nam hoc onus ſequitur bona donata. *l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. Cynus in l. ſi pater. q. 9. num. 2. C. de inoff. donat. Alber. de Roſat. in l. Titia. 87. §. Imperator. in fin. ff. de leg. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. in eiuſdem donatoris*
72 *arbitrio. num. 4. C. de reuoc. donat.* Quia verò † etiam liberi naturales & inceſtuoſi à parentibus ſuis ex eorumque bonis ali debent, *vt ſ. cap. 3. per totum & præcipuè ampliat. 2 traditum fuit:* ideo non immerito dicendum videtur hanc præſentem tertiam limitationem ad eiuſmodi liberos extendendam eſſe, ita

vt donatoris liberos naturales tantum vel etiam inceſtuoſos, alimentis penitus deſtitutos, donatarius pro ratione rei donatæ teneatur alere. *Ripa. l. ſi vnquam: quæſt. 27. C. de reuoc. donat. Gabr. Palaot. tract. de Noth. & ſpur. cap. 34. num. vlt. Didac. Couar. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* Eandemq; ſententiam vlterius confirmari arbitror ex mente & ſententia tot. tit. C. de inoff. donat. Quod enim ex naturali ratione liberis donatoris debetur, id à donatario ijs debet reſtitui. Sed alimenta naturali ratione debentur liberis ſpurijs donatoris. Ergo alimenta à donatario filijs ſpurijs donatoris debent reſtitui. Maior probatur *ex l. ſi totas. 5. verſ. debitum bonorum ſubſidium conſequantur. C. de inoffic. donat. iuncta l. cum ratio. ff. de bon. damn.* deinde probatur etiam ex eo, quod nec voluntas donantis attendatur, *tot. tit. C. de inoff. don. iuncta §. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. Bart. in l. Titia. 89. §. Imperator. in pr. verſ. Iſta diſtinctio Dyni. ff. de leg. 2. Cranett. in conſilio ſuo quod extat apud Cacheran. poſt deciſ. 122. incip. Cogor. num. 17.* Minoris probatio petenda eſt ex cap. 3. huius
73 libri. Neque nos † mouere debet id, quod vno ore affirmant Doctores noſtri, donationem non reuocari per natiuitatem filij naturalis, *latè Tiraq. in d. l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. num. 45. cum ſeqq. Ant. Gab. Roman. in commun. opin. lib. 3. tit. de donat. concl. 2. num. 81.* Nam ibi reuocantur omnia bona donata, propter ſucceſsionem filiorum naturalium & legitimorum: cuius cum regulariter ſint incapaces filij naturales, *Ludouic. Sard. in tract. de legitimation. part. 2. num. 150. verſic. primo quæritur quomodo naturales ſuccedant patri. Gabriel. Paleot. de Noth. & ſpurijs. cap. 35. & 38. Schneidevv. ad tit. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. verſic. de ſucceſſione ſpurior.* alimenta autem omnino ijs debeantur, *vt ſ. cap. 3. fuit dictum*: ideo à ſucceſsionis denegatione, ad alimentorum denegationem, non procedit argumentatio: cum multis alimenta præſtentur, qui ſuccedere iure prohibentur. *Nic. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 4. num. 12. per auth. ſi quis igitur. in Auth. quibus mod. natural. effic. ſui. collat. 7. & auth. licet. C. de natur. lib.*
74 Multo † minus nobis ſcrupulum inijcere poteſt ratio Vaſquij

quij *in tract. de ſucceſſion. tom. 1. §. 20. num. 316.* dicentis, donatario filios adulterinos vel inceſtuoſos donatoris alendi neceſsitatem non incumbere, propterea quod patri inuito hoc onus non poſsit iniungi, *per auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Hæc enim ratio, cum ex iuris Canonici tam in ſeculari quam Eccleſiaſtico foro recepta diſpoſitione, ſit falſa, *vt probaui ſ. cap. 3. huius libri*, per ſe totum argumentum corruit.

Cæterum huius tertiæ limitationis occaſione admoni-
75 tus, ſilentio præterire † non poſſum id, quod ex facto aliquando incidiſſe ſcio. Quidam enim nobilis mortua priore coniuge, ex qua aliquot liberos ſuſceperat, in matrimonium duxit Titiam: cui, dotem quingentorum florenorum afferenti, conſtituit dotalitium in prædio feudali, tam domini quàm agnatorum ſimultanee inueſtitorum accedente conſenſu. Poſtea mortuo marito, cum tantum æris alieni emergeret, vt cætera bona neceſſario diſtraherentur, & vidua prædium iſtud iure ſui dotalitij retineret, euenit vt liberis prioris matrimonij vel nihil vel tam minutum quid, vt inde ſe alere non poſſent, reliquum eſſet. Quoniam autem iſtius dotalitij & æſtimatio & reditus aliquanto maiores eſſent, quam dos illata expoſceret: & priuigni à nouerca, non propterea quod nouerca eſſet, ſed propter exceſſum dotalitij, alimenta pro modo iſtius exceſſus peterent, quæſitum fuit, quid iuris. In cuius quæſtionis deciſione, etſi ſententijs variatum fuiſſe non ignoro: tamen probabilior & humanior mihi videtur eorum opinio, qui priuignorum petitionem iuri conſentaneam eſſe putarunt. Nam quemadmodum mulieri illi, vel quingentorum florenorum dotis illatæ nomine, & præterea aliorum quingentorum florenorum tanquam donationis propter nuptias, atque ita ſummatim mille florenorum proprietas: vel pro quolibet centenario decem floreni annui quoad ipſa vixerit, adeo debentur, vt etiam ab inuitis filijs alterutrum potuerit exigere, *prout vir nobiliſſimus & præſtantiſſimus Hartmannus Piſtoris dominus hæreditarius in Seuſelitz & Hirſtein fautor & amicus mihi plurimum colendus, pro eruditi-*

*eruditionis ſuæ copia & præſtantia ingenij, eruditiſſime declarauit lib. 1. quæſt. 4.* ita viciſsim dubio carere arbitror, id quod excurrit, meram eſſe & ſimplicem donationem, *per ea quæ tradit Rip. d. l. generaliter. q. 43. num. 149. C. de reuoc. donat.* Præterea etiam extra dubium eſſe puto, liberis non tantum iure naturæ alimenta deberi: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc.* ſed etiam inofficioſæ parentum donationis reuocationem concedi *tot. tit. C. de inoff. donat.* Quæ autem, ſaltem re & effectu, inofficioſa donatio eſſe poteſt, ſi hæc non eſt, qua alimenta liberis ſuperſtitibus ſubtrahuntur? His accedit illud, ſi pater à liberis alendis non liberatur expreſſo iuramento, multo minus eiuſmodi dotalitij conſtitutione, argumento ducto à maiore ad minus negatiue vel deſtructiue. *Euerh. in Topic. loc. 16.* ſed antecedens eſt verum. *Alex. conſil. 157. incip. Viſo inſtrumento donationis. num. 17. vol. 2. Io. de Sel. in tract. de iureiur. part. 3. num. 10.* Ergo & conſequens. Et huic parti, quicquid alij cenſuerint, eo magis adhæreo: cum videam ita etiam celeberrimum collegium Scabinorum Lipſenſium, viduæ, de iure hac in parte ſciſcitanti, Anno 1560. reſpondiſſe his verbis: S. W. Ob euch gleich ewer Juncker E. von S. ſeliger / gegen eweren eingebrachten 500. fl. Ehegeldes / mit gunſt des Lehenherrn vnd bewilligung der Mitbelehnten / vff das gut Z. zu ſampt deſſelbigen eingehörungen / recht vnd gerechtigkeiten beleibgedinget / Wo aber dennoch ſolch ewer Leibgeding vbermeſſig beſtalt were / vnd eweres Junckern hinterlaſſene Söhne / ſo er mit ſeinem vorigen Eheweibe gezeuget / von wegen der ſchulden / damit gedachter ewer Juncker ſeliger beladen geweſen / L. vnnd andere ſeine güter verkeuffen müſſen / vnd alſo von jhrem Vater nicht ſo viel bekommen / auch ſonſt ſo viel nicht hetten / das ſie ſich nottürfftiglich vnterhalten köndten / ſo würde jnen ſolche vbermaß zur alimentation vnd vnterhaltung billich gereicht vnd heraus gegeben / V. R. W.

Poſtquam ita de alimentis donatori debitis, in genere actum fuit, non inconueniens erit in ſpecie ad patronum de-
76 ſcendere: cum † inter alios modos iuris patronatus acqui-

rendi,

rendi, referatur etiam donatio. *c. filijs. 31. verſic. vel ditauit Eccleſiam. 16. q. 7. & in ſumm. tit. de iure patron. Goffred. num. 1. Hoſtienſ. num. 2.* In qua tamen donatione (liceat enim mihi obiter hoc inſerere) vt ex ea ius patronatus oriatur, tria concurrant oportet. Primum vt donans Eccleſiæ expreſſe ſibi ius patronatus reſeruet: cum id ex fundatione ſola aut dotatione non acquiratur. In dubio enim liberalitas erga Eccleſiã facta debet intelligi libere ab omni onere & vexatione ſeculari. *c. cum. dilecti. 6. extr. de donat. Paul. de Citad. in tr. de iur. patron. cauſſ. 2. tertiæ partis princ. nu. 13. Modeſt. Piſtor. conſ. 28. nu. 20. vol. 1.* Secundũ vt hæc reſeruatio fiat ante conſecrationem: ſi enim quis poſtea ius patronatus vellet vindicare, iam videretur imponi ſeruitus rei ſacræ, quod eſſe non debet. *l. ſeruitutes. 14. §. vlt. in fi. ff. de ſeruit.* Et quod humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non recipit. *l. caueri. 4. ff. commun. præd. gl. in c. piæ mentis. 26. verſic. ſi quis autem poſt conſecrationem. 16. q. 7.* Tertium vt etiam res donata, tam quoad qualitatem, quàm quantitatem hoc ius mereatur. Qualitatem, vt donans det ſponte ſine coactione, *c. non ſatis. diſtinct. 86.* & DEVS eſt remunerator non nominum ſed aduerbiorum, an male vel bene, ſponte vel coacte feceris. *gl. cap. 1. verb. qualitas. extr. de colluſ. deteg. Paul. de Citad. d. tract. de iur. patron. cauſ. 1. tertiæ part. princip. num. 51. & ſeqq.* item an res donatæ licite, vel minus, ſint acquiſitæ. *Paul. de Citad. d. cauſ. 1. num. 56. cum multis ſeqq.* Quantitatem: non enim propter quamlibet rem modicam datam ante conſecrationem efficitur quis patronus, niſi tantum dederit, quod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum & ad luminaria. *c. nemo. 9. de conſecrat. diſtinct. 1. gl. c. quicunq; fidelium. 30. verb. aliquid. 16. q. 7.* Cum igitur ius patronatus laicis concedatur remunerationis ergo, id quod ex definitione apparet: ſiquidem

77 † definitur poteſtas prouidendi Eccleſiæ procedens ex beneficijs ante conſecrationem Eccleſiæ collatis. *Archidiac. d. cap. piæ mentis. num. 2.* ideo alimentis ex donatione, merito ſubiungentur ea quæ patronis Eccleſiarum debentur. Te-

78 nendum igitur eſt, patronum † ab Eccleſia ali debere, *textus eſt in d. c. quicunque fidelium. & in cap. nobis. 25. cum ibi notat. per DD.*

*DD. extr. de iure patron. Goffred. in ſumm. d. tit. de iur. patron. nu. 2. Hoſtienſ. num. 3. Gul. Caſſad. in deciſ. eod. tit. de iure patr. deciſ. 3. num. 2. Paul. de Citadin. in eod. tract. de iur. patron. artic. 4. ſexta part. princ. num. 1. & ſeqq. & in eod. tract. Ceſ. Lamb. artic. 1. 2. & 3. quarta queſt. principal. Io. Nicol. eod. tract. num. 119. Sebaſt. Medic. in l. fin. gl. 2. part. 3. num. 72. ff. de ll. & eſt* COMMVNIS *opinio, Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 20. ff. de liber. a-*
79 *gnoſc.* Neque † putet quis, cum bona Eccleſiæ ſint pauperum, & inde omnibus egenis ſuccurri debeat. *c. aurum. 70. & ibi gl. verb. in his tribus. 12. queſt. 2.* patrono hac in parte nihil præcipuum competere. Nam reſpondetur, differentiam conſiſtere in modo prouidendi: abundantius & honorificentius alendus eſt patronus, quàm alij pauperes: ſiquidem perpetuo quandiu paupertas durat patrono alimenta ab illa ſola Eccleſia, cuius patronus eſt, debentur: ſed alij pauperes vel mendici, debent etiam aliunde quærere. *Ant. de Butr. d. c. nobis. num. 22. extr. de iur. patron. Paul. de Citadin. in d. tract. artic. 4. ſexta part. princip. num. 2. cum ſeq.* Deinde patrono mittenda ſunt alimenta in ipſius habitationem: quod officium exigere cæteris pauperibus regulariter non conceditur. vt
80 j. lib. 2. dicetur. Ampliatur autem † hæc de patroni alimentis aſſertio, vt procedat etiam in alendis eius liberis, vxore & tota familia. *text. eſt in d. c. quicunque fidelium. 30. verſic. ipſi aut filij eorum. cum cap. ſeq. 16. q. 7. Menoch. conſil. 321. incip. Etſi ex his. num. 2. Cordub. de Lar. in d. §. ſolent. num. 28.* Quinimo ſi patronus plures reliquerit liberos, omnibus debentur ali-
81 menta, cum ad omnes in ſolidum ius deuoluatur: at † ſi vniuerſitati competat ius patronatus, cum ſinguli non ſint patroni, ideo ſi vnus ex illo corpore egeſtate laboret, illi alimenta non debentur. *Roch. de Curt. in tractat. de iure patron. in verb. & vtile. num. 3. & 5. Io. Nic. in eod. tract. num. 122.*

82 Limitatur autem † vt vera ſit, ſaltem in patrono inope, ſecus ſi ipſi, ex adhuc ſuppetant facultates, ex quibus ſe alere poſſet. *d. c. quicunq; fidelium. 30. verſ. redacti fuerint ad inopiam. Ant. de Butr. d. c. nobis. num. 22. ext. de iur. patron. Cæpoll. conſil. criminal. 39. incip. Lucius. num. 10. Io. Nic. tract. de iur. patron. num.*

num. 125. Sebaſt. Medic. d. gl. 2. part. 3. num. 72. Modeſt. Piſtor. conſil. 43. num. 14. vol. 1. gl. Lehenr. artic. 2. in fin. vbi dicitur. Zum vierden/ſoll der Patron nuß von der Kirchen haben/das iſt/ ſeine narung/ als ob er arm würde/ vnd ſich nicht anders erneeren köndte/ per d. c. quicunq; fidelium. qua patroni inopia ceſſante, amplius hæc alimenta non debentur Menoch. d. conſil. 321. nu.
83 31. Etſi † autem gl. in d. c. quicunq; verb. ad inopiam requirere videatur ſummam egeſtatem, quaſi alimentorum petendorum facultas, patrono non niſi ad extremam inopiam redacto, concedatur: tamen hoc ſobrie eſt accipiendum, partim vt hoc beneficium impertiatur patrono, etiam antequã omnibus facultatibus penitus exuatur. per text. in d. c. nobis. 25. verſ. ſi ad inopiam vergat. extr. de iur. patron. partim vt nobilitas, valetudo, & aliæ perſonarum circumſtantiæ conſiderentur. Paul. de Citad. in d. artic. 4. ſextæ partis princip. num. 5. cum ſeqq. Tiraq. de Nobilitat. cap. 20. num. 159. Menoch. d. conſil. 321. num. 21. Mandell. conſil. 69. incip. Proponitur in facto. num. 7. & nonnihil faciunt huc ea quæ collegit Menoch. de arbitr. iudic. quæ-
84 ſtion. lib. 2. caſ. 56. Secundò limitatur, vt procedat † ſi Eccleſiæ ex fructibus, in perſonas Eccleſiaſticas inſumendis, aliquid ſuperſit. c. vlt. §. vlt. verſic. ſi propter inſtantem temporis neceſſitatem eis conſuli non poterit. 25. q. 2. gl. d. c. quicunq; fidelium. verb. ad inopiam. & bene huc quadrat textus in d. l. ſi quis à liberis. §. de alimentis. ibi: quandiu liberto ſuperſit, patrono deſit. ff. de liber. agnoſc. Cordub. de Lar. in d. §. ſolent. num. 22. & 23. Seb. Medic. d. num. 72. Nam ſi fructus in neceſſarios ſumtus perſonarum Eccleſiaſticarum omnes erogentur, iuſte denegantur patrono alimenta: ita in Tuſcia definitum fuiſſe per d. §. de alimentis. refert ibi ex Dyno Alber. de Roſat. & Bart. quem ſequitur Io. de Anan. in rubr. ext. de infant. expoſ. num. 10. eandemq; ſententiam probat Ang. in l. competens. per illum textum. C. de alend. liber. Tertiò limita-
85 tur, vt hæc † alimenta patrono præbeantur interueniente auctoritate Epiſcopi cuius inſpectioni Eccleſia iſta ſubeſt. Ant. de Butr. in c. cum & plantare. 3. num. 19. ext. de priuileg. Roch. Curt. tract. de iur. patron. verb. & vtile. num. 1. Io. Nic. in
86 eod. tract. num. 126. Quartò limitatur, vt patronis † duobus

extan-

extantibus, quorum alter altero plus in Eccleſiam contulit, vtriſq; ad egeſtatem redactis, pinguius prouidendum ſit ei, qui plus contulit. *Paul. de Citadin. d. art. 4. ſextæ partis principal q. 6. num. 12. Sebaſt. Medic. d. num. 72.* Quintò limitatur,
87 vt patrono † in Eccleſiam ingrato, hoc officium alendi non debeatur. *Paul. de Citad. d. artic. 4. quæſt. 8. num. 15. & 16. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. num. 56.* Hæc de Eccleſiarum patronis eorumque liberis alendis, cum inducta ſint ad exemplum iuris patronatus, ex manumiſsione ſeruorum orti, *vt teſtatur gl. in d. c. quicunq; fidelium. 30. verb. ad inopiam. in fin. 16. q. 7.* ideo vt potius priora confirmentur, quàm quod hodie manumiſsiones vſurpentur, breuiter ad-
88 dendum eſt, tam patrono † eiuſque liberis à liberto deberi alimenta, *l. 1. §. 1. verſ. ſed & patronos. ff. de offic. præfect. vrb. d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. ff. de lib. agnoſc. & l. 1. in fin. vbi Angel. nu. 3. C. de oper. libert. Zaſ. lib. 1 ſingul. reſponſ. cap. 3. num. 3.* (ſcilicet patrono ad inopiam redacto *d. l. ſi quis à liberis. §. de alimentis. Tiraq. de iur. primigen. quæſt. 75. num. 2. & congruit gl. iur. Saxonici lib. 1.* Landtr. *artic. 16. num. 2. verſ.* Zum dritten muß auch ein ſolcher freygelaſſener ſeinen Herrn erneeren/ wenn er es dürff-
89 tig wird/) quàm † econtra à patrono debere ali libertos egenos. *l. alimenta. 6. ff. de lib. agnoſc. l. diuus. 5. §. Imperatoris noſtri. ff. de iur. patron. l. ſi patronus. 33. ff. de bon. libert. Pract. Papienſ. in form. libell. de legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 115. Cordub. de Lar. d. §. ſolent. num. 14.* Quod poſterius de libertis alendis præcipuè obtinet, quando non tantum per ſe egeſtate laborant, ſed etiam nihilominus operas præſtare debent patrono: tum enim præter vinculum, quo patronus & & libertus ſibi inuicem obſtringuntur, accedit æquitas illa, quam conſiderat IC. *in l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. atq; ita allegatos textus d. l. diuus. 5. & d. l. ſi patronus. 33. adducit gl. d. artic. 16. num. 3. verſic.* Zum dritten/ ob er jhm bey ſeiner arbeit wegerte eſſen zugeben.

90 Eorundem libertorum occaſione non incommode quæri poteſt, an † ruſticis, operas conſuetas præſtantibus, nobiles cibum & potum præbere debeant, necne? & reſpondetur

detur quod ruſtici ſubditi, regulariter iſtas operas ſuo victu præſtare debeant *l. ſuo victu. 18. ff. de op. libert. Azo in l. liberti. 10. nu. 6. C. eod. Bart. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus nu. 31. ff. de condict. indeb. Bald. in d. l. liberti. 10. nu. 11. Iac. de S. Georg. in tract. de Royd. nu. 6. Guid. Pap. deciſ. 217. & 472. Caballin. milleloq. 575. Zaſ. lib. 1. ſingul. reſponſ. cap. 3. nu. 84. Io. Ferrar. Montan. lib. 6. de feud. cap. 3. verſ. de ſumtibus etiam quæſitum eſt. Io. Frid. in tract. de homin. propr. cap. 6. num. 91.* Limitatur tamen hæc reſponſio, pri-
91 mò vt † vera ſit in operis ex obligationis neceſsitate præſtandis, ſecus ſi ſubditi ſponte & ſignificandæ beneuolentiæ ergò, domino operentur: tum enim par eſt, vt ipſis à domino cibus & potus præſtetur *l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. Bald. & Iacobin. Guid. Pap. & Caballin. in d. locis. Io. Frider. d. cap. 6. nu.*
92 *93. & 94.* Deinde limitatur, niſi † diuerſum ex regionis conſuetudine ſit introductum, vel etiam expreſſe conuentum. *gl. l. excepto. 18. verb. conſuetudinem. C. de loc. & conduct. Io. Ferrar. d. cap. 3. Io. Frider. d. cap. 6. num. 92.* Tertiò limitatur, vt
93 † non procedat, quando ruſtici tam pauperes ſunt, vt de quo ſe exhibeant, interim dum domino operantur, non habeant: tum enim eos alere tenetur. *d. l. ſuo victu. 18. in fin. apoſtill. ad Guid. Pap. d. deciſ. 217. Zaſ. d. cap. 3. num. 56.*

94 Sic quia † in iure noſtro vaſalli libertis comparantur. *Aluar. in c. vn. §. ſi à morte dominum. num. 4. de alien. feud. pat. Nicol. Euerhard. in Topic. loc. 25. A libert. ad vaſall.* ideo neque inconueniens erit, de alimentis domino à vaſallo, *qua de re in vtramq; partem arguit Alb. Galeottus in Margarit. c. 38. num. 7. ſed non aperit in qua acquieſcat:* & econtra vaſallo à domino præſtandis, nonnihil in medium afferre. Etſi vero hic rurſum quæſtionem ordinis mihi moueri poſſe video, quaſi feudum inter contractus referri nec poſsit nec debeat, *vt contendit Franc. Hotoman. lib. 5. obſer. cap. 28.* tamen cum poſt varios opinionum fluctus, obtinuiſſe videam, vt inter contractus nominatos referatur: *Bart. in l. iuris gentium. §. quinimo. num. 19. ff. de pact. Iaſ. in l. vn. num. 8. ff. de condict. ex leg. Cotta in memoral. verb. Legitimatio facta. Zaſius in tract. de feud. part. 1. num. 5. & vltra cæteros omnes bene diſtinguit præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec. in tract. de feud. cap. 1. num. 3.* ideo

huic parti vt adhæream mihi videtur tutiſsimum. Ex com-
95 paratione † igitur illa vaſalli cum liberto, & domini cum patrono, affirmatiuam hac in parte theſin extruo, nempe à vaſallo dominum ali debere, non minus quàm à liberto patronum: *quo fundamento vtuntur Speculat. tit. qui fil. ſint. legit. num. 11. Bart. in l. alimenta. 6. §. Imperatoris. num. 2. ff. de liber. agnoſc. & in tract. de aliment. num. 45. Ant. de Butr. c. nobis. 25. nu. 23. ext. de iur. patron. Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. nu. 2. ff. de condict. indeb. & in prælud. feud. nu. 70. Iacobi de S. Georg. in tract. de feud. verb. qui quidem inueſtiti. num. 78. Matth. de Afflict. deciſ. 265. nu. 104. & ſeq. Io. Saiſon. in conſuetud. Turon. tit. 12. artic. 1. verſ. Vigeſima concluſio, dominum egenum. Nicol. Euerh. in Topic. loc. 25. A liberto ad vaſall. nu. 14. Petr. Gregor. Toloſ. lib. 6. ſyntagm. c. 19. num. 26. Io. Bapt. Pontan. tract. de aliment c. 11. num. 3. Ceſ. Lambertin. in tract. de iur. patron. artic. 2. tertiæ quæſt. princip. nu. 5. & Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 32. ff. de liber. agnoſc. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 12. num. 72.* Deinde probatur iſta theſis etiam hoc modo: vaſallus tenetur dominum defendere ipſiusque ſalutem promouere. *c. vnic. de noua form. fidel.* qui autem denegat alimenta, non defendit dominum, ſed necat. *l. necare. ff. de lib. agnoſc. Et hac poſteriore ratione vtuntur Bart. & Alberic. de Roſat. in d. §. Imperatoris. Pract. Papienſ. in libell. pro legat. rei ſingularis. verb. Coram vobis. nu. 161. cum ſeq. Iacobin. d. num. 78. Martin. Laudenſ. c. vnic. §. ſi facta. num. 10. ſi de feud. defunct. controuerſ. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. q. 39. nu. 145. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 4. verb. le vaſſal eſt tenu. nu. 20. Fr. Marc. deciſ. 460. n. 15. part. 1. Hartman. ab Epping. in obſeruat. tit. 54. obſer. 33. Petr. Gregor. Toloſ. d. num. 26.* Tertiò probatur etiam hoc argumento: ſi dominus tenetur vaſallum pauperem ex feudo ad ſe reuerſo alere, tum multò magis tenetur vaſallus dominum pauperem ex feudo quod ipſe accepit, alere. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Copulatum confirmatur ex eo, quia vaſallus obligatur domino ad *ἀντίδωρον. vulg. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.* dominus autem vaſallo non item. *Fr. Aret. in l. ſi quis non quaſi. 73. ff. de acquir. hæredit.* Aſſumtum probatur per

text.

text. expreſſum *c. vnic. §. mutus. Epiſcop. vel Abbat. feud. dar. non poſſ. Roſenthal. in tract. de feud. cap. 7. num. 70. cum alijs auctoritatibus, quas paulo inferius num. 121. adducam.*
96 Et hæc † ſententia, à vaſallo dominum inopem ali debere, adeo vera eſt, vt vaſallus, iſtud alendi officium prætermittens, feudo priuetur, *ita per d. c. vn. de noua form. fidel. cenſent Bart. in d. tract. de aliment. num. 45. Pract. Papienſ. d. verb. Coram vobis. num. 119. Iaſ. d. §. libertus. num. 2. Euerhard. d. loc. 25. num. 14. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 61. cum ſeq. Hartman. ab Epping. d. obſer. 33.* Cui ampliationi ſuffragatur hæc ratio: Ob quas cauſſas exhæredari filius poteſt à patre, ob eaſdem in dominum commiſſas vaſallus priuatur feudo. *c. vn. § præterea. quæ fuit prim. cauſſ. benefic. amitt. Io. Berberius in Viator. iur. part. 2. rubr. 13. num. 106. Bercholt. in tract. de feud. cap. 8. num. 131.* Sed filius, ſi patri inopi alimenta non det, poteſt exhæredari, *per §. aliud quoq; capitulum. verſic. vel vitæ parentum ſuorum per venenum aut alio modo inſidiari tentauerit. in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8. Bart. d. tract. de aliment. num. 10.* Ergo & vaſallus, ſi dominum inopem non alat, feudo poteſt priuari.
97 Ex † qua ratiocinatione ſimul etiam colligitur, hoc alendi onus, vaſallo non directe vel abſolute incumbere, ſed cauſſatiue, nempe niſi velit feudo excidere, prout ſ. de alimentis donanti à donatario debitis, hoc cap. num. 64. dictum eſt. atque ita procedit COMMVNIS opinio Doctorum putantium vaſallum non cogi neq; compelli dominum feudi alere. *Lud. Schrader. in tract. feudal. part. 6. cap. 6. num. 94. Nic. Vigel. de feud. cap. 5. cauſ. 32.* Præterea ampliatur hæc theſis, vt va-
98 ſallus † etiam teneatur exercitui domini de alimentis, quantum poteſt, proſpicere: non quidem vt integrum exercitum ſuis ſumtibus alat, ſed ne impediat, quo minus in caſtra aduehantur eſculenta & poculenta. *Raph. Cuman. conſil. 161. incip. A miles inueſtiuit. num. 4. verſ. Ad ſecundum patet.* Mul-
99 to † magis vaſallus curare debet, vt domino tranſeunte per terram vaſalli, copia annonæ proſtet. *Schneidvv. de feud. part. 5. num. 124. Ludol. Schrader. in tract. feudal. part. 6. cap. 6. nu. 123.*
100 Veruntamen limitatur iſta theſis, vt † vltra fructus feudi,

quod à domino illo alimenta petente accepit, extendenda non ſit, *ita tradit Bald. in l. vn. §. ſed ſcimus. num. 3. C. de lat. libert. tollend. Fr. Aret. in d. l. ſi quis non quaſi. 73. Iaſ. in prælud. feud. num. 70. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. d. §. 3. num. 145. Marc. Mant. lib. 2. obſer. cap. 16. Io. Garſ. de Expenſ. & Meliorat. cap. 12. num. 72. Pontan. tract. de aliment. c. 13. num. 9. Lu-*
101 *dol. Schrader. d. cap. 6. num. 96.* Et certe theſis † noſtra de domino per vaſallum alendo ad iſtum modum declarata, plurimum corroboratur ex ea limitatione, quam contrariæ opinionis aſſertores afferunt, ſtatuentes, vaſallum cui magnum feudum datum eſt, teneri dominum alere, *Aluarottus, Curtius, Clarus & alij in locis paulo infra iam allegandis, quibus addi poteſt Ludol. Schrader. d. cap. 6. num. 95. verſic. Quarto fallit, ſi feudum.* Quod ſi enim ex magno feudo alimenta debentur domino, non poterit profecto penitus ab hoc onere eximi is, qui paruum accepit feudum, quin teneatur domini neceſsitatibus ſubuenire, ſaltem pro modo ſui feudi: ſumto argumento à proportione, de quo fere in terminis ſcribit Bald. *in auth. ceſſante. nu. 2. C. de legit. hæred. Marc. Mant. lib. 2. obſer. cap. 19. verſ. Septuageſimus nonus eſt à proportione: quibus addi poſſunt ea, quæ*
102 *collegit Nic. Euerhard. in Topic. loc. 17. A proportion.* Iam quia † aliqui ex Doctoribus, ab hac noſtra affirmatiua in partem negatiuuam abeunt, ideo conſiderandum eſt, quibuſnam rationibus moueantur. Sanè ſi omnes, qui huic negatiuæ opinioni adhærent, conſiderauerimus, inueniemus, quinque præcipue fundamenta afferri: quorum primum eſt, quod vaſallo, iſtud onus alendi dominum, nullibi in iure ſit impoſitum. *Iac. de Ardiz. in tract. feud. c. 61. quem ſequitur Io. Andr. in addit. ad Specul. d. tit. qui filij ſint legit. nu. 11. & hunc porro, Hannetonius de iure feudor. lib. 1. cap. 10. circa fin. Aluarott. in c. vn. §. licet vaſallus. num. 6. ſi de feud. defunct. controuerſ. Salic. in l. ſolo. 30. num. 3. C. de liber. cauſſ. Iacobin. de S. Georg. verb. Et cum pacto quod dicti vaſalli. num. 7. Franc. Curt. in tract. feud. part. 4. num. 9. Io. Frider.*
103 *de hominib. proprijs cap. 6. num. 46.* Secundum † ſumitur *ex d. c. vn. §. licet vaſallus. verſic. inde quæſitum eſt. ſi de feud. defunct. content. ſit int. dom. & agnat. vaſall.* vbi cum textus dicat, quod ſi

domi-

dominus iurauerit aliquid ſoluere, & poſtea egeſtate ſuperueniente impediatur, quo minus promiſsionem ſuam iuratam impleat, vaſallus non teneatur pro domino ſoluere, atq; ita animam domini à periurio liberare: ex eo inferunt Doctores noſtri, ideo multominus teneri vaſallum domini inopis corpori ſubuenire, cum anima ſit precioſior qualibet alia re. *l. ſancimus. in fin. C. de SS. Eccleſ. ita arguit Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Franc. Curt. d. part. 4. num. 9. Iacobin. de S. Georg. d. num. 7. Schneidvv. in tract. de feud. part. 5. num. 122. Ro-*
104 *ſenthal de feud. cap. 8. num. 52.* Tertium † argumentum, quo fulcitur hæc ſententia, ſumitur ex l. 3. in fin. ff. vbi pupill. educ. ex quo textu colligitur, quod amicus amico alimenta dare non teneatur. *Iac. de Ardiz. d. cap. 61. Salic. d. l. ſolo. 30. in fin. C. de lib. cauſſ. Iac. de S. Georg. in d. verb. Et cum pacto quod dicti vaſalli. num. 7. & in tract. de homag. num. 29. circa fin. Io.*
105 *Blanch. lib. 2. feudor. cap. 1. num. 43.* Quartum † eſt, quia domino per vaſallum conuento non competit beneficium, ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt, ideo nec alimentorum petitio. *arg. l. in condemnatione. in pr. ff. de reg. iur.*
106 *Iacobin. d. loc.* Quintum † argumentum ſumunt *ex l. 3. §. pen. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Iacob. de Ardiz. d. cap. 61. Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Bertrand. conſil. 52. incip. Vidi copiam partis. num. 8. vol. 4. Franc. Curt. d. part. 4. num. 9. Iacobin. de S. Georg. d. locis. Blanch. d. cap. 1. num. 43.* Propter quæ fundamenta nonnullis hæc negatiua ſententia adeo placuit, vt eam COMMVNEM eſſe aſſeruerint. *Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Bertrand. d. conſil. 52. num. 8. & 9. Clar. §. feudum. quæſt. 23. Schneidvv. d. num. 122. Roſenthal. d. num. 52.* Quæ
107 argumenta † omnia, ſi quis paulo diligentius animo perluſtrauerit, animaduertet, nequaquam eius eſſe ponderis, vt negatiuam ſententiam, cuius probandæ ergò afferuntur, confirment. Ad primum enim reſpondetur per negationem. Nam cum ſententia affirmatiua, bonis rationibus ex iure noſtro petitis, ſuperius fuerit corroborata. quarum prima deſumta fuit à comparatione liberti & vaſalli: altera *ex d. c. vn. de noua form. fidel. cum d. l. necare. ff. de liber. agnoſc.* tertia *ex d.*

*c. vn. §. mutus. Epiſcop. vel Abbat. feud. dar. non poſſ.* quarta *ex d. c. vn. §. præterea. quæ fuit prim. cauſſ. benef. amitt.* quibus inſuper addi poteſt *c. vn. in princ. de not. feud.* & ſexto loco argumentum à proportione ſumtum, dum conceditur ex magno feudo ali debere dominum: cuilibet manifeſtum ſit, iure eam neutiquam deſtitui, *per l. nominis. 6. §. verbum. ff. de verb. ſignif.*
108 Ad ſecundum † reſpondetur, negando rationem conſequentiæ: ſi enim eam concederemus, ſequeretur vaſallum penitus non obſtrictum eſſe, incolumitati corporis domini conſulere. Quæ res non tantum feneſtram aperiret perfidiæ vaſallorum, ſed etiam maximam partem iuris feudalis euerteret. Deinde ratio conſequentiæ propterea non poteſt concedi: quia dominus, ſi iuret dare certo termino aliquam ſummam pecuniæ, & poſtea ad eiuſmodi paupertatem redigatur, vt ipſi impoſsibilis fiat pecuniæ promiſſæ ſolutio, non fit periurus. *c. breui ſciſcitatus. 17. ext. de iureiur. Hipp. de Marſil. in tract. de fideiuſſ. num. 159.* Cum itaque in d. §. licet vaſallus. propter paupertatem domini ceſſet periurij periculum, fames verò non item, ſed magis magiſque inſtet, poſcat & vrgeat, non conſiderato vtrum aliquid de quo ipſi ſatisfiat, ſuppetat, necne: ideo ob rationis diuerſitatem, huic argu-
109 mentationi locus non datur. Similiter † neq; tertium argumentum obſtat: quia vaſallus domino alimenta tenetur præſtare, non vt amico vel ob amicitiam familiari tantum conuerſatione quæſitam. *l. latæ culpæ. 223. §. amicos. ff. de verb. ſignific.* ſed vt benefactori vel ob beneficium à domino acceptum: quemadmodum etiam partim de donatore partim de
110 patrono alendis paulo ante dictum fuit. Ad quartum † argumentum reſponderi poterit dupliciter: Primo negando antecedens, quia dominus agenti vaſallo, exceptionem, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, opponere poteſt, *per text. c. vn. in princ. de not. feudor. Io. Faber & Angel. Aret. in §. ſed & ſi quis cum parente. Inſtit. de action.* Deinde reſpondetur negando rationem conſequentiæ: quæ negatio optime aſtruitur exemplo fratrum, quorum alteri per alterum conuento, denegatur quidem beneficium, ne conueniatur niſi in quan-

quantum facere poteſt, & nihilominus tamen alimentorum petitio conceditur, *quemadmodum traditum fuit ſ. hoc lib. 1. cap. 9. nu. 4.*

111 In quinto † argumento *ex l. 3. §. filium. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. deſumto* ſimiliter nego rationem conſequentiæ. Dum enim ibi dicitur, filium vt pro patre fideiubeat, cogi non poſſe, licet in emancipatióne partem bonorum donationis cauſſa à patre acceperit: ſi iam quis inde inferre velit, ergo vaſallum, domino à quo feudum accepit, non teneri alimenta præſtare: quilibet intelligit hæc non cohærere: propterea quod onus debiti vel paterni vel dominici agnoſcere, longe differat ab onere alimentorum præſtandorum, nec ab vno ad alterum iure fiat illatio. *Vital. de Camban. in tract. Clauſular. cap. pen. num. 285.* Certum enim eſt, nec filium pro patre, nec patrem pro filio, nec libertum pro patrono rectè conueniri, *vt patet ex tot. tit. C. ne filius pro patre, &c. Boër. deciſ. 128. num. 6. per illum ipſum textum d. l. 3. §. filium. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* interim tamen palam eſt, iſtam diſpoſitionem iuri alimentorum nequaquam obſtare, *textus eſt apertus in d. l. ſi quis à liberis. § parens. ff. de liber agnoſc.*

112 Quemadmodum autem concedo † vaſallum ad domini debita perſoluenda regulariter non obſtringi: *d. §. licet vaſallus. Bald. in l. ob cauſſam. 3. per illum textum. C. de obligat. & act. Natta conſil. 380. incip. Notabilis eſt quæſtio. nu. 11. Nic. Boër. d. deciſ. 128.* ita nego inde ſequi vaſallum non debere alimenta domino. Quoniam igitur ſententia affirmatiua bonis rationibus nititur, rationes autem quæ ad negatiuam opinionem fulciendam adducuntur, non ſubſiſtunt, ideo non curandum eſt quod aliqui Doctores de communi opinione teſtantur, *per ea quæ tractantur à noſtris Doctoribus in c. 1. ext. de conſtit. & collecta ſunt à Corat. in tract. de commun. opin. lib. 2. tit. 19. num. 87.*

113 Econtrario de alimentis † vaſallo per dominum præſtandis, non videtur recipienda generalis illa aſſeueratio, vaſallum alendum eſſe à domino, quam placere video Practico Papienſi *tit. pro legato rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 121. cum ſeqq.* Ratio enim qua ille mouetur, quod vaſallus & do-

vt donatoris liberos naturales tantum vel etiam inceſtuoſos, alimentis penitus deſtitutos, donatarius pro ratione rei donatæ teneatur alere. *Ripa. l. ſi vnquam. quæſt. 27. C. de reuoc. donat. Gabr. Paleot. tract. de Noth. & ſpur. cap. 34. num. vlt. Didac. Couar. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* Eandemq; ſententiam vlterius confirmari arbitror ex mente & ſententia tot. tit. C. de inoff. donat. Quod enim ex naturali ratione liberis donatoris debetur, id à donatario ijs debet reſtitui. Sed alimenta naturali ratione debentur liberis ſpurijs donatoris. Ergo alimenta à donatario filijs ſpurijs donatoris debent reſtitui. Maior probatur *ex l. ſi totas. 5. verſ. debitum bonorum ſubſidium conſequantur. C. de inoffic. donat. iuncta l. cum ratio. ff. de bon. damn.* deinde probatur etiam ex eo, quod nec voluntas donantis attendatur, *tot. tit. C. de inoff. don. iuncta §. ſed naturalia. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuil. Bart. in l. Titia. 89. §. Imperator. in pr. verſ. Iſta diſtinctio Dyni. ff. de leg. 2. Cranett. in conſilio ſuo quod extat apud Cacheran. poſt deciſ. 122. incip. Cogor. num. 17.* Minoris probatio petenda eſt ex cap. 3. huius

73 libri. Neque nos † mouere debet id, quod vno ore affirmant Doctores noſtri, donationem non reuocari per natiuitatem filij naturalis, *latè Tiraq. in d. l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. num. 45. cum ſeqq. Ant. Gab. Roman. in commun. opin. lib. 3. tit. de donat. concl. 2. num. 81.* Nam ibi reuocantur omnia bona donata, propter ſucceſsionem filiorum naturalium & legitimorum: cuius cum regulariter ſint incapaces filij naturales, *Ludouic. Sard. in tract. de legitimation. part. 2. num. 150. verſic. primo quæritur quomodo naturales ſuccedant patri. Gabriel. Paleot. de Noth. & ſpurijs. cap. 35. & 38. Schneidevv. ad tit. Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. verſic. de ſucceſſione ſpurior.* alimenta autem omnino ijs debeantur, *vt s. cap. 3. fuit dictum*: ideo à ſucceſsionis denegatione, ad alimentorum denegationem, non procedit argumentatio: cum multis alimenta præſtentur, qui ſuccedere iure prohibentur. *Nic. de Vbald. in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 4. num. 12. per auth. ſi quis igitur. in Auth. quibus mod. natural. effic. ſui. collat. 7. & auth. licet. C. de natur. lib.*

74 Multo † minus nobis ſcrupulum inijcere poteſt ratio Vaſ-

quij

quij *in tract. de ſucceſſion. tom. 1. §. 20. num. 316.* dicentis, donatario filios adulterinos vel inceſtuoſos donatoris alendi neceſsitatem non incumbere, propterea quod patri inuito hoc onus non poſsit iniungi, *per auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt.* Hæc enim ratio, cum ex iuris Canonici tam in ſeculari quam Eccleſiaſtico foro recepta diſpoſitione, ſit falſa, *vt probaui 5. cap. 3. huius libri*, per ſe totum argumentum corruit.

Cæterum huius tertiæ limitationis occaſione admoni-
75 tus, ſilentio præterire † non poſſum id, quod ex facto aliquando incidiſſe ſcio. Quidam enim nobilis mortua priore coniuge, ex qua aliquot liberos ſuſceperat, in matrimonium duxit Titiam: cui, dotem quingentorum florenorum afferenti, conſtituit dotalitium in prædio feudali, tam domini quàm agnatorum ſimultanee inueſtitorum accedente conſenſu. Poſtea mortuo marito, cum tantum æris alieni emergeret, vt cætera bona neceſſario diſtraherentur, & vidua prædium iſtud iure ſui dotalitij retineret, euenit vt liberis prioris matrimonij vel nihil vel tam minutum quid, vt inde ſe alere non poſſent, reliquum eſſet. Quoniam autem iſtius dotalitij & æſtimatio & reditus aliquanto maiores eſſent, quam dos illata expoſceret: & priuigni à nouerca, non propterea quod nouerca eſſet, ſed propter exceſſum dotalitij, alimenta pro modo iſtius exceſſus peterent, quæſitum fuit, quid iuris. In cuius quæſtionis deciſione, etſi ſententijs variatum fuiſſe non ignoro: tamen probabilior & humanior mihi videtur eorum opinio, qui priuignorum petitionem iuri conſentaneam eſſe putarunt. Nam quemadmodum mulieri illi, vel quingentorum florenorum dotis illatæ nomine, & præterea aliorum quingentorum florenorum tanquam donationis propter nuptias, atque ita ſummatim mille florenorum proprietas: vel pro quolibet centenario decem floreni annui quoad ipſa vixerit, adeo debentur, vt etiam ab inuitis filijs alterutrum potuerit exigere, *prout vir nobiliſſimus & præſtantiſſimus Hartmannus Piſtoris dominus hæreditarius in Seuſelitz & Hirſtein fautor & amicus mihi plurimum colendus, pro*

*eruditionis ſuæ copia & præſtantia ingenij, eruditiſſime declarauit lib. 1. quæſt. 4.* ita viciſsim dubio carere arbitror, id quod excurrit, meram eſſe & ſimplicem donationem, *per ea quæ tradit Rip. d. l. generaliter. q. 43. num. 149. C. de reuoc. donat.* Præterea etiam extra dubium eſſe puto, liberis non tantum iure naturæ alimenta deberi: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc.* ſed etiam inofficioſæ parentum donationis reuocationem concedi *tot. tit. C. de inoff. donat.* Quæ autem, ſaltem re & effectu, inofficioſa donatio eſſe poteſt, ſi hæc non eſt, qua alimenta liberis ſuperſtitibus ſubtrahuntur? His accedit illud, ſi pater à liberis alendis non liberatur expreſſo iuramento, multo minus eiuſmodi dotalitij conſtitutione, argumento ducto à maiore ad minus negatiue vel deſtructiue. *Euerh. in Topic. loc. 16.* ſed antecedens eſt verum. *Alex. conſil. 157. incip. Viſo inſtrumento donationis. num. 17. vol. 2. Io. de Sel. in tract. de iureiur. part. 3. num. 10.* Ergo & conſequens. Et huic parti, quicquid alij cenſuerint, eo magis adhæreo: cum videam ita etiam celeberrimum collegium Scabinorum Lipſenſium, viduæ, de iure hac in parte ſciſcitanti, Anno 1560. reſpondiſſe his verbis: S. W. Ob euch gleich ewer Juncker C. von S. ſeliger / gegen eweren eingebrachten 500. fl. Ehegeldes / mit gunſt des Lehenherrn vnd bewilligung der Mitbelehnten / vff das gut Z. zu ſampt deſſelbigen eingehörungen / recht vnd gerechtigkeiten beleibgedinget/ Wo aber dennoch ſolch ewer Leibgeding vbermeſſig beſtalt were / vnd eweres Junckern hinterlaſſene Söhne/ ſo er mit ſeinem vorigen Eheweibe gezeuget/ von wegen der ſchulden/ damit gedachter ewer Juncker ſeliger beladen geweſen/ L. vnnd andere ſeine güter verkeuffen müſſen / vnd alſo von jhrem Vater nicht ſo viel bekommen / auch ſonſt ſo viel nicht hetten/ das ſie ſich nottürfftiglich vnterhalten köndten/ ſo würde jnen ſolche vbermaß zur alimentation vnd vnterhaltung billich gereicht vnd heraus gegeben / V. R. W.

Poſtquam ita de alimentis donatori debitis, in genere actum fuit, non inconueniens erit in ſpecie ad patronum de-
76 ſcendere: cum † inter alios modos iuris patronatus acqui-

rendi,

rendi, referatur etiam donatio. *c. filijs. 31. verſic. vel ditauit Eccleſiam. 16. q. 7. & in ſumm. tit. de iure patron. Goffred. num. 1. Hoſtienſ. num. 2.* In qua tamen donatione (liceat enim mihi obiter hoc inſerere) vt ex ea ius patronatus oriatur, tria concurrant oportet. Primum vt donans Eccleſiæ expreſſe ſibi ius patronatus reſeruet: cum id ex fundatione ſola aut dotatione non acquiratur. In dubio enim liberalitas erga Eccleſiā facta debet intelligi libere ab omni onere & vexatione ſeculari. *c. cum. dilecti. 6. extr. de donat. Paul. de Citad. in tr. de iur. patron. cauſſ. 2. tertiæ partis princ. nu. 13. Modeſt. Piſtor. conſ. 28. nu. 20. vol. 1.* Secundū vt hæc reſeruatio fiat ante conſecrationem: ſi enim quis poſtea ius patronatus vellet vindicare, iam videretur imponi ſeruitus rei ſacræ, quod eſſe non debet *l. ſeruitutes. 14 §. vlt. in fi. ff. de ſeruit.* Et quod humani iuris eſſe deſinit, ſeruitutem non recipit. *l. caueri. 4. ff. commun. præd. gl. in c. piæ mentis. 26. verſic. ſi quis autem poſt conſecrationem. 16. q. 7.* Tertium vt etiam res donata, tam quoad qualitatem, quàm quantitatem hoc ius mereatur. Qualitatem, vt donans det ſponte ſine coactione, *c. non ſatis. diſtinct. 86.* & DEVS eſt remunerator non nominum ſed aduerbiorum, an male vel bene, ſponte vel coacte feceris *gl. cap. 1. verb. qualitas. extr. de colluſ. deteg. Paul. de Citad. d. tract. de iur. patron. cauſ. 1. tertiæ part. princip. num. 51. & ſeqq.* item an res donatæ licite, vel minus, ſint acquiſitæ. *Paul. de Citad. d. cauſ. 1. num. 56. cum multis ſeqq.* Quantitatem: non enim propter quamlibet rem modicam datam ante conſecrationem efficitur quis patronus, niſi tantum dederit, quod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum & ad luminaria. *c. nemo. 9. de conſecrat. diſtinct. 1. gl. c. quicunq; fidelium. 30. verb. aliquid. 16. q. 7.* Cum igitur ius patronatus laicis concedatur remunerationis ergo, id quod ex definitione apparet: ſiqui-
77 dem † definitur poteſtas prouidendi Eccleſiæ procedens ex beneficijs ante conſecrationem Eccleſiæ collatis. *Archidiac. d. cap. piæ mentis. num. 2.* ideo alimentis ex donatione, merito ſubiungentur ea quæ patronis Eccleſiarum debentur. Te-
78 nendum igitur eſt, patronum † ab Eccleſia ali debere, *textus eſt in d. c. quicunque fidelium. & in cap. nobis. 25. cum ibi notat. per*

*DD.*

*DD. extr. de iure patron. Goffred. in ſumm. d. tit. de iur. patron. nu. 2. Hoſtienſ. num. 3. Gul. Caſſad. in deciſ. eod. tit. de iure patr. deciſ. 3. num. 2. Paul. de Citadin. in eod. tract. de iur. patron. artic. 4. ſexta part. princ. num. 1. & ſeqq. & in eod. tract. Ceſ. Lamb. artic. 1. 2. & 3. quarta quaeſt. principal. Io. Nicol. eod. tract. num. 119. Sebaſt. Medic. in l. fin. gl. 2 part. 3. num. 72. ff. de ll. & eſt* COMMVNIS *opinio, Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 20. ff. de liber. a-*
79 *gnoſc.* Neque † putet quis, cum bona Eccleſiæ ſint pauperum, & inde omnibus egenis ſuccurri debeat. *c. aurum. 70. & ibi gl. verb. in his tribus. 12. quaeſt. 2.* patrono hac in parte nihil præcipuum competere. Nam reſpondetur, differentiam conſiſtere in modo prouidendi: abundantius & honorificentius alendus eſt patronus, quàm alij pauperes: ſiquidem perpetuo quandiu paupertas durat patrono alimenta ab illa ſola Eccleſia, cuius patronus eſt, debentur: ſed alij pauperes vel mendici, debent etiam aliunde quærere. *Ant. de Butr. d. c. nobis. num. 22. extr. de iur. patron. Paul. de Citadin. in d. tract. artic. 4. ſexta part. princip. num. 2. cum ſeq.* Deinde patrono mittenda ſunt alimenta in ipſius habitationem: quod officium exigere cæteris pauperibus regulariter non conceditur. vt
80 j. lib. 2. dicetur. Ampliatur autem † hæc de patroni alimentis aſſertio, vt procedat etiam in alendis eius liberis, vxore & tota familia. *text. eſt in d. c. quicunque fidelium. 30. verſic. ipſi aut filij eorum. cum cap. ſeq. 16. q. 7. Menoch. conſil. 321. incip. Etſi ex his. num. 2. Cordub. de Lar. in d. §. ſolent. num. 28.* Quinimo ſi patronus plures reliquerit liberos, omnibus debentur ali-
81 menta, cum ad omnes in ſolidum ius deuoluatur: at † ſi vniuerſitati competat ius patronatus, cum ſinguli non ſint patroni, ideo ſi vnus ex illo corpore egeſtate laboret, illi alimenta non debentur. *Roch. de Curt. in tractat. de iure patron. in verb. & vtile. num. 3. & 5. Io. Nic. in eod. tract. num. 122.*

82 Limitatur autem † vt vera ſit, ſaltem in patrono inope, ſecus ſi ipſi, ex adhuc ſuppetant facultates, ex quibus ſe alere poſſet. *d. c. quicunq; fidelium. 30. verſ. redacti fuerint ad inopiam. Ant. de Butr. d. c. nobis. num. 22. ext. de iur. patron. Cœpoll. conſil. criminal. 39. incip. Lucius. num. 10. Io. Nic. tract. de iur. patron.*
*num.*

*num. 125. Sebaſt. Medic. d. gl. 2. part. 3. num. 72. Modeſt. Piſtor. conſil. 43. num. 14. vol. 1. gl.* Lehenr. *artic. 2. in fin. vbi dicitur.* Zum vierden/ſoll der Patron nutz von der Kirchen haben/das iſt/ ſeine narung/ als ob er arm würde/ vnd ſich nicht anders erneeren köndte/ *per d. c. quicunq; fidelium.* qua patroni inopia ceſſante, amplius hæc alimenta non debentur *Menoch. d. conſil. 321. nu.*
83 *31.* Etſi † autem gl. *in d. c. quicunq; verb. ad inopiam* requirere videatur ſummam egeſtatem, quaſi alimentorum petendorum facultas, patrono non niſi ad extremam inopiam redacto, concedatur: tamen hoc ſobrie eſt accipiendum, partim vt hoc beneficium impertiatur patrono, etiam antequã omnibus facultatibus penitus exuatur. *per text. in d. c. nobis. 25. verſ. ſi ad inopiam vergat. extr. de iur. patron.* partim vt nobilitas, valetudo, & aliæ perſonarum circumſtantiæ conſiderentur. *Paul. de Citad. in d. artic. 4. ſextæ partis princip. num. 5. cum ſeqq. Tiraq. de Nobilitat. cap. 20. num. 159. Menoch. d. conſil. 321. num. 21. Mandell. conſil. 69. incip. Proponitur in facto. num. 7. & nonnihil faciunt huc ea quæ collegit Menoch. de arbitr. iudic. quæ-*
84 *ſtion. lib. 2. caſ. 56.* Secundò limitatur, vt procedat † ſi Eccleſiæ ex fructibus, in perſonas Eccleſiaſticas inſumendis, aliquid ſuperſit. *c. vlt. §. vlt. verſic. ſi propter inſtantem temporis neceſſitatem eis conſuli non poterit. 25. q. 2. gl. d. c. quicunq; fidelium. verb. ad inopiam. & bene huc quadrat textus in d. l. ſi quis à liberis. §. de alimentis. ibi: quandiu liberto ſuperſit, patrono deſit. ff. de liber. agnoſc. Cordub. de Lar. in d. §. ſolent. num. 22. & 23. Seb. Medic. d. num. 72.* Nam ſi fructus in neceſſarios ſumtus perſonarum Eccleſiaſticarum omnes erogentur, iuſte denegantur patrono alimenta: *ita in Tuſcia definitum fuiſſe per d. §. de alimentis. refert ibi ex Dyno Alber. de Roſat. & Bart. quem ſequitur Io. de Anan. in rubr. ext. de infant. expoſ. num. 10. eandemq; ſententiam probat Ang. in l. competens. per illum textum. C. de alend. liber.* Tertiò limita-
85 tur, vt hæc † alimenta patrono præbeantur interueniente auctoritate Epiſcopi cuius inſpectioni Eccleſia iſta ſubeſt. *Ant. de Butr. in c. cum & plantare. 3. num. 19. ext. de priuileg. Roch. Curt. tract. de iur. patron. verb. & vtile. num. 1. Io. Nic. in*
86 *eod. tract. num. 126.* Quartò limitatur, vt patronis † duobus

extan-

extantibus, quorum alter altero plus in Eccleſiam contulit, vtriſq; ad egeſtatem redactis, pinguius prouidendum ſit ei, qui plus contulit. *Paul. de Citadin. d. art. 4. ſextæ partis principal q. 6. num. 12. Sebaſt. Medic. d. num. 72.* Quintò limitatur,
87 vt patrono † in Eccleſiam ingrato, hoc officium alendi non debeatur. *Paul. de Citad. d. artic. 4. quæſt. 8. num. 15. & 16. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. num. 56.* Hæc de Eccleſiarum patronis eorumque liberis alendis, cum inducta ſint ad exemplum iuris patronatus, ex manumiſsione ſeruorum orti, *vt teſtatur gl. in d. c. quicunq; fidelium. 30. verb. ad inopiam. in fin. 16. q. 7.* ideo vt potius priora confirmentur, quàm quod hodie manumiſsiones vſurpentur, breuiter ad-
88 dendum eſt, tam patrono † eiuſque liberis à liberto deberi alimenta, *l. 1. §. 1. verſ. ſed & patronos. ff. de offic. præfect. vrb. d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. ff. de lib. agnoſc. & l. 1. in fin. vbi Angel. nu. 3. C. de oper. libert. Zaſ. lib. 1 ſingul. reſponſ. cap. 3. num. 3.* (ſcilicet patrono ad inopiam redacto *d. l. ſi quis à liberis. §. de alimentis. Tiraq. de iur. primigen. quæſt. 75. num. 2. & congruit gl. iur. Saxonici lib. 1.* Landtr. *artic. 16. num. 2. verſ.* Zum dritten muß auch ein ſolcher freygelaſſener ſeinen Herrn erneeren/ wenn er es dürff-
89 tig wird/) quàm † econtra à patrono debere ali libertos egenos. *l. alimenta. 6. ff. de lib. agnoſc. l. diuus. 5. §. Imperatoris noſtri. ff. de iur. patron. l. ſi patronus. 33. ff. de bon. libert. Pract. Papienſ. in form. libell. de legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 115. Cordub. de Lar. d. §. ſolent. num. 14.* Quod poſterius de libertis alendis præcipuè obtinet, quando non tantum per ſe egeſtate laborant, ſed etiam nihilominus operas præſtare debent patrono: tum enim præter vinculum, quo patronus & & libertus ſibi inuicem obſtringuntur, accedit æquitas illa, quam conſiderat IC. *in l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. atq; ita allegatos textus d. l. diuus. 5. & d. l. ſi patronus. 33. adducit gl. d. artic. 16. num. 3. verſic.* Zum dritten/ ob er jhm bey ſeiner arbeit wegerte eſſen zugeben.

90 Eorundem libertorum occaſione non incommode quæri poteſt, an † ruſticis, operas conſuetas præſtantibus, nobiles cibum & potum præbere debeant, necne? & reſpondetur

detur quod ruſtici ſubditi, regulariter iſtas operas ſuo victu præſtare debeant *l. ſuo victu. 18. ff. de op. libert. Azo in l. liberti. 10. nu. 6. C. eod. Bart. in l ſi non ſortem. 26. §. libertus nu. 31. ff. de condict. indeb. Bald. in d. l. liberti. 10. nu. 11. Iac. de S. Georg. in tract. de Royd. nu. 6. Guid. Pap. deciſ. 217. & 472. Caballin. milleloq. 575. Zaſ. lib. 1. ſingul. reſponſ. cap. 3. nu. 84. Io. Ferrar. Montan. lib. 6. de feud. cap. 3. verſ. de ſumtibus etiam quæſitum eſt. Io. Frid. in tract. de homin. propr. cap. 6. num. 91.* Limitatur tamen hæc reſponſio, pri-
91 mò vt † vera ſit in operis ex obligationis neceſsitate præſtandis, ſecus ſi ſubditi ſponte & ſignificandæ beneuolentiæ ergò, domino operentur: tum enim par eſt, vt ipſis à domino cibus & potus præſtetur *l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. Bald. & Iacobin. Guid. Pap. & Caballin. in d. locis. Io. Frider. d. cap. 6. nu.*
92 *93. & 94.* Deinde limitatur, niſi † diuerſum ex regionis conſuetudine ſit introductum, vel etiam expreſſe conuentum. *gl. l. excepto. 18. verb. conſuetudinem. C. de loc. & conduct. Io. Ferrar. d. cap. 3. Io. Frider. d. cap. 6. num. 92.* Tertiò limitatur, vt
93 † non procedat, quando ruſtici tam pauperes ſunt, vt de quo ſe exhibeant, interim dum domino operantur, non habeant: tum enim eos alere tenetur. *d. l. ſuo victu. 18 in fin. apoſtill. ad Guid. Pap. d. deciſ. 217. Zaſ. d. cap. 3. num. 56.*

94 Sic qui † in iure noſtro vaſalli libertis comparantur. *Aluar. in c. vn. §. ſi à morte dominum. num. 4. de alien. feud. pat. Nicol. Euerhard. in Topic. loc. 25. A libert. ad vaſall.* ideo neque inconueniens erit, de alimentis domino à vaſallo, *qua de re in vtramq; partem arguit Alb. Galeottus in Margarit. c. 38. num. 7. ſed non aperit in qua acquieſcat:* & econtra vaſallo à domino præſtandis, nonnihil in medium afferre. Etſi vero hic rurſum quæſtionem ordinis mihi moueri poſſe video, quaſi feudum inter contractus referri nec poſsit nec debeat, *vt contendit Franc. Hotoman. lib. 5. obſer. cap. 28.* tamen cum poſt varios opinionum fluctus, obtinuiſſe videam, vt inter contractus nominatos referatur: *Bart. in l. iuris gentium. 9. quinimo. num. 19. ff. de pact. Iaſ. in l. vn. num. 8. ff. de condict. ex leg. Cotta in memoral. verb. Legitimatio facta. Zaſius in tract. de feud. part. 1. num. 5. & vltra cæteros omnes bene diſtinguit præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec. in tract. de feud. cap. 1. num. 3.* idcirco

 huic

huic parti vt adhæream mihi videtur tutiſsimum. Ex com-
95 paratione † igitur illa vaſalli cum liberto, & domini cum patrono, affirmatiuam hac in parte theſin extruo, nempe à vaſallo dominum ali debere, non minus quàm à liberto patronum: *quo fundamento vtuntur Speculat. tit. qui fil. ſint. legit. num. 11. Bart. in l. alimenta. 6. §. Imperatoris. num. 2. ff. de liber. agnoſc. & in tract. de aliment. num. 45. Ant. de Butr. c. nobis. 25. nu. 23. ext. de iur. patron. Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. nu. 2. ff. de condict. indeb. & in prælud. feud. nu. 70. Iacobi. de S. Georg. in tract. de feud. verb. qui quidem inueſtiti. num. 78. M...th. de Afflict. deciſ. 265. nu. 104. & ſeq. Io. Saiſon. in conſuetud. Turon. tit. 12. artic. 1. verſ. Vigeſima concluſio, dominum egenum. Nicol. Euerh. in Topic. loc. 25. A liberto ad vaſall. nu. 14. Petr. Gregor. Toloſ. lib. 6. ſyntagm. c. 19. num. 26. Io. Bapt. Pontan. tract. de aliment c. 11. num. 3. Ceſ. Lambertin. in tract. de iur. patron. artic. 2. ter..æ quæſt. princip. nu. 5. & Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 32. ff. de liber. agnoſc. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 12. num. 72.* Deinde probatur iſta theſis etiam hoc modo: vaſallus tenetur dominum defendere ipſiusque ſalutem promouere. *c. vnic. de noua form. fidel.* qui autem denegat alimenta, non defendit dominum, ſed necat. *l. necare. ff. de lib. agnoſc. Et .ac poſteriore ratione vtuntur Bart. & Alberic. de Roſat. in d. §. Imperatoris. Pract. Papienſ. in libell pro legat. rei ſingularis. verb. Co.am vobis. nu. 161. cum ſeq. Iacobin. d num. 78. Martin. Laudenſ. c. vnic. §. ſi facta. num. 10. ſi de feud. defunct. controuerſ. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. q. 39. nu. 145. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 4. verb. le vaſſal eſt tenu. nu. 20. Fr. Marc. deciſ. 460. n. 15. part. 1. Hartman. ab Epping. in obſeruat. tit. 54. obſer. 33. Petr. Gregor. Toloſ. d. num. 26.* Tertiò probatur etiam hoc argumento: ſi dominus tenetur vaſallum pauperem ex feudo ad ſe reuerſo alere, cum multò magis tenetur vaſallus dominum pauperem ex feudo quod ipſe accepit, alere. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Copulatum confirmatur ex eo, quia vaſallus obligatur domino ad *ἀντίδωρα. vulg. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. heredit.* dominus autem vaſallo non item. *Fr. Aret. in l. ſi quis non quaſi. 73. ff. de acquir. heredit.* Aſſumtum probatur per

text.

text. expreſſum *c. vnic. §. mutus. Epiſcop. vel Abbat. feud. dar. non poſſ. Roſenthal. in tract. de feud. cap. 7. num. 70. cum alijs auctoritati-*
96 *bus, quas paulo inferius num. 121. adducam.* Et hæc † ſententia, à vaſallo dominum inopem ali debere, adeo vera eſt, vt vaſallus, iſtud alendi officium prætermittens, feudo priuetur, *ita per d. c. vn. de noua form. fidel. cenſent Bart. in d. tract. de aliment. num. 45. Pract. Papienſ. d. verb. Coram vobis num. 119. Iaſ. d. §. libertus num. 2. Euerhard. d. loc. 25. num. 14. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 61. cum ſeq. Hartman. ab Epping. d. obſer. 33.* Cui ampliationi ſuffragatur hæc ratio: Ob quas cauſſas exhæredari filius poteſt à patre, ob eaſdem in dominum commiſſas vaſallus priuatur feudo *c. vn. § præterea. quæ fuit prim. cauſſ. benefic. amitt. Io. Berberius in Viator. iur. part. 2. rubr. 13. num. 106. Borcholt in tract. de feud. cap. 8. num. 131.* Sed filius, ſi patri inopi alimenta non det, poteſt exhæredari, *per §. aliud quoq; capitulum. verſic. vel vitæ parentum ſuorum per venenum aut alio modo inſidiari tentauerit. in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8. Bart. d. tract. de aliment. num. 10.* Ergo & vaſallus, ſi dominum inopem non alat, feudo poteſt priuari.
97 Ex † qua ratiocinatione ſimul etiam colligitur, hoc alendi onus, vaſallo non directe vel abſolute incumbere, ſed cauſſatiue, nempe niſi velit feudo excidere, prout ſ. de alimentis donanti à donatario debitis, hoc cap. num. 64. dictum eſt. atque ita procedit COMMVNIS opinio Doctorum putantium vaſallum non cogi neq; compelli dominum feudi alere. *Lud. Schrader. in tract. feudal. part. 6. cap. 6. num. 94. Nic. Vigel. de feud. cap. 5. cauſ. 32.* Præterea ampliatur hæc theſis, vt va-
98 ſallus † etiam teneatur exercitui domini de alimentis, quantum poteſt, proſpicere: non quidem vt integrum exercitum ſuis ſumtibus alat, ſed ne impediat, quo minus in caſtra aduehantur eſculenta & poculenta. *Raph. Cuman. conſil. 161. incip. A miles inueſtiuit. num. 4. verſ. Ad ſecundum patet.* Mul-
99 to † magis vaſallus curare debet, vt domino tranſeunte per terram vaſalli, copia annonæ proſtet. *Schneidvv. de feud. part. 5. num. 124. Ludol. Schrader. in tract. feudal. part. 6. cap. 6. num. 122.*
100 Veruntamen limitatur iſta theſis, vt † vltra fructus feudi,

quod à domino illo alimenta petente accepit, extendenda non ſit, *ita tradit Bald. in l. vn. §. ſed ſcimus. num. 3. C. de lat. libert. tollend. Fr. Aret. in d. l. ſi quis non quaſi. 73. Iaſ. in prælud. feud. num. 70. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. d. §. 3. num. 145. Marc. Mant. lib. 2. obſer. cap. 16. Io. Garſ. de Expenſ. & Meliorat. cap. 12. num. 72. Pontan. tract. de aliment. c. 13. num. 9. Lu-*
101 *dol. Schrader. d. cap. 6. num. 96.* Et certe theſis † noſtra de domino per vaſallum alendo ad iſtum modum declarata, plurimum corroboratur ex ea limitatione, quam contrariæ opinionis aſſertores afferunt, ſtatuentes, vaſallum cui magnum feudum datum eſt, teneri dominum alere, *Aluarottus, Curtius, Clarus & alij in locis paulo infra iam allegandis, quibus addi poteſt Ludol. Schrader. d. cap. 6. num. 95. verſic. Quarto fallit, ſi feudum.* Quod ſi enim ex magno feudo alimenta debentur domino, non poterit profecto penitus ab hoc onere eximi is, qui paruum accepit feudum, quin teneatur domini neceſsitatibus ſubuenire, ſaltem pro modo ſui feudi: ſumto argumento à proportione, de quo fere in terminis ſcribit Bald. *in auth. ceſſante. nu. 2. C. de legit. hæred. Marc. Mant. lib. 2. obſer. cap. 19. verſ. Septuageſimus nonus eſt à proportione: quibus addi poſſunt ea, quæ*
102 *collegit Nic. Euerhard. in Topic. loc. 17. A proportion.* Iam quia † aliqui ex Doctoribus, ab hac noſtra affirmatiua in partem negatiuam abeunt, ideo conſiderandum eſt, quibuſnam rationibus moueantur. Sanè ſi omnes, qui huic negatiuæ opinioni adhærent, conſiderauerimus, inueniemus, quinque præcipue fundamenta afferri: quorum primum eſt, quod vaſallo, iſtud onus alendi dominum, nullibi in iure ſit impoſitum. *Iac. de Ardiz. in tract. feud. c. 61. quem ſequitur Io. Andr. in addit. ad Specul. d. tit. qui filij ſint legit. nu. 11. & hunc porro, Hannetonius de iure feudor. lib. 1. cap. 10. circa fin. Aluarott. in c. vn. §. licet vaſallus. num. 6. ſi de feud. defunct. controuerſ. Salic. in l. ſolò. 30. num. 3. C. de liber. cauſſ. Iacobin. de S. Georg. verb. Et cum pacto quod dicti vaſalli. num. 7. Franc. Curt. in tract. feud. part. 4. num. 9. Io. Frider.*
103 *de hominib. proprijs cap. 6. num. 46.* Secundum † ſumitur *ex d. c. vn. §. licet vaſallus. verſic. inde quæſitum eſt. ſi de feud. defunct. content. ſit int. dom. & agnat. vaſall.* vbi cum textus dicat, quod ſi

domi-

dominus iurauerit aliquid ſoluere, & poſtea egeſtate ſuperueniente impediatur, quo minus promiſsionem ſuam iuratam impleat, vaſallus non teneatur pro domino ſoluere, atq; ita animam domini à periurio liberare: ex eo inferunt Doctores noſtri, ideo multominus teneri vaſallum domini inopis corpori ſubuenire, cum anima ſit precioſior qualibet alia re. *l. ſancimus. in fin. C. de SS. Eccleſ. ita arguit Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Franc. Curt. d. part. 4. num. 9. Iacobin. de S. Georg. d. num. 7. Schneidvv. in tract. de feud. part. 5. num. 122. Ro-*
104 *ſenthal de feud. cap. 8. num. 52.* Tertium † argumentum, quo fulcitur hæc ſententia, ſumitur ex l. 3. in fin. ff. vbi pupill. educ. ex quo textu colligitur, quod amicus amico alimenta dare non teneatur. *Iac. de Ardiz. d. cap. 61. Salic. d. l. ſolo. 30. in fin. C. de lib. cauſſ. Iac. de S. Georg. in d. verb. Et cum pacto quod dicti vaſalli. num. 7. & in tract. de homag. num. 29. circa fin. Io.*
105 *Blanch. lib. 2. feudor. cap. 1. num. 43.* Quartum † eſt, quia domino per vaſallum conuento non competit beneficium, ne conueniatur niſi in quantum facere poteſt, ideo nec alimentorum petitio. *arg. l. in condemnatione. in pr. ff. de reg. iur.*
106 *Iacobin. d. loc.* Quintum † argumentum ſumunt *ex l. 3. §. pen. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Iacob. de Ardiz. d. cap. 61. Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Bertrand. conſil. 52. incip. Vidi copiam partis. num. 8. vol. 4. Franc. Curt. d. part. 4. num. 9. Iacobin. de S. Georg. d. locis. Blanch. d. cap. 1. num. 43.* Propter quæ fundamenta nonnullis hæc negatiua ſententia adeo placuit, vt eam COMMVNEM eſſe aſſeruerint. *Aluarott. d. §. licet vaſallus. num. 6. Bertrand. d. conſil. 52. num. 8. & 9. Clar. §. feudum. quæſt. 23. Schneidvv. d. num. 122. Roſenthal. d. num. 52.* Quæ
107 argumenta † omnia, ſi quis paulo diligentius animo perluſtrauerit, animaduertet, nequaquam eius eſſe ponderis, vt negatiuam ſententiam, cuius probandæ ergò afferuntur, confirment. Ad primum enim reſpondetur per negationem. Nam cum ſententia affirmatiua, bonis rationibus ex iure noſtro petitis, ſuperius fuerit corroborata. quarum prima deſumta fuit à comparatione liberti & vaſalli: altera *ex d. c. vn. de noua form. fidel. cum d. l. necare. ff. de liber. agnoſc.* tertia *ex d.*

*c.vn. §. mutus.Epiſcop. vel Abbat.feud. dar. non poſſ.* quarta *ex d. c. vn. §. preterea. quæ fuit prim. cauſſ. benef. amitt.* quibus inſuper addi poteſt *c. vn.in princ. de not.feud.* & ſexto loco argumentum à proportione ſumtum, dum conceditur ex magno feudo ali debere dominum: cuilibet manifeſtum ſit, iure eam neutiquam deſtitui, *per l. nominis. 6. §. verbum.ff.de verb. ſignif.*

108 Ad ſecundum † reſpondetur, negando rationem conſequentiæ: ſi enim eam concederemus, ſequeretur vaſallum penitus non obſtrictum eſſe, incolumitati corporis domini conſulere. Quæ res non tantum feneſtram aperiret perfidiæ vaſallorum, ſed etiam maximam partem iuris feudalis euerteret. Deinde ratio conſequentiæ propterea non poteſt concedi: quia dominus, ſi iuret dare certo termino aliquam ſummam pecuniæ, & poſtea ad eiuſmodi paupertatem redigatur, vt ipſi impoſsibilis fiat pecuniæ promiſſæ ſolutio, non fit periurus. *c. breui ſciſcitatus. 17. ext.de iureiur. Hipp. de Marſil. in tract. de fideiuſſ. num. 159.* Cum itaque in d. §. licet vaſallus. propter paupertatem domini ceſſet periurij periculum, fames verò non item, ſed magis magisque inſtet, poſcat & vrgeat, non conſiderato vtrum aliquid de quo ipſi ſatisfiat, ſuppetat, necne: ideo ob rationis diuerſitatem, huic argu-

109 mentationi locus non datur. Similiter † neq; tertium argumentum obſtat: quia vaſallus domino alimenta tenetur præſtare, non vt amico vel ob amicitiam familiari tantum conuerſatione quæſitam. *l. latæ culpæ. 223. §. amicos. ff.de verb. ſignific.* ſed vt benefactori vel ob beneficium à domino acceptum: quemadmodum etiam partim de donatore partim de

110 patrono alendis paulo ante dictum fuit. Ad quartum † argumentum reſponderi poterit dupliciter: Primo negando antecedens, quia dominus agenti vaſallo, exceptionem, ne conueniatur, niſi in quantum facere poteſt, opponere poteſt, *per text. c. vn. in princ. de not. feudor. Io. Faber & Angel. Aret. in §. ſed & ſi quis cum parente. Inſtit. de action.* Deinde reſpondetur negando rationem conſequentiæ: quæ negatio optime aſtruitur exemplo fratrum, quorum alteri per alterum conuento, denegatur quidem beneficium, ne conueniatur niſi in quan-

quantum facere poteſt, & nihilominus tamen alimentorum petitio conceditur, *quemadmodum traditum fuit s. hoc lib. 1. cap.*
111 *9. nu. 4.* In quinto † argumento *ex l. 3. §. filium. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. deſumto* ſimiliter nego rationem conſequentiæ. Dum enim ibi dicitur, filium vt pro patre fideiubeat, cogi non poſſe, licet in emancipatióne partem bonorum donationis cauſſa à patre acceperit: ſi iam quis inde inferre velit, ergo vaſallum, domino à quo feudum accepit, non teneri alimenta præſtare: quilibet intelligit hæc non cohærere: propterea quod onus debiti vel paterni vel dominici agnoſcere, longe differat ab onere alimentorum præſtandorum, nec ab vno ad alterum iure fiat illatio. *Vital. de Camban. in tract. Clauſular. cap. pen. num. 285.* Certum enim eſt, nec filium pro patre, nec patrem pro filio, nec libertum pro patrono rectè conueniri, *vt patet ex tot. tit. C. ne filius pro patre, &c. Boër. deciſ. 128. num. 6. per illum ipſum textum d. l. 3. §. filium. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* interim tamen palam eſt, iſtam diſpoſitionem iuri alimentorum nequaquam obſtare, *textus eſt apertus in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. ff. de li-*
112 *ber. agnoſc.* Quemadmodum autem concedo † vaſallum ad domini debita perſoluenda regulariter non obſtringi: *d. §. licet vaſallus. Bald in l. ob cauſſam. 3. per illum textum. C. de obligat. & act. Natta conſil. 380. incip. Notabilis eſt quæſtio. nu. 11. Nic. Boër. d. deciſ. 128.* ita nego inde ſequi vaſallum non debere alimenta domino. Quoniam igitur ſententia affirmatiua bonis rationibus nititur, rationes autem quæ ad negatiuam opinionem fulciendam adducuntur, non ſubſiſtunt, ideo non curandum eſt quod aliqui Doctores de communi opinione teſtantur, *per ea quæ tractantur à noſtris Doctoribus in c. 1. ext. de conſtit. & collecta ſunt à Corat. in tract. de commun. opin. lib. 2. tit. 19. num. 17.*

113 Econtrario de alimentis † vaſallo per dominum præſtandis, non videtur recipienda generalis illa aſseueratio, vaſallum alendum eſſe à domino, quam placere video Practico Papienſi *tit. pro legato rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 121. cum ſeqq.* Ratio enim qua ille mouetur, quod vaſallus & do-

minus reciproce inuicem obligati ſint, ſimpliciter non procedit: ſiquidem ad multa tenetur obſtrictus vaſallus domino, quæ dominus vice verſa vaſallo ſuo vt præſtet ratio iuris non permittit, quemadmodum collatio officiorum hinc inde debitorum oſtendit, recitatorum á Schneidvv. *de feud.*

114 *part. 5.* Igitur † explicatioris doctrinæ ergò, diſtinguendi videntur duo caſus: quærimus enim de vaſallis alendis aut actu iam inſeruientibus domino, aut non inſeruientibus.

115 Primo † caſu, regulariter vaſallus domino proprijs ſuis ſumptibus tenetur inſeruire. *arg. l. ſuo victu. 18. cum l. ſeq. ff. de oper. libert. c. cum ab omni. 10. ext. de vit. & honeſt. cleric. & omnino Iac. de Ardizon. in epitom. feud. cap. 5. Petr. Iacob. in pract. tit. de cauſſ. ex quib. vaſall. deb. feud. amitt. num. 12. Aluarott. in c. vn. in princ. num. 7. de noua form. fidel. Alberic. de Roſat. in l. de quibus. 32. num. 167. ff. de ll. Lud. Roman. in l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num. 5. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. in l. ſi non ſortem 26. §. libertus. num. 28. ff. de condict. indeb. Blanc. de feud. lib. 2. cap. 1. num. 30. Hanneton. de feud. lib. 1. cap. 10. Petr. Gerard. ſing. 14. num. 16. VVurmſer. in practic. obſeruat. tit. 30. obſer. 31. præceptor & ſocer meus D. Matth. VVeſenb. in tract. de feud. cap. 9. & 10. num. 13. Roſenthal. de feud. cap. 8. num. 29. & hæc ſententia eſt* COMMVNIS, *teſte Alex. in d. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num. 4. ff. ad SC. Trebell.* Ad cuius confirmationem non inconcinne præterea accomodari poteſt textus *in §. illud tamen. verſ. ſed neq; ſi milites. in Auth. de mandat. princip. collat. 3.* vbi traditur militibus, qui præſidem extra prouinciam euntem ſequuntur, μὴ προῖκα συγχωρεῖν δαπανᾷν, ἀλλ' ἐκ τῶν οἰκείων σιτήσεων, id eſt, vt Haloander vertit, non permittendum, gratis & aliter ſumtum facere, quam de ſuis annonis. Ex quib. verbis græcis, eorumq; genuina verſione apparet, neutiquam ex eo loco probari huiuſmodi militibus ſumptus itineris à præſide dandos, *prout eum allegat Gul. de Lud. in ſingul. 101.* ſed ex ſuis annonis vel ſtipendijs eos ſibi debere proſpicere. *quod adhuc clarius exprimitur in Nouell. 128. cap. 22.* Veruntamen fallit theſis noſtra,

116 primò † vt non procedat, quando feudi fructus tam exigui ſunt, vt huiuſmodi ſumtibus non ſufficiant. *Bart. in l. Meuia. 13.*

*nia. 13. §. vxore. num. 5. per illum textum. ff. de ann. legat: quem ſequitur Bald. in l. qui manumittuntur. in fin. C. de oper. libert. Ludou. Roman. d. §. ſi quis alio: num. 5 & Iaſ. in d. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. num. 28. ff. de condict. indeb. Roſenthal de feud. cap. 8. num.*
117 *30.* Secundò fallit, ſi † dominus vaſallum extra patriam vel extra territorium domini militatum auocet: tum enim indiſtincte vaſallo debet expenſas præſtare. *Aluarott. in d. c. vn. in princ. num. 7. de nou. form. fidel. Euerhard. in Topic. loc. 25. Albert ad vaſall. num. 5. verſic. Septimo iſtud facit. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controuerſ. cap. 6. num. 4. Roſenthal d. cap. 8. num. 31. Ludolph. Schrader. in tract. feudal. part. 6. cap. 6. num. 15.* Tertiò li-
118 mitatur † de iure Saxonico, *per textum* Lehenrecht. *artic. 4. verſ.* Sechs wochen ſol der Man reiſen vnd dienen ſeinem Herrn/ bey ſeiner ſelbſt koſt/ De qua tamen limitatione notandum, conſuetudine harum terrarum aliud eſſe introductum, nempe, das der Lehenman auff deß Lehenherrn futter vnd mahl zeucht/ vnd dienet ohne beſoldung/ *vt tradit Reinhard. different. 64. cui plane conſentit D. Schneidvv. in tit. Inſtit. de ſeruil. cognat. num. 10. & §. praiudiciales. num. 21. Inſtit. de action. inquiens. de conſuetudine in his terris ita obſeruari,* das der Herr/ ſo die Lehenleut zu dienſt erfordert/ jhnen futter/ mahl vnd hufſchlag giebet/ *de qua conſuetudine etiam teſtatur præceptor & ſocer meus colendus D. Matth. VVeſenb. in tract. de feud. cap. 9. & 10. num. 13.* Et hæc conſuetudo dupliciter declaratur. Primò vt procedat, ſi vaſallus à domino ſalarium non accipit, ſecus wenn der Lehenman vmb zimliche vnd gewönliche beſoldung dienet/ *id quod in nouiſſima editione Ienenſi differentiarum iuris ciuilis & Saxonici, d. differentia 64. additum eſſe inuenio, quod tamen à Colonienſi editione abeſt, & ſatis probari poteſt arg. d. l. ſuo victu. ff. de oper. libert. prout ſ. hoc cap. num. 37. induxi, & bene facit textus d. §. illud tamen. verſ. ſed neq; ſi milites. verb:* ἐκ τῶν οἰκείων σιτίων, *id eſt, ex proprijs annonis: olim enim & præcipuè ſub Græcis Impp. dabantur militibus eſculenta & poculenta, vt ne moleſtarent ſubditos, ſicut patet ex l. 11. 3. & paſſim tot. tit. C. de erogat. milit. annon. libr. 12. Apud priores Impp. quid hac in re vſurpatum fuerit videri poteſt doctiſſimus vir Iuſt. Lipſ. lib. 1. Elect. cap. 2.* Deinde declaratur hæc conſuetudo, vt vaſalli ni-

 hilomi-

hilominus equos & arma ſuis ſumtibus primo comparare
debeant, *ita D. præceptor & ſocer meus d. num. 13.* quæ in bello
amiſſa dominus reſarcire debet, *text. d. artic. 4. Lehenrecht in*
119 *fin. Schneiduu. d. tit. de cognat. ſeruil. num. 10.* Quartò † limi-
tatur thema principale huius primi caſus, vt non procedat
quando aliter in inueſtitura de alimentis conuentum fuerit:
eius enim tenorem ante omnia ſequi oportere, indubitati
eſt iuris, *VVurmſer. d. tit. 56. obſeruat. 31. Borcholt. in tract. de*
*feud. cap. 1. num. 25. cum ſeq.* Quo referunt Dd. noſtri feudi
franci conceſsionem: quod cum natura ſua ab omni ſeruitio
ſit liberum, *Oldrad. conſil. 234. incip. Factum tale eſt: Quidam*
*miles. num. 2. Iaſ. in prælud. feud. num. 115. & ſeq.* conſequens
eſt, vt multo minus ſuo ſumtu teneatur ſeruire, cum omnino
non teneatur ſeruire. *Alex. in d. §. ſi quis alio num. 4.*

De ſecundo caſu principali, in quo quæritur de vaſallis
actu iam domino non inſeruientibus alendis necne, arbitror
120 dicendum, regulariter † dominum ad alimenta ipſis danda
non obſtringi, partim quòd hoc iure nuſquam ſit cautum:
partim quod æquitas aliud ſuadeat. Si enim dominus vaſal-
lum egenum inſuper alere deberet, tum ipſi ſuum benefici-
um eſſet detrimentoſum; qnod iuris ratio non patitur. *l. ſed*
*ſi quis ex ſignatoribus. 7. vbi gl. verb. damnoſum. ff. quemadm. teſt.*
*aper. c. cum non deceat. 30. in princ. de elect. in 6.* Accedit præ-
terea ipſa alimentorum domino à vaſallo præſtandorum ra-
tio, quæ iuxta reditum feudi eſt inſtituenda, vt paulo ante *in*
*hoc ipſo cap. num. 100.* dixi. Vnde ſic arguo: Aut vaſallus ipſe
adhuc poſsidet feudum, aut non. Priore caſu non poteſt à
domino ſe ali petere; tam quia dominus non percipit fructus
feudi ab ipſo vaſallo poſseſsi, iuxta quos alimenta æſtimari
debent: quam quia vaſallus ipſe habet, vnde ſibi proſpiciat
vel ex reditibus *ī lib. 1. cap. 1. num. 18. cum ſeq.* vel ex feudi ven-
ditione *Rol. à Vall. conſil. 56. num 16. vol. 4.* Poſteriore caſu ſub-
diſtinguendum eſt: aut enim dominus feudum poſsidet,
aut non. Si poſsidet tum vaſallo, niſi propter delictum feu-
do exciderit, alimenta ſecundum fructuum magnitudinem,
deberi facile conceſserim. *per c. vn. an mut. vel aliter imperfect.*
*in quo*

*in quo ſe fundant Baldus l. 1. §. ſed ſcimus. num. 3. C. de latin. libert. toll. & Franc. Aretinus in l. ſi quis non quaſi. ff. de acquir. hæred. & dixi num. ſeq.* Quod ſi dominus feudum non poſsideat, tum ſimiliter non tenetur ad alimenta, cum non fruatur feudo, cuius intuitu hæc præſtatio fieri debet: cumq; ita cauſa ceſſet, merito & effectum ceſſare dicendum eſt. Sin vero tertius aliquis poſsideat, & vaſallus eiectus imploret domini opem, qui ipſi iuſtitiam non adminiſtrat: tum dominum, non tam ad alendum vaſallum eſſe obſtrictum quam directo ſuo dominio priuandum, verius eſt. *c. vn. § illud tamen non lateat. verb. iuſtitiam. quæ fuit prima cauſſ. benefic. amitt. Iacobin. de S. Georg. verb. dictiq; vaſalli. num. 24. Laur. Syluan. de feud. recognit. quæſt. 30. num 4. Iul. Clar. §. feudum. quæſt. 68.* Et hinc reſponſio ſumi poteſt ad ea quæ ſcribit D. Surdus *in eruditiſſimo opere nuper edito de aliment. tit. 1. quæſt. 56. num 1. uſq; ad num. 10. incluſiue.* indiſtincte aſſerens dominum teneri ad alimenta erga vaſallum pauperem. Quantum enim hac in quæſtione tribuendum ſit argumento correlatiuorum, ex iam dictis facile apparet: cum namq; vaſallus, non vlterius quam fructus feudi permittant, domino egeno teneatur ſuccurrere *ſ. hoc cap. d. num. 100.* multominus dominus vaſallum pauperem extra caſum præſtationis operarum, & ſi feudum non poſſideat, indiſtincte alere tenebitur. Neque obijciat mihi quis comparationem liberti cum vaſallo, *per ea quæ collegit Nic. Euerhar. in Topic. in d. loc. 25.* Etſi enim concedam, certis quibuſdam caſibus à liberto ad vaſallum, argumentum ducere licere, ita vt quæ libertus ſuo patrono præſtat, eadem plerunq; etiam ſuo domino vaſallus teneatur præſtare: *Euerhard. d. loc.* tamen comparationem domini feudalis cum patrono actiue tantum procedere exiſtimo, id eſt, quæ patrono fas eſt à ſuo liberto exigere, eadem ferè etiam licet domino à vaſallo exigere: non autem paſsiue: ſiquidem eadem quæ per libertum à patrono olim peti potuerunt, non arbitror illico etiam per vaſallum à ſuo domino exigi poſſe, partim cum liberti in nomen familiamq; patroni aſciſcerentur, *l. vlt. C. de verb. ſignific. Cic. lib. 12. ad famil. epiſt. 25. in fin. Alciat.*

*ciat. lib. 4. diſiunct. cap. 1. Barnab. Briſſon. lib. 2. antiquit. cap. 14.* quod de vaſallis affirmari neutiquam poteſt: partim quod domini vaſallos ſuos afficiant beneficio, vaſalli vero ſolummodo recipiant beneficium. *per c. vn. circa fin. in quib. cauſſ. feud. amitt.* quæ maximo inuicem diſtant diſcrimine. Verum
121 hæc † limitantur, vt tamen vaſallo, qui propter naturalem quempiam defectum (niſi dominus ipſum, gratia huius defectus facta, recipiat, *D. Dan. Moller. lib. 3. ſemeſtri. cap. 34*) feudi incapax eſt, ex feudo alimenta debeantur, *ita eſt text. in c. vn. §. mutus. Epiſcop. vel Abbat. feud. dar. non poſſ. gl. 1. c. vnic. An mut. vel alias imperfect. feud. retin. cum vtrobiq; notat. per Doctores, quibus addi poſſunt, quæ tradit Pileus quæſt. 53. Schurff conſil. 91. num. 5. Centur. 1. Paris de Put. in tract. de finib. feud. cap. 40. num. 29. & Henric. à Roſenth. in tract. feud. cap. 7. num. 70. & gloſſ.* Lehenrecht *artic. 5. §.* Nun möcht einer hierauff fragen/ *& artic. 30. §.* Man mag auch niemand *& ibi gl.* Quorum tamen alimentorum ratione domino ſeruitia non debentur *Ludol. Schrad. de feud. part. 6. cap. 6. num 67. faciunt ea quæ dixi*
122 *ſupra cap. 9. num. 11. circa fin.* Poſtea limitantur † in filiabus, vt ijs alimenta ex feudis paternis debeantur, quando ex bonis allodialibus tantum non ſupereſt, de quo ſe exhibeant: *qua de re videnda ſunt quæ tradentur ī lib. 2. cap. 9. num. 38. cum*
123 *ſeq.* Denique limitantur, ſi vaſallus † cuidam alimenta ex feudo promittat, *Alexand. conſil. 18. incip. Attentis narratis. vol. 5. qui omnino eſt videndus,* vel leget. Etſi enim de feudo legatum factum nullius ſit momenti: *cap. vn. §. donare. qual. olim pot. feud. alien.* & feudo ne quidem ſeruitus, vltra vitam feudatarij ſeruitutem conſtituentis, imponi poſsit: *c. vn. §. quid ergo. de inueſtit. de re alien. fact. Cepoll. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 14. nu. 3.* vnde annuos reditus vel alimenta ex feudo ſine licentia domini concedere vaſallo fas non eſt: *per l. cum ita. 41. ff. de vſufruct. legat. Ioan. Raynaud. c. imperialem. §. habito. num. 44. de prohib. feud. alien. per Federic. in vſib. feud. Iacobin. de S. Georg. verb. ita etiam quod ipſi vaſalli. num. 14. Pariſ. conſil. 98. incip. Quoniam reuerendi patres. nu. 4. vol. 2. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. nu. 97.* quia tamen alimenta præſtanda ſunt

per

per hæredem, ideo in effectu, potius de rebus hæredis, quàm feudalibus videtur à teſtatore diſpoſitum, quod fieri non eſt prohibitum. *§. non ſolum Inſtit. de legat.* ſi ſcilicet teſtatori hæres fiat, *arg. l. qui quatuor. 30. §. qui hortos. ff. de legat. 3. Ioan. Raynaud. d. §. habito. nu. 44. Auguſt. Bero in quæſtion. familiar. quæſt. 95. num. 5.* ſecus ſi eius hæreditatem repudiet, *ita tradit Paul. de Montepic. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. quæſt. 37. ſub num. 126. & ſeq. ff. de legat. 2. quam deciſionem ſequitur & approbat Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bartolum l. ſi conſtante. nu. 16. ff. ſolut. matrim.*

Deniq; alimentorum tutori à pupillo vel econtra pupillo à tutore præſtandorum doctrinam, etſi non incommode ad tractatum de tutelis, quem Deo volente in lucem emittam, reſeruare potuiſſem, ſecutus exemplum Pandectarum & Codicis, quia tamen pupillus & tutor ſibi inuicem ex quaſi contractu obligantur. *§. tutores quoq;. Inſt. de obligat. quæ ex q. contract.* ideo de ijs quædam in medium afferam. Pupillo † i-
124 gitur alimenta præſtanda ſunt per tutorem *l. 1. C. de alim. pup. præſtand. l. vlt. ff. vbi pupill. educ.* idemq; probatur ex eo quod pupillorum educatio cenſetur pars tutelæ, *vt ait Bald. in l. omnem. 6. nu. 11. C. ad SC. Tertull. Tiber. Dec. conſil. 49. nu. 13. vol. 1. & conſil. 8. nu. 4. vol. 2.* quo pertinent in definitione tutelæ verba: ad tuendum eum. *l. 1. ff. de tutel. & §. 1. Inſtit. eod. iuncta l. verbo victus. 43. cum l. ſeq. ff. de verb. ſignif.*

125 Ampliatur primò, vt † tutor non tantum pupillum, ſed etiam matrem ſororem vel alios conſanguineos, inopia laborantes, teneatur alere. *l. 1. §. ſed nonnullos. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. qui filium. 4. ff. vbi pupill. educ. l. ſi quis à liberis. §. etſi impubes ſit filius. ff. de lib. agnoſc. Speculat. tit. qui filij ſint legit. num. 23. Bart. in tract. de aliment. num. 50. Ant. Piag. de tut. & curat. quæſt. fin. nu. 19. cum ſeq.* Quam tamen ampliationem ſecundum eam neceſsitatem, quæ ſuperius in hoc libro præſertim cap. 5. 7. 8. & 9. declarata fuit, accipi oportet. *Angel. in l. Neſennius. §. in ſolidum. num. 1. ff. de re iudic.* vbi inſuper illud inprimis obſeruandum eſt, tutores operam dare debere, ſi pupillus habeat fratres naturales tantum, vt nothi iſti, ſi commode queant,

ant, alijs inſeruiant, atque ita pupillus ab onere iſtos alendi quamprimum fieri poteſt, liberetur, *ita D. Simon Piſtoris conſil.7. num.vlt. in fin. poſt Modeſtini vol.1.*

126 Ampliatur ſecundò, vt hæc † alendi neceſsitas tutori potius incumbat, quàm alij qui propiore ſanguinis vinculo pupillum attingit: cum enim hæc alimenta ex bonis pupilli expedienda ſint *d. fin. in fin. ff. vbi pupill. educ.* non reſpiciendum eſt, ad ſanguinis propinquitatem aut charitatem, *arg. d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agnoſc.* id quod ſcitu vtile eſt, in multis caſibus, & præcipuè in his terris, quibus iure Saxonico vtimur, tutelam agnatis deferente. Hinc cum hac de re quæſtio ad Collegium Facultatis Iuridicæ in Academia Ienenſi deferretur, reſponſum fuit Anno 1567. menſe Octobri, in hæc verba: Der Groſzuater von der Mutter / iſt der vbrigen lebendigen zweier Kinder / im fall / ſie mit tode abgehen würden / neheſter Erbe / Aber jhre Vormundtſchafft / vnd wo / auch wie ſie zu vnterhalten / wird den neheſten freunden vom Vater / als den Schwertmagen durch Richterlich Ampt billich aufferlegt / V. R. W. Tutore tamen abſente vel conſanguinei adigendi ſunt, vt pupilli curam ſuſcipiant. *l. 1. §. quamuis. ff. vbi pupilli. educ. deb. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 13. num. 9.* vel alij alicui iniungendum, vt pupillo proſpiciat *d. l. fin. ff. d. tit.*

Limitatur autem hæc theſis, vt tutori pupillum alendi
127 neceſsitas incumbat quidem, verum † non de ſuis proprijs, ſed tantummodo de ipſius pupilli bonis, *textus eſt in l. 3. §. ſed ſi egeni, & d. l. fin. ff. d. tit. Alberic. de Roſat. in l. 1. § ſi pupillus. num. 4. ff. de tutel. & rati. diſtrah. Iodoch. Damhoud. de tut. & curat. tit. 4. cap. vn. num. 33. Cephal. conſil. 674. incip. Videretur prima fronte. nu. 11.* adeo vt ſi tutor pupillo ſuo alimenta, quæ huius vitæ neceſsitas exigit, præbeat, & poſtea appareat, in bonis pupilli tantum non eſſe, repetat, id quod excurrit, ab eius conſanguineis, *arg. d. l. qui filium. 4. ff. vbi pupilli educ. deb. Bartol. in ſingul. 70.*

128 Nunc econtrario videndum eſt, an † tutori ex bonis pupilli alimenta debeantur? *Bart. in tract. de aliment. num. 51. &*

Bal.

*Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. pen. num. 55. Benincaſ. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 28. cum ſeq. per l. 1. §. ſi pupillis: ff. de tutel. & ration. diſtrah.* tradunt tutorem pauperem nec habentem vnde ſe alat, ex bonis pupilli ali debere. Cui ſententiæ ſubſcribens Pontanus *in tract. de alim. cap. 13. num. 9. in fin.* etſi agnoſcit hoc perpetuum non eſſe: quia tamen dum non vlterius rem explicat, lectorem relinquit ancipitem, & Caualcani diſtinctio *in tract. de tut. num. 309.* plane congruit cum Bartoli opinione: ideo veriorem in hac quæſtione ar-
129 bitror theſin negatiuam, nempe † tutorem ex bonis pupilli regulariter non alendum. *per l. à tutoribus. 33. §. principalibus. ff. de adminiſtr. tut. vbi iſtum textum Alber. de Roſat. ad hoc propoſitum notabilem & ſingularem appellat, eoq́; ita vtitur Chriſtoph. Port. in §. dari tutores. num. 10. Inſtit. qui teſt. tut. dar. poſſ.* Deinde probatur hæc opinio negatiua per text. *l. paupertas. 7. ff. de excuſ. tut. & §. ſed & propter paupertatem. Inſtit. eod. tit.* Si enim pupillus teneretur tutorem alere, tum hic non poſſet prætendere ſuam paupertatem: *& ita per iſtum textum ſentit Bartolus ſibi præter morem contrarius in l. athletæ. 8. §. tutela. ff. de excuſat. tut. Angel. Aret. in d. §. ſed & propter paupertatem. nu. 5. ibiq́; Schneidewvin. nu. 3. nu. 3. Inſtit. eod. tit. idem Angel. Aret. in tract. de teſtam. gloſſ. 96. num. 14. Nic. Boër. in conſuetud. Bituric. tit. 1. §. 11. verb. En bail. Iodoc. Damhoud. de tutor. & curator. tit. 4. cap. vn. nu. 6.*
130 *& 7.* Iam quod textum † pro affirmatiua ſententia *ex d. l. 1. §. ſi pupillis. ff. de tutel. & rat. diſtr.* adductum attinet, reſpondeo, eum loqui de liberto pupilli, cuius inopiæ patronus alioqui tenetur ſubuenire, etſi tutelæ munere non fungatur, *quemadmodum probatum fuit paulo ante in hoc cap. num. 88.* Ergo ſi pupillo teſtamentarium tutorem non habenti, ſit, verbi gratia, patruus pauper, qui aliunde ſe nullo modo poſſet ſuſtentare, hunc legitima tutela fungentem, ex bonis pupilli alendum eſſe, non dubitarem. *arg. d. l. 1. §. ſi pupillis.* Quæ ſententia obſeruanda eſt pro prima limitatione ſententiæ negatiuæ.

131 Deinde limitatur, vt non † procedat quando tutor ob negocia pupillaria iter ingredi neceſſe habeat: hos enim

ſum-

ſumtus ipſi ex bonis pupilli dandos eſſe, æquitas poſtulat. *Bart, in d. l. à tutoribus.34. §.fin. ff. de adminiſtr. tut. Lud. Roman. in l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num.6. ff. ad SC. Trebell. Angel. Aret. & Schneidevv. d. §. ſed & propter paupertatem. Bertachin. in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 2. num. 14. circa fin. Simon Piſtoris d. conſil. 7. num. 13. poſt Modeſtini Piſt. vol. 1. qui omnes allegant d. l. 1. §. ſi pupillis. verſ. & viatica. ff. de tutel. & ration. diſtrah. cui ego addo textum in l. ſed ſciendum. 7. ff. ad SC. Trebell.*

132 Tertiò limitatur, ſi tutori, † qui ſemetipſum alere non poteſt, vel iudex vel contutores propter noticiam rerum pupillarium, alimenta conſtituerint. *text. in d. l. 1. §. ſi pupillis. Nic. Boër. d. §. 11. verb. En bail.* Huic autem quæſtioni affinis eſt inueſtigatio de ſalario tutoribus dando: eam tamen quia ab hac alimentorum tractatione eſt aliena conſulto hic prætereo.

## PROPTER LITEM ET INCARCERATIONEM, QVI ET QVIBVS ALIMENTA DEBEANT.

## Caput XIIII.

### *SVMMARIVM.*

1. *Iudicio quatenus contrahatur.*
2. *Aliud eſt quærere de expenſis lite adhuc pendente faciendis, & aliud de expenſis iam ante in litem erogatis.*
3. *Actus iudicialis regulariter expediendus eſt expenſis impetrantis: niſi principaliter vtriuſq; cauſſa ſuſcipiatur. num. 4.*
5. *Ad conſilium ſapientis, acta vtriuſq; ſumtu mittuntur.*
6. *Iudici ordinario ſumtus itineris litigantes non præſtant: ne quidem eſculenta & poculenta. num. 7.*
8. *Nec iudici ad vniuerſitatem cauſſarum delegato.*
9. *Iudici ad vnam aliquam cauſſam delegato peregre propterea eunti debentur alimenta: & quidem integra. num. 10. idem eſt in commiſſario teſtes examinante. numero 11. & ſequeſtro. numero 12.*

13. *Sum-*

13. *Sumtuum factorum repetitio differt à mercedis datione.*
14. *Arbitris an alimenta & ſumtus itineris debeantur. & num. 15.*
16. *Viſitatoribus quis præſtet alimenta.*
17. *Teſtibus peregre euntibus ſumtus præſtat producens: vnde ſe vterq; litigantium ſimul producat, vterq; ſumtus præſtet. num. 19. ſecus ſi teſtes tantum ſuper interrogatorijs aduerſarij audiantur. num. 20. & iſti ſumtus debent teſtibus repræſentari. num. 21.*
18. *Quando aliquid iudici mandatur vt faciat, idem eſt ac ſi debeat curare vt fiat.*
22. *Iudex poteſt iubere, vt teſtes producens ſumtus neceſſarios deponat.*
23. *Sumtus tam eunti quam ſtanti, quam denique redeunti debentur: ſcilicet qui non immodice ſunt facti. num. 31. in quo modo conſtituendo non deducitur id, quod teſtes domi abſumſiſſent. nu. 32. fallit num. 36.*
24. *Si pauper ſit producens, teſtibus à iudice ſumtus dari oportere non videri: quæ opinio reſtringitur duobus modis. num. 25. eiusq; argumenta conſiderantur. num. 26. ſed ex publico dari debere humanitas ſuadet & vſus comprobat. num. 27.*
28. *Pauperibus litigantibus omnes litis ſumtus præſtandi ſunt: & aduocatus. num. 29. idq; tanto magis ob publicam cauſſam agentibus num. 30.*
33. *Victus victori in reſtituēdis expenſis non reſtituit id, quod victor alias domi abſumſiſſet: cui ſententiæ videtur aduerſari conſuetudo. quarum tamen conciliatio tentatur.*
34. *Teſtis qui pecuniam in ſumtus à producente perceptam non inſumſit, num teneatur reſtituere.*
36. *Quid de intereſſe & damnis. num. 37.*
38. *Litigans litiganti non præſtat ſumtus neq; alimenta: fallit, ſi actor habens pro ſe præſumtionem, ſit inops, & reus bona, de quibus agitur, poſſideat. num. 39. & 44. quæ præſumtio quomodo ſit probanda. non etiam ſemper requiritur ſententia in prima inſtantia. num. 40. & reſpondetur argumento contrarium ſentientium. num. 41. vnde & debentur in prima inſtantia. num. 43. Secundò fallit ſi principaliter agatur de alimentis. num. 51. Tertiò fallit, ſi agatur actione præiudiciali, ex qua debentur alimenta. num. 52. & 54.*
45. *Fratri petenti bona fratris ab inteſtato ſine proximiore hærede defuncti, debentur alimenta & ſumtus litis: reſpondetur aliter ſentientibus. num 46.*
47. *Viduæ inopi repetenti dotem ſuam debentur alimenta & ſumtus litis:*

 *ſic &*

ſic & vaſallo inopi contra dominum de bonis ſuis litiganti. numero 48.

49. Ex bonis arreſtatis etiam debentur alimenta, interim dum litigatur.

50. Si litigans habeat etiam conſanguineos nihilominus concurrentibus ſuperioribus requiſitis debentur ei alimenta ab aduerſario.

53. Monacho litiganti debentur alimenta.

55. Alimenta litiganti debita, poſſunt quandocunq; peti.

56. Litigans cui præſtita ſunt alimenta, ſi ſuccumbat, non tenetur ad reſtitutionem, niſi conſtet de eius calumnia.

57. Satudatio non exigitur propter hæc alimenta: niſi ſuſpicio calumniæ aliud ſuadeat. num. 58. & quomodo tum concipienda ſit forma ſatiſdationis. num. 59.

60. Alimentorum litiganti dandorum æſtimatio relinquitur arbitrio iudicis.

61. Cuius ſumtibus mittatur notarius ad alterutrum litigantem.

62. Libellus cuius ſumtibus dandus ſit: item apoſtoli. num. 63.

64. Procuratori tam proprie ita dicto quàm in rem ſuam num debeantur ſumtus litis.

65. Vſufructuarius cuius ſumtibus litiget.

66. Emtor recipit ſumtus à venditore, qui de euictione tenetur.

67. Carceratus ob debitum pecuniarium ali debet ab eo ad cuius petitionem eſt carceratus. quod ſi non fiat relaxatur. num. 68 qui ſumtus porriguntur etiam ad cuſtodes. nu. 69. & ad arreſtatos num. 70. Fallit ſi carceratus ſemet alere queat. num. 71. ſaltem vt ſciat à quo commentarienſis ſumtus petat. num. 72.

73. Idem pene obtinet de iure Saxonico.

74. Cedenti bonis nihil relinquitur: præter veſtes quotidianas & viliores. numero 75. fallit in clericis, & perſonis illuſtribus ac nobilibus. num. 76. & ijs qui ſemel ceſſerunt bonis. num. 77.

78. Opifici qui ſemel ceßit bonis, poſtea ad pinguiorem fortunam peruenienti quid relinquendum.

79. Carcerati ob delictum primo ex ſuis bonis aluntur: poſtea ab accuſatore num 81. & demum à iudice. num. 82. qui tamen ordo non ſemper obſeruatur de iure nouißimo num. 85.

80. Cibum carcerato ob capitale delictum vt propinqui afferant non eſt permittendum.

83. Pœna iudicis captiuo de alimonia non proſpicientis.

84. Confeßio ſine iudicijs facta ex neceßitate famis non præiudicat confitenti.

86. Captiuum alias relaxandum propter alimenta commentarienſis retinere

*tinere non poteſt: niſi conſuetudine aliud ſit inductum. num. 88.*
*conſiderantur argumenta opinionis affirmatiuæ. num. 87.*
89. *Si captiuum aliò deduci oporteat, cuius fiat ſumtibus.*
90. *Animal, de quo litigatur, alit poſſeſſor.*
91. *Quos ſumtus reſtituit finita lite verus dominus. limitatur, num. 92.*

1 LIcet propter vulgatum illud & celebre axioma, quo iudicio † contrahere dicimur. *l. 3. §. idem ſcribit ff de pecul.* de his alimentis in priore capite tractandum fuiſſe videri poſſet: quia tamen id ſolummodo procedit quoad litigantes inuicem, non vero quoad litigantes & iudicem, qui cum illis contrahere non cenſetur. *arg. l. quæcumq. 11. ff de oblig. & act. Raph. Fulgoſ in l. cum ſcimus. nu. 5. C. vbi & apud quem cognit. ſequitur Iaſ. l. à iudice. 5. nu. 5 in fin C de iudic.* & nonnunquam dubitationes incidant, non tantum de alimentis reo dandis, ſed etiam num iudicem vel ordinarium vel delegatum, interim dum iſtam litem tractant, alere oporteat, item notarium peregre iſtius negocij ergo miſſum, nec non teſtes euocatos: ideo commodius videtur de hiſce alimentis omnibus ſeorſim hic agere. Ad eorum autem meliorem intellectum, no-
2 tanda ſunt duo, quorum primum eſt, hanc † conſideratioñe, quiſnam debeat expenſas in perſonas facere, & quidem pendente adhuc lite diſtinguendam eſſe ab ea, qua quæritur de expenſis iamdudum erogatis, poſt litem finitam victori reſtituendis, *Pax Scal. de conſil. ſap. lib. 3. cap. 11 circa fin. Sichard. d. l. generaliter. 12. §. his de præſentibus. num. vlt. C. de reb credit.* hanc enim poſteriorem nunc non tractamus, ſed priorem.
3 Deinde obſeruandum eſt, quod actus † iudicialis regulariter expediendus ſit expenſis eius, qui, vt fiat, poſtulat. *l prætor ait. 4 §. etiam ſi. in fin. & ibi notat Iaſon num. 9 ff. de edend. Petr. Gerard. ſing. 78. l. eos. 6. § ſi quis autem poſt interpoſitam & ibi gl. verb. ſumtus. C de appellat. l. 2 & ibi gl. verb. deteriorem ff. ex quib. cauſſ in poſſ eat. Caſtrenſ ſing 3. Amanellus de Clariſaq ſing. 59. Iaffred Lanfranc deciſ 224 Phil Dec in l. in conſil. num vlt. ff. de offic. aſſeſſ Ranchin. deciſ. 110. cum ſeq. part. 2. Alex. Stiatic. in pract. obſeruat. cap. 14. nu. 1. & 2.* Quod tamen reſtringen-

4 dum † eſt ad eos tantummodo actus, quos ſiue actor ſiue reus, ſui iuris principaliter fundandi cauſſa fieri petit, licet præter eius intentionem parti aduerſæ prodeſſe poſsint, vt in teſtium depoſitionibus euenire ſolet, quos producens ea quidem mente ſiſtit iudici, vt per eorum dicta ſuam intentionẽ probet, interim ſæpe dicunt ea quæ aduerſarij cauſſam iuuant plurimum: cum pro vtraq; parte veritatem dicere debeant. *gl. vlt. c. fraternitatis. 17. Panorm. in c. de teſtibus. 29. nu. 6. ext. de teſtib.* in hos, non conſiderato eo quod aduerſarij cauſſam inſtruere poſsint, producens ſumtus facere tenetur, vt paulo inferius dicam. Aliud eſt in ijs actibus qui ſui natura vtriuſque partis cauſſa ſuſcipiuntur: his enim, licet alter tantum fieri petierit, vterq; ſumtus debet ſuppeditare, *text. eſt in c. ſtatutum. 11. §. inſuper. verſ. nec plus ab vna parte. & ibi notat Gemmian. nu. 2. de reſcript. in 6. l. ſed & loci. 4. §. ſed & menſor. ff. fin. regund. facit l. 2. §. viarum. verſ. refectio enim idcirco de communi fit, quia vſum vtilitatemq́; communem habet. ff. ne quid in loc. publ. vel itin. fi. Ranchin. concl. 4. part. 4.* Hinc fit, vt quamuis
5 alter † litigantium acta ad conſilium ſapientis mitti poſtulet, nihilominus ad communi ſumtu fieri debeat. *Io. Baptiſt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 32. num. 2. Iaſſred. Lanfranc. deciſ. 222. prout vſu obſeruatur teſte Iaſ. in d. §. etiam is. num. 10. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. cap. 99. nu. 10. quicquid Pax Scal. d. c. 17. & ſibiipſi contrarius Io. Baptiſt. Aſin. in d. pract. §. 25. cap. 29. ac alij ſenſerint. Et cum hac limitatione optime congruit deciſio Cameræ Imperialis apud Mynſing. Cent. 1. obſer. 21.*

Nunc vt ad ſpeciem deſcendam, ſi quis quærat num iu-
6 dici † alimenta à litigantibus danda ſint: diſcrimen ante omnia conſtituendum eſt, inter iudicem ordinarium & delegatum. *Marant. in aur. prax. part. 4. diſtinct. 5.* Iudici enim ordinario, cum ex publico ſalarium habeat. *l. fin. C. ad l. Iul. repet. §. oportet. verſic. contentum eſſe ſolis à fiſco tibi miniſtratis. in Auth. de mandat. princip. collat. 3.* alimenta & ſumtus itineris non debentur, ſiue adeat locum ſuæ iuriſdictioni ſubiectum, *c. cum ab omni. 10. verſ. nos attendentes. ext. de vit. & honeſt. cleric. c. vlt. 10. quæſt. 3. Specul. in tit. de Salar. iudic. nu. 8.* ſiue extra

ſuam

ſuam iuriſdictionē ſitum. *§. illud tamen te volumus noſſe. in Auth. d. t. de mandat. princ. collat. 3. Pariſ. de Put. in tract. ſyndic. tit. Ex-*
7 *penſa. cap. 1. nu. 5.* adeo vt ordinario † hodie ne quidem eſculenta & poculenta recipere liceat, *Anchar. d. c. ſtatutum. 11. §. inſuper. num. 4. de reſcript. in 6. Alex. conſil. 206. incip. Viſo themate ſupra ſcripto. num. 9. & ſeqq. vol. 2. Rip. de peſt. c. 4. num. 212 cum ſeqq per l. deuotum. 5. verſic. Solam ſane C. de metat. lib. 12. per l. animalia. 18. C. de curſ. public. eod. lib. 12. l. 2. C. de lucris aduocat. eod. lib. 12. quæ opinio eſt* MAGIS COMMVNIS. *Schneidvv. § tripli. num. 4. Inſt. de action.* quod tamen olim licuit. *l. ſolent. 6 §. non vero in totum ff. de offic. Proconſ. & l. plebiſcito. 18 ff. de offic. præſid. Petr. Rebuff. ad conſtit. Reg. tom. 3. tit. de Salar. taxat. artic. 1. gl. 1. in prin.* multo minus precium equi in hoc itinere forſitan mortui, vel alterius rei amiſſæ, *per l. inter. 26. §. non omnia. ff. mandat. Phil. Frant. d. c. ſtatutum.*
8 *§. inſuper. num. 9. Bonacoſſ. de Equo quæſt. 190.* In iudice † de legato ſubdiſtinguitur aut enim datus eſt ad vniuerſitatem cauſſarum, aut ad vnam cauſſam tantum. Quod ſi vniuerſitas cauſſarum alicui delegata eſt, vel in toto aliquo territorio iuris dictio demandata, cum is pro ordinario habeatur. *gl. c. cum cauſſam. 62. verb. delegatus. in fin. ext. de appellat. Iaſ. l. à. iudice. 5. num. 7. C. de iudic.* ideo nec huic expenſæ vel ſumptus, officij ratione aliquo proficiſcenti à litigantibus debentur. *d. §. illud tamen. te volumus. c. inter cætera. 15. ext. de offic. iudic. ordin. Specul. d. tit. de ſalar. iudic. nu. 11. Mynſing. Cent. 2. obſer. 75.*
9 At iudici † ad ſingularem aliquam cauſſam delegato debentur alimenta, ſcilicet eunti extra locum vbi aliàs habitat, *text. eſt in d. c. ſtatutum. 11. §. inſuper. de reſcript. in 6. Andr. Gail. lib.*
10 *1. obſeruat. c. 151. nu. 7. cum ſeqq.* Et quidem hæc † alimenta debentur integra, non vt iudex delegatus de ſuo cogatur ſoluere, quantum ſi domi manſiſſet, abſumſiſſet. *id quod probatur ex d. c. ſtatutum. 11. §. inſuper. verſ. occaſionem propter habendas expenſas proficiſcendi extra domicilium non aſſumat. Non enim verendum eſſet, vt quis hanc proficiſcendi occaſionem propter habendas expenſas aſſumat, ſi ex ſuo marſupio depromere deberet tantos ſumtus, quantos veriſimiliter domi facere habet neceſſe. Domin. de S. Gemin.*

*d. §. inſuper. ſub. num. 8.* Cui argumento addi poſſunt rationes quas adducit gl. *in d. §. inſuper. verb. moderatas, & ibi Phil.*
11 *Franc. num. 8.* Ergo † ſi iudex Titium & Sempronium conſtituat Commiſſarios, vt audiant teſtes à Caio actore nominatos: quod in cauſſa ciuili facere poteſt. *l. iudices. 17. & auth. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtrum* ſi ſcilicet iuſta cauſſa, quo minus teſtes ipſe audiat, impediatur, *§. illud. in Auth. vt defunct. ſeu fun. eor. collat. 5. Io. Sichard. l. ſolam. 3. num. 1. C. de teſtib.* & iſti commiſſarij neceſſe habeant propter hanc rem ad aliud oppidum vel pagos exire, ſumtus tam vecturæ quā cibariorum ſubminiſtrare debet iſte actor: idemq; eſt in reo teſtes producente. *text. c. mulieres. 2. verſ. expenſis partis producentis. & ibi gl. de iudic. in 6. gl. c. non licet. 11. q. 3. Bertach. in tract. de Epiſcop. lib. 4. part. 2. num. 14. Roman. l. recuſare. 6. §. ſi quis alio. num. 6. ff. ad SC. Trebell. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubri. 1. §. 6. verb. par leur ſermens. num. 9. Petr. Rebuff. l. verbo victus. 43. verſ. Limitarem niſi. ff. de verb. ſignific.* Sic ſi commiſſarij iſti, tam actoris quam rei teſtes ſimul citauerint, & poſtea in alterius teſtibus audiendis plus temporis inſumere cogantur, debent pro rata temporis tam ab actore quàm reo ſumtus agnoſci. *Fr. Marc. deciſ. 221. part. 1. Io. Bapt. Aſin. in*
12 *pract. §. 32. ca. 2. ampliat. 36.* Idem † eſt ſi iudex conſtituat aliquem ſequeſtrum: huic enim ob rem ſequeſtratam extra ſuam domum neceſſario abeunti, alimenta debentur, quemadmodum & alij ſumtus, quos neceſsitate exigente facit. *arg. l. fin. §. ſin autem hi qui detinent. verſ. prius ſcilicet rectore prouinciæ. C. de bon. auctor. iudic. poſſid. l. mulier. 6. in fin. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 7. num. 8. Franc. Marc. deciſ. 444. num. 5. part. 1. Grauat. in addition. ad Oct. Veſtrij practicam; lib. 7. cap. 2. lit. D. ſub num. 15. Petr. Gregor. lib. 23. ſyntagm. cap. 3. num. 29.* Nec impedit quod hoc officium gratuito à ſequeſtro præſtari debeat, neq; vlla merces ei debeatur. *l. vn. C. de ſalar. præbend. lib. 10. Tiraq. d. §. 4. gl. 7. num.*
13 *6.* quia ſumtuum † factorum repetitio, longe differt à mercedis datione: ſiquidem teſtes pecuniam pro teſtimonio dicendo accipere non debent, ſed teſtimonium ferre tenentur gratui-

gratuito ſine mercede *c. nolite. 85. verſic. non ſolum ille proditor eſt veritatis. 11. q. 3. Didac. Couarr. in c. peccatum. part. 2. §. 3. num. 2. de reg. iur. in 6. Chil. König in proceſſ. cap. 83. num. vlt.* nihilominus iura voluerunt, vt ipſis præſtentur ſumtus itineris, vt paulo poſt dicam: idem plane animaduertere licet in tutore, cuius officium quidem de ſua natura etiam eſt gratuitum *gl. l. 1. verb. niſi gratuitum. ff. mandat.* interim tamen ſumtuum factorum reſtitutio non denegatur, *per l. 1. §. ſi pupillis. ff. de tut. & rat. diſtr. & dixi ſ. cap. praced. num. 131.* De arbi-
14 tris † non immerito quis quærat, ſi eos aliò excurrere oporteat, num ipſis alimenta aliįq; itineris ſumtus dari debeant. Pro negatiua ſententia plurimum militat hæc argumentatio. Quibus ſalarium datur, ijs alimenta non debentur. Arbitris ſalarium datur. Ergo arbitris alimenta non debentur. Maior probatur *ex l. ſuo victu. 18. ff. de oper. libert. cum alijs ſ. in cap. praced. num. 37. adductis: quibus accedit id, quod de ſalario iudicis ordinarij paulo ante in hoc cap. num 6. dixi.* Minor probatur *ex l. in ſacris. 12. verſ. etſi apud arbitrum. C. de proxim. ſacror. ſcrin. lib. 12. per quem textum ita ſentit Guid. Pap. deciſ. 68. num. vlt. in fin. & Gul. de Tulalt. in l. ſocietatem mecum. §. arbitrorum. num. 55. ff. pro ſoc. ex l. multis. 8. verſic. arbitro vero non amplius. C. de princip. agent. in reb. eod. libr. ibiq; Bart. hoc notat in fin. Rauenn. ſing. 35. & denią; ex l. quoties. 3. verſic. in ſubeundis autem cognitionalibus. C. de priuil. ſcholar. eod. libr. 12. Lanfranc. in tract. de Arbitr. & compromiſſ. quæſt. 39. vltimæ part. princ.* & de ſalarijs arbitrorum mentionem facit Bald. *in l. cum oportet. 6. in pr. nu. 16. C. de bon. quæ lib. de quibus tamen nihil allegat.* Igitur ſi quis arbitrum ab aliquibus ſe conſtitui pateretur, & certum ſalarium à litigantibus reciperet, ei peregre eunti alimenta aliaque itineris impendia propter rationem prædictam crederem non
15 deberi: ſin nullam † mercedem recipiat, vt plerunq; hodie fit, tum certè ſumtus itineris dari oportere, verius eſt, ne ſuum officium ipſi ſit detrimento, contra vulgata & notiſsima iura: *& de huiuſmodi arbitro gratis operam nauante, (vt ex c. ſi teſtes. §. venturis. 4. q. 3. & alijs textibus ab ipſo allegatis apparet;) loquitur Speculat. tit. de recuſat. §. effectus autem recuſationis. num. 18.*

*qui omnino videndus eſt.* Quia igitur hactenus de alimentis iudicum nonnihil diximus: non alienum eſſet etiam quærere
16 de alimentis † prælatorum Eccleſias aliquas viſitantium: Et his debent alimenta præſtare ij ſubditi, apud quos viſitatio inſtituta eſt, *textus eſt expreſſus in c. ſi epiſcopus. 6. verſic. hi tamen qui viſitantur, miniſtrare tenentur expenſas victualium viſitanti. & c. de offic. ordin. in 6. & in c. cum ex officij. 16. ext. de præſcript. Panormit. c. vt prateritæ. 45. num 4. extr. de elect. Hier. Gigas conſil. 136. incip. Cum ſicuti literis. num. 8.* idq́ue tanto magis obtinet, quando ſubditi viſitationem fieri expetierunt. *Archidiac. in c. nullus primas. in princ. 9. q. 2. Gemin. d. c. ſi Epiſcopus. 6. num. 6.* quæ tamen alimentorum præſtatio ita moderanda eſt ne grauentur ſubditi. *c. cauendum. 16. q. 3.* vnde nec poſſunt viſitatores exigere conuiuia. *idem Geminian. c. Romana. §. denique. num. 12.*
17 *de cenſib. in 6.* De teſtium † alimentis & ſumtibus tenendum eſt, ea præſtari debere per producentem. *l. quoniam. 10. C. de teſtib. c. ſi teſtes. 3. §. venturis. 4. q. 3. c. ſtatutum. 11. §. pro ferendo. de reſcript. in 6. c. mulieres. 2. verb. producentis. eod. lib. 6. Ludouic. Roman. in l. recuſare. 6 §. ſi quis alio. num. 6. ff. ad SC. Trebell.* Neque impedit quod teſtis debeat pro vtraq; parte veritatem dicere, quia id fit præter propoſitum & intentionem producentis: attenditur verò præcipuè quòd principaliter agitur. *l. 1. in pr. ff. de autor. tut. l. ſi quis nec cauſſam. 4. ff. ſi cert. pet. Rol. à Vall. conſil. 41. num. 17. vol. 4.* ideoque non conſiderato eo quod per accidens euenire poteſt, ſolus producens ſumtus teſtibus ſubminiſtrare debet. *gl. in d. cap. ſi teſtes. 3. verb. venturis. Io. de Amic. conſil. 135. incip. Super dubio vertente in Curia.* Plus obſtare videtur textus *in l. 3. §. Gabinio quoq;. verſic. des eis impendia. ff. de teſtib.* ex quo dicendum videtur hoc teſtium alendorum onus incumbere præſidi prouinciæ, vel alij magiſtratui coram quo teſtes examinantur. Huic oppoſitioni dupliciter reſpondet Alberic. de Roſat. *d. l. quoniam. 10. num. 3. C. de teſtib.* vel vt exponamus des, id eſt, dari facias, vel vt dicamus à Gabinio iſto teſtes fuiſſe productos, vt ita Imperator ibi ſcripſerit, non ad præſidem prouinciæ aut alio munere fungentem, ſed ad litigantem. Qui verò Albericus *d.*

*loco.*

*loco* neutram reſponſionem probat, ideo pro confirmatione dico: Gabinius ad quem ibi ſcripſit Imperator, aut ipſe litigauit teſtes producens, aut fuit iudex coram quo teſtes producti examinabantur. Iam ſi concedatur teſtes ab ipſo Gabinio fuiſſe productos, tum ſententia manifeſta eſt, eum etiam debere ijs de alimentis proſpicere: ſin quis contendat Gabinium illum fuiſſe præſidem prouinciæ, tum des, exponendum eſt per dari facias: & hanc expoſitionem ita probo,
18 quia quoties † leges noſtræ iudici aliquid mandant, quod proprie ipſi non incumbit, tum intelligitur illud mandatum, vt iudex curet fieri ab eo cui alias legibus eſt iniunctum. *arg. l. nulli licere. 28. verſ. ita tamen vt religioſiſſimi Antiſtites gratis & ſine vllo diſpendio prædicta geſta conficiant. C. de Epiſcop. & cleric. iuncto c. quoniam contra 11. extr. de probat.* Quoniam igitur teſtium alendorum neceſsitas producenti incumbit, per textus ſuperius adductos, ideo ſi ad iudicem ita ſcriptum fuiſſe ponamus, interpretari debemus, vt curet impendia dari à producente. Quæ ſententia confirmatur præterea *per gl. iuris Sax. lib. 3.* Landtr *art. 21 num. 5. vbi dicitur*, Wiſſe auch hie / wer der Zeugen bedürfftig iſt / der ſol jhnen die zehrung vnd vnkoſten erſtatten / die ſie darüber thun müſſen / *ſic Chil. König in proceſſ. cap. 133. num. 9. inquit*: Vnd die Expenß die bey den Zeugen geſchehen / die ſol der gezeugführer thun / *& eſt* COMMVNIS *vt tradit Andr. Gail. lib. 1. obſer. cap. 99. in pr.* Ampliatur primo, vt
19 † ſi ab ambabus partibus teſtes principaliter producantur, vtraq; etiam pars teneatur ferre onera ſumtuum, *ita per l. 4. §. 2. ff. fin. regund. & l. ex parte. 39. ff. fam. herciſc. tenet Bald. in l. eos, 6. § ſi quid autem num. pen. C. de appellat. & hunc ſequitur Phil. Franc. in d. c. ſtatutum. 11. §. pro ferendo. num. 3. in fin. de reſcript. in 6. Petr. de Moncad. in addit. ad Io. Croti tract. de teſtib. part. 9. num. 60.* Notandum autem eſt hanc ampliationem ſolummodo procedere in teſtibus ab vtroq; litigante prin-
20 cipaliter productis: licet alter † interrogatoria proponat, petatq; vt teſtes ſuper ijs æque ac ſuper principalibus articulis examinentur, vt nimirum nihilominus is, qui teſtes iudici nominauit & produxit, omnes ſumtus ſolus ijs præbere

 cogen-

cogendus ſit. *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat.tit.de teſte.§.qualiter autem ſint producendi.ſub num.12. Fr. Marc.deciſ. 427. num. vlt. & deciſ. 787.part. 2.* Ampliatur ſecundò, vt producens
21 † teſtes ſumtus itineris ipſis præſtare debeat, antequam pedem ſua domo efferant, *quod probatur primo per text.in d.l.quoniam.10.verb.venturis ibiq́ Cyn. & Salic. C. de teſtib. & in d. c. ſi teſtes.3. verſ. venturis. Io. Campeg. tract. de teſtib. reg. 263. verſ.ſexto quia expenſæ & deinde arg. l. Iulianus. 13. §. offerri. ff. de act. emti. vbi habetur quod ille qui petit, primo debeat implere ex parte ſua, & hoc poſteriore fundamento vtitur Petr. de Bellapert. in d. l. quoniam. 10.in pr.* Et hæc ſecunda ampliatio extenditur,
22 vt ſi † altera pars litigantium petat dilationem aliquanto longiorem, eo prætextu quod ex remotis locis teſtes euocare velit, & iudex probabiliter ſuſpicetur hoc fieri calumnioſè ad litem prorogandam, tum iudex iubere poteſt, vt expenſas teſtium euocationi neceſſarias illico deponat, aut ſi id facere recuſet, in cauſſa vlterius progrediatur, *gl.in d.c. ſtatutum.11. §. pro ferendo. verb.expenſas. circa fin. Panorm. in c. conſtitutus. 3.num.8. ext. de fideiuſſ. Caſtr. l. interdum. 36.num.2 ff. de iudic. Thom. Ferrat. cautel. 46. num. 2. & omnino Iaſ. in conſil. 14. incip. Dubitari videtur.volu.1. & in l.1. in pr. num.27. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Io. Bapt. Aſin.in pract.§.21. cap. 5. caſ.2.* Quam ſumtuum depoſitionem iudex non ex qualibet ſuſpicione ſibi oborta flagitare poterit, ſed ſaltem ex vehementi., *ita tradit Felin. in c. de cætero. 5.num.12. extr. de ſent. & re iudic. Dec. in c. ſuper eo. 10. circa fin. extr. de appellat. Iaſ. in conſil. 44.incip.Ex*
23 *ſola inſpectione.nu.8.vol. 3.* Ampliatur tertiò, vt † debeantur etiam ſumtus, quibus teſtes non tantũ interim dum examinantur, ſed etiam in itinere tam adeuntes iudicem, quàm ad locũ ſuum redeuntes, opus habent, *textus eſt manifeſtus in d.§.pro ferendo. verbis veniendo, ſtando & redeundo. Alberic. de Malet. in tr.*
24 *de teſtib. cap.7.num.82.* Quartò ampliatur, ſi † litigator, qui teſtes nominauit, adeo inops ſit, vt teſtibus ſumtus dare nequeat, & teſtes inuiti ſuis ſumtibus iudicem adire nolint, non tenebitur iudex hoſce ſumtus erogare, *per text. in l.ſi procuratorem.8.§.ſi ignorantes, verſ. cæterum dolo. ff. mandat.vbi fideiuſſor*

*propter*

*propter paupertatem excuſatur, ſi non appellauit: quod admittendum non eſſet, ſi vel à iudice vel à parte ſumtus litis poſſet petere: tum enim ad minimum fuiſſet in culpa iſtos ſumtus non petendo. Felin. c. ſi qui teſtium. 8. num. 9. ext. de teſtib.* Quæ tamen ampliatio reſtringitur duobus modis, primò † ſi lis illa vergeret in vtilitatem publicam; tum enim ex publico ſumtus ſuppeditandi eſſent. *c. ex parte. extr. de accuſat.* deinde ſi pro litigante ſuper certis quibuſdam bonis, quæ vel vt propria vel vt communia allegaret, extaret quædam præſumtio, puta quod pro eo lata ſit ſententia, tum ex illis bonis pendente appellatione, ſimiliter ſumtus debentur. *l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam. Felin. d. num. 9. Grauatt. in addit. ad Octauij Veſtr. practic. lib. 4. cap. 4. num. 28.*

25

26 Et huic † ampliationi ita declaratæ magis accedo, quàm eorum ſententiæ, qui putant hiſce teſtibus à paupere nominatis ſumtus dari oportere ex publico, *quod cenſent in d. c. ſi qui teſtium. 8. Ant. de Butr. nu. 7. Panorm. num. vlt. extr. de teſtib.* ſiquidem hæc opinio iure non probatur, *vt dicit Felin. d. c. ſi qui teſtium. 8. num. 9.* Etſi enim allegant quidem *§. ſit tibi quoq; in Auht. de mandat. princip. collat. 3. & c. aurum. 12. q. 2. & c. ſicut. ext. de exceſſ. prælat.* tamen nullus horum textuum ſententiam iſtam iuuat. Nam in d. §. ſit tibi quoque traditur ſolummodo, vt iudex pauperum cauſſas gratis audiat: nihil autem accipere, longe differt ab eo vt inſuper in teſtes productos cogatur ſumtus facere. Dicat aliquis, neque Antonium de Butr. neque Panormitanum latuiſſe hoc diſcrimen, imo vtrumque apertè agnouiſſe, dum putant iſtud ſumtuum teſtibus egeni litigatoris præbendorum onus, ordinario tantummodo iudici incumbere, delegato autem non item: propterea quod ille ex publico ſalarium habeat, hic vero non: vnde quia in d. §. ſit tibi quoq; conſtitutum ſit, vt gratis pauperum cauſſas audiat, videtur dicendum eum debere partem ſui ſalarij, in huiuſmodi litem pauperis erogare, alias dici non poſſet, gratis iudicare. Sane ſi hoc modo iſtum textum inducere voluerunt, adhuc reſponderi poteſt. Nam vt non dicam de difficultate rationis ineundæ, quantum iudicem erogare oporteat de ſuo annuo

nuo ſalario, ita vt huius ſolius pauperis cauſſam gratis iudicet: reſponſionis loco admonere ſatis eſſe arbitror, quod in iſta inductione, non recte explicetur phraſis gratis iudicare: nec in d. § ſit tibi quoque. eo ſenſu accipitur, quaſi iudex debeat quicquam de ſuo ſalario reddere: ſed vt ne pauperum cauſſæ intermittantur, eo prætextu, quod expenſas notario & ſcribis debitas ſoluere nequeant: ſicut verba iſtius textus manifeſto oſtendunt, verſ. occaſione expenſarum damnificari, *quæ declaratio conuenit traditis à Gailio. lib. 1. obſeru. cap. 43. num. 15. & 16*: Sic neque ex d. cap. aurum. iſta opinio probatur: traditur enim ibi quidem pauperes ex rebus Eccleſiæ alendos, at de ipſorum litibus iudiciarijs inde pariter inſtruendis, nihil dicitur. Deniq; d.c. ſicut quomodo ad rem præſentem accommodandum ſit, non video: neq; in inductione vehementer laborare, operæ precium eſſe puto.
27 Sed quicquid de rigore iuris diſputari poteſt, patet † humaniorem eſſe alteram ſententiam, vt nimirum pauperi litiganti, non quidem de iudicis ſalario ſed ex publico ærario ſumtus ſuppeditentur: quam ſententiam & quidem in ſpecie in materia productionis teſtium, amplexos fuiſſe Dominos Scabinos Lipſenſes, teſtatur nobiliſsimus vir Dn. Hartman. Piſtoris *lib. 1. quæſt. 20. in fin. cui ſubcribit Eberh. Speckhan quæſt. 35.*
28 *num. 1. & 4. Cent. 1.* & de omnibus † litis ſumtibus in Curia Toloſana obſeruari tradit Boër. *deciſ. 325*. Imo fiunt hæc alimenta nonnunquam de eleemoſynis deſtinatis in vſum pauperum. *Lancill. Conradus in tract. de offic. prætor. in cauſſ. crimin. tit. de carcerat. num. 25. in fin. Oct. Veſtr. lib. 2. practic. cap. 7. ibiq; Grauat. & præceptor ac ſocer meus in tit. ff. de poſtul. num. 3.* Vnde in aduerſarijs præceptoris ac ſoceri mei piæ memoriæ Facultatem collegij Iuridici in Academia Ienenſi Anno 1567. duabus ſororibus tum temporis Naumburgi commorantibus & cognato ſuo litem mouere cupientibus reſpondiſſe inuenio, Ewer Vetter iſt euch mit gerichts koſten wieder ſich ſelbſt zu verlegen nicht verpflicht/ Sondern dieſelben werden euch wegen ewer Armut vnd Vnuermögen/auß gemeinen kaſten/ oder ander einkommen zu milden ſachen gehörende/vorgeſtreckt.

Simi-

29 Similiter ad iudicis † officium pertinet pauperi non tantum operam ſuã gratis præbere, ſed etiam ipſi de aduocato idoneo, qui ſine remuneratione, eius cauſſam agat, proſpicere: idq; vſurpatur non tantum in Gallia, *vt ſcribit Caccialup. in tract. de offic. aduocat. quæſt. 3. num. 3. Boër. deciſ. 303. num. 4. deciſ. 325. ſub num. 1. Gul. Mayner. l. quod attinet. 32. num. 2. ff. de reg. iur.* ſed etiam in Camera Imperiali, *vt ſancitum eſt* in der Kammergerichts ordnung, *part. 1. cap. 41. & 78. Mynſing. cent. 4. obſer. 32.* & in Curijs prouincialibus Electoris Saxoniæ tam Lipſiæ quam hic VViteberga exiſtentibus, vt ex vtriuſq; Curiæ ordinationibus apparet: id quod etiam iuri communi ſatis congruit. *l. necquicquam. 9. §. aduocatos. ff. de offic. proconſ. Gail. lib. 1. obſer. cap. 43. num. 10.* Atq; hæc opinio de ſumtibus
30 † pro pauperibus ex publico ærario faciendis tanto magis obtinet, quando actor publici commodi cauſſa experitur, *per c. cum pro cauſſa. 6. ibi negocia promouenda. extr. de procur. l. ſicut. 7. in pr. verſic. ſed & legato. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. l. liberto. 31. §. vno defendente. ff. de negoc. geſt. Specul. tit. de inquiſit. §. vltimo not. num. 1. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parens. num. 56. ff. de lib. agnoſ. Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 27.* Illud etiam quæri ſolet, num aduocatus ex publico ſalarium non habens, pauperi gratis inſeruire debeat: Sed quia hanc alimentorum materiam egreditur, ego eam omitto, *& videri poſſunt Alberic. de Roſat. in l. vn. num. 8. C. de ſuffrag. Dominic. Sot. de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 8. artic. 1.*

Cæterum hæc quæ de teſtium ſumtibus à producente
31 præſtandis hactenus dixi, limitanda ſunt † vt procedant de factis intra modum: qui modus iudici æſtimandus relinquitur, *vt ſentiunt in d. l. quoniam. 10. Cyn. in fin. Sichard. nu. 7. C. de teſtib.* iſq; conſiderabit teſtium dignitatem, valetudinem & alias circumſtantias. Nobili enim & Doctori aut alteri perſonæ honoratæ debetur etiam precium vecturæ: ſecus in ruſtico & ſimilibus firma valetudine præditis. *gl. in l. idemq; 10. §. idem Labeo. verb. eum oportere. ff. mandat. per l. vel vniuerſorum. 12. ff. de pignor. act. & iſtam gloſſ. in hiſce noſtris terminis, ceu ſingularem commendant. Bald. in l. eos. §. ſi quid autem. num. vult. C. de ap-*

*de appellat. Amianell. de Clariſaq. ſing. 181. Hippol. Bonacoſſ. in tract. Equor. quæſt. 298. Moncad. in addition. ad Croti tract. de teſtibus. part. 9. num. 61. Andr. Gail. lib. 1. obſer. cap. 99. num. 4. Ranchin. deciſ. 9. part. 1. Chil. König in proceſſ. cap. 133. num. 9.* Et diſcrimen perſonarum obſeruari debere ſancitum quoq; eſt per Carolum V. in des heiligen Reichs peinlicher Halßgerichts ordnung, *cap. 57.* niſi quod præterea expreſſum eſt quid ſingulis diebus in humilioris conditionis teſtem erogari oporteat, Den gemeinen leuten vnd Fußgengern ſol für ſeinen koſten einen jeden tag / dieweil er in ſolcher Zeugſchafft iſt / acht Creutzer / oder ſo viel werts / nach eines jeden Landes Müntz gelegenheit / geben Aber mit andern vnd mehrern Perſonen ſol es derhalben nach erkentnis der Kundtſchafft verhörer gehalten werden / Sic qui equum habet proprium, quem ſolet dare ad vecturam, & cum illo iuit ad iudicem teſtimonij dicendi cauſſa, etiam huic precium dari debere cenſent *Alberic. de Roſat. d. l. quoniam. 10. num. 3. Alberic. de Malet. in tract. de teſtib. cap. 7. num. 83. Campeg eod tract. reg 263. verſ. quarto vectura.* quod tamen declarandum eſſe videtur, vt hoc procedat ſi vel valetudo vel alia circumſtantia æquum poſtulet. *Moncad. d. part.*
32 *9. num. 61.* In horum † autem ſumtuum modo definiendo, ſolet illud præterea quæri, an non deducendum ſit id, quod etiam domi in ſua alimenta neceſſe habuiſſet teſtis inſumere, vt nimirum ei ſolum ſoluatur quod ſi domi manſiſſet non expendiſſet? Et hanc deductionem faciendam eſſe putant *in d. l. quoniam. 10. Cyn. num. ult. & Salyc. num. 2. C. de teſt. per l. ſed etſi. 25. §. quod autem quis. ff. de petit. heredit. Aman. de Clariſaq. in ſing. 14. per l. ſed etſi. 11. §. quo autem loco, & ibi notat Bald. num. 2. ff. ad exhib. & demq; Odofred. in l. cum ſæpe. 17. num. 2. per illum textum in verſ. hoc tantummodo de publico. C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* Verum contrariam opinionem nempe talem deductionem faciendam non eſſe, ſed omnes ſumtus teſti ſuppeditandos, probat textus apertus *in d. c. ſtatutum. 11. §. proferendo ibi: veniendo, ſtando & redeundo. § inſuper. ibiq; gl. verb. moderatas. de reſcriptis in 6. Gaill. d cap. 99. num. 2. & hæc poſterior ſententia eſt* COMMVNIS *teſte Pet. Moncad. in d. part. 9.*

*num.*

*num. 62.* Neq; obſtant textus in contrarium adducti: aut enim ſumtus alicui reficiendi ſunt ratione intereſſe, veluti ra-
33 tione † victoriæ, & tum deducendi ſunt ſumtus, quos victor domi coactus fuit inſumere: in hos enim victus victori non eſt condemnandus, atque ita procedunt d. §. quod autem quis. & d. §. quo autem loco. *Speculat. tit. de expenſ. §. poſtremo dicendum eſt. num. 7. Lanfranc. de Oriano in pract. cap. de Expenſ. num. 18. Baptiſt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 3. num. 7. Plot. in l. ſi quando num. 674. C. vnde vi. vel in Colonienſ. edit, in tract. de in lit. iur. §. 37. num 6.* aut non debentur per modum reſtitutionis, ſed vt quotidianus victus, & tum nihil deducitur, *ita diſtinguit Angelus in d. l. ſed etſi. 25. §. quod autem num. 2. ff. de petit. hæredit. Alberic de Malet. d. cap. 7. num. 84.* Cuius tamẽ diſtinctionis priori membro per conſuetudinem videtur derogatum, ita vt etiam victus victori hodie plerunq; in omnes expenſas quas veriſimiliter fecit, non deducto eo, quo domi opus habuit, condemnetur. *Guid. Pap. deciſ. 625. Andr. Gail. lib. 1. obſer. cap. 151. num. 5.* niſi ad concordiam redigamus, dicendo prius membrum diſtinctionis procedere, quando litigans & poſtea vincens domi manet: hanc autem conſuetudinem, quando neceſſario iſtius litis cauſſa peregre iuit. Multo minus obſtat textus *in d. l. cum ſæpe. 17.* ſiquidem diuerſiſsima eſt ratio militum, qui publica aluntur annona, & eorum qui vt priuati ſine vllo ſalario ad teſtimonium perhibendum euocantur: ſiquidem quod illis imputatur id quod domi abſumſiſſent, id fit ne duplici fruantur annona, & ita nec cum aliorum iactura locupletentur: quod verò his non imputatur, id fit ne ſibijpſis ſuum officium ſit detrimentoſum, & ita vt damnum euitent, inter quæ duo eſt ingens diſcrimen. *l. Proculus. 26. in fin. ff. de damn. infect.*

34 Similiter quæritur, producens † conuenit cum teſte de certa ſumma in ſingulos dies ei danda, & ſoluit pro decem diebus, ſed poſtea euenit vt teſtis intra ſextum diem domum redierit: quæritur vtrum ſumtus quatuor dierum producenti debeat reſtituere, an verò iure queat retinere. Hanc quæſtionem mouet Io. Andr. *in addition. ad Specul. tit. de teſte. §.*

quali-

*qualiter autem ſint producendi. ſub num. 12. & per l. creditor. 60. §. ſi inter ff. mandat. l. antepen. §. 1 ff. de leg. 2. l. pecuniæ ſortem. 8. ff. de alim. & cib. leg.* decidit, reſtituendos eſſe: *quam deciſionem ſequitur Caſtr. in d. l. quoniam. 10. in pr. C. de teſtib. & Petr. de Moncad. in addit. ad Io. Croti tract. de teſtib. part. 9. nu. 64. vbi etiam eã præterea à ſimili confirmat: vltra quos omnes ego adduco text. in l. 2.*
35 *in fin. & l. 4. ff. de condict. ſine cauſſ.* Sed quid ſi † teſtis interim dum domo abeſt, non abſumat id quod à producente ſumtuum cauſſa accepit? Pone enim, Titius hinc euocatus eſt Lipſiã teſtimonij dicendi cauſſa, qui poſtquam eo venit, offendit ibi quoſdam ex ſuis amicis aut cognatis, ab his certatim inuitatur, ita vt illis diebus, (exempli cauſſa tribus,) quibus ibi à iudice detinetur, ne teruncium quidem inſumat, quæritur an id quod Titius accepit ratione illorum dierum, quibus nullos ſumtus fecit, producenti debeat reſtituere? In hac quæſtione, etſi ſimpliciter decidit Alber. de Roſat. *in l. 1. §. ſi pupillis. num. 3. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Titium ſumtus pro illis tribus diebus acceptos ſibi retinere nequaquam poſſe, ſed debere producenti reſtituere; *per l. quod ſi domi. 28. in fin. ff. locat.* tamen diſtinguendum puto, aut data eſt Titio pecunia vt inde ſibi proſpiciat de alimentis, & quod erogauerit in rationes referat, quemadmodum tutores pupillarium negociorum cauſſa peregre euntes facere tenentur, vt conſignent, quid quotidie neceſſario inſumſerint, *l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. diſtrah.* & tum deciſionem iam adductam veram arbitror, vt nimirum Titius iſtorum trium dierum, quibus cum amicis ſuis conuiuatus eſt, prætextu, ſibi nihil retinere poſſit, ſed hoc quicquid eſt producentis commodo cedat: aut data eſt pecunia Titio vt de ea viuat, non conſiderato ſiue plus ſiue minus inſumat, & hoc caſu Alberici deciſionem veram eſſe non putem: *quæ diſtinctio apertè probatur in d. l. creditor. 60. §. ſi inter. ff. mandat. quem textum ad hoc propoſitum accommodat Barthol. de Cap. ſing. 50. cui addi poteſt text. l. ſi quis Titio. 17 ff. de leg. 2. & l. ſolent. 3. verſ. redditurum ſe. & ibi gl. verb. defierit. in fin. ff. de aliment. vel cib. leg.* Et quia ex conſtitutione Caroli V. teſti humilioris conditionis ſingulis diebus dandi ſunt

ſunt Acht Creutzer / non vt rationes inde conficiat, ſed ſimpliciter pro ſuis ſumtibus, *vt habetur* in der Peinlichen Halßgerichtßordnung *d.c. 75.* ideo veritati conſentaneum videtur, teſtē id quod de hoc ſuo demenſo comparſerit, producenti reſtituere non compellendum. *per d. §. ſi inter.* Denique in
36 hiſce teſtium † alimentis conſtituendis obſeruandum eſt, quemadmodum rationem temporis vel eius quod lucrari interim potuiſſet, haberi non oportet: ita ſi teſtis ex operis ſuis diurnis non tantum ſe, ſed & vxorem atque liberos ſuos aleret, tum etiam diurnæ mercedis rationem haberi æquiſsimum eſſe, *Andr. Gail. lib.1. obſeru. cap. 99. num.8. quæ æquitas in Curia Delphinali, Guid. Pap. deciſ. 68. num.6. & in ſenatu Pedemontano, Cacheran. deciſion. 46. vſurpatur. Ranchin. deciſ. 9. part. 1.*

37 De damnis † tam perſonarum valetudini quàm bonis teſtium in itinere obtingentibus, quia tam accurate ſcripſit Petr. de Monc. *in ſæpe alleg. part. 9 num.65.* vt quod addam, multo minus quod corrigam, non habeam, ideo ocioſa eorum recitatione benigno lectori nolo eſſe odioſus.

Hactenus de iudice, iiſque quos iudex nonnunquam liti adhibet alendis dictum eſt, nunc videamus quoque de ipſis litigantibus, an hi ſibi inuicem alimenta teneantur præſtare: in qua quæſtione conſtituendam arbitror theſin ne-
38 gatiuam hanc: Litigans † ſuo aduerſario de alimentis vel ſumtibus litis regulariter non tenetur proſpicere, *per textum in l. Imperatores. 17. ff. de tutel. & rat. diſtrah.* cui adſtipulatur vulgatum illud, neminem compelli aduerſario adminiſtrare arma de ſua domo. *l. nimis graue. 6. C. de teſtib. l.1. & l. qui accuſare, C. de edendo. c.1. extr. de probat. & iſtam theſin expreſſe tradit Cephal. conſil. 714. incip. Bartholomæus in iudicio. num.9. cum ſeqq. volum.5. ac nobiliſſimus & præſtantiſſimus vir fautor & patronus mihi plurimum colendus D. Hartman. Piſtoris. lib. 1. quæſt. 20. num. 2. in fin. & COMMVNEM eſſe teſtatur Dominus præceptor meus piæ memoriæ Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 95.*

39 Verum limitatur hæc † theſis primò vt non procedat,

quando reus bona, propter quæ agitur, poſsidet, & actor
eſt inops: his enim duobus concurrentibus actori præſum-
tionem inſuper aliquam pro ſe habenti, reus conuentus ali-
menta & ſumtus litis, ea pendente, præſtare debet *per text.*
*in l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtam. l. fin. C. de*
*ordin. cognit. Fr. Aret. in l. diuortio. 8. § item ſi meſſes in pr. ff. ſolut.*
*matr. Guid. Pap. ſing. 537. in fin. D. Hartman. Piſtoris. d. quæſt. 20.*
*num. 4. Mynſing. Centur. 6 obſeruat. 21. num. 1. vbi refert hanc limi-*
*tationem in Camera Imperiali approbatam fuiſſe.* Ad quorum
duorum requiſitorum intellectum ſcire debemus, nonnul-
40 los † Interpretes præterea requirere, vt actor in cauſſa prin-
cipali, antequam ei hæc alimenta decernantur, de ſua poſ-
ſeſsione, vel quaſi aut de alio ſuo iure ex quo agit, ſenten-
tiam obtinuerit: *Bart. Alberic. Angel. Caſtr. Fulgoſ. in d. §. de*
*inofficioſo. Fr. Marc. deciſ. 364. part. 2.* at eiuſmodi ſententiam
neceſſario non requiri, ſed ſufficere præſumtionem, etiam a-
liunde corroboratam, oſtendit *per l. 1. § ſi ea quæ in poſſeſsionem.*
*11. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.* Alciatus *de præſumt. reg. 3. præſum. 9. nu.*
*10. cum ſeq. Didac. Couarr. in pract. quæſt. c. 6. nu. 6. Pontan. de ali-*
*ment. cap. 13. num. 6. Tiber. Decian. conſil. 66. vol. 2. quod repetitum*
*inuenitur in conſil. 128. vol 3. Fuluius Pacian. lib. 1. de probat. cap.*
*54. num. 70. Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 35. num. 4. prout fuit*
*deciſum in conſilio Neapolitano, teſte Afflict. deciſ. 11. & hoc iure nos*
*vti ſcribit Petr. Rebuff. in comment. ad conſtit. Reg. tom. 1. tit. de ſent.*
*prouiſional. in præfat. num. 17. & artic. 1. gl. 2. num. 5. & Ludouic. de*
*Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 16. num. 37. & hanc ſen-*
*tentiam* COMMVNEM *eſſe tradit Laur. Kirchou. in commun. opin.*
*lit. R. verſic. Reus tenetur ſubminiſtrare. & Io. Bolognet. conſil. 32.*
41 *num. 3. & 7.* Neque † obſtat *d. §. de inofficioſo.* quia olim erat
præſumtio pro patre exhæredante *l. nam & hu. 5. §. huius au-*
*tem. ff. de inoff. teſtam.* ideo eam præſumtionem ſententia tolli
neceſſarium erat *l. Diuus. 7. ff. de reſtit. in integr.* hodie vero
de iure nouiſsimo, quia pro teſtamento paterno, quan-
tum filiorum exhæredationem concernit, non præſumi-
tur, ſed vt cauſſa ingratitudinis inſerta ab hærede ſcripto
probetur oportet *§ ſiue igitur omnes memoratas in Auth. Vt cum*
*de ap-*

*de appellat. cognoſc. collat. 8.* etiam non obſtante exhæredatione, interim alimenta filio, de inofficioſo teſtamento conquerenti, debebuntur ex hæreditate paterna, cum ipſi nulla
42 aduerſetur præſumtio. Quod ſi pro † actore militet præſumtio, quam reus conuentus neget, ſatis eſt ſi probetur per vnicum teſtem, *vt ſentit Bart. in Extrauag. Ad reprimendum. verb. ſummariè. num. 10. per l. in l. 40. verſic. ſi ſummatim re expoſita ad ſuſpicionem iudicem adducam. ff. ad l. Aquil. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primog. cap. 16. num. 40. Couarr. d. cap. 6. num. 8. Tiber. Decian. d. conſil. 66. num. 3. vol. 2.* modo ille teſtis vnicus omni exceptione ſit maior. *Bart. in l. admonendi. num. 36. ff. de iureiur. Zuchard. in l. fin. num. 101. C. de edict. D. Hadrian. toll.* neque alia in contrarium obſiſtat præſumtio. *Menoch. d. quæſt. 35. num. 6. & 32.* puta quod actor iſtis bonis, ad quæ iam agit, renunciaſſe perhibeatur. *Io. Cephal. d. conſil. 714. num. 25. vol. 5. Menoch. d. quæſt. 35. num. 27. qui ambo inter alia allegant deciſionem Parlamenti Pariſienſis ex Io. Gall. quæſt. 122. quo in loco ego nihil inuenio, ſed in quæſt. 147. & quæſt. 215.* Ex
43 qua declaratione ſequitur, vt hæc † alimentorum prouiſio non tantum pendente appellatione, *vt putat Fr. Marc d. deciſ. 364. part. 2.* ſed etiam in prima inſtantia ſit facienda. *Rebuff. in d. art. 1. gl. 2. num. 5. Alciat. d. præſumt. 9. num. 10. & 11. Pontan. d. c. 13. num. 7. Menoch. d num. 4. quæ ſententia* COMMVNIS *eſt, Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 46. num. 7. &* MAGIS COMMVNIS. *teſte Simone de Præt. de interp. vlt. volunt. lib. 5. interp. 2. dubit. 2.*
44 *num. 18.* Hinc porro † efficitur vt filio vel filiæ egenis bona paterna à poſſeſſore petentibus alimenta lite pendente debeantur, *per d. l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſt.* ita tamen vt repetatur id quod iam dictum eſt, ſi petenti non obſtet vrgens aliqua præſumtio: verbi cauſſa; pater præter filios ſuos legitimos & naturales habens etiam filium adoptiuum, condidit teſtamentum, in quo filium adoptiuum præterijt: huic partem aliquam ex patris adoptiui bonis contra teſtamentum petenti, alimenta lite pendente non debentur, quia iura ipſius petitioni manifeſto reſiſtunt. *§ ſed ea omnia. verſ. teſtamento autem ab eo facto. Inſtit. de hæred. quæ ab in-*

*teſt. defer. Et ita in terminis tradit Petr. Rebuff. d. tit. de ſent. prouiſion. artic. 1. gl. 2. num. 27. quem locum more ſuo ſine mentione auctoris ſibi aſſcripſit Caballin. milleloq. 683.* Idem obtinet ſi filius vel filia naturalis tantum, contra defuncti filios legitimos ſimul & naturales, petitionem hæreditatis paternæ intentet: cum enim in patris ab inteſtato defuncti & præterea filios legitimos ac naturales habentis bonis, naturalibus nulla detur ſucceſsio. *§. diſcretis. verſic. ſi quis autem habens. in Authentic. quibus mod. nat. effic. ſui. collat. 7. auth. licet. C. de natural. lib.* & propterea hæc lis ſtatim ab initio calumnioſa appareat, ideo huiuſmodi filio vel filiæ naturali litiganti litis ſumtus non debentur, *vt bene probat Hier. Gabr. conſil. 25. incip. Iulia tanquam filia legitima. in pr. vſq; ad num. 8. volu. 1. Marc. Ant. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. cap. 18. num. 24.* Quorum alimentorum bona, ex ſucceſsione rectæ lineæ petentibus, debitorum tractationem, quia per ampliationes & limitationes erudite perſecuti ſunt, *Petr. Rebuff. d. gl. 2. Petr. Duen. reg. 360. incip. Filio durante lite. & Menoch. d. quæſt. 35.* ideo nolo ea deſcribere: de eo ſaltem admonendi ſumus, vi-
45 deri † idem eſſe, ſi egenus aliquis, fratris aut alterius collateralis, à quo ſit hæres inſtitutus vel etiam ab inteſtato alijs propinquioribus non extantibus defuncti, bona petat, *quemadmodum ſine vlla diſtinctione cenſuit Franc. Maria Plotus in addition. ad Martini Garrat. conſil. 48. num. 5.* Sane hoc ſimpliciter negat Petr. Ant. Anguſol. *conſil. 4. num. 4. lib. 3.* nihil tamen allegat: ſed Petr. Rebuff. *d. gl. 2. num. 32.* Duenn. *d. reg. 360. limit. vlt.* & Menoch. *d. quæſt. 35. num. 17.* diſtinguunt ita, vt hanc alimentorum prouiſionem fieri poſſe & debere concedant, ſi frater vel alius conſanguineus inops, ſui conſanguinei collateralis hæreditatem ex teſtamento, non cancellato neq; raſo petat, ſecus ſi ab inteſtato. At pace tantorũ virorum dixerim, huius diſtinctionis nulla forſitan poteſt afferri probabilis ratio, & diſplicere videtur Couarr. *in d. cap. 6. nu. 6. verſ. Ego vero.* & aperte contrarium ſentit Io. Bapt. Aſin. *in pract.*
46 *§. 32. cap. 2. ampliat. 29. nu. 2.* Quod enim † Duenn. *d. limitation. vlt.* prætendit collateralium hæreditatem nobis non ita deberi,

beri, vt aſcendentium *per l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſthum.* id diſtinctionem iſtam nihil iuuat: ſiquidē in hac prouiſione non conſideratur ius, quod olim petenti competijt, de cuiuſmodi iure d. l. in ſuis. tractat, ſed hic præcipuè inſpicitur num res, de qua agitur, ad petentem iam in præſenti veriſimiliter ſpectet. *d. §. de inofficioſo. & d. l. fin. C. de ordin. cognit.* Iam vero, mortui fratris neque deſcendentes neque aſcendentes habentis hæreditatem, lex defert ad proximiorem *l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. auth. ceſſante. C. de legit. hæred.* qui ſi vnico ſaltem verbulo, vel alio modo declaret ſe adire hæreditatem. *l. pro hærede. 20. l. gerit. 88. ff. de acquir. hær.* eius illico nanciſcitur dominium. *§. vlt. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* Si itaque quis moriatur nullis relictis liberis, & eius frater egenus, petat bona ab alijs detenta, & ſummariè probet ſe eſſe defuncti fratrem & laborare inopia, meritò obtinebit alimenta ex illis bonis, per ea quæ ſuperius in hac limitatione allegata fuerunt: præſertim cum vbi de teſtamento non apparet, præſumitur vnuſquiſque inteſtatus deceſsiſſe. *Seb. Medic. in l. fin. gl. 1. part. 3. num. 5. ff. de ll.* Multo minus quicquam ad rem facit textus *l. fin. C. de edict. di. Hadr. toll. à Petro Rebuffo d. num. 38. allegatus.* Licet enim is qui hæres ſcriptus eſt, in teſtamento non raſo neque cancellato, beneficio d. l. fin. poſſeſsionem adipiſci poteſt, *vt ibi Zuchard. Menoch. Achill. Perſon. & alij latiſſime declararunt*: tamen hoc fratri obeſſe non poteſt: partim quod duobus ſupradictis requiſitis concurrentibus actori alimenta decernenda ſint, ſiue experiatur petitorio ſiue poſſeſſorio iudicio: *Petr. Rebuff. d. art. 1. gl. 2. num. 10.* partim quod fratri etiam competat remedium poſſeſſorium, Quorum bonorum. *Oldendorp. claſſ. 2. act. 1. num. 4. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 1. num. 33. cum ſeq.* Pari ratione efficitur, vt
47 mulieri † poſt mortem, mariti ſui dotem ſuam repetenti & laboranti inopia, pendente lite per hæredem mariti vel alios bonorum poſſeſſores alimenta præſtanda decerni debeant, non tantum *per d. §. de inofficioſo. & d. l. fin.* ſed etiam *arg. l. pen. ff. vt in poſſeſſ. legat. quem textum ad hoc propoſitum allegat Petr. Rebuff. d. tit. de ſent. prouiſional. artic. 3. gl. 1 num. 1. & Couarr. in*

*pract. quæſt. cap. 6 num. 5. verſic. ſed & idem erit in agente vxore. & in Camera Imperiali ita deciſum fuiſſe teſtatur Mynſing. Cent. 6. obſeru. 21. num. 1. de mariti creditoribus loquens.* Similiter hinc
48 efficitur, vt inopi † vaſallo contra dominum litiganti alimenta ex bonis de quibus lis eſt danda ſint, *arg. c. 1. in princ. & §. 1. Si de feud. defunct. content. ſit int. dom. Rebuff. d. tit. de ſentent. prouiſ. artic. 1. gl. 2. num. 19. Menoch. d. quæſt. 35. num. 22.*
49 Sic ex bonis † arreſtatis vel ſequeſtratis debentur ei apud quem inuenta ſunt, ſi aliunde non habeat de quo viuat, alimenta, *per ea quæ dixi cap. præcedente. num. 32. cum ſeq. quibus nunc addo tradita præceptoris mei honorandi D. Matth Coleri de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 87. 88. & 127.* ita tamen vt quæ paulo ante in genere dicta ſunt, huc accommodentur, nempe vt ea procedant, niſi eum, apud quem res ſequeſtrata inuenta fuit, eius dominum non eſſe extet præſumtio: vnde ſi quis mercatori ſubtraxerit rem aliquam, & mercator poſtquam reſciuit apud quem ea res extet, faciat eam ſequeſtrari: & ſummariè oſtendat furto ſibi eſſe ſubbtractam, non tenetur furem interim alere. *Rebuff. in d. tit. præfat. num. 116.* Et
50 in hac † prima limitatione ſingulariter eſt notandum, quod ſumtus litis à bonorū controuerſioſorum poſſeſſore, præſtari debeant actori, etiam filium vel fratrem vel alios locupletes à quibus ali debet, habenti, *vt tradit Crauett. conſil. 164. incip. Nobilis domina. num. 2. verſ. Non obſtat ſecundum quod maritus. & num. 3.* præter cuius fundamenta addi poteſt hoc, quod huiuſmodi alimenta dentur litiganti tanquam de proprio patrimonio. *Bald. in d. l. vlt. num. 4. C. de ord. cognit. Petr. Ant. Anguſol. conſil. 4. num. 2. lib. 3.* Qui autem ſibi ex ſuis rebus poteſt ſuccurrere, is nec à patre, nec matre, nec filijs, nec fratribus quicquam alimentorum nomine petere poterit, vt ſupra ſuis locis oſtenſum fuit.

51 Secundò limitatur † hæc theſis de alimentis litiganti à ſuo aduerſario non præſtandis, vt fallat, etſi quidem non petatur precium aliquod vel alia bona, ſed principaliter litigetur de alimentis: hoc enim caſu pauperi agenti interim reus conuentus tenetur præſtare tam expenſas quàm alimenta.

*gl. l.*

*gl. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. verb. nec decernens. ff. de lib. agnoſc. Thomas Grammat. conſil. ciuil. 146. num. 13. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 2. num. 16. Dn. Hartman. Piſtoris d. quæſt. 20. num. 5.* Si itaq; eueniat vt filius ſpurius alimenta ex patris defuncti bonis ſiue ex teſtamento paterno ſiue aliàs de iure petat, eum inopia laborantem interim dum lis pendet, heredes alere debent. *Petr. Rebuff. d. artic. 1. gl. 2. num. 30. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 63. ff. de liber. agnoſ.* Quæ limitatio extenditur vt etiam locum habeat quando petuntur alimenta præterita: *quemadmodum iudicatum fuiſſe refert Rebuff. d. gl. 2. num. 31.*

52 Tertiò limitatur ſuperior † theſis de alimentis ſecum litiganti non præſtandis, quando proponitur actio quædam præiudicialis, cuius ſaltem conſequens eſt alimentorum præſtatio: veluti ſi contendatur Titium reum, eſſe actoris aut actricis patrem vel filium, vel fratrem vel maritum &c. aut Bertam ream, eſſe matrem, vel filiam, vel ſororem vel vxorem &c. Cum enim hæ perſonæ certis caſibus alimenta tam præſtare quàm exigere queant, vt hactenus dictum fuit: conſequens eſt, vt interim, ſi ſummariè ſaltem huiusmodi coniunctio, & præterea egeſtas probetur, pendente lite debeantur alimenta. *l. vlt. ff. pro derelict. Io. de Rojas in Epit. om. ſucceſſ. cap. 21. num. 70. Ioſeph. Ludouic. in d. deciſ. Peruſ. 46. num. 2. cum ſeqq.* Et in ſpecie de Caio negante Mæuium filium, quod interim Caius iſte Mæuium alere debeat, ſcilicet ſi ſummatim conſtet Caium Mæuij patrem eſſe, textus eſt apertus *in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. & facit l. ſi neget. 7. iunctis ibi notatis per Bart. ff. de lib. agnoſ. Cephal. d. conſil. 714. incip. Bartholomeus in iudicio. num. 3. vol. 5. Pontan. de aliment. cap. 13. nu. 5. Mynſing. Centur. 6. obſer. 21. num. 3. Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 23.* Econtra ſi adoleſcens aliquis contendat Titium eſſe ſuum patrem, hunc adoleſcentem Titius tenetur interim alere *arg. l. 1. §. ſi ea quæ. ff. de ventr. in poſſ. mitt. & tot. tit. de Carbon. edict.* modo ſit in quaſi poſſeſsione filiationis, vel aliud quid modicum pro filio faciat: ſi enim manifeſto conſtet, hanc adoleſcentis petitionem eſſe calum-

nioſam, non erit alendus. *d. §. ſi ea quæ. & l. 3. §. cauſſæ cognitio. ff. de Carbon. edict. Rebuff. d. tit. de ſent. prouiſion. art. 1. gl. 2. num. 21.* neque ſi aliud quid, cuius ea eſt vis, vt pater filio iuſte alimenta poteſt denegare, obſtet adoleſcenti: quorum caſuum pleriq; deſumi poſſunt ex limitationibus in cap. 2. huius libri indicatis: ſi ergo adoleſcens ille eſſet diues, pendente lite ipſi alimenta non eſſent præſtanda *Stephan. Aufrer. in addition. ad Capell. Toloſ. deciſ. 77. Rebuff. d. artic. 1. gl. 2. num. 23.* vel eſſet ingratus contra Titium commiſſo contra eum delicto, ob quod etiam verus filius poſſet exhæredari: quia nec huic interim præſtanda eſſent alimenta. *Rebuff. d. artic. 1. gl. 2. num. 24. quem locum à verbo ad verbum ſine autoris mentione, ſuo more ſibi aſſcripſit Caballin. milleloq. 682.* idem eſt cum de cæterarum neceſsitudinum veritate litigatur, vt an Berta ſit vxor Titij, interim ſi præſumtio extet, pro coniugio militans, locuples parti egenæ alimenta præſtare debet, *per ea quæ dixi ſuprà huius libri cap. 10. nu. 43. iunctis ijs quæ tradit Fuluius Paci-*
53 *an. lib. 2. de probat. cap. 16. num. 43.* Sic † Monachus alendus eſt per Abbatem, quandiu pendet quæſtio, an ſit Monachus. *per text. in cap. ex parte. 11. extr. de accuſat. Bartol. de aliment. num. 43. Afflict. deciſ. 10. num. 2. Petr. Rebuff. ad conſtit. reg. tom. 1. tit. de ſentent. prouiſ. in præfat. num. 104. cum ſeqq. Benincaſ. in tract. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 4. Ioſeph. Ludou. d. deciſ. 46. num. 3. Vital. de Camban. tract. Clauſul. cap. pen. num. 60. Bapt. Aſin. d. §. 32. cap. 2. ampliat. 26. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 55. ff. de liber. agnoſc.* quo ſpectat etiam comparatio, qua Monachus filio confertur. *D. Io. Dauth. in repet. l. 1. num. 129. ff. de vulg. & pupill.*
54 *ſubſtit.* Econtra † ſi proponatur alia actio præiudicialis, in qua actor etiamſi obtineret non cogeretur reum alere, tum interim reo alimenta præſtanda non arbitror. Nam ſi ex plena probatione eiuſmodi onus non ſequitur, multo minus ex aliqua tantum præſumtione *per ea quæ adducit Nic. Euerhard. in Topic. loc. 15. A maiori. num. 1.* Ergo ſi nobilis quidam contenderet iudicio contra Pamphilum & Erotem, dicens eos eſſe ſuos ſubditos, quod hodie fieri poteſt vtili actione præiudiciali,

diciali, *quemadmodum eleganter & erudite tradit Oldendorp. claſſ. 3. act. 9.* non audiendos eos putarem, ſi peterent ſe ab actore interim ali. Licet enim pro actore feratur ſententia definitiua, nempe Pamphilum & Erotem eſſe actoris ruſticos vel ſubditos: tamen adhuc non poterunt regulariter etiam interim dum præſtant operas, petere alimenta ab illo nobili, *per ea quæ adduxi in ca. præcedente. num. 90. cum ſeqq.* ergo multo minus lite adhuc pendente, neq; vllas adhuc præſtantes
55 operas. Hæ autem limitationes extenduntur, primo † vt alimenta & ſumtus litis petere liceat, tam ante quàm poſt litem conteſtatam, imò etiam in executione, præſertim ſi opponerentur exceptiones altiorem indaginem requirentes, *vt tradit Petr. Rebuff. d. tit. de ſentent. prouiſional. in præfat. num. 25. cum ſeqq. vbi omnino videas quem ſequitur Sim. de Prat. de interpr. vltim. volunt. lib. 5. interpr. 2. dub. 2. num. 32.* Deinde
56 extenduntur etiam, vt † quamuis is, cui alter ex litigantibus & alimenta & ſumtus litis præbuit, ſuccumbat, non tamen ad eorum reſtitutionem compellandus ſit, *l. ſed ſi is. 5. §. an autem. verſic. & hoc minus reſtituet. ff. de Carbon. edict.* niſi appareat ipſum per calumniam alimento impetraſſe: *ita ſentit Bart. in l. 1. §. competit. per illum text. ff. ſi mul. ventr. nom. in poſſ. calu. cauſſ. ſequitur Paul Caſtr. in l. alimenta. 11. num. 4. C. de negoc. geſt. Pontan. de aliment. c. 9. num. 7. & vberius declarat Ant. Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 39. cum ſeq. ff. de liber. agnoſc. Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 35. num. 36. & ſeq. & per text. d. l. 1. §. competit. verſic. intereſſe. ff. ſi mul. vent. nom. &c. idem ſentit gl. vlt. in l. vlt. C. de Carbon. edict. quam* COMMVNITER *receptam eſſe aſſerit Lud. de Molin. de Hiſpanor. primogen. lib. 2. cap. 16. num. 41. & 42.* Deniq; exten-
57 duntur iſtæ limitationes, vt † ab eo cui alimenta & litis ſumtus præſtandi ſunt, ſatis datio regulariter non exigatur, propterea quod non iure actionis, ſed officio iudicis præſtentur: quo caſu alimentarius cauere non tenetur: *l. 1. in princ. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. vlt. C. de ordin. cognit. Gul. de Lud. ſing. 139. & aliud* neq; *d. l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. ff. de inoff. teſtam.* neque vllo alio iure introductum inueniamus.

58 niamus. *Cord. de Lar. d. §. ſi vel parens. num. 54.* niſi iudex † probabiliter ſuſpicetur temere & calumnioſe huiuſmodi alimēta peti: tum enim vſus iudiciorum cautionem de alimentis ſi nutritus ſuccubuerit reſtituendis recepit. *Didac. Couarr. in practic. quæſt. cap. 6. num. 7. Io. Cephal. conſil. 714. incip. Bartholomæus in iudicio. num. 26. cum aliquot ſeqq. vol. 5. Cordub. de*
59 *Lar. d. §. ſi vel parens. num. 54.* Qua † in re tamen eum qui ſatis dat, circumſpectum eſſe oportet, vt ne ſimpliciter, ſi ſuccumbat reſtitutionem promittat, ſed præterea expreſſe addat, quatenus de iure ad reſtitutionem aſtrictum eſſe compertum fuerit: huius enim adiectionis ea vis eſt, vt niſi de calumnia alimenta impetrantis conſtet, adhuc reſtitutioni obnoxius non ſit. *l. 1. §. competit. ff. ſimul. ventr. nom. in poſſeſſ. calumn. cauſ. Lud. de Molin. d. cap. 16. num. 42. & 43. Menoch. d. quæſt. 35. num. vlt.* An autem iuratoria cautio admittatur, relinquitur arbitrio iudicis, *vt tradit idem Ludou de Mo-*
60 *lin. d. cap. 16. num. 44.* quemadmodum & quantitas † iſtorū alimentorum, *teſtibus Rebuff. in commentar. ad conſtit. Reg. tit. de ſentent. prouiſional. in præfat. num. 29. & 30. Menoch. d. quæſt. 35. num. 35. Pontan. de aliment. cap. 13. num. 6.* Nec enim putandum eſt, litiganti quartam partem fructuum rei, qua de agitur, ſemper deberi, prout velle videtur Maſuer. *tit. de poſſeſſor. num. 19. per l. antiqui. ff. ſi pars hæredit. pet.* cum eius textus ratio & circumſtantiæ non omnibus caſibus indiſtincte quadrent: neque etiam perpetuo ſextam partem fructuum, *Franc. Marc. deciſ. 150. part. 1. & deciſ. 612. part. 2.* Et iſti iudicis arbitrio tanto magis locus erit, quando non litigatur de bonis fructum producentibus, ſed de iure aliquo, puta, num ſit pater aut filius, frater aut ſoror, maritus aut vxor: de quo tamen alimentorum modo plura dicentur ĩ. lib. 2. c.
61 2. Euenit † præter ea nonnunquam, vt quæratur de alimentis & ſumtibus præſtandis aduerſario, non quidem ad totam litem, ſed tantummodo ad vnum & alterum actum: verbi cauſſa ad perſonas egregias, eoſq́; qui valetudine impediuntur domum mitti oportet ad iurandum. *l. 5. ff. de iureiur.* iam non immerito quæritur, à quonam alimenta & ſumtus

itine-

itineris notario ſint præſtandi: & ab eo ſolo qui debet iurare præſtari oportere, tradit Iacob. Pet. de Prolom. *in l. admonendi. num. 126. ff. de iure iur. per gl. quam ſingularem appellat in l. 2. ff. ex quib. cauſſ. in poſſ. eat.* Verum cum textus *d. l. 2.* quo gl. ibi nititur, loquatur de eo qui nullo iuris priuilegio fultus ſola ſua voluntate emanet: nos vero loquamur de eo, qui iure ita diſponente & iubente, non comparet: & inter hoſce ingens ſit diſcrimen: *arg. l. 2. §. ſin autem vel dignitas C. de iure iur. propt. calum. dand.* merito etiam diuerſimode à noſtris reſpondetur, ita nimirum vt qui ex priuilegio abeſt, miſsio fiat communibus ſumtibus: ad eum vero qui nullo munitus priuilegio abeſt, & mittatur tabellio ad eum, ille abſens ſolus ſumtus ferat, *per d. l. 2. ff. quib. ex cauſſ. in poſſ. eat. & hanc diſtinctionem tradiderunt Specul. tit. de iuram. calum. §. reſtat videre. nu. vlt. Gemin. in c. præſentium. num. 27. de teſtib. in 6. Capell. Toloſan. deciſ. 274. Afflict. deciſ. 177. & ibi Cæſar de Vrſill. num. 1. & 2. Alex. & Iaſ. in d. l. ad egregias. 15. hic num. 3. ille num. 4. ff. de iure iur. Boër. deciſ. 303. num. 5. Chaſſan. conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 6. verb. par leur ſermens. num. 10. Io. Bapt. Aſin. in practic. §. 32. cap. 2. ampl. 32. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 228. nu. 12. Stiat. in obſeruat. cap. 14. num. 3. cum ſeqq. qui, à plura huc ſpectantia expetente, eſt videndus.* Poſſet inſuper quæri de alijs in

62 certa litis parte ſumtibus faciendis, veluti † cuius expenſis libelli copia reo exhibenda ſit, item apoſtoli: quia tamen non mihi propoſui de ſumtibus quibusuis agere, ſed ſolummodo de ijs quos alimenta depoſcunt, ideo has & cæteras ſimiles quæſtiones alijs inueſtigandas relinquo: hoc ſaltem obiter addo, quamuis noſtri Doctores cenſeant in ordinarijs actionibus actoris ſumtibus reo libelli copiam dandam eſſe, *vt vult Gemin. in c. ſi oblato. num. 1. per illum text. de litis conteſt. in 6. Ioan. de Amic. conſil. 135. incip. Super dubio vertente in Curia. nu. 7. Io. Bapt. Aſin. in practic. §. 5. cap. 3. num. 1.* ſecus quando tantum ſummarie proceditur, *Robert. Marant. in aur. prax. part. 4. diſtinct. 9. num. 14. & Aſin. in pract. §. 3. cap. 6. num. 11. & 12.* ante omnia tamen obſeruandam eſſe conſuetudinem cuiuslibet iudicij. *Boër. deciſ. 303. num. 7. VVurmſer. in ob-*

63 *in obſeruat. tit. 9. cap. 10.* De expenſis † apoſtolorum COMMVNIVS ſeruatur, vt dentur ſumtibus appellantis *g. cle. 2. verb. oblatos. de appellat. & Gemin. in c. cordi. in pr. num. 13. eod. tit. in 6.* Quemadmodum autem de ſumtibus in eum qui cum litigamus faciendis aliquid dictũ eſt, ita breuiter nunc perſtringam eos ſumtus, qui in litigantem noſtro iuſſu cum tertio aliquo, ex iuris diſpoſitione neceſſario impenduntur, & quidem per totam litem: hoc enim caſu viaticum peregre eunti deberi palam eſt *l. idemq́. 10. §. idem Labeo. verſic. ſed & ſi ad vecturas. ff. mandat. l. 1. §. ſi pupillis. verſic. item ſumtus litis. ff.*
64 *de tutel. & rat. diſtrah.* Procuratori † igitur litem & juſſu & emolumento mandantis proſequenti vt omnes ſumtus, ita & viaticum deberi patet ex ijs quæ adduxi ſ. in cap. præcedente num. 56. econtra vero Procuratori in rem ſuam, non deberi colligitur ex eo quod hic potius propriã cauſſam, quàm alienam agere dicatur, *textus eſt in l. qui ſtipendia. 9. cum ibi notat. per gl. & Dd. C. de procurat. Contard. in l. diffamari. cap. 4. nu. 161. & ſeq. C. de ingen. manumiſſ.* impendia autem & ſumtus merito is debet agnoſcere, qui ſperat commodum. *c. qui ſentit. de reg. iur. in 6. cum ſimilibus vulgatis: & iſtam deciſionem expreſſe tradit text. l. ſi ea res. 32. in pr. verſic. actiones autem eas. ff. de act. emt. Hier. Butigell. in l. cum fundus. 31. §. ſeruum. num. 21. ff. ſi cert. pet.* ſi ſcilicet omne commodum ad hunc procuratorem ſpectet: quod ſi ex parte tantum, ex parte etiam ſumtus eum ferre debere ratio æquitatis ſuadet, *per vulg. l. qua de tota. 76. ff. de rei vindic.* aut ad minimum antequam poſt victoriam obtentam res diuidatur, ſumtus deducuntur, prout in ſocietatibus fieri aſſolet. *l. cum duobus. 52. §. ſi quis ex ſocijs. l. ſi vnus. 67. §. pen. ff. pro ſoc. & ita per gl. vltimam. verſ. vel dic quando deductis expenſis &c. in l. per diuerſas. 22. C. Mandati. decidit Dyn. ſingul. 57.* Sic ex regula d. c. qui ſentit. iudici-
65 um ſumi poteſt de cæteris: nam ſi † vſufructuarius ob proprietatem litigando ſumtus faciat, repetet à proprietatibus, ſecus ſi contendat de vſu fructu. *Bald. in l. 1. lectur. 2. ff. vſufruct. quemad. cau.* quod verum eſt in eo, qui habet vſumfructum ex ho minis conuentione, non autem in eo qui habet vſumfru-

ctum

ctum ex legis diſpoſitione.*per l. fin. §. vbi autem in vnum. C. de bon. quæ lib. Bald. in d. l. 1. in vtraq; lect. ff. vſufruct. quemad. cau. Rauenn. ſing. 95. Crot. in l. frater à fratre. num. 123. ff. de condict.*
66 *indeb.* Hinc porro † cuilibet manifeſtum fit, ſumtus quos emtor venditore ad euictionem præſtandam obſtricto, & denunciatione legitime facta erogat, reſtitui debere, *l. 1. & ibi gl. cum l. ſi cum quæſtio. 17. C. de euict. Iaſ. in l. venditores. 102. nu. 2. ff. de verb. oblig. Caball. in tract. de Euict. §. 3. num. 146. & ſeq. Quæ omnia confirmantur per l. ſi vt certo. 5. §. nunc videndum. verſic. ſumtus plane. ff. commod. Paul. de Caſtr. in d. l. ſi ea res. 32. inpr. num. 3. ff. de act. emt. & l. cum in plures. 60. §. veſtimenta. ff. locat. Ex quorum textuum poſteriore Bart. ſingul. 123. incip. Quando vnus. num. 4. aliquanto obſcuriorem regulam colligit, quam tamen nunc non excutio.*

Quia vero nonnunquam, contingit vt reus carceri mancipetur, non ſine cauſſa hoc loco de carceratorum alimentis quæritur. Quæ tractatio vt eò ſit clarior, diſtinguendæ ſunt cauſſæ: quidam enim vinculis includuntur ob delictum, quidam vero non ob delictum ſed ob debitum pecuniarium. De his vt priore loco agam etſi intelligam obijci mihi poſſe textum *l. nemo carcerem. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.* in quo habetur, propter debitum ciuile neminem capi aut in carcerem detrudi debere, *cui addi poſſunt ea quæ allegat Henning. Göd. conſil 103. num. 4.* quia tamen debitoris captura certis quibuſdam caſibus à iure conceditur, *de quibus videndi ſunt. Anton. Petruc. in l. 1. effect. 17. num. 196. ff. de iureiur. VVurmbſ. in pract. obſeruat. tit. 28. cap. 8. & omnium optime ac copioſiſſime præceptor meus D. Matth. Coler. part. 1. ſui operis de proceſſ.*
67 *execut:* ideo eo † caſu quo quis ob ciuile debitum carcere includi poteſt, conſtituitur hoc thema, quod creditor faciens carcerari debitorem, alere eum teneatur, *gl. in l. cum ſæpe. 17. verb. agnoſcere. per textum ibi. C. de erogat. milit. annon. lib. XII. quam gloſſam in hiſce terminis ſequuntur & commendant Bart. in l. ſanctum. 8. num. 2. & 3. ff. de rer. diuiſ. & ſingul. 106. incip. Si aliquis dubitat. Angel. Aret. in §. vlt. Inſtit. de act. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. num. 93. Inſtit. eod. & in l. ſi victum. num. 2. ff. de re iu-*

*re indic. Felin. c. ex reſcripto. 9. num. vlt. in fin. ext. de iureiur. Anton. Corſet. ſingul. 103. Rauenn. ſingul. 100. Guid. Pap. deciſ. 211. nu. 2. Petr. Peck. in tract. de iur. ſiſtend. cap. 28. num. 5. Matth. Brun. in tract. de ceſſion. bon. quæſt. 6 princip. num. 8. Petr. Rebuff. in l. verbo victus. 43. verſic. Ex his infertur quod priuatus. ff. de verb. ſignific. Hennig. Göd. d. conſil. 103. num. 15. præceptor & ſocer meus honorandus Dn. Matth. VVeſenb. in conſil. 97. num. 6. Pontan. tract. de aliment. cap. 11. num. 7.* Probatur præterea hoc thema auctoritate legum XII. tab. in quibus ſcriptum fuiſſe, ni *ſuo viuit, qui eum vinctum habebit libras farris in dies dato*, narrat Gell. *lib. 20. noct. Attic. cap. 1.* qua de re videri poſſunt *Rauard. ad ll. XII. tab. cap. 8. Ant. Auguſt. cap. 38. Pard. Prateius lib. 4. vet. iuriſprud. cap. 60. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 17. in fin. Gul. Forner. lib. 1. ſelect. cap. 6. Cuiac. lib. 9. obſeruat. cap. 37. verſic. In duodecim tabulis feret forſitan.*

68 Ampliatur hoc thema, vt ſi † creditor debitori in carcerem detruſo alimenta non præbeat, iudex carceratum poſſit relaxare. *Alex. in addition. ad Bart. in d. l. ſanctum. 8. Iaſ. in d. l. ſi victum. num. 3. ff. de re indic. Boër. deciſ. 303. num. 2. Rebuff. d. l. verbo victus. 43. Iaffred. Lanfr. deciſ. 77. Ranchin. concluſ. 323. part. 5.* imò debeat, niſi de ſuo carceratū malit alere. *VVurmſer. in practic. obſeru. tit. vlt. c. 8.* præſertim ſi carceratus miſerabile beneficium ceſsionis bonorum imploret. *Afflict. deciſ. 71. per tot.*

Deinde ampliatur vt alimenta non tantum ipſi incarce-
69 rato danda ſint, ſed etiam † cuſtodibus, ſi quibus opus ſit. *Barthol. de Cap. ſing. 101. per d. l. cum ſæpe. 17.* & ita ante aliquot annos reſpondit Curia Electoralis apud VVitebergenſes quibuſdam ciuibus Erfurdienſibus his verbis: Auff Ewre an vns gethane frage/ Sprechē wir verordente Doctores deß Churfürſtlichen Sächſiſchen Hoffgerichts zu Wittemberg vor Recht/ Habt jhr ſemptlich Nicolaum S. ewren ſchüldigern in gefengnus einnehmen laſſen/ vnd er mag dißfals als ein gefangener / anderer geſtalt als durch wechtere/ nicht verwaret vnd gehalten werden / So ſeid jhr auch die Vnkoſten/ ſo derowegen billicher weiſe aufgewendet werden/ zu tragen vnd gelten ſchüldig. V. R. W.

Ter-

70 Tertio ampliatur vt † idem thema procedat etſi debitor non ſit detruſus in carcerem, ſed ſaltem arreſto alicubi detineatur. *Dominus præceptor meus perpetuo colendus Matth. Coler. in tract. de proceſſ. execut. part. cap. 2. num. 87. cum ſeq.*

71 Limitantur tamen hæc vt procedant † in debitore ſibiipſi alimenta comparare nequeunte: ſi enim ipſi ſuppetat de quo ſemet queat alere, creditor hoc onere non eſt grauandus. *Bart. Ang. & alij ſuperius allegati, quibus addi poteſt Hippol. de Marſil. in practic. crimin. §. attingam. num. 74. & in tract. de Bannit. verb. Carcerati. num. 39. Bernh. VVurmbſ in pract. obſeruat. tit. 28. cap. 8. in fin.*
72 Quæ tamen † limitatio recte & ſobrie eſt intelligenda, nempe vt vera ſit lite adhuc pendente vel carceratione adhuc durante, vt cuſtos carceris, ad quem ſpectat curare ne carceratus fame contabeſcat: *arg. l. 3. C. de Epiſcop. aud.* ſciat quo ordine & à quibus ſumtum exigat, *Ranchin. d. concluſ. 323. part. 5.* Non vero extendatur ad eum caſum, quo conſtet iniuſtè & ſine cauſſa debitorem fuiſſe arreſtatum: hunc enim ab illo omnes ſumtus & damna repetere poſſe, *per gloſſam vlt. in l. ſi duo. 3. §. vlt. ff. vti poſſid.* reſpondit Bald. *conſil. 249. incip. Quidam mercator. volum. 3. quem ſequitur Canalcan. deciſ. 1. num. 37. part. 1.* quæ ſententia non male confirmari poteſt per text. *§. hæc autem omnia. verſ. & vt improbus litigator. Inſtit. de pœn. temer. litig.* Vnde cuiuis obuiam eſſe poteſt in debitore carcerando vel arreſtando cautione opus eſſe, ne ſi debitor extrema inopia laboret, præterquam quod crediti ſui compos fieri non poteſt. *l. nam & is. 6. ff. de dol.* inſuper eum alat. *Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem. num. 93. Peck. d. c. 28. num. 5. Dn. præceptor meus Matth. Coler. d. part 1. cap. 2. nu. 87.* de qua ſuorum creditorum prudentia tam ſibi quàm illis gratulatur ille apud Terent. in Phorm. *act. 2. ſcen. 1. verſ. 20.* dum inquit: Dices, ducent damnatum domum. Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt mea ſententia. His, quoad
73 † alimenta (non quoad debitoris adiudicationem, *vt tradit Dn. præceptor meus Matth. Coler. d. part. 1. cap. 3. num. 149.*) congruit iuris Saxonici diſpoſitio, vt creditor debitori ſuo quem ſibi adiudicari fecit, de alimentis æquè ac ſuis famulis

pro-

proſpiciat, *ita eſt text. in lib. 3.* Landtr. *art.39. in princ. ibi* den ſoll er halten gleich ſeinem geſinde mit ſpeiß vnd arbeit/*&* Weichbild *artic.27. in fin. Chil. König. in proceſſ. cap. 103. num. 11.* Et ita Scabini Magdeburgenſes pronunciarunt, *vt videre licet in ſententijs ad calcem Speculi Saxonici impreſſis, part. 2. cap. 2. diſtinct. 18. his verbis:* Sprechen wir vor Recht/ wer einen Mann vmb ſeine bekandte ſchuldt in die frone oder in gefengnis bringet/ der ſoll jhn mit ſpeiſe vnd mit koſt halten gleich ſeinem geſinde/ V. R. W. Qua de adiudicatione plura videnda ſunt in prædicto cap. 3. num.148. cum ſeqq. Dn. præceptoris mei Matthiæ Coleri: vbi tamen illud inprimis obſeruandum eſt, per Illuſtriſsimi principis ac Domini, Domini Auguſti Electoris Saxoniæ inclytæ recordationis nouiſsimam conſtitutionem introductum eſſe, vt abrogata illa adiudicatione, debitor carceri mancipetur, quouſq; creditori ſatisfaciat, ita tamen vt ſi aliter non ſit prouiſum, ſibi ipſe de alimentis proſpiciat. *part. 2. conſtit. 22. §.* Wann aber von den gleubigern/ ſeiner alimenten vnd vnterhaltung halben in der execution vnd excuſſion ſeiner güter/ keine verordenung oder auſſerzunge gemacht/ ſo wird er ſelbſt darauff zudencken wiſſen/ wie vnd waſer geſtalt er ſeine vnterhaltung haben möge/ quam partem egregie declarat doctrina & rerum vſu præſtantiſsimus vir D. Dan. Moller. *lib.1. ſemeſtr. cap.36. num.1. & 2.*

Quoniam autem carceris euitandi cauſſa ceſsio bonorum inuenta eſt *l. 1. vbi Cyn. Bald. Salyc. C. qui bon. ced. poſſ.*
74 non † immerito hoc loco dubitet quis, an cedenti relinquendum ſit, quod vitæ ſaltem tenuiter tuendæ ſufficiat: & regulariter traditur, creditores inuitos cogi non poſſe, vt quicquam debitori bonis cedenti relinquant *l. qui bonis. 6. verſ. ſi quid miſericordiæ. gl. vlt. l. pen. ff. de ceſſ. bon. & facit text. in §. 1. verſic. & ad quotidiani victus. in Auth. ne quis cogatur bon. ced. collat. 9. Bald in l. vlt. num. 5. C. qui bon. ced. poſſ. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 239. num. 2.* Quæ ſententia tamen limitatur,
75 vt cedenti † ſolummodo veſtes viliores & quotidianæ relinquâtur, propterea quod ijs etiam ad mortem condemnatus non debeat ſpoliari *l. diuus. 6. ff. de bon. damnat. quo argumento in*

*to in his terminis vtuntur Bart. d. l. pen. num. vlt. ff. de ceſſ. bon. Mattheſil. d. l. 1. num. 5. C. qui bon. ced. poſſ. Paris. de Put. in tract. Syndicat. tit. Familiaris ſeu familia poteſtatis, cap. 3. num. 13. & 14. Petr. Gregor. Toloſ. lib. 22. ſyntagm. cap. 8. num. 3. & eſt* COMMVNIS *opinio teſtibus Panorm. in c. Odoardus. 3. num. 8. ext. de ſolut. Matth. Brun. de ceſſion. bon. quæſt. 3. princip. num. 9. & Didac. Couarruv. lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. nu. 5. Brunor. à Sole in quæſtionib. legal. quæſt. 9. num. 36.*

76 Deinde limitatur,† vt non procedat in ſacerdotibus. *Panorm. d. c. Odoardus. num. 8. per illum textum, & c. peruenit. de fideiuſſor. & c. olim. 16. de reſtit. ſpoliat. Alberic. de Roſat. in rubr. C. qui bon. ced. poſſ. num. 5. &* COMMVNEM *dicunt Fr. Viuius in commun. opin. lit. C. §. Clericus debitor. Eman. Soarez. ibid. num. 111.* neque in perſonis illuſtribus & nobilibus: his enim conſtituenda ſunt competentia alimenta, *præceptor ac ſocer meus D. Matth. VVeſenbec. in addit. ad Schneidevv. in tit. de milit. teſt. ſub num. 6. & latiſſime conſil. 50. num. 19. cum ſeqq. cuius fundamenta hoc loco recenſere ſuperuacaneum eſſe arbitror.* Tertiò limita-

77 tur, vt † non procedat in eo, qui poſtquam ſemel bonis ceſſit, poſtea ad pinguiorem fortunam peruenit: hæc enim bona poſteriora ipſi non ſunt adimenda omnia, ſed relinquendum ijs ne egeat. *§. fin. cum ibi not. Inſtit. de act.* Et hæc tertia

78 limitatio reſtringitur, vt huiuſmodi † deductionis priuilegio non gaudeat artifex, qui ſibi victum ſua induſtria quærere poſsit, *arg. l. ſi quis à liberis. §. denique idem. ff. de liber. agnoſc. & per l. ſi quis argentum. C. de donat. tenet ita Mattheſil. in l. ex contractu. 3. num. 4. C. qui bon. ced. poſſ.* In qua ſublimitatione procedere putem id quod Didac. Couarr. *d. cap. 1. num. 5.* & Eman. Soarez. *in commun. opin. lit. C. num. 38.* ſcribunt de inſtrumentis artis cedenti relinquendis: partim quod qui in vno grauatur, puta in denegatione iſtius beneficij, in alio ſit releuandus. *per §. neceſſarius. verſ. pro hoc tamen incommodo. & ibi. gl. Inſtit. de hæredit. qual. & differ.* partim quod quoties conceditur aliquid, illud præterea videatur conceſſum, ſine quo iſta conceſsio finem non ſortitur. *text. in §. idemq; iuris*

*& ibi notat Angel. Aretin. num. 1. Inſtit. quibus ex cauſſ. manumitt. non lic.*

Quæ autem de eorum, qui ex cauſſa ciuili in carcere detinentur, alimentis paulo ante dicta ſunt, eadem penè ac-
79 commodantur ob delictum carceratis. † hi † enim primo ex ſuis bonis, ſi quæ habeant, ſunt alendi: *l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad l. Aquil. cap. vlt. & ibi gl. vlt. ext. de regular. §. ſi vnum. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8. Afflict. deciſ. 71. num. 3. Paris de Put. in tract. ſyndicat. tit. Carcer & Carceratus c. 4. num. 2. Petr. Rebuff. in comment. ad conſtitut. Reg. tom. 1. tit. de ſentent prouiſion. in præfat. num. 113.* Rauchdorn *in proceſſ. crimi-*
80 *nal. part. 3. cap. 18.* vbi tamen † obſeruandum eſt, cuſtodem carcerum ex captiui bonis alimenta ipſi ſuppeditare, non autem committere, vt à conſanguineis ſine iudicis decreto alimenta accipiat, ne veneno eum necatum veritatis inquiſitioni aut etiam denique ſupplicio ſubtrahant. *Petr. Rebuff. in l. verbo victus. 43. verſic. ex his infertur quod priuatus. ff. de verb. ſignific.* quæ ſententia iuuatur ex conſtitutione der Peinlichen
81 Halßgerichtsordnung *cap. 176. circa fin.* Quod ſi † propter inopiam ſe exhibere captiuus nequeat, ad eum cuius precibus captus fuit, hoc onus redit: *ita per text. & gloſſ. d. l. cum ſæpe. 17. C. de erogat. milit annon. lib. 12. tenet Lancill. Conrad. in tract. de offic. prætor. in cauſſ. criminal. tit. de Carcerat. num. 26. Petr. Foller. in pract. criminal. Rubr. vel carcerentur. num. 13. Dn. præceptor meus Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 89. & COMMVNITER hoc receptum eſſe tradit Petr. Peck. de iure ſiſtend. cap. 42. num. 5. in edit. Colonienſ. ſed in Francofort. habetur in cap. 28. num. 4. præceptor ac ſocer meus piæ memoriæ D.*
82 *Matth. VVeſenb. ad tit ff. de poſtul. nu. 3. in fin.* Quod ſi † nec is, qui alterum in carcerem fecit detrudi, huic oneri ferendo par ſit, demum deuoluitur ad iudicem, vt ex publico captiuum ali curet, *per l. iudices. 10. C. de Epiſcop. audient. l. 1. in fin. verb. inedia. C. de cuſtod. reor. facit in argumentum l. mulier. 6. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. Specul. qui fil. ſint legit. num. 20. in fin. Iaſ. l. ſi victum. num. 1. ff. de re iudi. Ang. Aret. in tract. malefic. verb. quod fama publica. num. 90. Fr. Marc. deciſ. 118. num. 3. part. 2. Boer. deciſ.*

*deciſ. 325. Hippol. de Marſil. in pract. criminal. §. attingam. num. 72. & in tract. Bannitor. verb. carcerati. num. 38.* Quam car-
83 cerati † curam ſi iudex eiuſque officiales omittant, punitur iudex in viginti libris auri, & in totidem eius officiales. *d. l. iudices. 10. C. de epiſc. audient. Paris de Put. in d. tract. Syndicat. tit. Condemnatio. cap. 2. num. 3.* & ſi præterea eueniat vt ab aliquo Epiſcopo incarceratus propter alimenta non præbita viuis excedat, ille epiſcopus fieret irregularis, *per l. necare ff. de liber. agnoſc. Bald in l. de pecoribus. 5. in fin. C. ad l. Aquil. Felin. in cap. cum non ab homine. 10. num. 13. extr. de iudic. Moron in tract. de treug. & pac. part. 2. quæſt. 3. num. 3.* ſin autem captiuus
84 non moriatur quidem, ſed † à iudice indicia ad torturam ſufficientia non habente ita inedia tortus confiteatur, ſe hoc vel illud admiſiſſe, hæc confeſsio, niſi in ea poſtea ſponte & libere ac eduliorum factus compos perſiſtat, non præiudicat confitenti. *Bart. in l. 1. §. Diuus Seuerus. num. 2. ff. de quæſtion. Ang. Aret. in d. verb. quod fama publica. num. 99. Chil Kónig. in proceſſ. cap. 2. num. 22.* Rauchdorn in peinlichen Proceß / *part. 1.*
85 *artic. 62.* Et hæc † quæ de alimentis ex cauſſa criminali incarcerato ſuppeditandis allata ſunt, concordant etiam cum nouiſsimis Imperij Romani conſtitutionibus, ſcilicet eo caſu quando ob crimen regulariter pœna capitis reo conuicto aut confeſſo non infligeretur, vt patet ex verbis der peinlichen Halßgerichtßordnung / *d. c. 176.* ſin verò crimen tale ſit, ob quod in conuictum vel confeſſum pœna capitis regulariter ſtatui ſolet, tum ille ordo non obſeruatur, ſed is qui carcerari quenquam fecit, tenetur ſingulis ſeptimanis captiuo dare ſeptendecim groſſos argenteos cum dimidio, die peinliche Halßgerichtßordnung / *cap. 204.* ſicut etiam in Delphinatu hiſce ſumtibus modum conſtitutum videmus *ex Fr. Marc. deciſ. 913. num. 9. part. 1. & deciſ. 235. part. 2.* neque vt plus expendere cogatur accuſator, natales carcerati efficiunt, neque huius facultates, vt ille ab hoc alimentorum iuxta prædictum modum dandorum onere penitus liberetur, quemadmodum pronunciatum fuiſſe ſcio.

86 Hic iam incidit dubitatio, an † captiuum alias relaxan-

dumretinere, commentarienſi propter expenſas alimentarias liceat? In qua quæſtione cum Iac. de Aret. *quem refert Guido Pap. deciſ. 448. num. 1.* tenendam arbitrarer ſententiam negatiuam, *per l. ob æs. 12. cum auth. ibi ſeq. C. de oblig. & act. §. quia vero & huiuſmodi. in Authent. vt nulli iudic. hic. collat. 9. c. lator. 2. ext. de pignor. c. ex reſcripto. 9. vbi gloſſ. verb. obſides dedit. ext. de iureiur.* Mouet ne præterea auctoritas rei iudicatæ, ſiquidem ita iudicatum fuiſſe, non tantum refert Papo *in deciſ. lib. 18. tit. de retention. de corps. arreſt. 1.* ſed & in rota Aueniouenſi, *vt ſcribit Hier. de Laur. deciſ. 112. nu. 5.* Neque † *l. ſi ne-*
87 *ceſſarius. §. in pr. ff. de pigner. act.* (quem textum pro affirmatiua opinione adducit additionator Guidonis Pap. *d. deciſ. 448.*) quicquam in contrarium facit: quia loquitur de ſerui oppignerati retentione: quam autem inconueniens ſit, ea quæ de ſeruis iure ciuili introducta ſunt, ad hominem liberum transferre, nemo eſt qui neſciat: æque enim illam inductionem non admiſerim, atque ſi quis diceret, ſerui poſſunt vendi. *l. 1. ff. de ſeru. ex port. l. 1. ff. de ædil. edict. & paſſim*, Ergo & homines liberi, *contra l. ſed Celſus. 6. ff. de contr. emt. & alia vulgatiſſima iura*: vel ſi quis ex eo quod ſerui in ſtipulatum deduci poſſunt, *l. ſed ſi. ex ſtipulatu. 24. l. ſi Stichus. 33. l. ſi ſeruum. 91. ff. de verb. obligat. cum multis ſimilib.* arguere vellet, idem eſſe in homine libero: *contra l. liber homo. 103. ff. d. tit. §. idem iuris eſt. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Similiter nec obſtat ratio Petri Peckij *in tract. de iure ſiſtendi. cap. 34. num. 4. in editione Francofordenſi, ſed in editione Colonienſi habetur in cap. 50. num. 6.* neminem cum alterius iactura fieri debere locupletiorem. *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb.* & ob hanc æquitatem dari actionem. *l. ſi me & Titium. 32. ff. ſi cert. pet.* Reſpondeo enim in hoc argumento plus eſſe in concluſione quam in præmiſsis. Nec enim ſequitur, contra Titium prodita eſt actio vel obligatio, Ergo ipſius perſona vel corpus poteſt detineri: cum ne quidem rectè à perſonali actione, *de qua in d. l ſi me & Titium. 32. agitur*, ad rei iſtius ſuper qua contractum fuit, indiſtincte inferatur, *per l. in ciuile. 12. C. de rei vindicat.* multo minus ad perſonam: ſiquidem quando id, de quo magis videtur ineſſe, non ineſt,
nec

nec etiam id de quo minus. *c. licet. 23. ext. de teſtib. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 16. A Maiori. num. 1.* Dices, Peckij argumento ſatisfactum nondum eſſe, propterea quod ita velit arguere: Vbi locum habet actio, ibi multo magis conceditur retentio. *l. per retentionem. 4. C. de Vſur. l. 2. C. de fideiuſſor. l. 1. §. is autem. verſ. plane ſi aduerſus. ff. de ſuperficieb.* Sed contra incarceratum nutritum commentarienſi cibum præbenti datur actio. Ergo multo magis retentio. Sed reſponderi poteſt ad maiorem ex generali illo & vulgato axiomate, quo traditur, quamlibet diſpoſitionem etiam generalem, intelligendam eſſe de ſubiecto habili & idoneo *l. vt gradatim. 11. §. etſi lege. ff. de muner. & honor. l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patron. cum ſimilibus.* at hominis liberi corpus non poteſt retineri, etiam eo caſu quo aliàs prodita eſt actio. *arg. l. iniuriarum actio. 13. § ſi quẽ tamen. verſ. ſed nec aucupari. ff. de iniur. Sebaſt. Medic. in tract. de Venat. part. 1. q. 26. nu. 1. Io. de Arnon. ſing. 92.* Limitatur tamen
88 † ſuperior deciſio negatiua, vt non procedat, ſi conſuetudine aliud ſit introductum. *Guid. Papæ. d. deciſ. 448. num. 1.*

Ex his reſponderi iam poteſt, quidnam ſtatuendum ſit
89 de alijs † ſumtibus in captiuum faciendis, puta, deducendus eſt ad alia loca, veluti ad alium iudicem. Nam ſi conſtet captiuum delictum commiſiſſe, quod ſolummodo conetur palliare quibuſdam exceptionibus & ſoluendo ſit, tum eius expenſis iſta deductio vel alij actus fieri debent: ſin propter egeſtatem hiſce ſumtibus ſit impar, tum ad accuſatorem peruenitur, & deniq; ad fiſcum hoc onus redit *per l. lex. Cornelia, 5. §. fin. verſ. & ei qui indicaſſet. & ibi Angel. num. 5. ff. de iniur. & textus adhuc melior in l. lege Cornelia. 25. in princ. & ibi notat Bart. num. 3. ff. ad SC. Silan.* Sin verò nondum conſtet de delicto, tum ſumtus facere debet accuſator, *per gloſſ. d. l. cum ſæpe. 17. C. de erogat. milit.] annon. libr. XII.* vel iudex motu proprio inquirens. *Boër. in conſuetud. Bituric. tit. 2. de couſtumes concernans les iuges & leur iuriſdition. §. 29. & deciſ. 303. num. 5. Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 32. cap. 2. ampliat. 32. num. 4. & ampliat. 61. num. 2. cum ſeqq.* Quod ſi verò appellet ad ſuperiorem, & ita ipſe ſaltem huius appellationis occaſione ſumti-

bus cauſſam præſtet, tum regulariter appellantis expenſis deduci debet. *Bald. l. generaliter. 12. §. his de præſentibus. num. 4. C. de reb. credit. Marant. in aur. prax. part. 6. tit. de appellat. num. 190.* Quæ vtpote ad hanc alimentorum tractationem proprie non pertinentia vlterius non proſequor.

90 Denique ſi † de animalium controuerſiam patientium alimentis agatur, ante omnia diſtinguendum arbitror, vtrum de alimentis interim lite pendente faciendis, an verò de antea factorum reſtitutione quæratur. In primo enim caſu extra dubium eſſe arbitror, eum penes quem eſt animal, ipſi pabulum præbere debere. *per textum expreſſum. l. ſi res. 10. & ibi Odofred ff. de re vindic.* cui ſuffragatur ratio, quod reus ſi hanc cibariorum præſtationem omittat, culpæ & quidem latæ ſe alliget, cum negligit id, quod nemo ſanus poteſt ignorare, nempe animalia alimentis opus habere. *l. cedere. 213. §. fin. l. latæ. 223. in pr. ff. de verb. ſignif.* niſi reus commoditatem quam aliàs vt poſſeſſor ex animali percipit, *§. ſi quis à non domino. verſ. pro cultura & cura. Inſtit. de rer. diuiſ.* actoris aliquo facto amittat: *textus eſt manifeſtus in l. ſed etſi hæreditas. 11. §. quo autem loco. verſ. paſcere plane. ff. ad exhibend. Vergin. de Bocat. in tract. de interdict. vti poſſid. cap. 23. num. vlt.*
91 In ſecundo † caſu qui de alimentorum antea factorum reſtitutione agit, quamuis Frider. Senenſ. *conſil. 139. incip. Quæſtio noſtra. num. 1. quem ſimpliciter refert & ſequitur Hippol. Bonacoſſ. tract. Equor. quæſt. 142.* diſtinguat expenſas in curando animali ante litem conteſtatam factas, ab ijs quæ poſt litem conteſtatam erogantur, ita vt has etiam in libello non petitas reficiendas arbitretur, illas verò non niſi in libello petitas: *per l. ædiles. 25. §. item ſciendum. & l. item ſi ſerui. 30. §. quas impenſas. ff. de ædil. edict.* quia tamen hæc diſtinctio, non tam quæ & quatenus alimenta debeantur, quàm quatenus officium iudicis circa alimenta antea præſtita verſetur declarat: & deinde quia in illo ipſo textu *d. §. quas impenſas.* cibaria à ſumtibus in curandum ſeruum factis diſtinguuntur: ideo potius mihi dicendum videtur, dominum animalis, vel qui habet ius reale in eo, vt eſt vſufructuarius, reſti-

reſtituere debere alimenta, & quæ in ijs continentur medicamenta. *l. 2. verſ. vel famem. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. §. 2. ibiq; notat preceptor & ſocer meus Dn. Matth. VVeſenbec. ſub num. 1. Inſt. eod. tit. l. actione. 23. ff. depoſ. l. ſed an vltro. 10. ff. de negoc. geſt. l. ſicut. 45. ff. de vſufruct.* Peinliche Halßgerichtßordnung / *cap. 213.* Quibus textibus accedit ratio, quod etiam malæ fidei poſſeſſor neceſſarias impenſas à vero rei domino recuperet: *l. domum. 5. C. de rei vindic.* inter neceſſarias autem impenſas alimenta ſine dubio referre oporteat, *arg. l. impenſæ. 79. in princ. iuncta l. quos nos. 234. §. fin. de verb. ſignific.* Quæ
92 tamen deciſio † reſtringitur, vt dominus animalis hæc onera alimentorum, quatenus commodum ex eius laboribus poſſeſſor interim ſenſit, agnoſcere non debeat. *d. l. item ſi ſerui. §. 30. §. quas impenſas. in fin. ff. de ædil. edict. cum alijs quæ adduxi ſupra cap. prox. num. 22.*

# DE ALIMENTIS LEGATIS.

## Caput XV.

### SVMMARIVM.

1. *Summa huius capitis.*
2. *Alimenta recte legat, qui teſtari poteſt: imo etiam is qui ob ciuilem defectum teſtamentum facere prohibetur. num. 3.*
4. *Legata alimenta præſtant hæredes, & quidem omnes, niſi vel vni hæredi vel etiam legatario hoc onus teſtator impoſuerit. num. 5.*
6. *Is cui omnium bonorum vſusfructus legatus eſt, præſtat potius alimenta quam in nuda proprietate hæres inſtitutus.*
7. *Omnibus legari poſſunt alimenta: etiam de iure ciuili legatorum alias incapacibus. num. 8. 9. 10. 16. & 17. niſi teſtator aliter diſpoſuerit. num. 11.*
12. *Monachis alimenta legari poſſunt: etiam mendicantibus num. 13. limitatur num. 14. & 15.*
18. *Filijs vel liberis alimenta legata an debeantur nepotibus.*
19. *Legatum alimentorum ad legatarij familiam an extendatur, diſtinguitur:*

*guitur : in dubio ad familiam porrigitur. num. 20. conſiderantur rationes Calderini contrarium ſentientis. num. 21.*

22. *Maritus & vxor cenſentur interdum pro vna perſona, interdum non.*
23. *Alimenta viro alicui legata, vxoris mentione non facta, an debeantur etiam vxori poſt mortem teſtatoris ductæ. & num. 24. & quid ſi vxoris ſit facta mentio. num. 25. 26.*
27. *Legatum alimentorum etiam ad legatarij famulum porrigitur : imo etiam ad equum. num. 28.*
29. *Alimenta quæ teſtator conſanguineo ſuo pauperi legauit, debentur proximiori.*
30. *Pauperibus alimenta relicta, debent diſtribui inter eos, qui teſtatorem neceßitudine attingunt : licet ſit eius ſpurius num. 31.*
32. *Nullo ex familia teſtatoris paupere exiſtente, debentur hæc alimenta pauperibus eiuſdem ciuitatis : declaratur. num. 35. 36.*
33. *Executor teſtamentarius poteſt ſe vel ſuos conſanguineos eligere. & quod plus eſt ſuum ſpurium. num. 34.*
36. *Duobus legatarijs cognominibus exiſtentibus, in dubio debetur legatum alimentorum indigentiori.*
37. *Numerus legatariorum æſtimandus eſt ex re legata.*
38. *Alimenta vel legantur expreſſe vel tacite.*
39. *Vſusfructus, à marito liberos ſuos hæredes inſtituente, vxori relictus complectitur tantum alimenta : ampliatur num. 40.*
41. *Vxori cum filijs teſtatoris iuſſæ habitare, relicta videntur alimenta. limitatur num. 45. idem in alijs paupertate laborantibus. num. 42. reſpondetur argumentis contrarijs. num. 43.*
44. *Matri cum qua iubentur ali liberi, debentur etiam alimenta.*
46. *Si onus abſit diligenter conſideranda ſunt verba teſtatoris.*
*Quando legatur domus ad habitandum differt à legato habitationis in domo : & à facultate habitandi. ibid.*
47. *Ei cui habitandi facultas conceſſa eſt, conceditur etiam clauis domus.*
48. *Supellectilia an etiam habitanti concedi debeant.*
49: *Diarijs vel cibarijs legatis, neq; habitatio, neq; veſtes, neq; calcei, neq; medicamenta debentur.*
50. *Cibo legato potus in dubio continetur : reſpondetur contrariæ ſententiæ fundamentis. num. 51. limitatur num. 52.*
53. *Victualium legato quid contineatur : item veſtium. num. 54.*
55. *Veſtes in ſpecie legatæ differunt ab ijs quæ ex generali legato alimentorum debentur.*
56. *De frumento, vino, oleo &c. legato, remißiuè.*
57. *Cui legata ſunt neceſſaria, ei debentur alimenta : quemadmodum & ei quem*

*ei quem teſtator commendauit hæredi in neceſſitatibus. num. 58.*

59. *Qui iubetur educari ab hærede, perinde eſt ac ſi ali iubeatur.*

60. *Alere & nutrire an differant.*

61. *Qui debet tractari vt filius, ab hærede eſt alendus.*

62. *Suſtentatio vitæ legata, alimentationem importat: & vita legata num. 63.*

64. *Prædium legatum ad alimenta differt à legato alimentorum ex prædio: limitatur num. 68. 69.*

65. *Prædij ad alimenta legati dominium tranſit etiam ad legatarij hæredes: rationibus in contrarium facientibus reſpondetur num. 66.*

70. *Vſufructu legató ad alimenta, fructus alimentorum indigentiam ſuperantes. proprietario ſunt reſtituendi.*

71. *Legatum alimentorum regulariter eſt annuum: quod extenditur ad veſtes viduæ legatas. num. 72.*

73. *Econtra an legatum annuum, cenſeatur pro alimentis relictum, diſtinguitur.*

74. *Axioma, quo traditur: legatum alimentorum non eſſe multiplicabile, an & quando procedat num. 75. 83. & 84.*

76. *Ius accreſcendi in alimentis legatis locum non habet. ampliatur tribus modis. num. 77. 78. 79. & totidem limitatur. num. 80. 81. 82.*

83. *Si vni perſonæ à duobus legentur alimenta vtrumq; legatum debetur: & reſpondetur contrariæ ſententiæ fundamentis. num. 84.*

85. *Cautionem vſufructuariam is cui legata ſunt alimenta an præſtet. nu. 86. & quid ſi neq; pignora neq; fideiuſſores inuenias. nu. 87. 88.*

89. *Ob metum Falcidiæ hæredi legatarius regulariter non cauet.*

90. *Cautionem Mutianam præſtat is, cui alimenta ſub conditione aliquid non faciendi relicta ſunt.*

91. *Falcidia de legatis alimentis regulariter detrahitur: niſi paupertas legatarij aliud ſuadeat. num. 92.*

93. *Inuentarium conficere regulariter non tenetur alimentarius: fallit. num. 94.*

95. *Hæres inuentarium non conficiens an teneatur alimentario in ſolidum: affirmatiua videtur verior. num. 96. reſpondetur rationibus contrarijs. num. 97.*

98. *Filius ſpurius teſtatoris propter inuentarij omiſſionem non perdit alimenta.*

99. *Hæres etiam ante inuentarij confectionem à pauperibus alimentorum nomine conuenitur.*

HÆREDEM inſtitutum adeundo hæreditatem, cum ijs quibus in eodem teſtamento aliquid relictum eſt, quaſi contrahere, cum extra controuerſiam ſit: *l. ſi quis abſentis. 5. §. hæres quoq́. ff. de oblig. & act. §. hæres quoq́. Inſtit. de obligat. quæ ex q. contr.* & alimenta quibuſdam interdum legari ſoleant, *vt patet ex. tot. tit. de alim. vel cib. leg.* non inconueniens erit, nunc de ijs tradere præcipue, quæ ratione perſonarum hic
1 locus exigit. In hoc † capite itaq; dicam primò de perſonis, deinde de modo legandi eiuſq́; interpretatione, & deniq; de inuentario & Falcidia: reſeruaturus cætera, veluti quomodo & vbi præſtentur hæc alimenta, quibus fruantur priuilegijs, quomodo deſinant, qua actione & quomodo petantur, an hæredi legatarius operari teneatur, & alia, ad locum com-
2 modiorem. Ad perſonas † igitur quod attinet, cum primò omnium conſiderari debeat, num is qui fecit teſtamentum, habuerit teſtamenti factionem *l. ſi quæramus. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* & legare nequeat, cui teſtamenti faciendi poteſtas denegatur: *l. 2. ff. de leg. 1. l. 1. in pr. ff. de leg. 3.* igitur facile quiuis animaduertere poterit, num tale legatum ex defectu aut inhabilitate teſtatoris corruat necne: modo obliuioni id non tradamus, quamuis nonnullis propter defectum ciuilem, vt filijsfamilias, *l. ſenium. 3. in fin C. qui fac. teſt. poſſ. §. 1. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* & condemnatis ad mortem; *l eius. 8. §. ſi cui. ff. qui teſtam. fac poſſ.* nonnullis vero ob defectum intellectus, vt impuberibus, *§. præterea. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam.* ac furioſis, *d. §. præterea. & l. filiusfam. 16. §. Marcellus. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* teſtamentum face-
3 re non liceat: tamen † eum qui ob defectum ciuilem, puta quod ſit filius fam. vel ad mortem condemnatus, teſtamenti factione actiua caret, nihilominus poſſe ad pias cauſas teſtari. De filio enim familias, patris tamen accedente conſenſu, probatur *in c. licet pater. 4. §. quamuis autem. de ſepult. in 6* eamq́; ſententiam MAGIS COMMVNEM eſſe tradit *Iaſ. in d. l. ſenium. 3. num. 5. C. qui teſtam. fac. poſſ. Clarus. in §. teſtamentum. quæſt. 5. num. 7. ac omnino D. Io. Dauth. in eruditiſſimo ſuo tract. Method. de teſtam. num. 162. cum ſeqq.* Damnato autem ad

mortem

mortem idem concedi, probatur ex recepta conſuetudine, qua ipſi de rebus ſuis, quando eæ ob delicti atrocitatem non confiſcantur, teſtari permittitur. *Clarus d. §. teſtamentum. quaſt. 21. num. 1. D. Io. Dauth. ibid. num. 251. in fin.* Quod vero legatum alimentorum certis quibuſdam caſibus piæ cauſſæ annumeretur, dicam infra libro ſecundo. Præterea in hoc perſonarum tractatu conſiderandum venit, quiſnam præſtet ali-
4 menta legata; & † regulariter hoc ad hæredem vniuerſalem, ſiue vnus ſiue plures ſcripti ſint, pertinere certum eſt: idq; oſtenditur primo ex definitione legati, *qua traditur in l. legatū. 116. ff. de leg. 1. vbi dicitur quod legatum ſit delibatio hæreditatis, &c. Lud. Rom. conſ. 189. incip. Stante primo quæſito. per tot.* deinde in hiſce alimentorum terminis, & quidem etſi bona ad fiſcum deuoluantur, loquitur text. *in l. ſi quis libertis. 2. ff. de alim. vel cib. leg.* Si igitur Titius inſtitutus ſit in fundo Corneliano, alijs hæredib. vniuerſalibus nominatis, quia iſte Titius in effectu potiùs legatarius quàm hæres cenſetur, *l. quoties. 13. C. de hæred. inſtit.* ideo hoc onus alimentorum dandorū ad hæredes, non autem ad iſtum Titium pertinet. *Io. de Anan. conſil. 46. incip. Circa primum quæſitum. num. 7. cum ſeqq. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 19.* Ergo multominus ad alimenta alteri præſtanda per teſtatorem adigi poterit, cui nihil omnino eſt relictum, cum ei qui non eſt honoratus fruſtra & invtiliter onus imponatur. *§. poteſt. verſ. hoc ſolum obſeruandum. Inſtit. de ſingul. reb. per fideicommiſſ. relict.* pone itaque Ioannes habens bona communia cum ſuo fratre Petro, condit teſtamentum, in quo filios ſuos hæredes ſcripſit, & Titio ex iſtis bonis cum fratre ſibi communibus alimenta dari debere conſtituit: iſte Petrus ne quidem pro dimidia parte tenetur Titium alere: *ita in ſpecie conſuluit Bartol. in conſ. 211. incip. Quidam ſibi filios. vol. 1. per l. ſi duobus. 16. §. hæres. ff. de leg. 1. quam deciſionem ſequitur in d. §. hæres Caſtr. num. 2. Iaſ. num. 3. & Ripa. in l. cum filio fam. 11. num. 25. eod. tit. de leg. 1. Sim. de Prat. lib. 4. de interpr. vltim. volunt. interpr. 1. dubit. 11. num. 28.* Veruntamen quod dixi ab omnibus hæredibus alimenta legata præſtanda eſſe,
5 fallit primò † ſi teſtator vni alicui vel duobus, cum plures

inſti-

inſtituiſſet hæredes, hoc onus impoſuerit: is enim vel illi ſoli tenentur hoc onus agnoſcere. *l. alimenta. 16. in pr. ff. de alim. vel cib. leg.* idem plane eſt in legatario, ſi ei teſtator hanc alterius alendi neceſsitatem iniunxerit, *per text. in l. à filio. 15. in pr. ff. d. tit.* & quod magis eſt, à teſtatore hoc alimentorum dandorum onus, imponi poteſt etiam ei, cui certi fundi vſusfructus legatus eſt, *per text. in l. Titia. 19. in pr. ff. de ann. legat. l. Stichus. 20. §. Titia. ff. de alim. vel cib. leg. l. vſufructu. 7. §. quoniam. verſ. alimenta ab ea re relicta. ff. de vſufruct.* Ratio eſt quia etiam à legatario alteri porro aliquid relinqui poteſt. *l. filius fam. 114. §. apud Marcellum. ff. de leg. 1. d. §. poteſt. Inſtit. de ſing. reb. per fideicom. relict. Sim. de Præt. lib. 4. de interpret. vltim. volunt. interpr. 1. dubit 11. num. 27. cum ſeqq.* Quod ſi eueniat vt legatum, cui onus alimentorum dandorum iniunctum fuerat, pro non ſcripto habeatur, quod nonnunquã fieri ſolet: *tot. tit. ff. de his quæ pro non ſcript.* quamuis tum regulariter res legata apud hæredem vel coniunctum ſine onere maneat: *l. vnic. §. in primo itaq; ordine. C. de caduc. toll.* tamen aliud eſt in alimentis legatis. Hæc enim debentur à ſubſtituto vel alio ad quem res, ex qua alimenta dare teſtator iuſſerat, deuenit, *l. libertis. 4. §. fin. vbi gl. & Bart. in princ. l. alio 9. vbi iterum Bart. num. 1. ff. de alim. vel cib. leg. gl. l. ſi quis Titio. 17. verb. vt miniſtrum. ff. de l. 2. Alex. l. licet. 77. num. 10. in fin. ff. de leg. 1. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 59. ab alimentis ad piam cauſſ. nu. 4. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 23. cum ſeq. ff. de lib. agnoſc. & eſt* COMMVNIS opinio. *Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. §. 11. nu. 53.*

6 Secundò limitantur, vt ſi † quis inſtituat Caium in nuda & ſola proprietate, Mæuio autem leget vſumfructum omnium bonorum, (quod fieri poteſt, *per l. omnium. 3. in princ. ff. de vſufr.* ſi teſtator nullos habeat liberos. *auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam.*) & præterea Sempronio alimenta: Quamuis enim Bald. *in conſil. 239. incip. Teſtator ita dixit. num. 3. vol. 1.* in hac quæſtione varie fluctuando, primum cenſeat vtrunq; tam hæredem quàm legatarium conferre debere, *per l. fin. ff. de vſufr. leg.* poſtea putet ad ſolum legatarium pertinere hoc onus, *per l. Imperator. 50. in fin. ff. ad SC. Trebell.* & deniq; arbitretur

huiuſ-

huiuſmodi legato, non eum cui vſusfructus legatus eſt, ſed ſolum hæredem debere ſatiſfacere, propterea quod quaſi contrahatur, non inter legatarios inuicem, ſed inter legatarios & hæredem: tamen veritati magis conſentaneũ eſſe credo, vt dicamus hoc caſu alimenta præſtari debere non ab hærede, ſed à ſolo legatario Mæuio. *l. fin. §. ſin autem æs alienũ. verſ. ſin autem legata. cum ibi notat. per Salic. num. 20. C. de bon. quæ liber. Couarr. lib. 2. Variar. reſolut. cap. 2. num. 7. verſ. tertio conſiderandum eſt.* Accedit ratio quod alimenta præſtanda ſint ex fructibus. *d. l. Imperator. 50. in fin. ff. ad SC. Trebell.* Cui deciſioni impedimento non eſt, quod tantummodo quaſi contrahatur inter legatarios & hæredem: quia licet concedendum ſit contra hæredem directam actionem competere: tamen commodiſsimum eſt, vt hæres antequam legatario bona vtenda fruenda concedat, ſtipuletur ab eo, ſe defendi ab alimentarij petitione: qua eadem ratione euitari poteſt argumentum ſumtum ex d. l, fin. ff. de vſufr. leg. *Matthe-ſilan. ſing. 4. num. 5. Paul. de Montepic. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. num. 158. ff. de legat. 2. Couarr. d. lib. 2. Variar. reſolut. cap. 2. num. 6. & 7. Io. Garſias de expenſ. & meliorat. cap. 11. num. 61. cum ſeq. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. 5. §.*
7 *ſi quis ex his num. 220. ff. de lib. agnoſc.* Si autem † quæramus de ijs perſonis, quibus hoc legatum dari queat, tum conſtituenda eſt theſis generalis, alimenta legari poſſe omnibus, neq; impedimento eſſe defectum ciuilem neq; naturalem, modo legatarius adhuc viuat, & ſic opus habeat alimentis. *Prat. lib. 4. de interpret. vltim. vol. interpr. 1. dubit. 11. num. 18.* Manifeſti enim iuris eſt, ſeruis teſtamento dominorum non manumiſsis, legatum ſeu fideicommiſſum relictum non valere. *l. ſeruis. 4. C de legat.* & tamen nihilominus alimenta ipſis à domino teſtante recte relinqui. *l. ſeruo alieno, 113. §. 1. vbi gl. verb. obtemperandum. & Bart. ff. de legat. 1. l. ſeruos. 17. ff. de alim. vel cib. leg. gl. l. 1. verb. poſſunt. C. qui non poſſ. ad libert. peruen. Frider. Senenſis conſil. 41. incip. Legatum. Bart. tract. de alim. num. 27. Panorm. conſil. 63. incip. Vt veritas. num. 7. vol. 2. Hippol. de Marſil. ſingul. 565. num. 3. Anton. Gomeſ. tom. 1. var. reſo-*
8 *lut. cap. 12. num. 46.* Neque † etiam deberi deſinunt propter ſuper-

ſuperuenientem incapacitatem ciuilem, veluti ſi in metallum is cui alimenta legata ſunt damnetur. *l. is cui. & ibi Bart. ff. de alim. vel cib. leg. l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* cum deportatus capax ſit eorum quæ ſunt iuris naturalis. *l. tutelas. 7. l. eas obligationes. ff. de cap. min. l. quidam. ff. de pœn.* Ea enim huius rei ratio à noſtris traditur, quod cum ſeruos iura noſtra voluerint ſeruare, non autem occidere. *§. ſerui autem ex eo. Inſtit. de iur. perſon.* & alimenta denegare nihil aliud ſit quam necare. *l. necare. ff. de lib. agnoſc.* dationem alimentorum vt irritam cenſere non potuerint. *Marc. Socin. iun. in l. 1 num. 384. ff. de acquir. poſſ. Alber. Bolognet. in tract. de leg. iur. & aquit. cap. 17. num. 8.* quodque ſeruorum ratio habeatur quod ad ea quæ iuris naturalis ſunt, *l. quod attinet. 33. ff. de reg. iur. Cuman. conſil. 30. incip. Statuto cauetur. num. 2. verſic. accedat etiam quod iſtud. Io. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 11. in editione ipſius operum Venetijs excuſorum, ſed in voluminibus repetitionum, habetur ſub nu. 24. ff. de lib. & poſthum. Robert. Marant. in l. is poteſt num. 114. in editione Colonienſi quæ habetur poſt ipſius praxin auream, ſed in voluminibus repetit. num. 109. ff. de acquir. hæredit.* Vnde porro fit, vt neque cum publicatione bonorum in fiſcum tranſeat actio ad alimenta condemnato competens, *arg. l. ſi mandauero. 22. §. is cuius bona. ff. mandat. Salic. l. ſi ademtis. 5. C. de ſent. paſſ. & reſtit. Fr. Cremenſ. ſing. 149. Marc. Anton. Peregr. in tract. de priuil. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 123. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed vtrum. num. 6. ff. de lib. agnoſc.* Iſti autem rationi addunt alij inſuper hanc, quod legatum alimentorum pietatis cauſſam videatur concernere. *l. Mela. 14. verſic. tamen pietatis intuitu. ff. de alim. vel cib. leg. Cuman. d. conſil. 30. num. 2. Plotus conſil. 17. incip. De pluribus dubijs. num. 73. volum. 1. Georg. Bemel. in tract. de teſtament. §. Item* vnd zum vierden iſt mein endtlicher will/ *pag. 31.* Cum quibus rationibus ferè coincidunt omnes quas recenſet Cordub. de
9 Lar. *d. §. ſed vtrum. num. 4.* Vnde † etiam euenit vt eo, cui alimenta iam ante legata fuerunt, ad perpetuos carceres damnato, nihilominus iſta alimenta adhuc debeantur, quamuis enim concedatur, perpetuò carceratum actiue & paſſiue
eſſe

eſſe inteſtabilem: tamen alimentorum habilem ipſum adhuc eſſe, non dubito: alimenta enim capit natura, non perſona ciuilis. *Felin. c. qualiter & quando. 24. §. ad corrigendos. num. 27. & ſeq. ext. de accuſat.* Idem eſt in eo qui ſua culpa & merito excommunicatur, vt ipſi extrema neceſsitate laboranti ſubueniendum ſit, ne fame pereat *gl. in c. paſtoralis. 54. §. verum. verb. ſubtrahuntur ext. de appellat. ibiq; Dec. num. 9. notat* O M N E S *hanc opinionem ſequi: quem locum forſitan allegare voluit Io. Iac. de Leon. in conſil. ſuo, quod eſt centeſimum decimum quartum*

10 *inter conſilia feudalia Alberti Bruni, nu. 416. volum. 1.* Neq; † obſtat text. *in l. 3. §. 1. verſic. alióue quo modo in ciuitate eſſe deſierit. ff. de alim. vel cib. leg.* Nam *ex gl. ibi, verb. deſierit. & Bart. num. 3.* reſpondetur, in eo textu non dici, quod ſi legatarius in ciuitate eſſe deſierit, alimenta propterea deſinant deberi, ſed quod per deportationem deſinant poſſe præſtari: cum legatarius ad hæredis domum alimentorum percipiendorum cauſſa ire debeat, *arg. l. prouincialium. 8. in fin. C. de erogat. milit. annon. lib. XII. l. 1. §. licet. verſic. tollat vinum. ff. de peric. & commod. rei vend. & inferius libro ſecundo cum tractauero, vbi alimenta dari oporteat, latius dicetur.* Ea igitur iſtius legis in illo verſiculo ſententia eſt, vt ſi quis legatariorum in ciuitate eſſe deſinat, ac propterea non poſsit aufferre alimenta, & miniſter vel executor alimentis diſtribuendis conſtitutus ſit, id quod in deportati alimenta non inſumitur, reddi potius debere hæredi, quàm vt apud executorem maneat.

11 Limitantur hæc † vt vera ſint, niſi teſtator expreſſe ſanxiſſet, vt per bannum vel hæredis vel legatarij, hoc alimentorum legatum expiret: tum enim propter expreſſam voluntatem teſtatoris, merito non debetur. Cum enim in teſtatoris arbitrio poſitum fuerit, etiam ab initio legatum non relinquere, merito ei non deneganda eſt facultas legato ſcripto modum & finem adijcere, *per tot. tit. ff. & Inſtit. de adimend. & transfer. leg. atq; ita in his terminis tradit Angel. Peruſ. conſil. 373. incip. Viſis inſtrumentis initis. num. 6.* Cuius ſententiæ generalitatem ad quaſuis perſonas ex iure ciuili aliorum legatorum incapaces accommodare etſi ſit facilimum: explicatioris

tioris tamen doctrinæ cauſſa de quibuſdam perſonis adhuc in ſpecie aliquid dicam. Et primo infero ad monachos
12 † vt his alimenta legari poſsint: idq; probatur ex ijs, quæ paulo ante de ſeruis allata ſunt: cum enim ſeruis monachi comparentur: *gl. vlt. l. cum prætor. 12. ff. de iudic. Gul. Mayner. in l. ſeruitutem. num. 4. ff. de reg. iur. late Nic. Euerh. in Topic. loc. 24. A ſeruo ad Monachum. Iodoc. Damhoud. in Enchirid. Parium. verb. Monachus.* ſerui autem alimentorum legatorum ſint capaces, *per d. l. is cui. 11. d. l. ſeruos. 17. ff. de alim. vel cibar. leg.* conſequens eſt, vt & monachis poſsit dari tale legatum, *Petr. Rauenn. in Alphab. aur. verb. Frater minor. Io. Dilect. Durand. de arte teſtand. tit. 6. caut. 63. Dominic. Geminian. conſil. 80. incip. Quidam nomine Vlcus.* Licet enim monachi mundo mortui cenſeantur, *l. Deo nobis 54. §. vnde per præſentem. C. de Epiſcop. & cleric.* tamen id accipiendum eſt, vt verum ſit, quoad actiones ciuiles: *per d. l ſeruitutem. & l. quod attinet. 33. ff. de reg. iur.* non vero ſi cibum & potum ſpectes. *gl. auth. idem eſt. C. de bon. quæ liber. Geminian. d. conſil. 80. num. vlt. Iac. Petr. in practic. tit. de condict. ex l. omnimodo. num. 5. Petr. Coſtal. l. ſi ſeruus. 22. in fin. ff. de noxal. act.*

13 Ampliatur primò, licet † iſti monachi quibus alimenta legantur, ſint mendicantes. *Roland. Paſſag. in tract. de teſtam. rubr. 21. num. 15. & 16.* deinde ampliatur hæc deciſio ad eum caſum in quo fratribus minoribus vel alijs monachis mendicantibus legantur bona immobilia. Quamuis enim ex regula ſuæ profeſsionis, nullorum bonorum præſertim immobilium ſint capaces. *clem. exiui. de verb. ſignif.* poſſunt tamen capere relictum rei immobilis, non vt ipſi poſsideant, ſed vt illam vendant & ſe ſuſtentent ex pecunijs inde redactis. *gl. c. vn. verb. domum. de relig. dom. in 6. quam ſequitur Zabarell. conſil 66. incip. Statuto ciuitatis. num. 3. Alex. conſil. 88. incip. Eximie domine Vicarie. in princ. & ibi Molin. in apoſtill. vol. 2. Felin. c. in præſentia. num. 51. ext. de probat. Hippol. de Marſil. ſingul. 132. Corſet. ſingul. 176. verb. Mendicantes: Franc. Marc. deciſ. 534. num 8. part. 1.* Cui gloſſæ accedit illa regula, quod parum & nihil æquiparentur. *c. licet cauſſam. §. quanquam. verſ. nulla vel modica. extra de probat.*

*probat*, iam autem monachi illi ſi vendant quamprimum poſſunt, & ita per modicum temporis teneant, omnino non videntur habuiſſe; *quo fundamento in hiſce terminis vtitur Hippol. de Marſil. in tract. Bannitor. verb. Facti. num. 39. Laz. Fanut. de moment. tempor. cap. 31. num. 14. & tandem hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe aſſerit Bertrand. conſil. 174. incip. Ex progreſſu controuerſiæ. num. 10. part. 1. volu. 2. Phil. Dec. conſil. 559. incip. In caſu venerabilis. num. 5. Anton. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 1. cap. 12. nu. 46. Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 9. num. 3. Matth. Gribald. in commun. opin. verb. Incapacitas. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumt. 120. num. 5. & conſuetudine obſeruari tradit Cuman. conſil. 159. incip. Viſo teſtamento quondam Reuerendiſſimi. num. 1.* Argumenta autem quinque huic poſteriori ampliatione contrariantia reſoluit Signor. de Homod. *conſil. 40. incip. Quæritur ſi*
14 *aliquid relinquatur. num. 5.* Reſtringitur † tamen hæc poſterior ampliatio, vt non procedat, ſi vt perpetuo habeant legetur, ſiue ſint bona immobilia, ſiue annui reditus perpetui. *Frider. Senenſ. conſil. 12. incip. Fratres prædicatores. Fulgoſ. conſil. 103. incip. Titius condidit teſtamentum. Anchar. Bonon. conſil. 199. incip. Primum dubium. num. 3. Dominic. Geminian. conſil. 40. incip. Vt veritas clarius. num. 9. cum ſeqq. Petr. Foller. in tract. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus enim dici ſolet. num. 83. Io. Dilect. de art. teſt. tit. 1. caut. 11.* atque ita pronunciatum fuiſſe refert Io. Gall.
15 *in decis. Parlament. Pariſ. quæſt. 62.* Deinde † reſtringunt aliqui hanc ampliationem, vt non procedat, ſi ipſis detur quantitas nimia vel exceſsiua: propterea quod huiuſmodi legatũ pugnet cum ipſorum profeſsione & regula. *Iac. de Nigr. in l. 1. num. 67. ff. de leg. 1. quo facit Corn. conſil. 117. incip. Multa eſſent diſcutienda. num. 8. vol. 2. & D. Io. Dauth. in tract. Method. de teſtament. num. 73. verſic. Etſi enim magis communiter.* Si quis de huiuſmodi legato monachis facto plura expetat, conſulat Ant. Gabriel. Roman. *in concluſ. lib. 4. tit. de legat. concluſ. 1. Menoch. de præſumt. 120. num. 5.* & num monachi hæredes inſtitui poſsint videndus erit idem Anton. Gabr. Roman. *lib. 4. tit. de hæred.*
16 *inſtit. concluſ. 1.* His omnibus † conſentiunt ea quæ ſ̃. in huius libri cap. 3. num. 40. cum ſeqq. de alimentis filio adulte-

 rino

rino vel etiam inceſtuoſo à parente, & in eiuſdem libri cap. 8.
17 num. 5. nepoti ab auo relinquendis dixi. Hæc omnia † etiam obtinent in eo, qui per ſtatutum incapax legatorum redditur, vt nimirum incapacitate illa ex ſtatuto orta non obſtante, nihilominus legata alimenta debeantur: partim quod in ijs incapacitas ciuilis non conſideretur. *d. l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. l. ſeruos. 17. ff. de alim. vel cibar. leg.* cum natura reſtaurationem partium corpori ſubinde decedentium flagitet, non conſiderata ciuili inhabilitate. *l. proponebatur. 76. ff. de iudic.* partim quod ſit cauſſa pia. *l. Mela. 14. ff. de alim. leg. Cuman. conſil. 30. incip. Statuto cauetur. quæſt. 1. Plot. conſil. 17. incip. De pluribus dubijs. num. 73. Sim. de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpr. 1. dubit. 11 num. 18.*

Iſtæ autem dubitationes omnes locum ſibi poſſunt vindicare, quando conſtat de mente teſtatoris, volentis eiuſmodi homini quamlibet iure ciuili legatorum incapaci alimenta relinquere: verum quia interdum incidit dubitatio, num teſtatoris diſpoſitio ad vnum indiuiduum tantum, an verò ad plura ſe extendat, ideo conſiderandæ ſunt aliquot
18 quæſtiones. Et primò quidem quæri poteſt, an † in alimentorum legato filijs dato, contineantur nepotes: & contineri reſpondet Menoch. *conſil. 215. incip. Diu ac multum. num. 88. vol. 3.* motus præcipuè ea ratione, quia quando fit ſermo de re, nepotibus iuxta ac filijs naturaliter debita, tum filiorum appellatione continentur nepotes. *Rebuff. in l. liberorum. 220. §. ſed & Papirius. verſ. prӕterea & ea quæ natura. ff. de verb. ſignif.* Sed nepotibus non minus quàm filijs debentur alimenta. *l. ſi quis à liberis. §. vtrum. verſ. Idem in liberis quoq; ff. de liber. agnoſc. cum alijs quæ adduxi ſ. hoc libr. cap. 8. num. 1.* Ergo in alimentorum negocio filiorum appellatione continentur nepotes. Quam deciſionem qui ad omnes caſus vellet adaptare, fieri aliter non poſſet, quin egregie deciperetur. Cum enim certum ſit, alimenta legata morte legatarij finiri: *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact.* non ita accipienda eſt ea deciſio, quaſi poſt obitum filij qui alitus fuit, ad nepotem hoc ius alimentorum legatorum tranſeat, *per ea quæ congeſſit Burſat.*
*conſil.*

*conſil.62. incip. Nullibi video. num.10. cum alijs quæ allegaui ſ. d. c. 8. num.6.* Accedit præterea, quod quando diſpoſitio ſemel verificata eſt in filio, tunc non extendatur ad nepotem. *Anton Gabr. Roman. lib.6. tit. de verb. ſignif. concluſ.1. num.74. cum ſeq.* Igitur ſi teſtator vel ſuis vel alterius cuiuſpiam puta fratris filijs alimenta relinquat, & ex his filijs aliqui ante teſtatorem alimenta legantem mortui fuerint, quorum liberi extent, qui ſint ex illo fratre nepotes, tum forte procederet ſententia Menochij, vt hiſce nepotibus ſub nomine filiorum alimenta relicta videantur: quæ opinio non parum iuuatur ex ijs quæ adducit Ant. Gabr. Roman. *d. tit. de verb. ſignif. concluſ. 1. num. 36.* Quod ſi quis Titio & eius liberis alimenta leget, nepotes iſtius Titij hoc legato contineri reſpondit Alexander *conſil.158. incip. Viſo teſtamento. num. 1. vol. 7. per l. liberorum. 220. ff. de verb. ſignific. l. ſed ſi hac. 10. §. liberos autem. ff. de in ius voc.* Quam deciſionem Carolus Molinæus *in addition. prima ad Alexand. d. conſil.158.* limitat, vt procedat ſolummodo in nepotibus tempore teſtamenti natis. *per l. ſi ita.7. ff. de aur. & arg. leg. l. ſi cognatis.19. ff. de reb. dub.* Verum tam Alexandri deciſionem quàm Molinæi limitationem perpetuo veram eſſe dubito. Licet enim liberorum appellatio omnes deſcendentes in infinitum complectatur, & quidem ex propria vocabuli ſignificatione: *d.l. liberorum.220. d.l. ſed ſi hac. 10. Iaſ. in l. Gallus. §. videndum. num. 5. & 6. ff. de liber. & poſthum. Anton. Angel. in addit. ad Iaſ. §. pœnales. num.54. ſub lit. R. Inſtit. de act. Barnhard. VValther. lib.1. miſcell. cap.10.* cum tamen id ſolummodo procedat, quando ſermo fit de re ex ſua natura ad hæredes tranſeunte, *Nic. Euerhard. conſil. 141. nu. 10.* ſecus quando agitur de negocio, qúod cum perſona extinguitur: *l. antiquitas.14. vbi Paul. de Caſtr. num.1. & 2. C. de vſufruct.* alimenta autem regulariter cum vita alimentarij expirent: *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact.* inde colligi poſſe mihi videtur, tale legatum vltra iſtius Titij filios vix ac ne vix quidem porrigendum eſſe. Et hanc ſententiam eò magis amplecterer, quando lingua noſtra Germanica relicta eſſent alimenta dem Titio vnd ſeinen Kindern / Nam appellatione

tione Kinder/conſuetudine Germaniæ intelliguntur tantum qui ſunt primi gradus. *idq; teſtantur Domini Scabini Lipſenſes in conſilio quod eſt inter Modeſtini Piſtoris conſil. 52. nu. 43. vol. 2. Matth. Layman. in defenſ. cauſſæ Honoldin. nu. 46. 161. 345.* Simili-
19 ter in dubium † vocari poteſt, num eiuſmodi legatum ad ſolius legatarij perſonam coanguſtandum ſit: an vero ad eius neceſſarios, puta vxorem, liberos, & miniſtros ſit extendendum? In cuius quæſtionis deciſione diſtinguendi ſunt aliquot caſus: Aut enim alimenta legata ſunt Titio cum ſua familia, & tum dubium non eſt, hoc legato non tantum ipſum Titium, ſed etiam ipſius vxorem liberos & famulos contineri: hos enim omnes familiæ appellatio complectitur. *l. ædiles. 25. §. familiæ ff. de ædil. edict. l. deteſtatio. 40. § familiæ. & l. pronunciatio. 195. §. familiæ appellatio. ff. de verb. ſignific. atq; ita in terminis tradidit Alex. in conſil. 178. incip. Videretur forſan num. 1. & 2. vol. 6.* Aut alimenta legata ſunt Titio, nulla familiæ vel cuiuſquam alterius facta mentione: & tum ſubdiſtinguendum puto, quod vel certa ſumma pecuniæ aut aliquid aliud veluti certus modus frumenti, & vini, &c. in alimenta legatus eſt: vel ſimpliciter alimenta. Nam priori caſu, nulla poteſt ſubeſſe diſputatio, partim per ea quæ tradita ſunt ſ. hoc libro cap. 13. num. 6. partim propter text. *l. alio. 9. l. cum vnus. 10. l. Lucius. 12. l. Caio. 13. in pr. l. à filio. 15. in princip. l. Stichus. 20. §. mater ff. de alim. vel cib. leg.* At in poſteriore caſu
20 quando ſimpliciter † alimenta legata ſunt, ſi non conſtet de mente teſtatoris, in dubio dicendum eſt, familiam legatarij etiam contineri, *per l. 2. cum ll. ſeqq. ff. de vſu & habit. l. pater filiæ. 5. ff. de ſeruit. legat. quem text. ad hoc propoſitum adducit Hippol. de Marſil. in conſil. 1. num. 13. & notabilem appellat Ludouic. Roman. conſil. 503. incip. Diligenter inſpectis. num. 7. Caſ. Lambert. de iur. patron. art. 6. tertiæ quæſt. princip. nu. 24. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 39. cum ſeq.* Cui deciſioni licet † ad-
21 uerſetur Calder. *in conſ. 3. incip. Teſtator legauit fratri in fin. ſub tit. de teſtam. quem ſequitur Sim. de Præt. lib. 4. de interpret. vlt. volunt. interpret. 1. dubit. 11. nu. 22.* tamen eius ratio tanti non eſt, vt à præcedente opinione aliquem debeat aut poſſit dimouere.

Ita

Ita enim argumentatur, Si legatum alimentorum etiam ad vxorem legatarij pertineret, tum egrederetur perſonam. Sed poſterius iure non admittitur. Ergo nec prius. Rationem conſequentiæ in copulato probat ex eo, quod vir & vxor ſint perſonæ diſtinctæ. *c. dilectiſſimus. 12. q. 2. c. quomodo. 31. q 1. c gaudemus. de diuort.* Aſſumtum probat ex eo, quod morte alimentarij deſinunt alimenta. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. l. 3. verſ. vt quisq; ex libertis deceſſerit. ff. de alim. vel cib. leg.* Sed huic argumento reſponderi poteſt, negando rationem conſequentiæ in copulato. Nam vſumfructum, habitationem & cætera ſimilia iura perſonæ cohærentia, eius cui legata ſunt morte amitti, dubitationem quidem non recipit: *l. ſicut. 3. §. vlt. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. §. finitur. Inſtit. de vſufr.* & nihilominus ad coniuges & liberos legatarij adhuc viuentis extendi poſſunt. *d. l. 2. cum ſeqq. ff. de vſu & habitat. d. l. pater filia. 5. ff. de ſeruit. legat.* Vnde apparet copulatum, quamdiu maritus legatarius adhuc viuit, & matrimonium conſiſtit, eſſe falſum. Neque ad rem quicquam faciunt quæ à Calderino pro confirmatione copulati fuerunt allegata. Nam quod primò attinet textum *c. dilectiſſimus. 12. q. 2.* ego in tota illa quæſtione capitulum, cuius tale ſit initium, non inuenio. Sed inquies, eſſe vel lapſum memoriæ, vel erratum typographicum, & ſcriptum oportuiſſe. c. dilectiſsimis. 12. q. 1. vbi de Anania & Saphira vxore eius tanquam de duabus perſonis ſeparatis agitur. Quem textum ſi voluit allegare Calderinus, tum ad remouendam iſtam copulati probationem ſciendum eſt, maritum † & vxorem nonnunquam pro
21 vna & eadem perſona cenſeri, nonnunquam vero pro duabus. Si enim ipſa indiuidua per ſe conſideremus, tum negari non poteſt, vt ſexus eſt diuerſus, ita & perſonam eſſe diuerſam, *præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. ff. de ſtat. hom. num. 2. & 3.* atque ita procedunt textus à Calderino allegati: ſin vero habilitatem ciuilem vel lites in coniugibus conſideremus, tum etiam duas perſonas eſſe concedendum eſt, *per text. l. doce ancillam. 9. C. de rei vindic. §. patitur. verſ. defendi enim. Inſtit. de iniur. Corn. conſil. 313. incip. Videtur*

*prima facie num.6.vol.3.* Sin denique conſideremus commoda & incommoda vtriuſque, tum pro vna eademque perſona reputantur: ſiquidem pari fortuna ambo vtuntur. *l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. verſic. quid enim tam humanum. ff. ſolut. matrimon. l. 1. ff. de rit. nupt. l. fœminæ. 8. ff. de ſenat.* Cum itaque in noſtra præſenti materia de commodis agamus, recte dicimus, ſi marito nulla vxoris mentione addita, aut econtra, vxori ſine mariti commemoratione, alimenta aut alia iura perſonalia legata ſint, neutiquam legatarij perſonam egredi, licet altera perſona ſimul fruatur, *per d. l. 2. & d. l. pater filiæ. 5.* Et quod in hac alimentorum tractatione maritus & vxor pro vna eademque perſona habeantur, in terminis tradit Matth. Brunus *in tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 31. princ. num. vlt. quo facit Hippol. de Marſil. in d. conſil. 1. num. 13. cum ſeqq.*

23 Iam † porro ſe offert reſtrictio Menochij qui *de præſumt lib. 4. præſumt. 157. num. 40.* concedit quidem alimenta etiam vxori legatarij deberi: at putat hoc coanguſtandum ad vxorem, quam viuente teſtatore legatarius habebat, non vero extendendum ad eam, quam poſt illius mortem duxit *per l. plenum. 12. §. equitij verſ. ſed ſi teſtator ſciens ff. de vſu & habit.* Quæ reſtrictio an vera ſit dubito: *per l cum vnus. 10. §. fin. ff. de alim. vel cib. leg.* vbi Bart. notat alimenta legata, creſcente ætate creſcere, quod fieri non poſſet, ſi ſolum legatarij conditio, quæ erat tempore mortis teſtatoris in præſtandis alimentis ſpectanda eſſet. Prætera vt aſſenſum cohibeam, efficit etiã textus *in l. cæterum. 4. §. quid. ergo ſi viduæ. ff. de vſu & habitat.* ac præterea hæc ratio, quia ſi alimenta legata non aliter, quam iuxta legatarij ſtatum, de quo teſtatori conſtabat, eſſent æſtimanda, & legatarius viuente teſtatore bona ac firma vteretur valetudine, conſequens eſſet, ipſi in morbum poſtea incidenti, medicamenta non deberi, quod eſt contra iura, quæ infra *lib. 2. cap. 1.* adducam. Neque textus *in d. l. plenum. 12. §. equity* his refragatur, ſiquidem bifariã ad eum poteſt reſponderi. Primò per diſtinctionem, vt ex conditione legatarij quam teſtator cognitam perſpectamq; habet, legatum æſtimandum ſit, ſcilicet quando aliquid legatur ex inſtituto ciuili &

li & arbitrio humano,alij atq; alij vſui aptum, prout in equis euenire, præter quotidianam experientiam,teſtatur ille ipſe textus *d. § equitij* : ſecus ſi aliquid legetur in vſum rei à natura & honeſtate pendentis,vt ſunt alimenta : hæc enim maritū vxori præſtare debere, patet ex fundamentis *s̃. hoc lib. c. 10. num. 3.* adductis. Quæ coniugis nutritio, vt ex natura & honeſtate profluit, quemadmodum etiam ex eiuſdem naturæ inſtinctu proficiſcitur, vt quilibet ad coniugium & ſobolis procreationem rapiatur. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* ita hæc omnia teſtator ignorare non poteſt,neque debet. *l. ſi adulterium. 38. §. ſtuprum. ff. de l. Iul. de adult. Dyn. c. ignorantia facti. num. 21. & 23. de reg. iur. in 6.* Deinde reſponderi poteſt,iſtum textum *d. §. equitij.* ad Menochij reſtrictionem,in præſenti noſtra quæſtione, propterea non quadrare, quod vſus equorum vulgaris immenſum diſtet ab eo, qui in ludis Circenſibus deſiderabatur,*vt apparet ex Sueton.in Iulio cap. 39. Alex. ab Alex. lib. 5. genial. dier. cap, 8. VVolfgango Lazio lib. 10. Commentar. Reipubl. Roman. cap. 5. & Reuard. lib. 5. de iuris ambiguit .cap. 14.* at alimentatio poſterioris coniugis eadem eſt quæ prioris,aut ſi quæ ſit differentia non magna ſit futura, ſi iuxta mariti conditionem,vt par eſt,vtraq; velit viuere. *l. fæ-*
24 *minæ. 8. ff. de ſenat.* Quod ſi tamen † quis leget alimenta ſeni decrepito & depontano,qui poſt obitum teſtatoris,animum ad nuptias adijciat, huic vxori alimenta ex iſto legato non deberi, cum Menochio arbitrarer, propterea dum quilibet teſtator præſumitur ſuā voluntatē iuris diſpoſitioni conformare,*l.conficiuntur.8 in pr ff.de iur.codicil.*& de iure noſtro ſenes ſexaginta annos nati & vltra,ad nuptias apti non cenſeantur, *l. ſi paterfam. 15. §. vlt. ff. de adopt. idem Menoch. de arbitr iudic quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ. 58. num. 10. & caſ. 89. num. 56. cum ſeqq.* quod iſta vxor ab eiuſmodi decrepito ſene, ſi non contra at ſaltem præter voluntatem teſtatoris ducta eſſe videatur. Poſtea poſſet etiam Menochij reſtrictio *in d. præſumt. 157. num. 40.* admitti,ſi teſtator legaret Mæuio alimenta, intuitu vxoris,puta quod ea eſſet teſtatoris cognata : tum ſane non ſine ratione dici poſſet,ea vxore mortua,vxori poſtea à Mæuio ductæ,ali-

menta non deberi *l. cum alimenta. 22. in princ. verſ. & caritate eius cui fideicommiſſum datum. ff. de al m. vel cib. legat. Bald. conſil. 126. incip. Factum ſic proponitur: quidam Bartholomæus. vol. 5.* imo deberi penitus deſijſſe, *arg. l ſi ſerui. 21. in fin. ff. de vſufruct.*

25 Quæ † vt loquuntur de legato in quo vxoris expreſſa mentio facta non eſt, ita meritò dubitatur, quid iuris ſit, ſi vxoris meminerit teſtator, num hoc legatum ad poſtea ductam ſit porrigendum. Et primo quidem extra dubium eſſe arbitror, teſtantis mentem ante omnia inſpiciendam & ſequendam eſſe, ſi alicunde de ea ſatis conſtet *l. heredes. 57. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell. l. cum quæſtio. 23. in fin. C. de legat. l. cum virum. 16. C. de fideicommiſſ.* In dubio autem diſtinguendum eſt, vtrum hoc legatum relictum ſit ſub nomine proprio, exempli cauſſa, Bertæ vxori Titij, an nomine appellatiuo tantum, veluti vxori Titij vel vxori meæ relinquo alimenta. In primo caſu ſi Titius aliam vxorem duxerit, ei hoc legatum non deberi puto. *l. quoties. 23. cum l. ſeq. ff. ad SC. Trebell. Bartol. in l. turpia. 57 §. ſi pars ff. de l. 1. l. vxorem. 39. §. codicillis. & §. feliciſſimo. ff. de leg. 3. Alex. l. licet. 77. num. 10. verſ. Sexto quia ſi primo heredem. ff. de legat. 1. c. quoniam. 14. ext. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* deinde accedit ratio, quod alimenta cum morte eiúſ; cui ea data ſunt, deſinant. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 122 num. 14. & 15.* Secundo caſu quando alimenta legata ſunt nomine, non proprio ſed appellatiuo, puta vxori, tum etiam ſecundum vel tertium ductæ vxori hoc debetur legatum, *per l. placet. 4. cum l. ſeq. ff. de lib. & poſthum. Oldrad. in conſil. 212. incip. Quidam in ſuo teſtamento. in fin. Alex. conſil. 171. incip. Viſo proceſſu inter dominam Antoniam. num. 4. vol. 2. Barth. Socin. conſil. 48. incip. Eleganter conſuluit. num. 4. & 5. vol. 3. Marian. Socin. iun. conſil. 172. incip. Pulchra certe & ſubtilis. num. 25. vol. 2. Ceſ. Lambert. in tract. de iur. patron. artic. 6. tertia quæſt. princip. num. 23 cum ſeqq. Rip. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 4. Ranchin. concluſ. 496 part. 1. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. verum. num. 35. ff. de liber. agnoſc.*

26 Quorum † Doctorum, Alexandrum *in d. conſil. 171. præcipue nitentem textu d. l. placet. cum l ſeq.* ſequentium auctoritas

ritas, cum labefactari poſsit, ex eo quod iſtius textus ratio ſit;fauor conſeruandi teſtamenti, ne natiuitate vel huius qui tempore conditi teſtamenti in vtero erat, vel alterius poſthumi rumperetur: & teſtamenta,etiam legato alimentorum ad nihilum recidente, ſubſiſtere poſsint, atq; ita ratio d. l. placet. ceſſet: *Ruin. conſil. 30. incip. Circa primum dubium. num. 2. 3. & 4. conſil. 18. incip. In quæſtione alimentorum. num. 14. vol. 2.* ideo pro vlteriori confirmatione addi poteſt text. *l. annua. 20. §. Attia. l. cum quidam. 23. ff. de ann. leg. Thom. Grammat. deciſ. 102. num. 114. & text. l. ſi cognatis. 19. verſ. certè ſi quis teſtamenti. ff. de reb. dub. quem ad hoc propoſitum adducit additionator ad Franc. Cremenſ. ſingul. 8. & Rainald. Corſus. in apoſtillis ad Oldradi conſil. 213. incip. Ad quæſtionem.* Accedit his omnibus fauor alimentorum, cuius conſideratione tale legatum etiam ad ſecundam vel tertiam coniugem porrigitur. *Iaſ. in l. diuortio §. quod in anno. num. 20. ff. ſol. matr. Hier. Schurff. conſil. 22. num. 2. cum ſeq. centur. 2. præſertim ſi addantur ea, quæ congeſſit Tiraq. in repetit. ad l. boues. §. hoc ſermone. limit. 3. ff. de verb. ſignif.* Et hanc diſtinctionem, qua legatum ſub nomine proprio vt indiuiduo factũ ſecernitur, ab eo quo vxori in genere alimenta relinquuntur, tanto libentius ſequor, cum rationes, quæ contra iſtam diſtinctionem afferri poſſunt, in hoc noſtro caſu, vbi conſiderantur perſonæ non à quibus legatum relinquitur, ſed quibus legatum datur, ceſſent. *Alberic. Gentil. lib 4. lection. & epiſtol. cap. 9.* Aliæ diſtinctiones, veluti num hoc legatum factum ſit à marito, an extraneo, & alia videnda ſunt apud Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 122. per tot.* Quemadmodum autem in ſpecie nunc de vxore dixi, ita iam ali-
27 quid etiam † addam de famulis: etſi alicui ſimpliciter legentur alimenta, eius etiam miniſtros ex hæreditate defuncti ali oportere, tradit Bart *in l. ius alimentorum. 3. in pr. per illum textum. ff. vbi pupill. educ. & in §. illud quoq; num. 3. per gloſſ. ibi. verb. onera. in Authent. de non eligend. ſecund. nub. collat. 1. quem ſequitur Caualcan. de vſufr. mul. relict. num. 27. Hippol. Bonacoſſ. de famulis. quæſt. 120. & 245. Baptiſt. Pontan. tract. de aliment. cap. 7. num. 3. facit l. habitatio. 4. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. vxori. 13. in*

*fin. ff. de aur. & arg. leg. Oldrad. conſil. 11. incip. Thema tale eſt: in quadam clauſula priuilegij. Io. de Amic. conſil. 194. incip. Super dubio mihi propoſito. num. 11. Bertrand. conſil. 163. incip. Ex caſu qui mihi dimiſſus eſt. num. 9. cum ſeqq. part. 1. vol. 1.* Quæ ſententia procedit, ſi eius ſit dignitatis legatarius vel legataria, vt ſine famulo vel ancilla honeſte viuere nequeat. *l. Nepos. 125. ff. de verb. ſignif. Hier. Grat. conſil. 87. incip. Dominus Ferraldus. num. 14. cum ſeqq. vol. 2. quem locum forſitan allegare voluit*
28 *Menoch. lib. 4. præſumt. 157. num. 29.* Pari modo † in legato alimentorum continetur equus, ſi ſcilicet legatarius vel eius ſit dignitatis, vt pedes incedere ipſi ſit dedecori: *gl. l. honor. 14. §. 1. verb. ſumtu. ff. de muner. & honor. Bald. in l. ſolent. §. non vero. num. 1. ff. de offic. procon. & leg. per gloſſam l. idemq. 10. §. idem Labeo. ff. mandat. Bertrand. d. conſil. 163. num. 10. & conſil. 52. incip. Vidi copiam. num. 10. vol. 4. Marc. Mant. lib. 2. obſeruat. cap. 16. in fin. facit Hipp. Bonacoſſ. in tract. de Equis, quæſt. 247.* vel adeo infirmus, vt nequeat ad obeunda ſua negocia in publicum prodire. *Hippol. de Marſil. in repet. rub. C. de probat. num. 15. ſecundum paruam editionem Ienenſem, ſed ſecundum editionem Lugdunenſem in voluminibus repetitionum habetur ſub num. 20. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. non tantum. num. 26. & ſeq. ff. de liber. agnoſc. Menoch. d. præſumt. 157. num. 28. & lib. 2. de arbitr. iudic. quæſt. cent. 1. caſ. 2. num. vlt. Bapt. Pontan. in tract. de alim. d. cap. 7. num. 3. quibus addi poſſunt quæ dixi cap. præced.*
29 *num. 31.* His addi poteſt, quod † ſi teſtator legatum relinquat vni conſanguineo pauperi, debetur hoc legatum proximiori pauperi, quamuis ex conſanguineis remotioris gradus alius ſit pauperior. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis a liberis. §. etſi impubes. num. 40. ff. de lib. agnoſc.* Sic admonendi ſumus, quod
30 ſi † teſtator leget aliquid inter pauperes diſtribuendũ, neq; vlterius addat, quos & quot intelligat, tum primo omnium habenda eſt ratio eorum, qui teſtatorem neceſsitudine qualiquali attingebant, propter præſumtum amorem: *l. quæ conditio. 39. §. cum ita. ff. de condit. & demonſtr. Ludou. Rom. conſil. 408. incip. In propoſita quæſtione. num. 5. Cordub de Lar. in d. l. ſi*
31 *quis à liberis. ff. etſi impubes. num. 39. ff. de liber. agnoſ.* adeo † vt

etiam

etiam ſpurius teſtatoris in pauperem eligi poſsit. Etſi enim aliqui hanc extenſionem in dubium vocent, propterea quod ſpurio à patre nihil relinqui poſsit, ne alimenta quidem: *auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. auth. licet. in fin. C. de natur. lib.* & is, cui aliquid per executores teſtamentarios datur, à teſtatore videatur accipere. *l. vnum. 67. §. ſi Falcidia. ff. de leg. 2. Bald. conſil. 162. incip. Quidam Franciſcus. num. 5. vol. 5.* tamen hac ratione non obſtante, iuri & æquitati magis conſentaneum eſt, vt executor filium ſpurium teſtatoris pauperem queat eligere. *Petr. Peckius lib. 5. de teſtam. coniug. cap. 15.* Nam de æquitate iuris Canonici, pater poterat ei relinquere alimenta. *c. cum haberet. ext. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult. cum alijs quæ adduxi ſ. hoc libr. cap. 3. ampliat. 3.* ergo etiam executor teſtamenti paterni eadem dare poteſt: quia quod facit executor, ipſe teſtator nominatim feciſſe videtur. *l. verum. 7. §. cum quidam. ff. de reb. dub. Bald. conſil. 91. incip. Videtur quod electio facta. in princ. vol. 1. quod conſilium Baldi allegat, quamuis corrupte Boër. deciſ. 127. num. 13. quemadmodum & ad hoc propoſitum idem Boër. in d. deciſ. 127. num. 14. allegat Baldum conſ. 228. vol. 3. cum in meo exemplari ſit conſil. 258. incip. Erant tres fratres. vol. 1. eodemq́ue hoc argumento vtitur Bald. l. id quod pauperibus. 24. num. 35. C. de Epiſc. & cleric. ac in l. illa inſtitutio. 32. idem Bald. verſic. Iuxta hoc quæro vnum. Angel. num. 3. Io. de Imol. num. 5. ff. de hæred. inſtit. idem. Io. de Imol. in l. captatorias. 70. num. 8. ff. eod. tit. Petr. de Ancharan. in c. cum tibi. num. 10. ext. de teſtam. Alex. in l. Diui Seuerus. 89. num. 5. ff. ad. l. Falcid.* Neq; tamen admittenda eſt reſtrictio, quam adhibere conatur idem Io. de Imol. *in l. Lucius Titius. 123. §. in teſtamento. in fin. ff. de legat. 1.* quaſi filium ſpurium teſtatoris eligere poſsit executor in Eccleſiæ tantum, non vero etiam in Imperij terris: cum in vtroq; foro tam Eccleſiaſtico quam ſeculari, diſpoſitio iſtius c. cum haberet locum habere oſtenſum ſit ſ. hoc libr. d. cap. 3. Ex quo argumento reſponderi etiam poteſt rationi in contrarium adductæ: conſtanter enim nego, quod ibi aſſeritur, per patrem filio ſpurio vel adulterino alimenta legari non poſſe: hodie enim ex æquitate Canonica id fieri

poſſe,

poſſe,ſatis probaui vt opinor ſupra hoc libro d. cap. 3. ampl.
32 3. Quod ſi ex † conſanguineis nemo paupertate ita laboret, vt hoc legato opus habeat, tum potius pauperibus hæc alimenta debentur, qui in ciuitate, in qua teſtator degebat, viuunt,quàm qui alibi. *d. l. quæ conditio. 39. §. cum ita ff. de condit. & demonſtr. Speculat. in tit. de inſtrum. edition. §. nunc vero aliqua. num. 64. verſ. quid ſi teſtator vult fieri pontem. Cagnol. l. 1. nu. 24. C. de SS. Eccleſ. Laur. Kirchou. in commun. opin. lit. T. verſ. Teſtator ſi legauerit centum aureos. cui textui præterea addi poteſt l. ſi quis ad declinandam. 43. C. de Epiſcop. & cleric. & l. 2. C. de annon. ciuil. lib. XI. quos textus ambo ad hoc noſtrum propoſitum accommodat Lud. Roman. in l. ſi vero. §. de viro. fallent. principal. 43.*
33 *verſic. decimo quarto probatur ex caſu. ff. ſol. matrim.* Ex eo † autem pauperum ciuitatem teſtatoris inhabitantium cætu,poteſt executor ſe vel ſuos conſanguineos eligere, ſi modo in ſumma ſint neceſsitate conſtituti. *arg. c. ſi quis propter neceſſitatem. ext. de furt. Benedict. Capr. conſil. 54. incip. Circa primum quæſitum. num. 18. Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. nu. 9. & 10. Ant. de Padill. in l. præſes. num. 10. 12. C. de ſeruitut. & in l. cum quidam. 24. num. 22. ff. de legat. 2.* deinde argumento à ſimili, quia etiam clericus, qui redituum Eccleſiaſticorum adminiſtrationem in vita ſua habet, poteſt eos diſtribuere inter ſuos conſanguineos pauperes. *c. relatum. 12. §. licet. ext. de teſtam. Ripa in l. cum bona. num. 4. cum ſeqq. ff. de priuil. credit. Baptiſt. Pontan. de alim. cap. 17. num. 17.* Imò exe-
34 cutor † teſtamentarius poteſt ſuum proprium ſpurium eligere, *arg. l. ſi is qui. 6. vbi Caſtr. num. 5. quem ibi ſequitur Iaſ. num. 7. in fin. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. Mantic. d. tit. 5. num. 10. & ſeq.* ſi modo ipſius egeſtas hoc poſtulet, & non vltra alimentorũ modum aliquid detur. *Gabr. Palæot. de noth. & ſpur. cap. 44. num. 4. cum ſeqq. Marc. Ant. Peregrin. lib. 3. de iure fiſc. cap. 18. num. 101.* & tum ceſſant omnes rationes, quibus in contrarium mouetur Marc. Mant. *ſing. 148.* Argumento autem à Benedict. Capr. *d. conſil. 54. num. 24. cum ſeq.* in contrarium adducto,cum ipſe teſtator filio ſuo ſpurio non poſsit aliquid relinquere. *l. fin. C. de natur. lib.* quod ergo multo minus executor

cutor: ex prædictis bifariàm reſpondetur: primo negando antecedens quoad alimenta: horum enim legandorum filio ſpurio poteſtatem pater habet, præſertim hodie ex diſpoſitione iuris Canonici, in vtroq; foro recepta, vt dixi ſ. cap. 3. Deinde reſpondetur, negando rationem conſequentiæ: licet enim verum eſſet, quod nequaquam concedo, patri non licere ſuo filio ſpurio alimenta legare: tamen ad executorem teſtamenti, vtpote aliena bona diſpenſantem, hac in re non bona ſit illatio: cum hæc diſtributio, non tam ab executore, quàm ab ipſo teſtatore defuncto fieri videatur: *d. l. vnum. 67. §. ſi Falcidia. ff. de legat. 2. d. l. vtrum. 7. §. cum quidam. ff. de reb. dub.* & nuſquam in iure extraneis prohibitum inueniamus, alieno ſpurio legare *per ea quæ adducit Marc. Ant. Peregrin. d. cap. 18. num. 103.* vnde & ipſe Benedict. Capr. *in d. conſil. 54. num. vlt.* quoad alimenta hanc poteſtatem executori permittendam cenſet *per d. c. cum haberet.* Et hæc † omnia tum demum procedunt quando, vt paulo ante dixi, teſtator non indicauit quibuſnam alimenta relinquat: ſi enim vel certas perſonas nominauit, vel ratione loci temporíſue eas deſignauit, in alios pauperes executoribus conferre fas non eſt, cum quod teſtatoris voluntas obſeruanda ſit: *l. cum quæſtio. 23. in fin. C. de legat. cum ſimilib.* tum quod cum alterius detrimento alteri ſubuenire non liceat. *c. deniq. & ibi gl. 14. q. 5.* quæ ſententia COMMVNIS eſt, *Mynſing. Cent. 5. obſer. 67. in fin. Franc. Mantic. d. l. 8. tit. 5. num. 20. qui tamen in contrariam potius ſententiam videtur inclinare.* Quod ſi verò † nomen proprium vel deſcriptio quædam huic alimentorum legato ſit addita, & duo vel plures ſint, quibus iſtud nomen aut deſcriptio competat, putandum eſt hoc legatum deberi ei, qui magis præ altero indiget, veluti ſi vnus ſit inſanus alter integræ mentis, vel vnus ægrotus & debilis, alter autem corpore vegeto & robuſto, *text. l. fidei commiſſa. 11. §. interdum, verſic. plerunq. autem intelligendum eſt. & ibi notat Bart. ff. de legat. 3. Ruin. conſil. 64. incip. Ponderatis verbis. num. 2. vol. 5. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 25. num. 16.* De numero † pauperum, ſi à teſtatore is non ſit expreſſus, non magnopere laborandum

Margin paragraph numbers: 35 (at "tendam cenſet"), 36 (at "potius ſententiam"), 37 (at "ſumt. lib. 4").

dum arbitror: cum alimentis partim à natura, partim à iure vt infra lib. 2. dicam, modus ſit conſtitutus: ita vt ſi res, in hunc vſum legata, patiatur, non dubitandum arbitrer, quin voluntati teſtatoris & iuris diſpoſitioni magis ſit conſentaneum, quàm plurimorũ inopiæ ſuccurrere. *Fr. Viuius in Commun. opin. verſ. Teſtator iubens diſponenſq;*, *& Mynſing. d. obſer. 67.*

38 His conſequens eſt, vt nunc videam † de modo alimentorum, non quidem inter legatarios diſtribuendorum (hoc enim eſt vel hæredum vel executorum, de quo infra *lib. 2. cap. 2.* dicam) ſed in teſtamento relinquendorum. Legantur autem alimenta vel expreſſe vel tacite. *Io. Bapt. Pontan. de aliment. c. 17. num. 2.* Quemadmodum vero alimentis expreſſe legatis, veluti ſi dicat teſtator, Sticho lego alimenta, vel volo Sticho dari ſingulis annis decem pro alimentis, *Iac. Aemyl. conſil. 10.* cuiuſmodi exempla multa ſuppeditare nobis poteſt tit. *ff. de alim. vel cib. legat.* nulla poteſt probabilis ſubeſſe dubitatio, num hoc caſu alimenta legata ſint nec ne, cum in claris & perſpicuis coniecturæ non detur locus: *l. ille aut ille. 25. ff. de leg. 3. l. continuus. 137. §. cum ita. in fin. ff. de verb. oblig.* ita de quibuſdam legandi modis, an alimenta vel quid aliud in ijs conti-

39 neatur, non immerito erit diſpiciendum. Quamuis † itaque elegans & trita ſit quæſtio, quam etiam tangit Io. Bapt. Pontan. *de alim. cap. 17 num. 3.* vxori cui maritus vſumfructum omnium bonorum filijs hæredibus inſtitutis legauit, num alimenta tantum debeantur: quia tamen eam copioſiſsime tractatam inuenio *à Petro Duenn. reg. 638. & ſeq. incip. Vxor relicta. Ant. Gabr. Roman. in commun. concluſ. lib. 5. tit. de vſufruct. concluſ. 2. & 3. Fr. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 7. Sim. de Prat. eod. tractat. lib. 4. interpr. 1. dubit. 10. Graſſo in §. legatum. quæſt. 24. And. Gailio lib. 2. obſeruat. cap. 144. & deniq; Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 139. cum ſeq.* ideo eorum, quæ ab his Iureconſultis præſtantiſsimis pertractata ſunt, repeti-

40 tione lubens ſuperſedeo. Quorum † traditis addendum eſt non tantum, quod idem ſit in relicto ita facto per vxorem viro vel fratrem ſorori, aut ſocerum nurui *Io. Bapt. Pontan. d. cap. 17. num. 3.* ſed etiam ſi filius, ſuis inſtitutis filijs, matrem

ſuam,

ſuam, hæredum inſtitutorum auiam, relinquat dominam & vſufructuariam, vt nimirum huic matri & reſpectiuè auiæ, ſolum alimenta ex hoc legato debeantur. *Bertrand. conſil. 36. incip. Ex themate mihi traditæ conſultationis. num. 1. part. 2. vol. 1.* Si-
41 militer † cenſet Bald. *in l. vlt. num. 8. C. de indict. viduit. toll.* vxori cui teſtator habitationem cum filijs ſuis relinquat, *l. ſi mulieri cum liberis. 8. ff. de vſufruct. accreſſ.* ex tacita voluntate defuncti alimenta deberi, propterea quod legatariam in obſequio filiorum eſſe velit. *l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt. ff. de condit. & demonſtr.* in cuius obſequij compenſationem vt alimenta percipiat par ſit. *l. Seio. 10. in pr. ff. de ann. legat. l. in rebus 18. §. poſſunt ff. commod. l. quoniam liberi. 10. C. de teſtib. quam Baldi opinionem ſequuntur quidem Angel. Aret. in tract. de teſtament. gl. 20. num. fin. & gl. 46. num. vlt. Franc. Cremenſ. ſing. 66. Campeſ. de dot. part. 2. quæſtion. 58. Paul. de Montepic. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. num. 176. ff. de legat. 2. Cæpoll. de ſeruit. vrban. præd. cap. 6. num. vltim. Fr. Mantic. de coniect. vltim. volunt. libr. 6. tit. 11. num. 19. & lib. 9. tit. 4. num. 12. Natt. conſil. 379. incip. Verba teſtamenti. num. 9. Cattell. Cott. in Memoral. verb. Habitatione. Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 1. part. 3. num. 201. ff. de ll. Io. Baptiſt. Pontan. in tract. de aliment. cap. 17. num. 2. & in iudicando obſeruatum fuiſſe teſtatur Cæſar de Vrſill. in deciſ. 284. num. vlt.* li-
42 cet † inter legatarium & hæredem cum quo is habitare iubetur, tanta neceſsitudo quanta eſt inter matrem & filiũ non intercedat. *Io Campeſ. d. quæſt. 58. Paul. de Montepic. d. §. Titia cum nuberet. num. 176.* ſi ſcilicet is qui habitare iuſſus eſt paupertate laboret. *Simon. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. in-*
43 *terpret. 1. dub. 11. num. 4.* At eam † impugnant *Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 170. ff. de liber. agnoſc. & Cæſ. de Vrſil. d. deciſ. 284. num. vlt.* moti hoc argumento: Ex ſpeciali legato habitationis male infertur generale legatum alimentorum, *arg. l. diarijs. 21. ff. de alim. vel cib. legat.* & quia eſt pars alimentorum *l. cum hi. 8. §. qui tranſigit. ff. de tranſact. Alex. conſil. 72. incip. Viſo proceſſu & omnibus actis. num. 13. vol. 5. Ludouic. Bolognin. conſil. 48. incip. Confortus quidam. num. 9. Auguſt. Bero. conſil. 48. incip. Viſis & conſideratis. num. 10. vol. 2.* Sed in propo-

ſito

ſito caſu legata eſt ſola habitatio. Ergo male inde infertur generale legatum alimentorum. Sed vt à Baldi prædicta opinione diſcedam, hoc argumentum me non mouet. Neganda eſt enim minor: quia quando qualitas perſonæ, cum qua habitare debet legatarius, eiuſmodi eſt, vt requirat operam & induſtriam legatarij, ſicuti quando eſt infans, infirmus vel ſenio confectus, &c. tum ſentit teſtator, legatarium debere eius curam gerere. *d. l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat. Anchar. conſil. 237. incip. Quia in primo quæſito. nu. 2. Eman. à Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limitat. 8. num. 5. ff. d. tit. Menoch. conſil. 146. num. 3. vol. 2. & in tract. de præſumt. lib. 4. præſumt. 123. num. 15. cum. ſeq.* Qui autem operam, mercede nulla conſtituta, alicui imponit, huic etiam alimenta præſtari par eſt: *d. §. poſſunt. & d. l. quoniam liberi.* quia operarum præſtatio, eſt quoddam quaſi correlatiuum non ſolius habitationis, ſed integræ alimentationis, *vt ĩ. lib. 2. dicam.* Ex qua præſumta teſtatoris voluntate reſponderi etiam poteſt ei, qui forſitan ex proprietate verbi habitationis porro velit inſtare. quia quando de mente diſponentis conſtat, de verborum propria ſignificatione non eſt laborandum. *l. 1. §. ideo autem ex voluntate. verſ. in re igitur dubia. ff. de exercit. act. l. ab omnibus. 104. in pr. ff. de legat. 1. c. ex litteris. 7. & ibi gl. verb. propoſuit. ext. de ſponſal. c. humanæ aures. & ibi gl. 22. q. 5.* Quod

44 ſi † teſtator iuſſerit, vt filij alimententur vnà cum matre ipſorum, tum matri alimenta relicta eſſe caret dubio, *text. & ibi Bald. in d. l. ſi mulieri. 8. ff. de vſufr. accreſc. Fr. Cremenſ. d. ſingul.*

45 *66.* His conſequens eſt, ſi † legato habitationis tale onus abſit, neque legatarius cogatur alteri operam præſtare: vt non debeatur cibus, potus, medicamenta, lectus, calcei vel huius generis cætera, quæ aliàs alimentorum appellatione

46 continentur. *l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignific.* Et tunc † vt ſciatur quid legatario debeatur, inprimis conſideranda ſunt verba teſtantis, quibus legatum concedit. Si enim legata eſt domus ad habitandum, plena proprietas intelligitur legata *l. ſpecies. 15. ff. de aur. & arg. leg.* ſin legata ſit habitatio, tum certa & peculiaris conſtituta eſt ſeruitus, *Lud. Bolognin.*

*conſil.*

*conſil. 48. incip. Confortus quidam. num. 9.* cuius ea eſt natura, vt vel ipſe habitare vel alijs locare poſsit, *vt habetur in l. cum antiquitas. 13. C. de vſufr. §. ſed & cui habitatio. Inſtit. de vſu & habit.* Sin autem legata ſit tantum facultas & poteſtas habitandi in illa domo, tum nihil præter vſum ædium hoc legato continetur, ita vt ſolummodo ipſe legatarius cum ſuis ibi commorari poſsit, non vero etiam alijs locare. *l. Aquilius. 27. ff. de donat. l. damnas eſto. 15. in pr. ff. de vſu & vſufr. leg. Fulgoſ. conſil. 207. incip. Franciſcus filius. quæſt. 2. Alex. conſil. 223. incip. Viſis verbis. num. 4. vol. 2. Phil. Dec. conſil. 355. incip. Diſpoſitum fuit. Fr. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 4. nu. 8. & 9. Cæſar de Urſil. in deciſ. 401. num 1. & 2.* In quibus tamen caſibus omnibus hoc legato non tantum conclaue, in quo interdiu conſiſtere, ac cubiculum in quo noctu dormire queat legatarius, ſed etiam præterea alia conclauia, quæ in iſtius domus vſum ſunt conſtructa & à teſtatore vſurpata, puta conclaue, vbi cibus reſeruatur, locus in quo ligna reſeruantur, &c. continentur. *l. ſi cui ædes. 31. l. prædijs. 91. §. fin. ff. de leg. 3. gl. l. Olympico. 40. in princ. verb. legatum non eſt. ff. de ſeruit. vrban. prædior.*
47 *Alex. d. conſil. 223. in princ.* Præterea † ſi cui legatum datum ſit, vt vnà cum hærede habitet, huic legatario non minus debetur clauis ac hæredi, vt poſsit ire & redire pro libitu: *Auguſt. Bero. d. conſil. 48. incip. Viſis & conſideratis verbis. volu. 2. qui adducit rationes ſeptem, quas recenſere non opus eſſe arbitror.* Si modo non tam intempeſtiue eat vel redeat, vt hæredi ſit moleſtus. *l. inq; eo. 11. ff. de vſu & habit. Bald. conſil. 214. incip. Pun-*
48 *ctus. Si vni eſt relicta. vol. 5.* Hic † etiam non ſine cauſſa quæri poſſet, an ſcamna, tabulæ, itemque vaſa ad coquinam & menſam, nec non alia inſtrumenta ad vſum quotidianum neceſſaria habitanti debeant præſtari. Et diſtinguendum eſt, aut præſtanda eſt habitatio ex generali legato alimentorum: aut ex ſpeciali legato habitationis. Cum enim huius poſterioris legati finis ſit, vt ſe ſuoſque & ſuas res receptet. *l. 2. & tot. tit. ff. de vſu & habit.* ideo merito dicendum eſt in eo eiuſmodi inſtrumenta non contineri: illud vero legatum, quia omnia ſine quibus commode viuere non poſſumus, com-

plectitur, ideo huiuſmodi ſupellectilia in eo contineri dicendum eſt. *l. Labeo. 7. ff. de ſupell. leg. Simon de Præt. in tract. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 41. Io. Petr.*
49 *Mollign. de verb. ſignif. num. 518.* Ex eadem † ratione proficiſcitur, diarijs vel cibarijs relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calciarium deberi *l. diarijs. 21. ff. de alim. vel cibar. legat. facit text. l. ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter. ff. de vſufr. l. ex parte. 39. §. ſeruo. ff. famil. erciſc. & l. cum aurum. 19. §. ſi cui eſcarum ff. de aur. & arg. leg. gl. c. Epiſcopus. verb. victu. 10. q. 2. Angel. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 3. ff. ſolut. matrim. Pract. Papienſ. in libell. pro legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 96. Hippol. Bonacoſſ. de famul. quæſt. 201. Caſ. Lambertin. in tract. de iur. patron. artic. 9. tertiæ quæſt. princip. num. 3. Paul. de Citadin. in eod. tract. artic. 4. ſextæ partis princip. num. 10. Io. Petr. Mollign. de verb. ſignif. num. 193.* neque medicamenta *l. non omnes. 5. ff. de pen. leg. Bart. in tract. de alim. num. 7. & Angel. l. cum hi. 8. §. qui tranſigit. in fin. ff. de tranſact. per l. ſicut. 45. ff. de vſufr. Io. Petr. Mollign. de verb. ſignif. nu. 194. & 348.* propter eandē plane rationem, quod ad certam quandam ſpeciem teſtator ſe aſtrinxerit, in qua cæteræ ſpecies non includuntur. *d. l. diarijs. 21. Pet. Peckius in tract. generali, de legatis cap. 15. num. 1. Iac. Machell. in patrocin. 28. num. 19. cum ſeqq. Io. Gœdd. l. & cætera. 44. num. 6. ff. de verb. ſignif.* Cum quo legato conuenit illud, quando teſtator vult, vt Titius legatarius apud hæredem habeat menſam hiſce vel alijs ſimilibus verbis vnd ſoll der N. bey meinen Erben allezeit ſeinen Tiſch haben/ *Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 43. Io. Petr. Mollign. de verb. ſignific. num. 723.* Quæ vt rationi conſentanea ſunt & à nemine quod ſciam damnantur: ita controuertitur inter noſtros, an
50 † cibo legato debeatur potus. Etſi autem Oldrad. *in conſil. 79. incip. Duo ſpecialia. num. 2. cuius dicta à verbo ad verbum, auctore non indicato, refert Alberic. de Roſat. in d. l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignific.* pro vtraque opinione tam affirmatiua quàm negatiua textus quoſdam allegat: tamen ego in dubio, verius arbitror legato cibi, vel cibariorum, vel eſculentorum, etiam potum comprehendi, *per textum d. l. cum aurum. 19. aliàs*

*incipit*

*incipit. l. & ſi non ſunt. 20. §. ſi cui eſcarium. ff. de aur. & arg. leg. ( quem textum proculdubio allegare voluit Bart. in tract. de aliment. num. 7. ) l. ſolent. 6 §. fin. verſ. ſed ad ea quæ edulium. ff. de offic. procon-ſul. l. diuus. 5. in pr. verſic. ſed & propter familiæ cibaria. ff. de petit. hered. l. quemadmodum. 29. §. magiſtratus. verſic. dum non patitur eo eis cibaria afferre. ff. de l. Aquil. l. in rebus. 18. §. poſſunt. verſ. nam cibariorum impenſæ. ff. commodati. l. 2. §. itidem agitatum. verſ. quo in numero eſſent cibaria. ff. ad l. Rhod. de iact. l. item ſi ſer-ui. 30. §. vlt. ff. de ædil. edict. l. ſed ſi vir. 31. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. mortuo. 15. in princ. ff. de ſtat. lib. c. licet. 6. ext. de pœnitent. c. in quibus. 38. & ibi notat Archidiacon. de conſecrat. diſtinct. 2. idem Archidiac. in c. omnino. 11. diſtinct. 31. Bart. d. nu. 7. Rebuff. l. verbo victus. 43. verſic. Secundo non procedit. ff. de verb. ſignific. Alciat. l. quos nos. 234. §. verbum viuere. num. 17. ff. eod. Cordub de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. non tantum. num. 4. ff. de a-gnoſc. lib. Menoch. de præſumt. lib. 4. num. 17. Io. Petr. Molling.*

51 *de verb. ſignific. num. 196.* Neq; his† obſtat argumentum in contrarium adductum ab Oldrad. & Alberic. de Roſat. locis paulo ante allegatis, quod cibus & potus ponantur ſæpe vt diuerſa. *l. pediculis. 32. §. argento potorio vel eſcario. ff. de aur. & arg. legat. Ioann. 6. verſ. 55. Caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.* Nego enim rationem conſequentiæ, quæ ta-men vt vera ab ipſis præſupponitur. Vſitatiſsimũ enim in iu-re noſtro eſt, vt vocabulo generali allato, nihilominus adda-tur ſpeciale, quod tamen in priore ſine omni dubio conti-netur: vt ne exempla longius petita recenſeam; *in rubr. ff. de alim. & cib. leg. & d. c. omnino. 11. verſic. vt ei victum & veſtitum largiatur. diſt 31.* Quod vero ad locum ex Euangeliſta Ioan. deſumtum attinet, reſpondetur primò, ibi agi de alio cibo, quàm de quo hic tractamus, vt ita à diuerſis non bona fiat illatio. *l. fin. ff. de calumniat. Cordub. de Lar. d. §. non tantum. num. 5.* deinde ex ſacris literis oſtendi poſſet, ſi opus eſſet, & qui-dem cum ſermo ſit de cibo ad huius corporis conſeruatio-nem pertinente, vocabulum *panis* non tantum cibum ſed eti-am veſtes & omnia alia quæ huius vitæ neceſsitas poſtulat, complecti. *Prouerb. cap. 12. verſ. 11. & cap. 20. verſ. 13. quo in*

52 *ſenſu accipitur etiam in oratione Dominica.* Quam † tamen cibi ſignificationem non admittendam puto, quando vel teſtatoris mens fuit legatario relinquere tantum quod edat, non vero etiam quod bibat. *vulg. l. cum quæſtio 23. in fin. C. de legat.* vel ex linguæ & nationis conſuetudine aliter ſit introductũ. *Petr. Rebuff. d. l. verb. victus. verſ. Secundo non procedit.* Huic
53 † cibi legato affine eſt legatum victualium, adeo vt illi æquipollere, & nihil præter cibum & potum, tam pro ſe quàm pro ſuo miniſtro, ſi quem legatarij dignitas expoſcat, deberi, *per d. l. verbo victus. & d. l. diarijs.* cenſeat Simon de Prætis *de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. num. 43. & qui hunc ſequitur Mollign. de verb. ſignific. num. 1090.* Quod tamen vt non credam, in cauſſa eſt ille ipſe text. *d. l. verbo victus.* vbi cum tradatur, verbo victus non tantum cibum & potum, ſed etiam cætera, vt veſtes, calceos &c. contineri: & victualia deſcendant ab eadem origine: ideo ex loco coniugatorum idem de vtroq; dicendum videtur, *§. 1. Inſt. de tutel. Cantiunc. in Topic. loc. 4. atq; huic ſententiæ ſuffragatur Geminian. in c. Romana. §. procurationes. num. 5. de cenſib. in 6.* Deinde probatur *arg. c. ſi Epiſcopus. 6. de offic. ordin. eod. lib. & d. § procurationes.* qui textus cum velint, Viſitatoribus ab ijs apud quos viſitatio inſtituta eſt, danda eſſe victualia, nemo ſanus negabit ijs etiam de hoſpitio proſpiciendũ eſſe. Ex quibus liquet textus à Præto adductos ipſius opinionem non confirmare, cum d. l. verbo victus. vt iam dictum eſt, contrarium arguat: & in accommodatione d. l. diarijs. tanquam indubitatum præſupponitur, legatum cibariorum & victualium æquipollere: cum tamen hoc præcipue in controuerſiam voce-
54 tur. Similiter † ſi teſtator cuiquam leget veſtes, cùm eæ ſolummodo pars quædam alimentorum ſint, *l. cum hi. 8. §. qui tranſigit. ff. de tranſact.* non poterit inde euinci, quod legatarius ab hærede ſit alendus, per ſuperius adducta. Quod enim paulo ante de habitatione dixi, eam quæ ex generali alimentorum legato debetur, diſtingui oportere ab ea, quæ ſpecialiter in teſtamento ſit relicta, idem nunc repeto de veſtibus. Cui enim alimenta legata ſunt, ei veſtes deberi quidem cer-

tum

tum eſt: *l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignif. l. legatis. 6. ff. de alim. & cib. leg. Lud. Roman. conſil. 440. incip. Non eſt dubium. num. 4. Martin. Laudenſ. in tract. de primogenit. num. 12. Anton. de Petruc. in repetit. l. 1. num. 423. ff. de iureiur. Io. Campeſ. de dot. part. 2. q.*
55 *55. num. 2. Mynſing. cent. 3. obſ. 12.* at nihilominus † diſcrimen conſtitui oportet, inter veſtes ſub generali alimentorum legato contentas, & inter veſtes in ſpecie legatas. Illæ enim ſemper debentur annuatim & ſecundum legatarij dignitatem ac vitæ conditionem, ita vt precioſæ veſtes ei, qui alendus eſt, non debeantur, *Marc. Mant. lib. 2. obſeruat. cap. 16.* niſi eas legatarij conditio & dignitas expoſcat. *Io. Hannib. in rub. ff. ſolut. matrim. num. 470. Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17. num. 36. per l. pen. & vlt. ff. de aliment. & cibar. legat. melius probatur per l. ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter autem. ff. de vſufruct. qui textus adeo manifeſtus eſt, vt quod Ripa in d. rubr. ff. ſol. matrim. num. 56. dicit, neminem debeat impedire:* In his verò quæ ſpecialiter legantur, attendendum eſt, num annuatim legatarium veſtiri teſtator iubeat: quo caſu ſimiliter dignitas & conditio eius, cui veſtimenta annua relicta ſunt, inſpici debet. *l. plenum. 12. §. equitij. ff. de vſu & habit. l. Seio. 10. §. fin. ff. de ann. legat. Bald. l. 1. num. 11. & 12. C. de legat. Iaſ. l. ſtipulatio iſta. 38. §. hi qui. num. 8. ff. de verb. obligat. Guid. Pap. ſing. 899.* an vero teſtator dixerit, Relinquo Titio meas veſtes: hoc enim caſu non debentur ex teſtatoris veſtibus tantum illæ, quæ dignitati legatarij conueniunt, ſed omnes omnino, *arg. l. vlt. §. vxori. ff. de aur. & arg. leg. l. librorum. 52. §. vlt. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Fr. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 17.* quæ ſcilicet teſtatore moriente vel factæ ſunt, vel fieri inceptæ, *l. veſtimentum 22. ff. de aur. & argent. leg. l. cætera. 41. §. vlt. ff. de legat. 1. Franc. Niconit. in rubr. ff. ſol. matrim. num. 201.* & vnica datione ſe hæres liberat, cum in priore caſu, quando vt vxor ſua vidua veſtiatur teſtator iuſsit, hoc non ſemel tantum, ſed ſingulis annis fieri debeat. *Bald. l. 1. num. 5. C. de fideicommiſſ. Catell. Cotta. in memoral. verb. legatum quod vxor. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. limitat. 2. ff. de verb. ſignific.* Cætera quæ de veſtimentis in ſpecie legatis afferri poſſent, videnda ſunt

da ſunt apud Menoch. *de præſu. lib. 4. præſu. 161. & Io. Petr. Mollign.*
56 *de verb. ſignif. nu. 1078. cum aliquot ſeqq.* Sic † ſi legentur aliquot modij frumenti, aut aliquot amphoræ vini, vel olei, &c. etſi hoc legatum aliquo modo ad hanc alimentorum materiam referri queat *l. ſiue hæreditaria. 22. ff. de negoc. geſt. l. ſi ſterilis. 21. § cum per venditorem. ff. de act. emt.* cum tamen cuilibet ex ſuperioribus obuiam eſſe poſsit, alimenta propterea non eſſe legata, & aliàs quidnam hoc legato contineatur, abunde tradatur *in tot. tit. ff. de tritic. vin. vel ol. leg. & a Fr. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 12. cap. 2. num. 9. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 151. cum ſeq.* ideo ijs omiſsis, ea quæ pro-
57 pius huc pertinere videbuntur, perſequar. Igitur † ſi quis leget alicui neceſſaria, ei alimenta videtur legaſſe *l. 3. § 1. verſ. libertis iubent neceſſaria, & l. fin. ff. de alim. vel cibar. legat. text. in c. ſi Epiſcopus. 37. ac ibi notat Geminian. num. 8. de præbend. in 6. gl. c. epiſcopus. 23. verb. vſibus. 12. q. 1. Petr. de Anchar. in conſ. ſuo, quod eſt inter Calderini conſil. 21. incip. An ſi legatur. tit. de teſtament. Bertrand. conſ. 55. incip. Multa ſunt, de quibus informari. nu. 3. part. 2. vol. 2. Crauett. conſ. 199. incip. Ad ſubtilia dubia. num. 4. vol. 1. Tib. Decian. conſ. 42. num. 28. vol. 2. Io. Petr. Mollign. de*
58 *verb. ſignif. nu. 774.* vnde † euenit, vt ſi teſtator aliquem hæredibus inſtitutis commendet in neceſsitatibus, videatur ita commendato alimenta reliquiſſe. *Alex. conſ. 158. incip. Viſo teſtamento dicti Pauli. num. 7. vol. 7. Simon de Prat. de interpret. vlt. volun. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. nu. 10. Menoch. de præſumt. lib. 4.*
59 *præſumt. 157. num. 11.* Sic † ſi teſtator mandet hæredibus, vt educent Petrum, huic legata cenſentur alimenta. *l. fin. & ibi Bart. ff. de alim. & cib. legat. idem Bart. in tract. de alim. nu. 3. in fin. Ang. Aret. in tract. de teſtam. gl. 45. nu. 10. ſecundũ editionem recentiſſimã, ſed ſecundũ editionẽ veterẽ habetur ſub nu. 16. Io. Garſ. de expenſ. c. 3. nu. 37. qui omnes d. l. fin. ff. de alim. & cib. leg. nituntur: ſed Phil. Dec. in l. de alimentis. 8. num. 4. C. de tranſact. allegat l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Menoch. vero in d. præſumt. 157. num. 14. allegat l. 3. §. item ſi is qui impuberem. verſic. non erit alienum. ff. de liber. exhibend. quibus omnibus ego addo rubr & tot. tit. ff. vbi pupill. educ. deb.*
60 Neq; † enim, vt patet ex d. rubr. ff. vbi pupill. educ. iunctis legi-

legibus illi titulo ſubiectis, in hac ciuili diſciplina ſcrupuloſam illam inter educare & alere differentiam obſeruamus, quam innuit paraſitus ille apud Plaut *in Menæch. Sc. Iuuentus.* Nam illic homo (inquiens) homines non alit, verum educat: & vlterius explicat Non. Marcell. *de verb. ſignif. verb. Alere. mihi fol. 205.* vbi inquit, Alere eſſe victu temporali vitam ſuſtentare: educare autem ad ſatietatem perpetuam educere: quemadmodum nec eam, qua *Accurſ. in l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel. alien. iur. & Laur. Valla lib. 5. Elegant. cap. 46.* putant nutriri paruulos, ali maiores: ſiquidem in d. tit. vbi pupill. educ. promiſcue vſurpantur & l. 1. C. de infant. expoſ. etiam infantes expoſiti ali dicuntur: quo pertinet etiam rubr. C. de alend. liber. *Petr. Rebuff. in l. verbo victus. 43. verſ. Sexto idem putarem. ff. de verb. ſignific.* Sic in noſtro idiomate alimenta legantur, wenn jemand aufferlegt oder gebethen wird einen aufſzuziehen / *Georg. Bemel. in tractat.* Von Teſtamenten
61 vnd letzten willen, *fol. 32.* Similiter † quando hæres rogatus eſt, Titium tractare vt filium: hoc aliud non importat, quã alimentorum legatum: cum tractatus conueniens filijs ſit alimentorum præſtatio. *l. ſi quis à liberis. in princ. & §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc. Bart. l. quidam cum filium. 132. num. 10. ff. de verb. obligat. Ruin. conſil. 45. incip. Ad euidentiam dicendorum.*
62 *num. 2. & 5. vol. 2. Simon de Præt. d. dubit. 11. num. 7.* Pari † ratione quando teſtator alicui legauit ſuſtentationem vitæ, legatus videtur non tantum cibus & potus, ſed etiam veſtitus: propterea quod etiam ſine hoc vitam ſuſtentare nemo poſſit. *Caſtr. conſil. 437. incip. Super dictis quæſitis. num. 2. vol. 2. Bertrand. conſil. 242. incip. Ponitur in facto. num. 7. part. 1. vol. 3. Cranett. d. conſil. 199. num. 4. Tib. Decian. conſ. 42. num. 29. vol. 2.* Neq; quicquam obſtat quod Laur. Valla. *lib. 6. Elegant. cap. 56.* de cultu Aethiopum ſine veſtitu viuere valentium affert: cum hic agamus non de iure in Aethiopia, ſed apud nos vſitato, vbi ſine veſtibus viuere aut hanc vitam tueri non poſſumus. *Alciat. lib. 4. de verb. ſignific. verſic. Viceſimo primo. Vlpiani ſententiam confutat. Io. Gœdd. l. verbo victus. 43. num. 3. ff. de verb. ſignific.* Quod ſi tamen legatum tale detur in regio-

ne, in qua veſtibus opus non eſſet, tum Vallæ opinio locum poſſet habere. *arg. l. Mela. 14. §. quidam. ff. de alim. & cib. legat.* Cui ſuſtentationis legato fortaſſitan apud nos reſpondet, quando iniungitur hæredi, den Titium entweder die zeit ſeines lebens oder auff etliche gewiſſe Jahr zu unterhalten / Hunc enim per iam allegata fundamenta ali debere nemo dubitabit. Idem
63 eſt ſi † teſtator leget alicui vitam in domo ſua, *quod quotidie fieri teſtatur Bartol. in tract. de aliment. num. 5.* nam & huic alimenta legata eſſe, apparet *ex l. quos nos. 234. §. verbum viuere. ff. de verb. ſignific. c. non liceat. 2. in fin. ext. de præbend. Ang. Aret. in d. tract. de teſtam. gl. 45. num. 9. in noua editione, ſed in antiqua habetur num. 14. Phil. Dec. d. l. de alimentis. 8. num. 4. C. de tranſact. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. penult. num. 79. Menoch. de præſumt. d. lib. 4. præſumt. 157. num. 7.*

Legatis etiam alimentis vel alimonijs vel victu, quæ pari paſſu ambulant. *Ruin. conſil. 86. incip. Cum legauerit. num. 2. vol. 2.* an alimenta legata ſint, quia nemo ſanus dubitare poteſt, partim *per d. l. legatis. 6. l. fin. ff. de alim. vel cib. legat. d. l. verbo victus. 43. cum l. ſeq. ff. de verb. ſignific. d. c. non liceat. 2. & ibi Anchar. num. 2. ext. de præbend.* partim quod verba ſatis ſint clara & manifeſta, quæ mentem teſtantis indicant: *l. Labeo. 7. circa fin. ff. de ſupell. leg.* ideo non opus eſt de hiſce legatis, quantum ad præſens inſtitutum requiritur, plus verborum facere: interim rerum quas huic legatario, vt teſtatoris voluntati ſatis fiat, dari oporteat, enumerationem reſeruaturus ad caput. 1. libri ſequentis. Nunc in modo legandorum ali-
64 mentorum vt pergam, ſciendum † porrò eſt, plurimum intereſſe, vtrum legata ſint alimenta ex prædio vel fundo Corneliano, anvero legatum ſit prædium pro alimentis vel ad alimenta. Hoc enim poſteriore legato proprietas iſtius prædij vel fundi legata eſt: illo vero priore non item. *l. cum hi. 8. §. ſi vni. vbi notant omnes. DD. ff. de tranſact. l. libertis. 4. l. pen. §. vlt. l. Lucius. 12. ff. de alim. & cib. legat. l. ſpecies. 15. ff. de aur. arg. leg. l. donationes. 31. §. ſpecies. verſic. cum ea ſignificatione non modus. ff. de donat. Pract. Pap. in libell. pro legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 108. Ludou. Roman. conſil. 229. incip. Pro declaratione*

*ratione propoſiti thematis. num. vlt. Hippol de Marſil. ſing. 414. & 561. Guid. Pap. ſing. 321. num. 3. & ſing. 442. num. 2. Rauen. ſing. 873. Capic. deciſ. 188. Caualcan. in tract. de vſufruct. mul. relict. nu. 78. Zobel. in addition. lib. 3.* Landtrecht *artic. 75. lit. C. Ludouic. Molin. lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 19. num. 9. Bernhard. Bombin. conſil. 12. num. 13. cum ſeqq. Simon de Pratis de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpretat. 1. dubitat. 10. nu. 26. & ſeqq. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 133. num. 11. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 34. ff. de liber. agnoſc. & eſt* COMMVNIS *opinio, teſte Iaſ. in d. §. ſi vni. num. 4. Paris. conſil. 21. num. 37. vol. 2.* Diuerſitatis ratio eſt, quia poſteriore caſu verba diſpoſitiua legati, ad ipſum prædium vel fundum principaliter, ad alimenta vero ſaltem conſecutiuè referuntur: in priore vero caſu econtra, verba diſpoſitiua principaliter & primario alimenta, ſecundario vero fundum vel prædium reſpiciunt. *Phil. Dec. conſil. 202. incip. In cauſſa Magnifici. num. 6. Pet. Peckius in tract. generali de legat. cap. 15. num. 7.*

65 Ampliatur † vt dominium iſtud non cum alimentarij vita deſinat aut ad teſtatoris hæredem reuertatur, ſed ad legatarij hæredes tranſeat. *per d. l. libertis. 4. verſic. vt pleno dominio hæc habeant. ff. de alim. & cib. legat. d. l. cum hi. 8. §. ſi vni. & ibi Alberic. de Roſat. num. 3. Bart. num. 1. Angel. num. 2. Iaſ. num. 5. Cuiac. ff. de tranſact. Alex. conſil. 223. incip. Viſis verbis num. vlt. vol. 2. Pract. Papienſ. d. verb. Coram vobis. num. 109. Franc. Cremenſ. ſing. 34. quæ opinio eſt* COMMVNIS. *Iaſ. d. num. 5. Couarruu. in epit. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 2. caſ. 170. num. 26.*

66 Neq; † obſtat, quod alimenta cum vita eius, cui data ſunt, deſinant. *d. l. cum hi. 8. §. modus. quem textum ab hoc propoſitum allegat. gl. in d. §. ſi vni.* Quia iſte textus loquitur de alimentis legatis: nego autem alimenta hic legata eſſe, cum fundus vel prædium legatum ſit ad alimenta, vel vt inde ſe paſcat legatarius. *Petr. Peckius d. cap. 15. num. 7.* Dicat quis, alimenta tamen legata eſſe ſaltem per formam modi: *l. demonſtratio. 17. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat.* at ſi modus legati ceſſet, etiam ipſum legatum ceſſare debere *l. 1. & ibi. gl. C. de his quæ*

*ſub mod. leg.* Huic obiectioni reſponderi poteſt per diſtinctionem: aut enim modus hæredis vel alterius commodum concernit, & tum ſi legatarius ei non obtemperet, cadit legato: *d. l. 1. cum ibi not. C. de his quæ ſub mod. leg.* aut concernit ſolius legatarij commodum, & tum non curatur ſiue impleat ſiue non. *l. Titio centum. 71. in princ. ff. de condit. & demonſtrat. Ang.*
67 *d. §. ſi vni.* Reſtringitur † tamen hæc ampliatio, vt non procedat ſi teſtator huiuſmodi legatum ad vitam legatarij coarctauerit, verbi cauſſa ſi dixerit, lego Titio fundum ad ſe alendum vel vtendum fruendum tempore vitæ ſuæ: tum enim huius fundi dominium ad legatarij hæredē non tranſit. *l. Titia. 34. §. vlt. ff. de legat. 2. Thom. Ferrat. caut. 2. num. 1. Menoch. d præſumt. 133. num. 12. qui multa allegat.* Principalis
68 † autem deciſio huius quæſtionis limitatur, vt dominium etiam in ipſum legatarium non tranſeat, quando teſtator alijs verbis declarauit quod legatarius nihil vltra alimenta percipere debeat. *Ludou. Roman. conſil. 503. incip. Diligenter inſpectis. num. 7. Barthol. Socin. conſil. 102. incip. Viſis ſcripta compoſitionis. num. 10. vol. 3. Io. Dilect. de art. teſtand. tit. 6. caut. 23. in fin. Carol. Molin. in addition. ad Alexand. d. conſil. 223. lit. B. in*
69 *fin. vol. 2.* Deinde † limitatur etiam, vt non procedat principalis deciſio, quando legatarius proprietatis eſt incapax, veluti cum pater filio ſuo inceſtuoſo legat fundū ad alimenta: tum ex conditione perſonæ ſola relicta videntur alimenta, *ita per l. quoties idem ſermo. 98. ff. de reg. iur. tradit Angel. in d. §. ſi vni. num. 2. quem ſequuntur Iaſon. ibid. num. 5. & additionator ad Franc. Cremenſ. ſingul. 34. addentes præterea l. plenum. 12. §. equitij. ff. de vſu & habit. & hanc eandem opinionem tenent Bald. conſil. 91. incip. Videtur quod electio facta in fin. vol. 1. Bulgar. Bulgarin. l. 1. num. 35. ff. ſolut. matrim. Anton. Gomeſ. ad. l. 9. Taurinum. 44.* Hinc euenit, vt mortuo ſpurio fundus ei ad alimenta legatus ad hæredes teſtatoris pleno iure pertineat, *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 169. num. 10. Ant. Gomeſ. ad leges Taurs. d. l. 9. cum ſeq. num. 42. quam ſententiam* COMMVNEM *aſſerit Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 6. num. 2.*
non

non autem ad fiſcum *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 3. num. 44. cum ſeqq.*

70 Belliſsime † huc congruit illa tractatio: pone, teſtator legauit Mæuio vſumfructum prædij Corneliani ad alimenta; cuius prædij cum tam vberes ſint reditus, vt omnibus in alimentorum cauſſā opus non habeat Mæuius, quæritur vtrum fructus reſtantes, etiam Mæuio tanquam vſufructuario videantur relicti, an vero ſola alimenta ſint legata, ita vt fructus reliqui pertineant ad proprietarium? Poſſet ſane alicui videri totum vſumfructum Mæuio legatum eſſe, adiectamq; mentionem alimentorum, non reſtringere vſumfructum legatum: cum quemadmodum iam paulo ante oſtenſum fuit, legatum fundi ad alimenta, non obſtante hac adiectione, nihilominus plenam proprietatem complectatur. *d. l. cum hi. 8. §. ſi vni. & d. l. libertis. 4.* Sed ſola alimenta Mæuio legata eſſe, ac cæteros fructus proprietario deberi, apertè probatur *per l. ſi habitatio. 10. §. ſed ſi ſic relictus. ff. de vſu & habit.* vbi domus vſufructu habitandi cauſſa legato, non debetur vſusfructus domus ſed ſola habitatio: quem textum ita in hiſce alimentorum terminis allegat Ang. Peruſ. *conſil. 338. incip. Ser. Simon de Regio. num. vlt.* qui rationem diuerſitatis affert hanc, quod vbi teſtator proprietatem legat, ex verborum conſtructione appareat, rei in legatarium transferendæ voluntas, quæ per cauſſam reſpicientem ſolum fauorem legatarij non reſtringitur. cum autem vſumfructum legat, conſtet quod teſtator voluerit ſolum legatarium frui, proprietatem autem hæredis manere, vnde non mirum ſi vtendi fruendi poteſtas, ſecundum cauſſam quæ finalis præſumitur, hoc caſu reſtringitur: *quæ omnia ſatis confirmantur ex l. dominus. 57. §. per fideicommiſſum. ff. de vſufruct. & Angelum ſequitur Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 5. num. 2.*

71 Huc porro etiam ſpectat illud, quod † legatum alimentorum regulariter cenſeatur annuum & perpetuum: *l. pecuniæ. 8. in fin. l. Mela. 14. in pr. verſic. aut ſi non paret. ff. de alim. & cib. leg.* quib. textibus accedit ratio, quod alias legatum reiterabile cenſeatur annuum. *l. legatum. 17. in princ. & l. cum quidam.*

*dam. 23. ff. de ann. leg. l. defuncta. 58. §. Sempronio. ff. de vſufruct. Natt. conſil. 379. incip. Verba teſtamenti. Dan. Moller. lib. 5. Semeſtr. cap. 69.* vnde conſequens eſt, vt plura ſint legata. *l. ſi cum præfinitione. 20. ff. quando dies legat. ced. Rauenn. ſing. 563.* & pro primo anno hoc legatum ſit purum, pro ſequentibus conditionale. *l. in ſingulos. 4. ff. de ann. leg. Bald. conſil. 481. incip. Infra ſcripta ſunt omnia. num. 1. vol. 4. Iaſ. in l. Marcellus. 3. §. item*
72 *Pomponius. num. 6. & 8. ff. ad SC. Trebell.* Ex quibus † præterea colligitur, Bald. *in l. 1. num. 5. C. de fideicommiſſ. quem ſequuntur Lud. Roman. ſing. 295. incip. Legauit viduæ. Felin. c. 2. nu. 5. verſic. fallit ſecundo vbi ſimplex. extr. de treug. & pac. Tiraq. l. boues. §. hoc ſermone. limit. 2. ff. de verb. ſignific. Petr. Peck. lib. 5. de teſtam. coniug. cap. 29. ſecundum nouiſſimam editionem, cum in priore habeatur in cap. 14. num. 6. verſ. rurſum vero maritus mandat. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 161. num. 33. & alij.* recte cenſuiſſe, viduæ, quam teſtator ab hæredibus veſtiri voluit, non tantum vno, ſed quolibet anno, de nouis veſtibus proſpiciendum eſſe. Etſi enim alleget *l. plenum. 12. §. equitij. ff. de vſu & habitat.* tamen pro vlteriore confirmatione non inconcinnè huic aliud inſuper addi poteſt fundamentum. Si namq; idem ius eſt & eſſe debet in parte quoad partem, quod eſt in toto quoad totum, *vulg. l. qua de tota. 76. ff. de rei vindic. cum alijs quæ accumulauit Nic. Euerh. in Topic. loc. 8. A toto ad part. num. 2.* veſtes autem ſunt pars alimentorum: *l. verbo victus. 43. in fin. ff. de verb. ſignific. iunctis ijs quæ dicam infrà lib. 2. cap. 1.* conſequens eſt, vt veſtes non minus annuatim relictæ in dubio cenſeantur, quàm alimenta in genere: præſertim quando nec teſtatoris nec regionis mos aliud ſuadent. *Tiraq. d. li-*
73 *mit. 2.* Econtra vero ſi quæratur, vtrum † id quod in annos ſingulos legatum eſt, in alimentorum cauſſam nec ne legatum videatur: cuius inquiſitionis vtilitas in eo conſiſtit, vt ſciamus num iuri accreſcendi ſit locus: *Fr. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. num. 18.* item num priuilegijs alimentorum, de quibus infra ſuo loco dicetur, legatarius fruatur. *Petr. Foller. in tract. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus enim dici ſolet. num. 82. cum ſeqq.* Diſtingui igitur oportet: ſi enim

enim pauperi legatur annuum quid, in alimenta relictum eſſe cenſetur, ſin diuiti, non item. *l. cum hi. 8. §. ſi in annos ſingulos, & ibi Bart. Alberic. de Roſat. Raph. Fulgoſ. Caſtr. num. 1. Iaſ. num. 2. ff. de tranſact. l. codicillis. 18. in princ. vbi Bart. num. 1. l. ſi cui. 14. l. annua. 20. §. Attia. ibiq; Bart. num. 4. ff. de ann. legat. & in l. alio. 9. num. 5. l. Stichus. 20. in pr. per illum textum. ff. de alim. vel cib. leg. Alex. l. ſi Stichum. 16. §. ſtipulatio. num. 7. ff. de verb. oblig. Angel. Ares. tract. de teſtam. gl. 21. num. 12. Io. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 6. ext. de donat. int. vir. & vx. Io. de Amic. conſil. 56. incip. In Curia Magnifici. num. 1. Ruin. conſil. 124. incip. Videtur prima conſideratione num. 9. vol. 1. Alciat. conſil. 187. incip. Sic teſtamentum habet. num. 4. & 5. lib. 9. Crauett. de antiquit. temp. part. 4. §. Materia. num. 34. Petr. Foller. d. §. 6. num. 81. Hier. Gig. in tract. de penſion. quæſt. 51. num. 14. Ioſeph. Ludou. in deciſ. Lucenſ. 23. num. 2. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 31. ff. de lib. agnoſc. Eman. à Coſta. in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limitat. 9. num. 6. ff. de condit. & demonſtr. Simon de Pratis de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 11. Gregor. Lopez in animaduerſ. iur. ciu. cap. 19. num. 2. & eſt COMMVNIS opinio teſte Rip. l. re coniuncti. num. 142. ff. de legat. 3.* Hinc recte reſpondit Bald. *conſil. 255. incip. Confirmans conſilium meum. num. 2. vol. 2.* mulieri habenti magnam dotem; non præſumi legatum pro alimentis, niſi forte illius anni, in quo pendet reſtitutio dotis. *l. vn. §. exactio C. de rei vx. act.*

74 Ab hac † alimentorum legandorum forma eiuſq; interpretatione, non lõge abeſt illud quod vulgo vſurpari ſolet, legatum alimentorum non eſſe multiplicabile, neq; reiterabile. *l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. & ibi Bart. l. libertis quos. 18. in princ. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. in l. Titia. 19. §. qui Marc. num. 2. ff. de ann. legat.* Ratio eſt, quod vnus pro duobus, qui omnes eiuſdem ſunt qualitatis vel conditionis & naturæ, edere & bibere non poſsit. *Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 158. num. 3.* quo pertinet quod ſcribit Horat. *lib. 1. Satyr. 1.*

*Millia frumenti tua triuerit area centum,*
*Non tuus hoc capiet venter plus &c.*

Quæ

Quæ ratio, quamuis de alimentis phyſicè conſideratis, ve-
riſsima ſit, cum ſi cibo ac potu non ad opprimendas, ſed, vt
par eſt, ad reficiendas vires vti velimus, natura non ferat, vt
quis duplo plus, quàm ipſius natura admittit, concedat: *arg.*
*l. poſſideri. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ.* quia tamen ius
noſtrum, & præcipue in hac legatorum materia, alimenta
non phyſico ſed potius ciuili modo conſiderat, dum com-
modum pecuniarium intuetur: *l. dominus. 57. §. 1. verſ. parti-*
*um emolumentum. ff. de vſufruct. l. 1. in fin. l. Mela. 14. §. quidam*
*verſ. dicebam eſſe emolumentum ff. de alim. vel cib. leg.* vltra quos
textus induci poteſt ratio, quod naturæ indigentia inſpecta,
nemo poſsit hodie edere pro anno præterito, & tamen ali-
menta præterita ex legato nondum ſoluta hodie debentur
& peti poſſunt, vt infra ſuo loco explicabitur: ideo cautio
eſt, ne quis illa ratione abutens, in errorem impingat. Vnde
ſi iſtud axioma phyſicè intellectum, indiſtincte ad iura eſſet
applicandum, tum ne quidem ex teſtatoris expreſſa volun-
tate alimenta bis legari poſſent, cuius contrarium iure cautū
eſſe ſcimus, *per manifeſtum tex. d. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. verſ.*
*niſi hoc quoq; ei datum. ff. d. t. Menoch. conſil. 231. num. 70. & 71.*
*vol. 3.* cum voluntas teſtatoris legatarij naturam mutare,
75 eiuſue ventriculum capaciorem reddere nequeat. Vt igitur †
ſciamus quando alimenta legata iterato debeantur vel mul-
tiplicentur, diſtinguendi ſunt præcipuè duo caſus. Aut enim,
exempli cauſſa, Bertæ duabus vicibus alimenta relinquit
vnus & idem teſtator, aut diuerſi teſtatores. Primo caſu pro-
cedit axioma ſuperius allatum, vt alimenta non ſint multi-
plicabilia, neq; bis, ſed tantum ſemel debeantur, ſiue repeti-
tio fiat in ſpecie, *l. libertis 18. in pr. ff. de alim. & cib. leg.* ſiue in
genere. *l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. ff. d. tit. Cyn. l. cum quæſtio. 23.*
*in fin. C. de legat. Bald. in conſilio ſuo quod eſt inter Zabarellæ conſil.*
76 *53. incip. Dico quod iſta quotidiana. num. 4.* ſiue ex † pluribus,
quibus alimenta teſtamento relicta ſunt, aliqui decedant:
ſuperſtitibus enim defuncti portio non accreſsit. *d. l. domi-*
*nus. 57. §. 1. & ibi gl. vlt. & Bald. ff. de vſufr. l. ſolent. 3. §. 1. verſic.*
*debebit autem. ff. de alim. vel cibar. leg. l. penult. §. filiæ. ff. ad l. Fal-*
*cid.*

*cid. Bald. conſil. 239. incip. Teſtator ita dixit. num. 2. vol. 1. Ludou. Roman. in l. Marcellus. 4. §. idem Pomponius. num. 4. per illum textum. ff. ad SC. Trebell. Alex. l. qui quartam. 15. §. ſi quis num. 1. ff. de legat. 1. Iaſ. conſil. 61. incip. Quod legitima. num. 11. vol. 3. & in repet. l. re coniuncti. num. 174. ff. de leg. 3. Ruin. conſil. 86. incip. Cum legauerit teſtator. num. 4. & 5. vol. 2. Io. Lup. de Palat. Rub. in repetit. c. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 7. ext. de donat. int. vir. & vx. Rip. in d. l. re coniuncti. num. 141. ff. de leg. 3. Io. Dilect. Durand. de art. teſtand. tit. 6. caut. 15. num. 3. Duaren. lib. 2. de iure accreſc. cap. 14. Ranchin. concluſ. 338. part. 5. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. num. 67. & ſeq. ff. de liber. agnoſc. Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 46. ſyntagmat. cap. 11. num. 17. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 158. num. 1. & 2.* Textibus autem iam allegatis accedit ratio hæc, quod alimenta vel à natura, *Bald. d. l. dominus. 57. §. 1. Ruin. d. conſil. 86. num. 5. Horat. d. ſatyr. 1.* vel à teſtatore. *d. §. Baſilica & d. l. libertis. quos. 18. in pr.* ſint taxata: in legatis autem taxatis ius accreſcendi ceſſet. *l. Lucius. 78. §. quæ habebat. 8. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. l. ſi mora. 9. num. 7. ff. ſol. matrim. & l. qui quartam 15. §. ſi quis vnam. num. 3. ff. de legat. 3. Io. Baptiſt. Pontan. tract. de alim. cap. 18. num. 2. & propterea hæc ſententia* C O M M V N I S *cenſetur Io. Bolognet. d. l. re coniunct. num. 305. Fr. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 10.*
77 *tit. 3. num. 24.* Ac † ampliatur primò, vt etiam obtineat in veſtitu legato, *Bald. in d. l. dominus. 57. §. 1. Ruin. d. conſil. 86. nu.*
78 *4. facit l. quæ de tota. 76. ff. de rei vendicat.* & deinde † ampliatur etiam in alimentis legatis pauperibus. *Bald. l. 1. num. 48. C. de SS. Eccleſ. & in d. l. re coniuncti. Rip. num. 141. Io. Gaudent. nu. 61. ff. de legat. 3. Menoch. d. præſumt. 158. num. 4. & 5.* tertiò
79 † ampliatur vt etiam procedat, ſi vſusfructus alimentorum ſit relictus. *d. l. dominus. 57. §. 1. Panorm. conſil. 78. in fin. vol. 2.*
80 Econtra limitatur primò, † ſi teſtator expreſſe voluerit, vt defuncti alimenta ſuperſtiti accreſcant. *d. §. Baſilica verſic. niſi hoc quoq;. Menoch. d. conſil. 231. num. 70. verſic. Quartus eſt caſus.*
81 Secundò † limitatur, vt non procedat, ſi prædia in cauſſam alimentorum duobus aut pluribus relicta fuerint: ſuperſtiti enim defuncti portio accreſsit, *l. libertis. 4. ff. de alim. vel cibar. legat.*

*legat. gl. vlt. d. l. dominus. 57. facit. l. codicillis. 34. in pr. verſ. idem*
82 *quæſyt. ff. de vſufr. leg.* Tertiò † limitatur, vt non procedat reſpectu debentium alimenta: ſi enim à duobus aut pluribus hæredibus alimenta alijs legata ſint, & vel ex hæredibus aliqui repudient hæreditatem, vel alio modo hæreditatis pars deficiat, tum cæteris hæredibus iſtud alimentorum præſtandorum onus accreſcit. *d. l. libertis. 4. §. fin. & ibi gl. ff. de alim. & cib. leg. Iaſ. l. ſi duobus. 16. §. hæres. num. 14. ff. de legat. 1. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 23. cum ſeq. ff. de*
83 *liber. agnoſc.* In ſecundo † caſu principali quando à diuerſis teſtatoribus alicui legata ſunt alimenta, etſi plurimi noſtrorum interpretum putant poſterius legatum nullius eſſe vtilitatis, & plane non deberi: ita vt ſi teſtator leget vxori ſuæ alimenta, & poſtea hæres rurſum huic viduæ leget alimenta, non bis ſed tantum ſemel ſint præſtanda: idq; ob hanc rationem, quod alimentorum legatum multiplicabile vel reiterabile non ſit *d. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. & d. l. libertis. 18. in pr. ff. de alim. vel cib. leg. per quam rationem ita decidunt Iaſ. l. plane. 34. §. ſi eadem. num. 10. ff. de leg. 1. Io. Dilect. Durand. de art. teſtand. d. tit. 6. caut. 25. in pr. Fr. Marc. deciſ. 438. num. 1. part. 1. Stephan. Ranchin. concluſ. 43. part. 5. Pet. Peck. d. lib. 5. de teſtament. coniug. cap. 25. num. 6. ſecundum nouiſſimam editionem, ſed in antiquiore editione cap. 10. num. 6.* tamen verius eſt legatarium vel legatariam ab hæredibus vnius teſtatoris alimenta, ab alterius vero teſtatoris hæredibus, alimentorum æſtimationem conſequi poſſe. Cum enim alimenta legata complectantur res, quæ functionẽ in ſuo genere recipiunt, vt quando in cauſſam alimentorum vel nummi, (quorum vſus aliàs, juxta Horatij *d. Satyr. 1.* opinionem, in eo conſiſtit, vt

*Panis ematur, olus, vini ſextarius: adde*
*Queîs humana ſibi doleat natura negatis.*)

vel certus modus panis, frumenti, vini & alia legantur: *l. cum hi. 8. §. ſi cui non nummus. ff. de tranſact. l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. petit.* hiſce pluries relictis, ſi legatarius ſemel quamuis ex cauſa lucratiua eorum compos factus fuerit, nihilominus debetur poſtea cæterorum æſtimatio, *textus eſt manifeſtius in l. Titia.*

*Titia. 87. in pr. ff. de legat. 2. facit l. ſi quis duos. 67. ff. de ſolut. Bart.*
*in l. Mænius. 66. §. duorum. num. 8. ff. de legat. 2. Simon de Præt.*
*de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 13. & ſeq.*
Ob quam eandem cauſſam fit, vt legatarius, qui aliunde ali-
menta eſt conſecutus, etiam pro præterito tempore petere
& conſequi poſsit, non quidem ipſa alimenta, ſed eorum
æſtimationem. *vt infra ſuo loco latius dicetur. Menoch. d. conſil.*
*231. num. 68. cum ſeq.* Deinde hanc ſententiam optime pro-
bat text. *d. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. verſic. niſi hoc quoq; ei datum*
*probaretur.* Si enim ex eodem teſtamento, quando de teſta-
toris voluntate conſtat, alimenta duplicia debentur: *d. verſ.*
*niſi hoc quoq;.* & vero quando in diuerſorum teſtantium vlti-
mis voluntatibus tale legatum reperitur, nulla quæſtio mu-
tatæ voluntatis incidere poſsit, *vt fieri videmus in d. l. libertis.*
*18. in pr.* cum ad ſuam tantum non alienam voluntatem ex-
primendam teſtamenti factio inuenta ſit: *l. 1. qui teſtam. fac.*
*poſſ.* neceſſario efficitur, vt in duorum teſtantium manifeſta
voluntate, ambo legata alimenta debeantur, ſaltem quoad
æſtimationem. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius.*
*num. 105. cum ſeqq. vbi pro hac ſententia præterea adducit l. ſi pluri-*
*bus. 44. §. 1. ff. de legat. 2. l. in fraudem. 10. in pr. ff. de his quib. vt*
84 *indign.* Ex † quibus omnibus reſponderi etiam poteſt con-
trariam ſententiam defendentibus. Neque enim obſtat axio-
ma, quaſi alimentorum legatum non ſit multiplicabile neque
reiterabile: cum vt paulo ante indicatum fuit, procedat
quando agitur de ipſa alimentorum comeſtione, de qua vel
phyſici vel athletæ tractant, *Ariſtot. lib. 2. Ethic. ad Nicomach.*
*cap. 6. Athen. lib. 10. Dipnoſophiſt. cap. 1.* non vero quando tra-
ctatur de eorum legato: partim quia in eo æſtimatio ſpecta-
tur: *d. l. 1. d. l. Mela. 14. §. quidam libertis. ff. de alim. vel cib. leg.*
partim quia continet res pondere, numero, menſura conſi-
ſtentes atque ita functionem in genere recipientes: *d. l. cum*
*hi. 8. §. ſi cui.* quas iterum atque iterum legato & dari & de-
beri nihil impedit. *d. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. verſ. niſi hoc quo-*
*que. d. l. ſi pluribus. 44. §. 1.* Æque nihil ad rem facit d. l. liber-
tis quos. 18. in pr. quia ibi ab his quæ teſtamento cibario-

rum nomine legata eſſent, receſſum eſt propter ea quæ codicillis relicta ſunt, vt ipſa verba textus habent. Quia autem fieri non poteſt, vt legatum quod Titius mihi reliquit, Mæuius in ſuo teſtamento reuocet, aut adimat, *per d.l.1.ibi, noſtræ voluntatis. ff. qui teſtam. fac. poſſ. facit l. 3. ff. de re iudic. & l. 3. ff. de reg. iur.* ideo iſte textus d. l. libertis quos. 18. ad quæſtionem de alimentis, in duorum teſtamento legatis ſuperius propoſitam, non recte accommodatur. Quod ſi cui magis arrideat reſponſio Cordubæ de Lar. *in d. §. ſed ſi filius. nu. 103.* putantis in d. l. libertis quos. 18. propterea alimenta iterum non deberi, quod cauſſa, ob quam legatum in teſtamento erat datum, poſtea in codicillis fuerit impleta, quo caſu vtpote cauſſa ceſſante, ipſum legatum ceſſat, *per l. tutor petitus. 28. §. 1. ff. de excuſ. tutor. Tiraq. tract. Ceſſante cauſſ. part. 1. num. 126.* ei ego non repugno.

In hoc autem alimentorum legato quæri poteſt, de cautionibus quas legatarius nonnunquam præſtare cogitur. quæ cum non ſint vnius generis, ideo de præcipuis ſingulatim
85 aliquid dicam. Et primò † quidem cautionis illius, *de qua tractatur in tit. ff. de vſufruct. quemadmod. cau.* onere alimentarium non grauandum eſſe, cuilibet patere puto. Cum enim vſufructuarij curæ & cuſtodiæ res ex quibus vſusfructus debetur, committantur, *l. 1. in fin. & l. 2. ff. de vſufruct. quemadmod. cauſ.* ita vt ipſe fructus inde pro lubitu, boni viri tamen arbitratu, percipiat, *l. arboribus. 12. §. Iulianus. ff. de vſufr. l. ſi fructuarius. 13. in fin. ff. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. in ſingulos. 8. in fin. ff. de ann. legat.* ideo mirum non eſt, fructuarium de vtroque cauere oportere: primo ſe vſurum boni viri arbitratu, & deinde cum vſusfructus ad eum pertinere deſierit, reſtituturũ quod inde extabit. *l. 1. in pr. & §. habet autem. ff. de vſufruct. quemadm. cau.* Econtra cum is cui alimenta legata ſunt, regulariter neque bona ex quorum reditibus ali debet penes ſe habeat, neque fructus ſua auctoritate, ſed ex manu vel hæredis vel executoris teſtamentarij capiat: *l. ſolent. 3. ff. de aliment. vel cib. leg.* de neutro cauere poteſt. *Bald. conſ. 239. incip. Teſtator ita dixit. num. 2. vol. 1. Gozad. conſ. 47. incip. Primo quæritur an illuſtriſ-*

*illuſtriſſimus.nu.11.Caſ.de Vrſil.l.deciſ.252.nu.4. Menoch.de præſum. lib.4.præſumt.139.nu.32.& rurſum attingo j. lib.2.c.11.nu.8.* Ergo
86 ſi † teſtator diſponat, vt Titius ex vſuris mille aureorum ſe alat, & propterea iſte Titius hoc mille aureos penes ſe habeat, ac ſemet inde alat, *l.cum hi.8.§.ſi integra quantitas. ff.de tranſact.* tum econtrario dicendum eſt, hunc alimentarium ad cauendum teneri. *arg. tot.tit. de vſufruct. ear.rer. quæ vſu conſum.§.conſtituitur.verſic. itaq; ſi pecuniæ. Inſtit. de vſufruct. Caſtr. in d. l. cum hi. 8. in pr. nu. 9. Sim. de Pratis in tract. de interpret.vlt.voluntat.*
87 *lib.4. interpret. 1. dubit. 11. num.3.* Cæterum † iam dubitatio incidit quid iuris ſit, ſi alimentarius de hiſce mille aureis, poſt mortem ſuam hæredi teſtatoris reſtituendis, neq; prædijs neque prædibus queat cauere, an propter hanc ſuam inopiam & cauendi impotentiam legato carere debeat? Quamuis autem ſatisdationem propter paupertatem legatario penitus remitti oportere dicendum videatur, *per l.cum non facile.6.ff.ſi cui plus quam per l. Falcid.* contrarium tamen verius eſt. Aut enim perſona legatarij eſt ſuſpecta, ne ſortem principalem dilapidet, ita vt poſt eius mortem hæredi de reſtitutione nuſquam ſit proſpectum, & tum ea ſequeſtrari debet apud virum bonum & idoneum, vt ex eius manu legatarius recipiat: alimenta: *per text. op. l. poſtquam.5. §. Imperator. verſic. ſed ſi nec. ff. vt legat. ſeruand. cauſſ. caueat.* aut legatarius eſt homo frugi & integræ opinionis, & tum ſub iuratoria cautione credenda eſt ipſi ſors principalis. *l. 1.§. ſuper peculio. verſ. ſin verò reuera. C. de aſſert. toll. Quam diſtinctionem MAGIS COMMVNITER receptam eſſe tradunt Ant. Gomeſ. tom.2. var. reſolut. cap. 15. num. 3. in fin. & Io. Guter. in repet. l. nemo poteſt.*
88 *num.300. ff. de leg. 1.* cui † non refragatur d. l. cum non facile. 6. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. propterea quod hæ cautiones magno inuicem diſtent diſcrimine: & ideo ab vna ad alteram tanquam à ſeparatis non bona fiat illatio, *vulgatis iuribus.* Pecuniæ enim ex cuius fructibus aut reditu Titius ſe alere debet, dominium ad alium ab initio ſtatim certo & indubitato pertinet. *l. ſi tibi. 6. in pr. verſ. fient quidem tua tota. ff.de vſufruct. ear. quæ vſu conſum.* in titulo autem ſi cui plus quam per l. Falcid. incertum eſt num legi Falcidiæ locus futurus &

ita hæredi cui caueri debet, aliquod ius competiturum ſit necne. *l. 1. in princ. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid.* Eorum autem, quæ ex futuro incerto euentu pendent, cum ijs de quibus iam certo conſtat, parem eſſe efficaciam, iuris ratio non patitur. *l. verum. 11. §. ſciendum. ff. de minor. l. non quemadmodum. 35. ff. de re iudic. l. cedere. 213. ff. de verb. ſignific. cum ſimilibus.*

89 Quod ſi † quæratur de cautione ob hunc legis Falcidiæ metum præſtanda, reſpondetur etiam ab ea immunem eſſe eum, cui alimenta ſunt legata, *textus eſt manifeſtus in l. niſi. 3. §. quamuis. vbi gl. Iac. de Aren. & Bart. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. facit d. l. cum non facile. 6. iunctis ijs quæ dixi ſ. hoc cap. num. præced.*

90 Mutianam † autem cautionem ab eo, cui alimenta ſub conditione aliquid non faciendi legata ſunt, præſtari oportere, probatur per *l. Mutianæ. 7. l. is cui. 18. ff. de condit. & demonſtrat.* cum nuſquam, quod ſciam, de alimentis legatis hęc iuris diſpoſitio ſit mutata: *l. ſancimus. 27. C. de teſtam. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appellat.* & in ſpecie vxorem, cui à marito ſub conditione, ſi non nupſerit, alimenta teſtamento relicta ſunt, cauere debere, tradat Baldus *l. fin. num. 2. C. de indict. vid. toll. per auth. hoc locum. C. ſi ſecund. nupſ. mul. Fr. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 14. & lib. 11. tit. 19. nu. 3. per auth. cui relictum. C. de indict. viduit. toll.* Cui Baldi ſententiæ adhibenda eſt diſtinctio, vtrum conditio origini legati adijciatur, an verò durationi. Si enim maritus vxori ſuæ alimenta relinquat, his aut ſimilibus verbis ſi non iterum nupſerit, atque ita origini apponat conditionem negatiuam, tum præſtanda eſt cautio Mutiana: ſin verò leget donec & quamdiu in viduitate permanſerit, & ſic ad durationem retulerit conditionis adiectionem, onere ſatisdandi ſubleuatur. *Bald. d. l. fin. num. 3. C. de indict. vid. toll. Ruin. conſ. 190. incip. Pro ſolutione quæſt. 1. vol. 2. Natt. conſ. 459. incip. Iacob. de Petrocha. num. 17. & hanc diſtinctionem* COMMVNEM *prædicat Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 47. in fin. eiusq; ratio aliquo modo liquebit ex ijs quæ dicam ĩ. lib. 2. cap. vlt. num. 119. cum ſeq.*

Quia vero cautionis, propter legem Falcidiam præſtandæ,

dæ, paulo ante mentio facta eſt, non ſine cauſſa quæri po-
91 teſt, ſi hæreditas † ita exhauſta ſit legatis, vt quartam Falcidiam detrahere hæredis neceſsitas exigat, num huic oneri alimentorum legatum ſubiaceat necne? Et pro affirmatiua, pecuniam ad alimenta legatum Falcidiæ ſubiectam eſſe, textus ſunt aperti *in l. alio. 9. in princ. ibiq́ notat Bartol. ff. de alim. vel cib. legat. l. computationi. 68. l. diui. 89. gl. l. pen. §. filiæ. verſ. pro modo. ff. ad l. Falcid. gl. l. cum pater. 77. §. eorum verb. præſtari voluit ff. de legat. 2. Bartol. ſing. 95. Rauenn. ſingul. 13.* Quæ tamen opi-
92 nio † limitatur, vt non procedat, quando alimenta pauperibus ſunt relicta: ea enim ſine Falcidiæ detractione præſtari debent. *l. ſi quis ad declinandum. 43. C. de Epiſcop. & cleric.* accedit quod alimenta pauperum recenſeantur inter pias cauſas, vt infra ſuo loco dicam: de quibus Falcidia non detrahitur. *auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. & egregie declarat Tiraq. in tract de priuil. piæ cauſſ. priuil. 26. quam theſin ad hoc propoſitum accommodat Bart. in d. l. alio. 9. num. 4. ff. de alim. vel cib. leg. Lud. Roman. d. auth. ſimiliter. num. 4. Tiber. Decian. conſil. 42. num. 17. & 37. volu. 2. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 17. ff. de lib. agnoſc. vbi plures DD. allegant, quos hic recenſere nihil at-*
93 *tinet.* Ex hactenus † autem dictis poteſt etiam intelligi, quid iuris ſit, ſi forſitan controuerſia de inuentario incidat. Diſtinguendum enim eſt, vtrum quæratur, num is cui legata ſunt alimenta, an verò hæres vel alius, quibus diſtribuendorum alimentorum onus iniunctum eſt, inuentarium conſcribere teneatur. Nam alimentarium onere faciendi inuentarij regulariter non obſtringi inde patet, quod ex manu hæredis vel teſtamentarij executoris alimenta plerunque percipiat, *l. 3. ff. de alim. vel cib. legat.* & propterea nihil habeat, quod con-
94 ſignet. Quod ſi † legatarius bona quædam in ſua manu & poteſtate habeat, ex quibus ſe alat, quemadmodum euenit quando vxor à marito liberos ſuos hæredes inſtituente, domina & vſufructuaria relinquitur: inuentarium vt conficiatur neceſſe eſt, *Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 144. num. vlt. Ancharan. Regienſ. lib. 3. ſelectar. quæſt. 22.* Ex diuerſo cum de eo
95 † qui alimenta præſtare debet, quæritur, num inuentario

non confecto vltra hæreditatis vires in præſtatione alimentorũ obligetur, etſi Bald. *in l. voluntatis. 7. nu. 4. & 5. C. de fideicommiſſ.* putet alimenta legata, ab hærede inuentarium non conficiente, non præſtanda eſſe in ſolidum, ſed tantum ſecundùm vires hæreditatis: propterea quod ex arbitrio boni viri, conſiderantis perſonam alimentarij, opes & reditus bonorum hæreditariorum, item conſuetudinem teſtatoris, &c. dare oporteat: quæ interpretatio & qualitas non mutetur, nec debeatur plus vel minus, quàm ſi inuentarium eſſet confectum: *pro cuius ſuæ ſententiæ confirmatione idem Bald. conſil. 221. incip. Conſiderandum eſt. volu. 4. quod habetur etiam apud Alexan. conſil. 70. vol. 4. allegat l. liberto. 31. §. libertos. ff. de negoc. geſt. refertq́; ac ſequitur Ludouic. Roman. in rubr. ff. de acquir. hæred. num. 6. verſic. Septimus ſi legentur. Io. de Amic. conſil. 56. incip. In Curia. in fin. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 95. Fr. Marc. deciſ. 323. num. 1. part. 1. Marc. Mant. lib. 2. obſeruat. cap. 16. in fin.*
96 *Io. Bapt. Pontan. tract. de aliment. cap. 17. nu. 19. in fin.* tamen † verius arbitror hæredem ſine inuentarij confectione hæreditati ſe immiſcentem ad alimentorum præſtationem in ſolidum obſtringi. Cum enim indubitati iuris ſit, hæredem, qui ſine inuentario hæreditatem adijt, legatarijs obligari, licet ſubſtantiæ morientis menſuram tranſcendat legatorum datio, *vt eſt text. in §. ſi vero non fecerit. in Auth. de hæred. & Falcid. collat. 1.* & Baldi ſententia iure non probetur, ideo regulam ſequi tutiſsimum eſſe puto. *Dec. l. 1. num. 7. & 8. ff. de reg. iur.*
97 *Schurff. conſil. 27. num. 3. cum ſeqq. Centur. 3.* Ad rationem † enim à Baldo allatam reſpondet Iaſ. *in l. fin. §. etſi præfatam. nu. 2. verſic. limita quarto quando teſtator. C. de iure deliber. cui ſubſcribit Natta conſil. 387. incip. In quæſtione alimentorum num. 9.* quod boni viri arbitrium leges non excludat, ſed eas ſequatur: quæ cum diſponant, quod quando hæres non facit inuentarium, quia præſumitur furto res hæreditarias occultaſſe, in ſolidum teneatur: conſequens eſt, vt bonus vir iuxta huius iuris ſanctionem arbitretur. Accedit eò quod ex d. §. libertos. opinio Baldi nequaquam iuuetur, cum ibi nihil tractetur de effectu inuentarij: ſed ſolummodo inde euincatur, hæredem

vltе-

vlterius quam à teſtatore ſançitum fuerit, conueniri non poſſe: quod nunc in controuerſiam non venit. Ideoque præter Iaſonem & Marc. Anton. Nattam à Baldi opinione diſceſſerunt etiam Ant. Cordub. de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 76. ff. de lib. agnoſc. & Menoch. de præſumt. lib. 4. præ-*
98 *ſumt. 157. num. 35.* E diuerſo ſi quis † hæredes inſtituens filios legitimos & naturales, filio ſuo ſpurio leget bona quæ habet in hoc vel illo loco, ita vt inde ſe alat, & certam pecuniæ ſummam extraneo cuidam ex fideicommiſſo reſtituat: bona autem illa quæ ſpurius ſine inuentarij confectione ad ſe recepiſſet, vtrique oneri tam alimentorum quàm ex fideicommiſſo ſoluendæ pecuniæ non ſufficerent: hunc in ſolidùm fideicommiſſario non teneri credo: cum quia ſpurio alimenta ex naturali obligatione debentur, *vt dictum fuit ſupra cap. 3.* & inuentarij confectionem omittens, naturale debitum non perdit. *gl. auth. hoc amplius. verb. naturale per illum text. C. de fideicommiſſ. quam ſententiam* O M N E S *tenent, vt tradit Io. de Anan. conſil. 61. incip. Viſis & ponderatis. in pr.* tum quia teſtator non potuiſſet expreſſè adimere ſpurio alimenta, *per Nouell. 22. cap. 33. iunctis ijs quæ dixi d. cap. 3. num. 28. & ſeq. quæq; tradit Fr. Porcell. tract. de inuentar. confect. cap. 5. num. 22.* Denique
99 †obſeruandum eſt, regulam qua dicitur termino conficiendi inuentarij pendente, hæredem à legatarijs conueniri non poſſe, *l. fin. §. donec. C. de iur. deliber. Cœpoll. caut. 224.* non procedere, quando pauperi alimenta ſunt legata. *arg. l. ſi res dilationem. 7. ff. de appellat. recip. Cyn. in d. §. donec. in fin. Bapt. de S. Blaſio in tract. Correlat. part. 5. num. vlt. Boër. deciſ. 41. nu. 8. Tiraq. de priuileg. piæ cauſſ. priuil. 24. & ita obſeruari ſcribit Ancharan. conſ. 383. incip. Primo & ante omnia. num. 4.*

## DE ALIMENTIS EX DELICTO ET QVASI DEBITIS.

## Caput XVI.

### SVMMARIVM.

1. *Vulnerans aliquem tenetur alimenta ipſi dare:*
2. *Licet caſu vel abſq; propoſito hoc feceris.*
3. *In probatione alimentorum intereſt, vtrum delictum dolo vel non patratum fuerit.*
4. *Vulneratus quatenus propter vulnus acceptum non poteſt, vt antea ſibi victum quærere, eſt alendus à vulnerante: licet mulctam Saxonicam acceperit. num. 5.*
6. *Etiam vulnerati vel occiſi familiam: quamuis homicida capite fuerit punitus. num. 7.*
8. *Sic animali læſo debetur pabulum.*
9. *Non præſtat alimenta, qui ſe defendendi cauſſa alterum læſit.*
10. *Vulnerantis vel occidentis hæres, lite cum defuncto nondum conteſtata, etiam non præſtat.*
11. *Quomodo ſit facienda æſtimatio horum alimentorum.*

CONSEQVENS eſt, vt nunc quibus alimenta ex delicto
1 debeantur, dicamus: de quibus talem † puto conſtituendam theſin: Vulnerans aliquem tenetur ipſi alimentorum, medicamentorum & alias impenſas præſtare. *l. ſi ſeruus. 27. §. rupiſſe eum. 11. verſic. ergo etſi precio quidem. ff. ad l. Aquil. cui conſonat. ius diuinum Exod. 21. verſ. 19. c. 1. ext. de iniur. Roland. à Vall. conſil. 39. num. 9. vol. 2.* Ampliatur primò, vt etiam
2 † obtineat in quaſi delicto, & quando caſu abſq; propoſito quis vulneratur *l. fin. ff. de his qui deiec. vel effud. §. cui ſimilis eſt. Inſtit. de obligat. quæ ex q. delict. facit l. ex hac. 3. ff ſi quadrup. paup. feciſſ. dic. & l. ſed etſi hæreditas. 11. §. quo autem loco. verſ. ego autem arbitror. ff. ad exhib. Alber. de Roſat. in d. l. ex hac. Plot. in l. ſi quando. num. 695. 701. C. vnde vi. vel iuxta nouiſſimam editionem in tract. de in lit. iur. §. 40. num. 6. & 14.* Neq; nos mouere debet quod ſcribit Petr. Duenn. vel potius Iac. Nouell. *in reg. 518. incip. Occidens hominem. fallent 3.* quaſi in omnibus delictis non ex propoſito ſed caſu commiſsis, huiuſmodi impenſarum reſtitutio non ſit facienda: *per notata in l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.* Quia enim is textus tradit, eum, qui ſui defendendi cauſſa alterum vel vulnerat vel occidit, innoxium eſſe: hæc autem ampliatio ex huiuſmodi neceſſitate vel vulnerantem vel occidentem non complectitur: ideo

3 ideo ad præſentem rem nihil facit. In modo † probandi tamen aliquid diſcriminis ſubeſt: ſiquidem contra doloſe occidentem vel vulnerantem iuramento in litem probari poſſunt damna & expenſæ curationis: non vero contra eum, qui vel caſu vel culpa vulnerat aut occidit. *Plot. d. loc. cum aliis infra lib. 3. adducendis.* Secundò ampliatur, vt vulnerato † non
4 tantum reſarciat expenſas, quas in ſemet alendo curandoq; fecit: *d. l. ſcientiam. 45. §. lege Aquilia. & ibi gl. verb. vulnerato ſeruo. ff. ad l. Aquil.* ſed etiam eas, quibus in futurum ad vitam ſuam ſuſtentandam opus habet, ſi ex vulnere ad artem ſuam exercendam redditus fuerit inhabilis. *d. l. fin. & d. §. cui ſimilis. verſic. aut cariturus eſt ob id, quod inutilis eſt factus. Paris de Put. in tract. Syndic. tit. Compoſitio. cap. 7. num. 2. Boër. deciſ. 324. num. 5. Marant. in aur. prax. part. 4. diſtinct. 1. num. 7.* quæ
5 ampliatio adeo vera eſt, vt † adhuc locum habeat, licet vulnerans vulnerato dederit pœnam de iure Saxonico vſitatam, puta medietatem vverigeldi, *preceptor meus D. Matth. Coler. de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 50.* Tertiò ampliatur
6 vt † occidens, teneatur etiam alere eos, quorum alendorum neceſsitas occiſo incumbebat: *l. qua actione. 7. in pr. ff. ad. l. Aquil. d. l. fin. verſ. preterea operarum. ff. de his qui deiec. vel effud. d. §. cui ſimilis. verſ. preterea operas. Specul. in tit. de iniur. §. ſequitur videre. num. 3. Panorm. c. 1. num. 6. ext. de iniur. Hippol. de Marſil. conſil. 115. incip. Notum. num. 19. ſing. 575. Crauetta conſ. 119. incip. Queritur an nobilis Oruntius. num. 6. Roland. à Vall. d. conſil. 39. num. 10. Plot. d. §. 40. num. 8. Anchar. Regienſ. lib. 1. queſt. 40. num. vlt. Ioſeph. Ludouic. in Lucenſ. deciſ. 62. num. 33. D. Matth. Coler. d. cap. 9. num. 52. & huc accommodari poſſunt,*
7 *que ſcribit Cuiac. lib. 14. obſeruat. cap. 4.* etiamſi † homicida pœna capitis ſit affectus à iudice *Hippol. de Marſil. d. ſing. 575. Rol. à Vall. d. conſil. 39. num. 10. vol. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lu-*
8 *cenſ. 62. num. 30.* Ampliatur quartò, vt † etiam procedat, non tantum quando brutum animal hominem lædit, vt dominus animalis nocentis læſo alimenta præſtare debeat: *d. l. ex hac. 3. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. gl. lib. 2. Landtr. art. 62. verb.* daß ſol er gelten / *num. 4.* ſed etiam quando ab homine

alienum animal vulneratur: *Plot. d. l. ſi quando. num. 699. vel quod idem eſt in d. tract. de in lit. iur. §. 40. num. 13. Hippol. Bonacoſſ. in tract. Equor. queſt. 159.* imò quando animal meum ab alterius animali læditur. *lib. 2.* Landrecht / *artic. 54. §.* Lehmet ein Viehe.

9 Limitatur autem iſta theſis primò, vt † qui ſe defendendi cauſſa alterum vel occidit vel vulnerat, hæc alimenta dare non ſit obſtrictus, propterea quod iure hoc fecerit. *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. d. l ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. Cranet. d. conſ. 119. num. 7. Duen. d. reg. 518. limitat. 2. Plot. d. l. ſi quando. num. 700. vel ſecundum aliam editionem. d. §. 40. num. 14. Ioſeph. Ludouic. in commun. opin. concluſ. 39. in fin.* Pro cuius limitationis declaratione placuit hic ſubijcere ſententiam, quam collegium Iuridicæ Facultatis in Academia Ienenſi Anno 1567. menſe Decembri, iudici T. dediſſe in aduerſarijs præceptoris ac ſoceri colendi D. Matth. VVeſenbecij inuenio. Als jhr vns berichtet / wie drey brüder die M M. vnd einer I. K. genand neben andern Nachbarn bey H. D. zu gaſt geweſen / alſo ſich vntereinander vergliechen / do einer oder mehr / einen hader oder vnluſt wolt anrichten / wolt man den oder dieſelben nicht dulden / Hierüber als I. K. mit C. M. einen Vnluſt anrichten wollen / haben ſie alle einander geholffen / denſelbigen I. K. ohne ſchaden vnd rauffen / aus dem hauſe bracht / In deme ſey ſein Bruder N. K. in dieſelbige behauſung kommen, welcher keine zeche noch etwas anders darinne zu werben / allein zu reden angefangen / was vrſach ſie ſeinen bruder hetten auß dem hauſe geſtoſſen / darüber haben die geſte in obgemeltes H. D. hauſe / jhn auch herauſſer geſtoſſen / vnd darüber gerauſſt / jedoch keinen ſchaden noch verletzung jhme ſonſten zugefügt / vnd das hauß verſchloſſen / darüber der gemelten K. K. Vater / als der ſchultes in ewrem Dorff / ſambt ſeinen andern Söhnen vnd bruder gelauffen kommen / die Thüer auffgeſtoſſen / vnd auff die im hauſe geſchlagen / die gemelten / M. M. ſich ermannet / vnd zur Gegenwehr geſtalt / auch vbel beſchediget / wie denn auch die K. K. verwundet worden / Hierauff haben I. C. vnd A. M. jhrer beſchedigung vnd vberlauffens in verſchloſſenem hauſe geklaget / auch ſich beleget vnd verbinden laſſen /

laſſen/ die K K. allererſt vber den Sechſten tag geklaget/ aber nicht alle ſich belegen laſſen / Wann dann aber die Clagende M M. dieweil ſie vberlauffen / vnd ſich haben wehren müſſen / auff die gemelten K K. dringen thun / jhnen jhr artzgeld / zehrung / verſeumnis / vnd andere auffgelauffene ſchäden von jhnen zu erlegẽ/ darkegen die KK. ſich wollen damit ſchützen / das ſie auch beſchediget / vnd ſich ſelber haben heilen laſſen / vnd jhnen nichts zugeben wollen willigen / Jhr aber ampts halben / von ſechs Mansperſonen euch erkündiget / wie es vmb dieſen handel gewandt / welche auch bey jhren pflichten auſſagen / das ſichs allenthalben der Cläger anzeigen nach alſo verhalten thut / Als habet jhr euch Rechtens zu belehrnen/ vnd was Clegere befügt / auch die beklagten zu thun ſchüldig / zu vnterrichten gebeten / Demnach ſprechẽ wir vor Recht / das Beklagte K K. jhres vorwendens vngeacht/ Clagenden M M. das geforderte Artztgeld/ zehrung vnd verſeumnis vnd andere auffgelauffene ſchäden / zu erſtatten vnd abzutragſchüldig ſein / V. R. W. Secundò limitatur, vt procedat
10 in ipſo vulnerante vel occidente, ſecus † in eius, ante litem conteſtatam defuncti, hæredibus. *l. pupillum. 111. §. in hæredes. ff. de reg. iur.* atq; ita in facti contingentia deciſum fuiſſe refert D. Iac. Thoming. *in quæſtion. illuſtr. decis. 24.* Etſi enim obijci poſſet, hanc actionem qua vulneratus vel occiſi hæres alimentorum medicamentorumq́; expenſas perſequitur, eſſe rei perſecutoriam, & proinde in hæredem tranſire: tamen reſponderi poteſt per diſtinctionem quoad vulneratum aut eius hæredem eſſe quidem rei perſecutoriam, cum id quod ſibi abeſt petant. *§. ex maleficys. Inſt. de act.* ſed quoad occidentis aut vulnerantis hæredes, tantum eſſe pœnalem, cum ad hos nihil ex maleficio peruenerit. Ideoq́; occiſi vel vulnerati hæredibus actionem dari, contra occidentis autem vel vulnerantis hęredes nõ item, ipſa iuris ratio expoſcit. *Schneid.*
11 *§. pœnales. num. 4. & 7. Inſt. de act.* Etſi autem † præterea ab aliquibus limitatur iſta theſis, vt alimentorum hoc caſu æſtimatio facienda ſit iuxta modum in l. computationi. 68. (alias incipit l. hæreditatum.) ff. ad l. Falcid. oſtenſum. *Specul. in tit. de iniur. §. ſequitur videre. num. 6. Marant. d. num. 7. Roland.*

*à Vall.*

*à Vall. d. conſil. 39. num. 14. vol. 2. Ioſeph. Ludouic. d. deciſ. Lucenſ. 62. num. 29.* tamen non video rationem, cur modus alimentorum præſtandorum vſitatus, de quo paulo poſt dicetur, ſine vrgenti cauſſa & euidenti iuris diſpoſitione ſit mutandus: præſertim cum ratio iſtius textus *d. l. computationi.* hoc loco ceſſet: & ceſſante ratione legis ipſa lex ceſſare debeat. *l. adigere: 6. §. quamuis. ff. de iur. patronat. Nic. Euerhard. loc. 80. num. 2.* Quod autem d. l. computationi. in noſtro caſu ceſſet, inde cuiuis manifeſtum eſſe poteſt, primò cum lex Falcidia quartam legatorum vltra modum legitimum datorum partem illico ab initio & ipſo iure reſecet. *l. pen. C. ad l. Falcid. l. lineam. 26. ff. eod.* ideo neceſſe fuit modum aliquem habere ad cuius præſcriptum iſta deductio fieret. Quia autem huiuſmodi deductionem nulla lex in noſtro caſu exigit, ideo huc non eſt transferenda iſta æſtimatio. *Bereng. Paulhac. l. vn. num. 292. & 300. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. profer.* Deinde quia in alimentis legatis, cum hæreditas legatis exhauſta nó eſt, & propterea legis Falcidiæ auxilio hæres opus non habet, non relinquitur locus illi ſupputationi ad formam d. l. computatione. ſed vtpote ratione ceſſante dietim vel quot menſibus alimenta, ſi aliter à teſtatore prouiſum non ſit, præſtantur vſq; ad vitam legatarij: *l. pecuniæ 8. in fin. l. Mela. 14. in pr. verſ. aut ſi non paret. ff. de alim. vel cib. legat.* igitur multominus ad noſtrum caſum quadrabit iſta computatio: ac conſequenter verius videtur, vt præſtatio alimentorum vel vulnerato vel eius familiæ alimenta quandiu his opus habuerint, nec aliunde vitam ſuam poſsint ſuſtentare, fieri debeat. *Bereng. Paulhac. d. num. 292.*

## MAGISTRATVS SVBDITIS TENENTVR DE ALIMENTIS PROSPICERE.

## Caput XVII.

SVM-

## SVMMARIVM.

1. Magiſtratus debet annonæ proſpicere : quod præter rationes, exempla ſuadent. num. 2.
3. Gratuitæ largitiones frumenti apud Romanos non merentur laudem nec imitationem.
4. Summa huius capitis.
5. Primum quod annonam iuuat eſt agricultura: ad quam ſuſcipiendam ſubditi excitentur. num 6.
7. Alterum vt aliunde importantes frumentum magis magisq; allicientur : et econtra prohibeatur frumenti exportatio. num. 8. quæ prohibitio declaratur ampliationibus ſeptem.num. 9.12.14.15. 16.17.18. et limitationibus nouem. num. 19.21.22.23.26. 27.28.29.30.
9. Etiam peregrinos tenet hoc ſtatutum : reſtringitur. num. 11.
10. Statutum ne quis ex territorio frumentum exportet, an pertineat etiam ad frumentum quod peregrino iſtic eſt natum.
12. Frumento exportari prohibito continetur etiam farina. imo quoq; panis. num. 13.
24. Portanti frumentum per viam inſolitam obſiſtit præſumtio : quemadmodum & recuſanti per miniſtros publicos res ſuas inſpici.num. 25.
31. Tertium quod annonam iuuat eſt, vt cu..etur eſculenta & poculenta ibi nata vel aliunde importata recte alijs communicari.
32. Emere frumentum vt poſteà charius diſtrahat in detrimentum annonæ,non eſt concedendum.
33. Eſculentorum proſtantium & qualitatem & quantitatem magiſtratus debet inſpicere.
34. Pœna ſalſis menſuris aut ponderibus vtentium.
35. Cura rerum ad victum pertinentium magiſtratui tam ſeculari quàm Eccleſiaſtico incumbit.
36. Quartum quod annonam iuuat eſt, ſi magiſtratus ſit eſculentorum & poculentorum promus condus : & quilibet ciuis in ſua domo. num. 40.
37. Collecta imponi poteſt ciuibus pro frumento in publicum vſum comparando. nec quiſquam eorum excuſatur. num. 39.
38. Ciues diuites poſſunt cogi vt mutuo dent pecuniam magiſtratui emẽdi frumenti cauſſa.
41. Quintum quod annonam iuuat, vt homines ocioſi ciuitate pellantur.
42. Egenis & pauperibus proſpici debet à magiſtratu.

43. Infan-

43. *Infantes expoſiti alendi ſunt à magiſtratu: & quidem habente iuriſdictionem plenariam. num. 44.*
45. *Sic ſenibus pauperibus, & qui aliunde non habent de quo viuant. nu. 46. licet ſint infideles. num. 47. aut excommunicati. num. 48. potius tamen fidei domeſticis ſuccurrendum. num. 46.*
50. *Mendici validi non ſunt alendi ſed potius puniendi. ſcilicet per magiſtratum non per priuatos. num. 51.*
52. *Nec alendi ſunt qui bona ſua deglutierunt, aut alias ſua culpa ad paupertatem redacti ſunt: inter quos tamen recenſendi non ſunt, qui aut ob confeſſionem religionis Chriſtianæ facultatibus ſuis ſunt excluſi. num. 53. aut propter munus publicum rem familiarem non potuerunt curare. num. 54. & 56.*
55. *Eccleſiis & ſcholis inſeruientibus proſpiciendum eſt de alimentis: etiam quando ob ætatem aut morbum amplius non poſſunt munus ſuum obire. num. 56.*
57. *Prælati etiam tenentur pauperes alere: nec conſuetudo in contrarium valet. num. 59.*
58. *Bona Eccleſiaſtica ſunt pauperum, ſcilicet quæ ſuperſunt poſt ſuſtentationem clericorum. num. 62.*
60. *Prælati Eccleſiaſtici poſſunt ſuos conſanguineos ex reditibus Eccleſiaſticis alere: quæ facultas in bonis pupilli tutoribus non conceditur.*
61. *Clericus ordinatus ſi non habet de quo viuat alendus eſt ab ordinatore.*
62. *Ex præbendis clerici inprimis ſunt alendi: ſiue alia bona habeant de quibus viuant, ſiue non. num. 63. & licet ab officio ſint ſuſpenſi. num. 64.*
65. *Monachi fugitiui ad cor reuerſi à monaſterio ſunt alendi.*
66. *Obſidibus quis præſtet alimenta.*

MAGISTRATVS officium in hac alimentorum tractatione inprimis deſiderari, tam notum eſſe arbitror, vt vlla demonſtratione non egeat. Quia vero inferius libr. 3. vbi de remedijs alimentorum petitioni accommodis agendum erit, rurſum officij iudicis mentionem facere neceſſe habebo: ideo admonendi ſumus, hoc † in loco mihi non eſſe
1 propoſitum explicare officium quod magiſtratus hac de re aditus petenti contra tertium impertit, adigendo reum conuentum vt inopi actori ſuccurrat: ſed quod in eo conſiſtit, vt et-

vt etiam ſua ſponte ne ſubditi fame premantur, curet: imò ipſe ex publico nonnullos alat. Etſi enim cauſſas, ob quas Homerus omnis virtutis, Iuſtiniani noſtri teſtimonio, *in præf. ff. §. & hæc omnia.* parens, Principes ποιμένας λαῶν crebro appellat, ſingulatim recenſere, inſtituti huius ratio non patitur: quia tamen & nominis origo & Varro *de re ruſtic. lib. 2. cap. 10.* oſtendit, paſtori præcipue incumbere, gregẽ ſuæ curæ commiſſum recte paſcere: conſequens eſt magiſtratum qui frumentariæ cæterarumq; rerum ad huius vitæ ſuſtentationem pertinentium curam abijcit, boni paſtoris titulum tueri non poſſe. Nam vt natus infans nec viuere nec creſcere ſine nutricis lacte poteſt; ita nec ciuitas ſine rerum neceſſariarũ ſufficientia. *Fr. Patric. de inſtit. Reip. lib. 3. tit. 11. Menoch. de præſumt. lib. 2. præſumt. 72. num. 26.* Accedit quod in omnium rerum penuria inferiorum obedientiam ſuperiores ſibi polliceri nec debeant nec poſsint: quia vt Lucan. *lib. 3. de bell. ciuil.* canit, Neſcit plebes ieiuna timere. Hinc euenit, vt † non
2 tantum ſapientiſsimi Principes hanc curam in ſe receperint: quemadmodum de Salomone *1. Reg. 4. verſ. 22. cum ſeqq.* de Octauio Auguſto, *apud Sueton. in eius vita cap. 37.* de Hadriano Imp. *apud Aelium Spartianum legimus*: ac Iulius Capitolinus ſcribit, M. Antonium Philoſophum, de alimentis publicis multa prudenter inueniſſe, omniq; rei frumentariæ conſuluiſſe: Sed etiam leges frumentarias, nec non peculiares præfectos aut quæſtores ob hanc cauſſam conſtituerint: prout de Repub. Athenienſium refert Gul. Poſtell. *in libello ſuo de ea Repub. conſcripto, cap. 17. & Carol Sigon. de ead. Repub. lib. 4. cap 3.* & apud Romanos latæ fuerunt l. Iulia de annona, *tot. tit. ff. ad l. Iul.* de annon. Apuleia, Clodia, Octauia & Sempronia, *de quibus omnibus videndi ſunt Pompon. Læt. de ll. cap. 5. & 14. Zaſius. Hotomannus, Paulus Manucius & Antonius Auguſtinus in commentarijs ad leges antiquas editis*: itemq; certis quibuſdam magiſtratibus annonæ cura fuit commendata, *vt videre licet apud Feneſtell. de Magiſtr. Roman. cap. 15. Pompon. Læt. eod. tract. cap. 9. Cl. Prenot. in eod. tract. cap. 6. Adr. Turneb. lib. 11. aduerſar. cap. 10. VVolfg. Laz. lib. 2. de Repub. Roman. cap. 14. non longe à*

*ge à princ. & cap. 15. per tot. omnino Iuſt. Lipſ. lib. 1. Elector. cap. 8. & nouiſſime Georg. Eberlin. l. 2. cap. 32. ff. de orig. iur.* Ex quibus, ( quos micat inter omnes Lipſius noſter, velut inter ignes luna minores ) quia abunde cognoſci poſſunt ea quæ in Repub. præcipuè Romana de re frumentaria diſpoſita & obſeruata fuerunt, ac ego non conſtituerim hiſtoricam narrationem texere, ſed quæ ad vſum quotidianum pertinere videbuntur adducere: & vero † largitiones iſtæ malo publico fuerunt vſurpatæ, cum à negocio ad ocium, ab induſtria ad deſidiam plebem auocarint, *vt ex Salluſtio refert Lipſ. d. cap. 8. in fin. Io. Stad. in comment. ad Flor. lib. 3. de geſt. Roman. cap. 13. num. 2.* earumq́ue fiducia agrorum cultura fuerit deſerta, vt ipſe Octauius Auguſtus *referente Suetonio in eius vita cap. 42.* agnouit: quibus de cauſsis proculdubio ll. pernicioſas appellat Florus epitomator Liuij *lib. 60.* & de Ioſepho *Geneſ. 47. verſ. 14. cum ſeqq.* legamus, quod non ſine precio frumentum in populum diſtribuerit: ideo repudiatis iſtis largitionibus,

3

4 nonnulla † ad rem præſentem conducentia afferam, eaq́ue duabus quaſi claſsibus continebo: quarum prima complectetur curam quam magiſtratus hac de re vniuerſæ ciuium ſocietati debet: certis quibuſdam perſonis aut indiuiduis. Etſi autem primæ claſsis tractationem potius ad eam Reipubl. partem quæ de communibus rebus conſultat, quàm ad eam quæ ius dicit, ſpectare non ignoro: quæ quomodo differant, partim ex Ariſtotele *lib. 4. politic. cap. 14.* partim ex ſenatus Romani cum prætorum officio collatione, diſci poteſt: vt à me attingi eam non videatur neceſſarium, cum iuris explicationi ſolummodo hæc nauetur opera: quia tamen ea quæ iam ante Imperatorum Romanorum vel aliorum Regum maturo conſilio determinata ſunt, ſine omni dubio pro iure æſtimare oportet. *§. ſed & quod Principi. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* atq; inde exemplum capi porro non ſit futurũ incommodum, & vt Horatij verſum huc accommodem, alterius ſic:

*Alterius poſcit opem pars & coniurat amice:*

Ideo quibus præcipuè medijs, ad hunc ſcopum ciuitatis rerum ad vitam ſuſtentandam pertinentium mediocri copia

locu-

locupletandæ, collineare magiſtratus poſsit, breuiter oſten-
5 dam. Primò † autem opera danda erit, vt ciues & ſubditi ex-
citentur ad indefeſſum agrorum excolendorum ſtudium:
hoc enim non tantum inſigne regioni conciliat decus ac lau-
dem, ſed & quod primum eſt, plurimas affert commodita-
tes. *Deuter. 8. verſ. 8. 9. Iuſtin. lib. 2. in pr.* Nam præterquam
quod agricultura maxime eſt ſecundum naturam, *teſte Ariſto-
tele lib. 1. Oeconom. cap. 2.* tanta inſuper eſt eius neceſsitas, vt
inter præcipuas Reipubl. partes connumeretur à Platone *lib.
2. de Republ. quem allegat textus in l. 2. ff. de nundin. & Ariſtot. lib.
5. Ethic. ad Nicomach. c. 5. iuxta vulgatam diſtinctionem, ſed iuxta
Lambin. 6. 8. & lib. 1. politic. c. 5. lib. 4. polit. c. 4. Vacon. à Vacun. lib. 1.
declar. 21. num. 11. & Ferrar. Montan. lib. 5. de Republic. cap. 1. &
2.* idque non immerito, cum ipſum hominem primò alat,
deinde inſtruat ad fortitudinem, temperantiam ac iuſticiam:
& denique ſit cæterarum artium omnium nutrix & mater,
*vt eleganter docet Xenophon in Oeconom. Cic. de Senectut. Franc. Pa-
6 trit. lib. 3. de regn. cap. 8.* Cui fini † plurimum conducit qui-
dem exemplum Principũ animos ad agricolationem appli-
cantium, vt legimus de Vſia rege Iuda, *2. Paralip. 26. verſ. 10.*
de Cyro minore rege Perſarum, *Xenoph. in Oeconom. Cicer. de
Senectut.* de Romanis, *Plin. lib. 18. cap. 3.* de Friderico III.
Imp. *Io. Cuſpin. in ipſius vita, Matth. Caſtrit. de Princip. German.
virtut. lib. 5. cap. 1. num. 12.* & alijs quorum omnium nomina hic
non recenſebo: at longè plus momenti habet, ſi in publicis
legum ſanctionibus boni & diligentes præmijs reddantur a-
lacriores, & econtra improborum hoſce labores impedien-
tium conatus pœnis reprimantur. *l. 1. in pr. ff. de iuſt. & iur.*
Hac igitur de cauſſa factum fuiſſe veriſimile eſt, vt non tan-
tum Romani olim virum bonum cum laudabant, ita lauda-
rent: Bonum agricolam, bonumque colonum. *M. Varro de
re ruſtic. in proœm.* ſed etiam agriculturæ legislatores tot in-
dulſerint priuilegia: quæ collegit Rhenat. Choppin. *in pecu-
liari de priuilegijs ruſticorum libro edito:* & in iure Saxonico *lib. 2.
Landtr. artic. 66.* conſtitutum eſt, Das Pflug vnd Mühlen ſtet-
ten fried ſollen haben/ Item / die den Pflug berauben oder Müh-

len/die ſoll man Radtbrechen/ *artic. 13. eod. lib. 2. quam tamen pœnam declarauit & reſtrinxit conſtit. 35. part. 4.* cui ſanctioni non abſimilis eſt lex Attica de boue aratore non occidendo, *quam recenſet Ælian. lib. 5. Var. hiſtor. cap. 14. & Cuiac. lib. 4. obſeruat. cap. 20.*

7 Secundò curandum † eſt, vt ſubuectionibus annona augeatur. Quam ad rem rurſum plurimum proficient præmia & pœnæ, quibus duobus ceu vinculis Rempubl. contineri dicebat Solon, *teſte Cicer. in libr. Epiſtol. ad M. Brutum. epiſt. 15. incip. Meſſalam habes.* Sapientiſsime itaque à Claudio Imp. conſtitutum fuit, vt Latinus ciuitatem Romanam acciperet, ſi non minorem quàm decem millia modiorum nauem fabricauerit, & Romam ſex annos frumentum portauerit. *Vlpian. in fragment. tit. 3. §. naue.* ciuis vero vacatione legis Papiæ Poppææ frueretur. *Sueton. in Claud. cap. 18. & 19. quæ ambo capita coniunctim & vno contextu legenda eſſe tradit Turneb. lib. 7. aduerſ. cap. 21. Cuiac. in paratitl. Cod. de caduc. tollend. Petr. Faber lib. 1. ſemeſtr. cap. 25. circa med.* Tandem iure noſtro cautum inuenimus, vt qui annonam vrbis adiuuant, immunitatem à muneribus publicis conſequantur, quamdiu in eiuſmodi actu ſunt. *l. ſemper. 5. §. negociatores. ff. de iur. immun.* Ob quam cauſſam conſultum videtur, vt in annonæ charitate, pedagiorum aut vectigalium ſolutio frumentum apportantibus per magiſtratum remittatur. *Franc. Marc. deciſ. 41. part. 2.* E diuerſo opera danda eſt, vt qui ad victum neceſſaria apportant ab aliorum iniurijs ſeuere defendantur. Quo reſpicit lex Iulia de annona, iubens ne quis nauem nautámue retineat, aut dolo malo faciat, quo magis detineatur, pœna viginti aureorum ſtatuta. *l. 2. §. eadem lege. ff. ad l. Iul. de annon. Bonifac. de Vital. tract. malefic. cap. 23. num. 1. & 2. Io. Berber. in Viator. part. 1. rubr. 14. num. 7. gl. lib. 2.* Landtr. *artic. 16. num. 9.* Et hac ratione Tamburlanus, maiores tamen pro ratione circumſtantiarum pœnas adhibens conſequebatur, vt copiæ, quas habebat immenſas, cum tutus ad caſtra omnibus eſſet acceſſus, omni commeatu ſemper abundarent. *Bapt. Campofulg. libr. 2. exemplor. cap. 2. in fin.* Sic lege ſancitum eſt apud Heluetios,

vt

vt hi qui ijs annonam, arma, aliaſúe res neceſſarias, venales præbent, & in caſtra adducunt, ab iniuria omni defendantur, non aliter ac ſi Heluetij eſſent. *Ioſ. Simler. de Republ. Heluet. lib. 2. mihi pag. 127.* Similiter apud Papienſes ſtatutum viget, vt ruſtici, qui die Sabbathi frumentum & alia in vrbem vehunt, neque arreſtari neque alio modo pro debitis moleſtari queant. *Ripa in tract. de peſt. cap. 4. num. 194.* In Republica Venetorum cura illa conuehendi vndique frumenti certis quibuſdam viris, quos à prouidendo vulgo prouidadorios vocant, eſt demandata. *Gul. Poſtell. de Republ. Athenienſ. d. cap.*
8 *17. in med.* Hanc partem † autem plurimum iuuat ſanctio publica, vt ne ex territorio ſtatuentium frumentum exportetur: *Ariſtot. lib. 1. Rhetor. cap. 4. Io. Berber. in Viator. iur. part. 1. rubr. 35. num. 46.* quod & ab Athenienſibus factum fuiſſe legimus. *Pard. Prat. lib. 2. vet. iuriſprud. cap. 31.* Etſi enim aliquibus videri poſsit, eiuſmodi legem iure improbari: propterea quod commercia ex iure gentium ſint inuenta: *l. ex hoc iure. 5. ff. de iuſtic. & iur. Hier. à Laurent. deciſ. Auenion. 40. num. 3.* tamen veriſsimum eſt, tales ſanctiones iuri conſentaneas eſſe. *l. 1. C. quæ res export. deb. l. 1. verſ. quod alteri ſupereſt. ff. de contr. emt. l. præſes. C. de ſeruit. & aq. Fr. Marc. deciſ. 155. nu. 1. part. 1. & deciſ. 236. part. 2. Hier. à Laurent. d. deciſ. 40. num. 4.* Neque obſtat quod commercia iure gentium ſunt inuenta, quia quin in contrarium aliquid ſtatui poſsit, nihil impedit: cum hoc ius ſit ſolum permiſsiuum, liberam facultatem cuilibet emendi vendendiue concedens: cuius generis iura per leges ciuiles abrogari poſſunt, *præceptor & ſocer meus D. Matth. VVeſenb. §. ius autem gentium. 4. verb. contrariæ. in fin. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.*

9 Ampliatur primò, vt † hoc ſtatutum liget etiam alibi domicilium habentes. Etſi enim nulla ciuitas legem non ſubditis queat imponere: *l. 1. C. de ſumm. Trinit. & fid. cathol. c. vt animarum. 2. §. ſtatuto. de conſtit. in 6. l. fin. ff. de iuriſdict. cum ſimilibus:* poteſt tamen rebus ſuis legem quam vult dicere: *l. in re. 21. C. mand.* etiamſi perſonæ ad quas res ſpectant, alterius ſint iuriſdictionis. *l. iubemus nullam nauem. 10. C. de SS. Ec-*

 *cleſ.*

*cleſ. c. quæ contra mores. diſtinct. 8. Innocent. c. poſtulaſti. 14. extr. de for. compet.* Neque ènim perſonam talis conſtitutio ligat ſed rem. *Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de conſtit. ſub num. 8.* Deinde probatur ex eo, quod qua in prouincia quis deliquit, illic etiam iuri ſubiaceat. *auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Alber. de Gandin. in tract. malefic. rubr. 36. num. 7.* vt propterea de diſtinctione vtrum prohibitio facta ſit in rem an in perſonam, *quam recenſet Franc. Marc. deciſ. 238. part. 2.* non immeritò dubitem: & hæc ſententia COMMVNITER obſeruatur. *Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 82. ſtatut. 7 nu. 2.* Vn-
10 de † euenit, vt Bergomenſis, qui habet prædia in territorio Mediolanenſi, in quo iam prohibitio de frumento non exportando facta eſt, non poſſit ex iſtis ſuis prædijs regulariter frumentum exportare. *Ita per doctrinam allegatam Innocentij tenet Alber. de Roſat. in tract. Statut. part. 2. quæſt. 137.* Quam tamen deciſionem à limitationibus inferius adducendis non ſegrego: ſed potius ſecundum illas intellectam veram arbitror. Neque moror rationem, *qua in contrarium mouetur Ripa tract. de peſt. cap. 5. num. 107. conſil. 91. incip. Triturantes. num. 5.* quaſi publicæ vtilitatis ratione forenſibus hæc exportatio frumenti, tali ſtatuto non obſtante, ſit permittenda, vt eo plures ad excolendos agros incitentur. Quanto plures enim peregrini excoluerint agros, tanto plus vt exportent neceſſe eſt: atque ita ſubditis eo plus commodi ſubtraheretur. Deinde ſi peregrinis exportatio denegetur, incolæ exuſcitabuntur, vt ipſi agros colant, quod inprimis Reipubl. fructuoſum eſt, vt paulo ante dictum fuit. Præterea poſito, abſque veritatis tamen præiudicio, publicam vtilitatem expoſcere, vt peregrinis liceat exportare frumentum ſuum: nihilominus in dubio plus fauendum erit ſubditis. *arg. d. l. præſes. C. de ſeruit. & aq.* quò facit quod extraneis indigenæ præferantur *c. nullus. 13. & ibi gl. verb. ciuitatis. diſtinct. 61. Mynſing. obſer. 30. centur. 4.* Ergo ſi neque perſonæ neque prædia iuriſdictioni ſtatutum condentium ſubiecta ſint, ex ſuperioribus intelligere promtum erit, impune aliò frumentum transferri: vnde conſequens eſt, tale ſtatutum non obligare

Eccleſias quin poſsint exportare annonam, quam colligunt ex prædijs ſuis *per c. Eccleſia Sanctæ Mariæ. 10. ext. de conſtit. Fr. Viuius in commun. opin. verſ. Statutum prohibens quod non poſſit*
11 *extrahi. nu. 9. & 10.* Reſtringitur † autem hæc prima ampliatio, vt locum non habeat in peregrinis, qui non diu in loco illo ſunt commorati, vt veriſimiliter ad ipſorum noticiam ſententia huius ſtatuti non peruenerit *l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. Alb. de Gandin. d. rubr. 36. num. 7. Fr. Viuius d. verſ. Statutum prohibens quod non poſſit. num. 13.* Quod ſi diſceptatio incidat, vtrum peregrinus ſtatuti frumentum exportari prohibentis gnarus fuerit necne, diſtinguit idem Alber. de Gandin. *d. loco. & Fr. Marc. deciſ. 237. num. 3. 4. part. 2.* quo lectorem remitto.

12 Secundò † ampliatur, vt hoc ſtatutum licet de frumento loquens, nihilominus locum habeat etiam in farina: non quidem ex vocabuli proprietate, ſed ex rationis paritate, ne fraus fiat legi. Cum enim mens & propoſitum ſit ſtatuentium, hac prohibitione annonæ penuriam auertere: annonæ autem charitas per farinæ exportationem æque augeatur, ac ſi frumentum extrahatur: & is non minus contra legem faciat, qui contra mentem legis nititur, quàm qui eius verba violat: *l. contra. 29. ff. de ll.* conſequens eſt, vt & de farina accipienda ſit hæc prohibitio. *Bart. l. quæſitum. 76. §. illud. ff. de legat. 3. Felin. c. ad liberandam. 16. num. 5. ext. de Iudæ. Marant. in aur. prax. part. 2. num. 20. Boër. deciſ. 177. num. 5. Io. Petr. Molling. de verb. ſignific. num. 477. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 151. num. 7. Atq; hanc ſententiam COMMVNEM eſſe, tradit Rip. in tract. de peſt. cap. 5. num. 50. Eman. Soarez. in theſaur. comm. opin. lit. F. num. 364. ac Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 82. ſtatut. 7. num. 6. atteſtatur ſe vidiſſe hanc ſententiam ſemper in praxi*
13 *obſeruari.* Quæ ratio † cum etiam procedat in pane in notabili quantitate exportato, & ſic prohibitioni fraus facta videatur, *Felin. d. num. 5.* efficitur vt etiam panem extrahens teneatur, *Fr. Marc. deciſ. 162. num. 6. & deciſ. 240. part. 2. Ripa d. cap. 5. num. 52. qui omnino hac de re videndus eſt, cum non tantum hanc opinionem egregie confirmet, ſed etiam contrarijs argumen-*

*tis proprietatem verborum & alia vrgentibus, erudite reſpondeat: neq; mihi ſit animus aliorum dicta deſcribere.*

14 Tertiò ampliatur, vt hoc † ſtatuto etiam teneatur is, cui à præfecto vrbis, vt exportet, fuit permiſſum. Quanquam enim magiſtratus authoritas excuſet, & licitum faciat, quod alias non licet: *l. ſi qui. 7. §. doli. ff. de iurisdict. facit c. quod quis. 24. & ibi Dyn. num. 10. de reg. iur. in 6.* quia tamen hoc verum eſt, in ijs quæ magiſtratus vel ad iuris & iuſticiæ executionem facit, *l. iuſte poſſidet. 11. ff. de acquir. poſſeſſ.* vel quibus tollit, quod ipſe condiderat: *d. l. ſi quis. 7. §. doli.* non vero vt leges totius communitatis conſilio communicato latas tollat: *l. 1. verſ. neq; enim prætoris factum iuri derogare oportet ff. de fer. l. ordine. 15. verſ. cum facti quidem quæſtio. ff. ad municip. facit vulg. regula l. nihil tam naturale 36. ff. de reg. iur.* ideo verius videtur, vt ita exportans non obſtante præfecti permiſsione nihilominus teneatur. *Albert. de Gand. in tract. malefic. d. rubr. 36. nu. 9. Bonifac. de Vitalin. in eod. tract. rubr. 52. quid ſit accuſatio. num. 83.*

15 Quartò † ampliatur, vt ſi ſtatutum equo vel aſino vel curru exportari vetet frumentum, etiam pertineat ad eos qui humeris exportant. Statutum enim exportationis factũ, non modum conſiderauit: & expreſsio equi, currus vel aſini, facta eſt gratia exempli, & ad euidentius demonſtrandũ quod non curetur, ſuper quo frumentum exportetur. *Salic. l. ſeruus. num. 26. C. de noxal. act. ſequitur Io. Baptiſta de S. Seuerin. l. omnes populi. num. 263. ff. de iuſt. & iur. Fr. Viuius in d. verſic. Statutum prohibens quod non poſſit. num. 4. & 5.*

16 Quintò † ampliatur, vt etiam ille teneatur huius ſtatuti pœna, qui in ipſo quidem actu exportationis non eſt deprehenſus, ſed teſtibus poſtea huius admiſsi conuictus *l. palam 43. §. pen. ff. de rit. nupt. gl. l. 1. verb. deprehenſus. C. vbi ſenat. vel clariſſ. c. 1. verſ. ſi quid inueneritis. ext. de dilat. & eſt* COMMVNIS *opinio, Rip. d. cap. 5. num. 104. & 105. Fr. Viuius d. verſ. Statutum. num. 3. Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. F. num. 365. & ſeq.*

17 Sextò † ampliatur, vt ſi eiuſmodi exportatio ſub pœna amiſ-

amiſsionis equorum & currus ſit interdicta, & quis ſtatuti gnarus non ſibi ſed alij cui operam ſuam locauit euehat: nihilominus ipſi magiſtratus equum auferre poſsit. *l. cotem. 11. §. dominus. ff de publican. Gandin. d. rubr. 36. num. 2.* contra quem habet actionem, animalis dominus ad precium recuperandum. *l. Imperatores. 7. ff. de publican. Salic. l. 1. in fin. C. vt nemo priuat. tit. Cuiac. lib. 1. obſeruat. cap. 5.* Sin autem ſtatutum non expreſſe dixerit, tam frumentum quàm equos & currum publicandum fore, tum hæc publicationis pœna vltra frumenti iacturam non eſt extendenda: propterea quod currus & equus non originaliter ſed accidentaliter ſint correlatiui cum frumento: quæ accidentalis relatio præſertim in hiſce pœnalibus non conſideratur. *l. certi condictio. 9. in pr. ff. ſi cert. pet. Bapt. à S. Blaſ. in tract. correlat. part. 5. verſ. ſexageſimo ſexto fallit.* Quemadmodum etſi præter fundamentum res quaſdam in curru haberet, quarum exportatio prohibita non fuiſſet, puta ollas, calceos &c. hæ enim res in commiſſum non caderent. *l. 1. §. Trebatius. ff. de aq. quot. & æſtiu. Alberic. de Gandin. d. rubr. 36. num. 1. Clarus d. quæſt. 82. ſtat. 7. num. 9. omnino Io. Ant. Trigon. ſingul. 90. Bald. l. cum proponas. num. 4. cum ſeqq. C. de naut. fœn. qui bene & erudite diſtinguit.*

18 Septimò † ampliatur, ſi præterea conſtituta ſit pœna pecuniaria in tranſgreſſores, vt extrahens qui nihil habet in bonis, pœna corporali pro iudicis arbitrio poſsit affici. *l. ſi criminis. 4. & ibi gl. verb. inſtituere debes. Salic. num. 2. l. ſeruos. 8. in princ. C. ad l. Iul. de vi public. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. Cent. 5. caſ. 449. num. 6.*

19 Econtra limitatur hoc ſtatutum, primò † vt non comprehendat eum, qui cum incepiſſet frumentum exportare, & antequam ad locum deſtinatum perferret, promulgaretur eiuſmodi prohibitio: *textus eſt in l. cenſor. 15. (vt legit Gul. Forner. lib. 1. ſelect. cap. 25.) ff. de publican.* cui accedit ratio, quod initium ſit ſpectandum. *l. ſi procuratorem. 8. in princ. ff. mandat. c. gratum. 20. de offic. & poteſt. iudic. deleg. c. propoſuiſti. 19. extr. de for. compet. l. iubemus. 29. §. quæ in poſterum. C. de teſtam. & in c. 2. Ant. de Butr. num. vlt. Anchar. num. 4. ext. de conſtit. Gemi-*

*nian. c. quanquam. num. 7. in fin. de cenſib. in 6.* *Quam limitationem etiam* COMMVNIS *Doctorum ſchola amplectitur Aug. Bero. d. c. 2. num. 13. ext. de conſtit. Fr. Viu.d. verſ. Statutum prohibens.*

20 *num. 6. & 7.* Etſi † vero Aug. Bero. *d. c. 2. num. 12. 13. 14. & 15.* conetur reſpondere ad fundamenta iam adducta, quaſi d. l. cenſor. ff. de publican. ſolummodo locum habeat, quando caſu fortuito vehens eſt impeditus, quominus iter ſuum abſolueret: & deinde initium tum demum ſpectandũ eſſe, quando neceſſario non autem voluntarie conſequens cum initio cohæret. *per Bart. l. nec ſi maior. num. vlt. C. ſi in commun. ead. cauſſ. in integr. reſtit. poſtul.* tamen hiſce reſponſionibus tantum virium non ſubeſſe puto, vt COMMVNEM opinionem labefactent. Cum enim ipſe text. in d. l. cenſor. 15. non in reiectione ventorum tempeſtatiſq́; impetu facta principaliter ſe fundet, ſed in initio itineris ſuſcepti, vt verba finalia aperte oſtendunt: ideo iſta reſponſio non eſt curanda: quemadmodum nec altera cum Bart. *d. l. nec ſi maior. num. vlt.* nihil alleget, & contrarium probetur *per l. 1. §. vnde quærit Ofilius ff. de exercit. act. l. 1. §. idem Pomponius. 10. ff. depoſ. ſiquidem pactum cuſtodiæ mandato adiectum fuit, non neceſſario ſed voluntarie.* Similiter contra Beroium adduci poteſt deciſio ipſiuſmet Bart. *in l. cætera. 43. §. ſed ſi parauit. num. 3. ff. de legat. 1.* de ſtudioſo qui ab initio ſui vſus cauſſa frumentũ emit, & poſtea mutata voluntate abiens vendit: nitentis hac ratione, quod initium ſit ſpectandum: *quam deciſionem in d. §. ſed ſi parauit. Io. de Imol. num. 10. Iaſ. num. 16. ſequuntur. & Alberic. de Roſat. part. 2. ſtatutor. quæſt. 206. Rip. conſ. 91. incip. Triumuirantes. num. 3. Vigl. Zuich. l. 2. num. 14. ff. ſi cert. pet. &* COMMVNEM *perhibet Clarus d. quæſt. 82. ſtat. 7. num. 5.*

21 Secundò limitatur † iſtud ſtatutum, vt non complectatur eum, qui ſui vſus cauſſa frumentum exportat. *l. ſi publicanus. 4. §. de rebus. ff. de publican. l. in leg. 203. ff. de verb. ſignif. l. vniuerſi. 5. C. de vectig. & commiſſ. Bald. d. l. cum proponas. nu. 10. C. de naut. fæn. Bart. d. l. cætera. 43. §. ſed & ſi quis ad opus. nu. 4. ff. de leg. 1. Hippol. de Marſil. ſing. 86. incip. ſtatutum ſit à Principe. Petr. Gerard. ſing. 100. num. 28. Paul. Orian. l. 1. num. 59. Sebaſt-*

*baſt. Sap. num. 76. ff. de offic. eius cui mand. Fr. Marc. deciſ. 287. part. 2. & eſt* COMMVNIS *opinio. Iaſ. d. §. ſed & ſi quis ad opus. num. 7. Alciat. d. l. in cenſoria. num. 26. Eman. Soarez. in theſaur. commun. opin. lit. F. num. 367.* licet in Hiſpania aliter obſeruetur *Clar. d. quæſt. 82. ſtat. 7. num. 4.*

22 Tertiò limitatur † iſtud ſtatutum, vt non pertineat ad eos, qui tranſeuntes prouinciam in qua talis prohibitio facta eſt, frumentum alibi emtũ vt importarunt, ita rurſum impunè exportant. *l. ſi quis poſt hanc. 6. in fi. & Iac. de Aren. Cyn. & Salic. C. de ædific. priuat. & arg. d. l. cætera. 43. §. ſed & ſi quis ad opus. vbi Bart. nu. 4. Ang. nu. 1. Alex. nu. 8. Caſtr. nu. 3. Iaſ. nu. 21. ff. de leg. 1. Alex. conſil. 86. incip. Viſa. inquiſitione. nu. 2. cum ſeqq. vol. 4. Anchar. c. 1. num. 2. ext. de cleric. non reſid. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de conſtitut. ſub. num. 8. Phil. Dec. conſil. 552. incip. Viſo eleganti. conſil. num. 6. Ruin. conſ. 112. incip. Circa primum dubium. num. 5. vol. 5. Hippol. de Marſil. l. in fin. num. 157. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & in tract. Bannitor. verb. Facti. num. 31. Henr. de Bouer. ſing. 55. verb. ſtatutum. num. 6. Barth. de Capu. ſing. 98. Et hæc ſententia eſt* COMMVNIS. *Iaſ. d. num. 21. Franc. Viuius in commun. opin. d. verſ. ſtatutum prohibens. num. 11. Eman. Soar. lit. F. num. 368. Barth. Ghit. in conſ. ſuo quod eſt inter diuerſorum criminalia conſil. 160. incip. Diuino inuocato ſuffragio, quamuis in cauſſa magiſtri. num. 15. vol. 1.*

23 Quartò † limitatur, vt huius ſtatuti pœna ordinaria non plectatur, qui frumentum extra fines ſtatuentium nondum portauit, ſed adhuc intra territorium cum eo deprehenditur: eum enim mitius puniendum eſſe *per l. ſi fugitiui. 3. C. de ſeru. fugit. iuncta l. ſi quis aliquid. 38. §. transfugæ. ff. de pœn.* tradit Io. Andr. *in addition. ad Speculat. d. tit. de conſtit. num. 8.* & *per l. 1. §. fin. ff. de extraord. crimin.* Bald. *in d. l. ſi fugitiui. 3. num. 5.* accedit ratio, quod ſtatutum videatur requirere rem perfectam, dicendo ſi quis portauerit frumentum extra territorium, puniatur ita vel ita: in quibus verbis factum abſolutum requirentibus, cum nulla ſit obſcuritas, ideo ab ijs non erit recedendum. *l. ille aut ille. 25. ff. de legat. 3. Albert. de Gandin. tract. maleſic. d. rubr. 36. num. vlt.* neq; peccauit contra il-

lud niſi re ipſa fuerit egreſſus. *l. arboribus. 12. §. Iulianus. ff. de vſufr. Io. de Amic. conſil. 75. incip. Super dubio vertente. num. 13. Fr. Marc. deciſ. 239. part. 2.* Quam limitationem tamen conſuetudo repudiauit, iuxta quam puniuntur ordinaria pœna, etiam qui territorium ſtatuentium non ſunt egreſsi, *Rip. d. tract. de peſt. cap. 5. num. 71. cum ſeqq. Clar. d. quæſt. 82. ſtatut. 7. num. 8.* Ad cuius limitationis declarationem præterea pertinet, ſi frumentum vehens prætendat, ſibi non fuiſſe propoſitum vt exportaret, ſed voluiſſe deferre vel ad molendinum, vel ad ſuam domum: quod tum neceſſe ſit vt iudex conſideret, num in illa parte regionis habitet nec ne, itemq; an ibi ſit molendinum. *Io. Andr. d. loc. & Gandin. d.*
24 *rubr. 56. num. 10.* Quod ſi † frumentum portantes viam rectam non obſeruarent, ſed via inſolita vterentur, præſumtio eſt contra eos, quod voluerint extra regionem contra ſtatutum portare: *Bart. in l. qui fiſcales. 5. per illum text. C. de naucul. lib. 11. Guid. Pap. ſing. 534. num. 2. Anton. Corſet. ſing. 16. verb. Ambaſſiator. num. 2.* quam tamen præſumtionem non admittendam arbitror, quando via recta minus eſſet tuta, & ob periculum vitandum quis inijſſet diuerticulum. *l. tempus. 4. in fin. ff. de vacat. & excuſat. muner. gl. l. non ſolum. 10. §. annus. verb. circuitibus. ff. de excuſat. tutor. Alber. de Roſat. de ſtatut. part. 1.*
25 *quæſt. 55.* Oritur præterea † ſuſpicio contra aurigas ex eo, ſi publicis miniſtris non permittunt res ſuas, quas vehunt, inſpici: imò ob ſolam reſiſtentiam debent acriter puniri. *l. euictiones. 3. & ibi Bart. & Iacob. Rebuff. C. de curſ. publ. lib. 12. Corſet. ſing. 128. verb. Gabella. la. 2.*

26 Quintò limitatur † hoc ſtatutum, vt non complectatur eum, cui ab ijs, qui hoc condiderunt ſtatutum, poteſtas frumenti exportandi eſt conceſſa: *vulg. l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. iur.* Quæ tamen limitatio notabiliter declaratur, vt hæc licentia vltra ſpacium ſeptem dierum, niſi aliud in conceſsione expreſſe dictum ſit, non extendatur: quorum duos habet ad arripiendum iter, cæteros quinque ad iter perficiendum. *text. in l. vnica. & ibi Bart. & Iacob. Rebuff. C. de tractator. & ſtat. lib. 12. Ludou. Roman. ad rubr. ff. de recept. arbitr. verſic. No-*

*ſic. Nono quia licentia. num. 45. in ipſius operibus, ſed in repetitionum volum. num. 62. Ant. Corſet. ſing. 130. verb. Gabella. la. 4.*

27 Sextò limitatur † hoc ſtatutum, vt eius pœnæ non ſubiaceat is, qui frumentum ad molendinum extra territorium exportat, eo animo vt farinam inde confectam ad priſtinum locum reducat. Quia enim huius ſtatuti ratio eſt, ne annonæ charitas augeatur, neue ciuibus ſubtrahatur cibus: hæc autem ratio ceſſat in hoc caſu, igitur merito ceſſat eius diſpoſitio. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patron. l. fin. ff. de hæred. inſtit. c. cum ceſſante ext. de appellat.* Deinde quia quod defertur de vno loco ad alium, intentione reducendi ad priorem, non videtur mutatum. *§. pauonum. verſ. in iis autem. Inſtit. de rer. diuiſ. l. ex facto. 35. §. rerum. ff. de hæred. inſtit. Anchar. Bonon. conſil. 155. incip. Optimis rationibus. num. 10.*

28 Septimò limitatur † in minoribus: qui etſi regulariter ſtatutis indefinite loquentibus ligantur *l. ſine. 32. §. Lucius. ff. de admin tut. Alber. de Roſ. de ſtatut. part. 1. quæſt. 32. num. 2. prout diligentius declarabo Deo volente in tract. de tutel.* tamen huiuſmodi ſtatuto puniente extrahentes frumentum non tenentur: quia in ſtatuto puniente aliquid, quod de iure communi pœnam non meretur, minores non continentur. *c. 2. ext. de delict. puer. Lud. Roman. ſing. 816. incip. Tu audiſti. quod procul dubio voluit allegare Fr. Viuius. d. verſ. ſtatutum prohibens quod non poſſit. in fin. perperam adducens ſing. vlt.* Deinde probatur hæc ſententia ex eo, quod licet dicendum ſit, minores ipſo iure eiuſmodi ſtatuto teneri: tamen ipſis dolo carentibus datur reſtitutio. *l. ſi ex cauſſa. 9. §. ſi in commiſſum. ff. de minor. Fr. Cremenſ. ſing. 30.*

29 Octauò † limitatur, vt hoc ſtatutum ſi de frumento loquatur, ad vinum & alia liquamina, non pertineat. *ita per l. quod vero. 14. ff. de ll. l. vlt. ff. de iur. fiſc. tradit Bald. in l. omnes populi ſub num. 20. ff. de iuſt. & iur. ſequitur Io. Bap. de S. Seuer. in d. l. omnes populi. num. 264.*

30 Nonò † limitatur, vt ſi ſtatutum puniat exportantem etiam amiſsione equi vel aſini, cuius ope frumentum exportat, & ſæpius aliquis cum eodem animali frumentum exportaue-

tauerit, & tandem vel deprehendatur vel conuincatur, non niſi quam ſemel debet animal. *Bart. l. Meuius. 68. §. duorum. num. 23. ff. de legat. 2.*

31 Tertium, cuius † cura magiſtratui incumbit, eſt vt opera detur, quo frumentum quod vel ibi natum eſt, vel aliunde importatum, iuſta ratione cum alijs communicetur. Si enim quis tantum frumenti poſsideat, quo ipſe pro ſuis neceſsitatibus non indigeat, poteſt huic iniungi, vt id quod ſibi ſupereſt, alijs vendat: *Prouerb. 11. verſ. 26. l. 2. ff. de nundin. l. 1. & ibi Cyn. num. 4. & Alberic. de Roſat. num. 1. C. de Epiſcop. aud. Bonifac. de Vital. in tract. Malefic. cap. 23. num. vlt. Ambroſ. de Vignat. c. ſalubriter. num. 155. cum ſeqq. ext. de vſur. Petr. Rauenn. ſing. 607. Ant. de Burg. c. 1. num. 22. ext. de emt. & vendit. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſ. part. 1. quæſt. 6. num. 59. Mynſing. cent. 5. obſer. 27. Ripa in tract. de peſt. cap. 4. num. 188. Schneidvv. §. fin. num. 8. Inſt. de emt. & vendit.* & quidem certo precio, cuius conſtituendi poteſtatem habet magiſtratus: *l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. l. ſi pendentes. 27. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. l. fin. §. item Epiſcopi. ff. de muner. & honor. Bart. l. annonam. 6. ff. de extraord. crimin. Bald. l. 1. num. 2. C. de Epiſcop. aud. Angel. conſil. 351. incip. Generoſus miles, Dominus Luchinus num. 1. Albert. de Gandin. tract. Malefic. rubric. 37. num. 10. Fab. de Monte in tract. de emt. & vendit. quæſt. princip. 5. num. 30. Fr. Marc. deciſ. 290. part. 2. Andr. Fricc. lib. 1. de Republ. cap. 15. & eſt COMMVNIS opinio. Alber. de Roſat. part. 1. ſtatut. quæſt. 69.* ſi modo precium non ſit nimis exiguum, ſed iuſtum & æquum. *l. animalia. 18. in fin. vbi hoc notat Bart. & Iac. Rebuff.*
32 *C. de curſ. public. lib. 12.* Multo minus † concedendum eſt, vt vnus plus quàm quo ad ſe ſuoſq; nutriendos opus habet, emat: *d. l. 1. verſ. ne modum mercandi excedere videantur. vbi Salic. num. vlt. C. de Epiſc. aud. Ang. Aret. §. vlt. num. 5. Inſt. de donat. Hippol. de Marſil. ſing. 441. num. 3. Steph. Ranch. part. 1. concluſ. 73.* neq; vt quis vilius emat, quod poſtea charius vendat. *c. quicunq;. 14. quæſt. 4. Franc. Marc. deciſ. 289. num. 5. part. 2.* alias ſine hac vſuraria intentione, non eſt prohibitum emere frumentum ad hunc finem, vt poſtea rurſum vendatur:

tur: *Io: Man. Riminald. conſil.10. incip. Viſa facti narratione. num. 9. cum ſeqq. vol. 1. artic. 19.* Weichbild. §. Ihr geſetz iſt/ neq; concedendum eſt, vt quis maius precium vendentibus offerat, vt ita alij charius emere cogantur. *l. 3. §. item ſi quis. vbi Bart. num. 1. ff. de crim. ſtellion. Franc. Marc. d. deciſ. 289. num. 2. & 
33 deciſ. 395. Hippol. de Marſil. d. ſingul. 441. in fin.* Huc † præterea pertinet etiam, vt & rerum vendendarum qualitas & quantitas conſideretur. Qualitas, vt ne carnes putres, aut ex animalibus morboſis factæ, diſtrahantur, *d. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. Rip. d. tract. de peſt. cap. 4. num. 146.* Quantitas, vt ne vendentes vtantur menſura aut pondere falſis, id eſt iuſto minoribus: in hac enim hominum πλεονεξίᾳ non puto facile euenturum, vt quis vendat res ſuas ad menſuras ſolitis maiores, *de cuiuſmodi facti ſpecie conſuluit Bald. conſil. 155. incip. Quæritur ecce venditores carnium. volu. 1.* Qui igi-
34 tur † ſtateris adulterinis vtuntur, lege Cornelia de falſis tenentur: *l. annonam. 6. §. onerant. ff. de extraord. crimin. l. pen. §. ſi venditor. ff. ad l. Cornel. de falſ.* & aliquando relegantur: *d. §. onerant. in fin.* aliquando extra ordinem puniuntur: *l. in dardanarios. 37. ff. de pœn* & propterea pœna videtur iudicis arbitrio commiſſa. *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 317. quibus conſentit conſtitutio Caroli V.* in der Peinlichen Halßgerichts ordnung/ *cap. 113.* aliquando vero cum agitur ciuiliter, in duplum. *d. §. ſi venditor. Nic. Belton. conſil. 43. incip. Quatuor proponuntur. num. vlt. Plot. l. ſi quando. num. 724. C. vnd. vi. vel iuxta Colonienſ. edit. in tract. de in lit. iur. §. 43. num. 18.* De iure autem Canonico per triginta dies in pane & aqua pœnitere iubentur. *c. 2. vbi omnino Anton. de Burg. ext. de emt. & vendit.* In terris vero in quibus viget ius Saxonicum, hactenus ſolitum fuit hæc iura ad vſum ita transferre, vt ſi ciuiliter actum fuerit, reus conuictus aut confeſſus duplum actori læſo reddat: Sin criminaliter agatur, diſtinguatur num ipſe falſas menſuras fecerit, an vero ab alio factis, ſcienter vſus fuerit. Quod ſi ipſe fecit, tum fuſtigatur wird mit Ruten außgeſtrichen/ *artic. 43.* Weichbild/ *Zobel. lib. 2.* Landtr. *artic. 13. lit. G.* ſin verò ipſe non fecit, ſed ſcienter ijs ſolummodo vſus eſt, tum pœna pecuniaria mulctatur, vel etiam ex loco illo ad tempus rele-

relegatur, *Chil. König in tract. poſt proceſſum*, Von allerley leiblichen ſtraffen vnd peenen / *tit.* Von der peen falſches maſſes vnd gewichtes, *idemq́ traditur poſt* Landtrecht *in tract.* Von wetten vnd buſſen / *tit.* Falſch gewicht vnd maß / *preceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec in addition. ad Schneidevv. §. fin. num. penult. Inſtit. de emt. & vendit. ac ita pronunciarunt Scabini Lipſenſes in ſententijs quæ adiectæ ſunt ad finem* Landrecht *tit.* Von falſchen gewicht vnd maß / Scienter autem falſa menſura aut pondere eum vſum eſſe oportuit, quia ſine fraude & dolo delictum patrari non dicitur. *l. aliud. 13 : verſ. fraus ipſa noxia dicitur. ff. de verb. ſignif. l. qui iniuriæ. 53. in pr. ff. de furt.* adeo quidem vt in criminalibus lata culpa dolo, non, ceu in ciuilibus, æquiparetur. *l. in lege. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* ideo qui falſa menſura aut pondere inſcienter vſus eſt, non tenetur: *ita rurſum pronunciatum hactenus fuiſſe patet ex ſententijs quæ ſubiectæ ſunt illi parti iuris Saxonici, quæ dicitur* Weichbild / *tit.* Von falſcher müntz / gewicht vnd andern / §. vnd wo der jenige / dauon

35 jhr weiter fraget. Hæc autem † cura rerum ad victum pertinentium, non tantum pertinet ad præfectum vrbi, *d. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrb.* aut ſecundum iuris Saxonici diſpoſitionem, ad conſules cuiuſque vrbis *d. art. 19.* Weichbildt / etiam eos qui aliàs nullam cohercionem habent, *Zobell. d. art. 13. lib. 2.* Landtrecht. *ſub lit. G.* ſed etiam ad magiſtratum Eccleſiaſticum. *cap. 1. ext. de emt. & vendit. l. 1. C. de Epiſcop. aud. Ambr. de Vign. d. c. ſalubriter. num. 161. vbi de COMMVNI atteſtatur. ext. de vſur.*

36 Quartum præceptum † ſubminiſtrant formica, ad cuius ſedulitatē imitandam omnes ablegat Salomon *in prouerb. cap. 6. verſ. 6. cum ſeqq.* & apes quæ vt Maro canit: Venturæq́; hiemis memores, æſtate laborem experiuntur, & in medium quæſita reponunt: vt nimirum magiſtratus & pacis & vbertatis tempore ceu in æſtate ſibi & ſuis ciuilibus proſpiciant, vt tam in bello quàm in ſterilitate habeant, de quo viuant. *Franc. Marc. deciſ. 40. in pr. part. 2.* Veriſsimum enim eſt, quod ſcribit Fl. Veget. *lib. 3. de re milit. cap. 3. in pr.* reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri: pabulatio & an-

nona

nona in neceſsitate, remedium non habent, niſi ante condi-antur: Vnde omnes Rerumpublicarum adminiſtratores ſequi debent exemplum Ioſephi, *Geneſ. cap. 41. verſ. 33. cum ſeqq.* Ioſaphati, *2. Paralip. cap. 17. verſ. 12. cum ſeq.* Hiskiæ, *2. Paralip. 32. verſ. 28.* & aliorum, quorum hiſtorias recenſere hic locus non patitur: multo minus tradere rationem quomodo & vbi frumentum à putredine alijsque calamitatibus tutum conſeruetur. *Fr. Patrit. lib. 3. de inſtit. Reip. tit. 11. in fin.*
37 Neque verò † putet quis quaſi in ea ſim opinione vt ſumtuum hanc ad rem faciendorum neceſsitas ſoli magiſtratui incumbat: Poteſt enim ciuibus imponi ſuperindictum ad emendum frumentum & alia neceſſaria tam in vſum ſuum quàm militum aut aliorum Reipubl. operam præſtantium *l. quoties, ibiq; Bart. num. 1. C. vt nem. lic. in emt. Spec. lib. X. Bald. conſil. 406. incip. Lata fuit ſententia. vol. 5. Hier. Præuit. in tract. de peſte part. 5. cap. 8. Martin. Laudenſ. tract. de Fiſc. quæſt. 118. Franc. Lucan. in tract. de priuil. fiſc. part. 3. §. 1. num. 5. Iacob. Rebuff. in l. diurnos. num. 3. C. de frument. Alexandr. lib. XI. Fr. Marc. in deciſ.*
38 *542. part. 1. & deciſ. 40. num. 2. part. 2.* Multo † magis poterunt ciues diuites cogi ad pecuniam mutuo dandam magiſtratui, in neceſsitatibus rei frumentariæ aut alijs conſtituto. *Rip. de peſt. cap. 4. num. 185. Fern. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controuerſ. c. 6. num. 7. cum ſeq. & in tract. de ſucceſſ. lib. 1. §. 6. num. 21. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 5. num. 18. & omnino Laur. Kirchou. in commun. opin. centur. 5. concluſ. 45. verſic. Magiſtratus. ſubyciens ſe ita de iure reſpondiſſe.* Atque hiſce oneribus ciues ita alligantur, vt
39 nullus † eorum prætextu alicuius priuilegij ſe excuſare queat. *rubr. & nigr. d. tit. C. vt nemin. lic. in emt. Spec. ſe excuſ. lib. 10. Rip. in d. cap. 4. num. 182.* quod tamen notabiliter declaratur, vt verum ſit de priuilegijs ex mera liberalitate, non verò ex contractu, conuentione aut pacto conceſsis. *Io. Bapt. de S. Seuerin. l. omnes populi. num. 181. cum ſeq. ff. de iuſt. & iur. quam diſtinctionem eiusq; vſum vlterius declarabo* D E o *volente in tract. de*
40 *de priuil.* Huic rei † plurimum etiam conducet, ſi quilibet ciuis certum numerum modiorum frumenti pro ſuo ſuorumque vſu quotannis ſibi comparet: quod vt fiat magiſtratus

tus iubere poteſt. *d. l. quoties. ibiq́; Odofred. C. vt nem. lic. in emt. Spec. lib. X. Salic. l. 1. num. 3. C. de Epiſcop. aud. Angel. Aret. §. vlt. num. 2. Inſtit. de donat. Steph. Ranchin. concluſ. 72. in fin. part. 1. Schneidvv. §. vlt. num. 10. de emt. & vendit.*

41 Quintum præceptum † ſimiliter nobis ſuggerunt apes, quæ vt idem Maro canit, Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent. Quantopere enim Rerumpublicarum gubernatoribus cauendum ſit, vt ne ocioſi homines tolerentur, luculenter & erudité tractant Andr. Fric. *lib. 1. de Repub. emend. cap. 1. & lib. 2. cap. 12.* ac Io. Ferr. Montan. *lib. 1. de Republ. bene inſtit. cap. 5. & lib. 7. cap. 7.* Quorum rationibus, in quibus principem locum obtinet ſacrarum literarum auctoritas, *Geneſ. 3. verſ. 19. Pſalm. 128. verſ. 2. ducto ibi argumento à contrario ſenſu. item 2. Theſſal. 3. verſ. 10. in cæteris rationibus deſcribendis operam & chartam nolo abſumere*, accedunt egregia exempla eorum, qui cum laude & plurimorum emolumento Rempubl. præclare geſſerunt. Ita enim ſcribit Herodot. *lib. 2. in fin. Amaſis rex legem hanc apud Aegyptios condidit, vt ſinguli eorum quotannis apud prouinciarum præſides demonſtrarent, vnde viuerent: & qui aut hoc non faceret, aut non demonſtraret ſe legitime viuere, is morte afficeretur. Quam legem Solon ab Aegyptijs mutuatus, Athenienſibus tulit, quam illi quod ſit caſtiſſima, (in græco, ἀμώμῳ) aſſiduè vſurpant.* A Dracone Athenienſibus eandem legem datam eſſe, vt ocij conuicti interficerentur refert ex Plutarch. in Solon. Pardul. Prateius *lib. 1. vet. iuriſprud. cap. 3.* quam tamen aſperitatem aliquo modo mitigauit Solon, ſanciens eum, qui ocia ſectatur, omnibus accuſare volentib. obnoxium & conuictum infamem eſſe, *Pardul. Prat. lib. 2. vet. iuriſprud. cap. 7.* ſi ſcilicet nihilominus oſtendere poſſet vnde ſuam ſuorumq́; vitam ſuſtentaret: quod ſi facere non poſſet, tum demum conuicto mortis pœnam imponi. *Prat. d. lib. 2. veter. iuriſprud. cap. 45.* Quæ animaduerſio apud Athenienſes fuit Areopagitis peculiariter demandata. *Valer. Maxim. lib. 2. cap. 1. iuxta veterem diſtinctionem, ſed in nouiſſima Stephani Pighij editione habetur in cap. 6. num. 3. & 4. Prat. d. lib. 2. vet. iuriſprud. cap. 57.* Sic Periandrum apud Corinthios conſilium

ſilium inſtituiſſe, quo non plus inſumere quàm cenſus ferret permitteret, narrat Heraclid. *in tract. de politijs cap. 5. in fin. & ex Diphilo Athenæus lib. 6. cap. 2. Petr. Gregor. lib. 9. Syntagm. cap. 19. num. 13.* Similem legem Sardis viguiſſe tradit Aelian. *lib. 4. var. hiſtor. cap. 1.* Sic apud Lacedæmonas ignaui infamia notati fuerunt, vt eos nemo vel in idem contubernium admitteret, vel in luctis ſe cum ipſis exerceret. *Xenophon in lib. de Repub. Lacedæm. in med. mihi fol. 541. Nic. Crag. in eod. tract. lib. 3. tab. 7. inſtit. 12.* Quo etiam non immerito referri poteſt exemplum Piſiſtrati de ſuo materiam laborandi ſuppeditantis potius quàm ocio ciuium conniuentis, *Ælian. lib. 9. var. hiſtor. cap. 25.* Quorum veſtigijs ſapientiſsimus ille Imperator Carolus V. inclytæ recordationis, laudabiliter inſiſtens ſuffragante omnium Imperij procerum ſenatu, in Comitijs Auguſtanis anno M D X X X. conſtituit de Iudæis, vt ij non niſi aliquo honeſto artificio victum quærentes tollerarentur, *ſub tit.* Von Jüden vnd jhrem wucher / cuius conſtitutionis hæc ſunt verba / Setzen ordnen vnd wollen wir / das die Jüden / ſo wuchern / von niemandts im Heiligen Reich gehauſet / gehalten / oder gehandhabet werden / das auch dieſelben im Reich weder fried noch geleidt haben / vnd jhnen an keinen gerichten / vmb ſolche ſchulden / mit was ſchein der wucher bedeckt / geholffen / Damit ſie aber dennoch jhr leibs narung haben mügen / wer dann Jüden bey jhm leiden will / der ſol ſie doch dermaſſen bey jhm halten / das ſie ſich des wuchers / vnd verbotene wucherliche kauff enthalten / vnd mit ziemlicher hantierung vnnd handarbeit ernehren etc. Eò etiam ſpectat, quod idem Imperator anno M D X L V I I I. iterum Auguſtæ in Comitijs in Reformation guter Policey *ſub tit.* Von Bettlern vnd Müſſiggengern / prudentiſsime ſanxit / das der Bettler Kinder / ſo ſie jhr brot zu verdienen geſchickt ſein / von jhnen angenommen / vnd zu den handwercken / oder ſonſt zu dienſten geweiſt werden / damit ſie nicht für vnd für dem betlen anhangen.

Etſi igitur negari non poteſt à Deo opt. max. nobis obtingere frumentum, & alia quæ huius vitæ vſus poſtulat, *Pſalm. 136. verſ. pen. & 147. verſ. 14. cum multis ſimilibus*: ac

proinde pijs precibus annonæ vbertatem plurimum iuuari: quia tamen ad Theologiæ non iuris profeſsionem ea tractatio pertinet, & nihilominus ab omnibus exigitur, vt quilibet in ſua vocatione ſuis proſpiciat quantum poteſt: *1. Timoth. 5. 8.* ideo eorum qui Reipubl. gubernacula tenent, erit, etiam hac in parte prudentiam adhibere & circumſpectionem. Quæ cum in quinq; hactenus allatis præceptis præcipuè conſiſtat: hiſq; cætera quæ vlterius dici poſſent, ac ab alijs, *vt Ripa in tract. de peſt. cap. 4. & 5.* copioſius tractata ſunt, includere non ſit difficile: accedo ad alteram huius capitis partem, ſupr. num. 4. indicatam, oſtenſurus quænam ſint perſonæ, quarum inopiæ magiſtratum peculiariter ſuccur-
42 rere conuenit: & ſane † vno nomine dici poſſunt egeni & pauperes, qui neque ſibijpſis poſſunt proſpicere neq; vllos habent conſanguineos diuites, à quibus vitæ ſubſidium queant exigere *l. 1. §. ſed ſcimus. C. de lat. libert. toll. Rauenn. ſing. 249. l. 2. ibiq; Bart. & Iac. Rebuff. C. de annon. ciuil. lib. XI. l. 2. vbi idem Iac. Rebuff. num. 3. C. de frument. Alex. eod. lib.* Quibus textibus accedit ratio: quando quis moritur, qui nullum relinquit agnatum vel cognatum, tum eius bona vtpote vacantia tandem pertinent ad fiſcum. *l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. lib. X.* Si igitur hoc caſu commodum hæreditatis ad fiſcum magiſtratus pertinet: ratio expoſcit vt eodem caſu etiam onus alimentorum ad eundem ſpectet. *l. ſecundum naturam. 10. ff. de reg. iur. l. 1. ff. de legit. tut. §. vnic. verſ. quia plerunq; Inſtit. de legit. patr. tut. Iac. Rick. de vnion. prol. cap. 6. nu. 8. iunctis ijs quæ dixi ſupr. cap. 8. num. 13. & cap. 9. num. 28.* Ad
43 quam claſſem cum ſine omni dubio referri oporteat † infantes expoſitos, quorum parentes & cognati ignorantur: ideo eorum nutritio magiſtratui loci in quo inueniuntur incumbit. *l. ſancimus. 19. C. de S. S. Eccleſ. l. orphanotrophos. 31. C. de Epiſc. & cleric. Nouell. 131. cap. vlt. Catell. Cott. verb. Orphanotrophium. Petr. Gregor. lib. 15. Syntagm. cap. 28. num. 4.* atq; ita pronunciatum fuiſſe ſcio. Quod vt à nemine facile in contro-
44 uerſiam vocatum iri puto, ita ſilentio † præterire non decet, quid iuris ſit, ſi loci, in quo infans repertus fuit, iuriſdi-
ctionis

ctionis alia ſpecies ad alium pertineat, verbi cauſſa. Titius ibi habet ſuperiorem iurisdictionem, die ober oder halßgerichte / Mæuius vero tantum ſimplicem, vulgo die Nider oder Erbgerichte / de qua diſtinctione videri poteſt conſtitutio Electoris Auguſti inclytæ recordationis ſub tit. was zu ober/ Nider oder Erbgericht gehöret / *& Eberh. Speckhan quæſt. 90. Centur. 1.* Et vt ſine ambagibus reſpondeam, verius puto, hoc onus redundare ad eum, qui habet ſuperiorem iuriſdictionem die obergerichte: cum enim ad eam in prædicta Electorali conſtitutione referatur hominum furioſorum cura, Vnſinnige leute durch die freunde oder aus Richterlichem ampt zu vorwahren laſſen/ & rationem diuerſitatis, quo ad hãc præſentem quæſtionem, vix aut ne vix quidem quis queat comminiſci: ideo idem ſtatuendum arbitror: atq; ita vſu obſeruatum in aula fuiſſe, refert vſu & doctrina præſtantiſsimus vir D. Daniel Moller. *lib. 4. Semeſtr. cap. vlt.* Huic argumento ſuffragatur præterea, quod pupillis proſpiciant de tutoribus (quorum officium inter alia requirit pupillo alimenta conſtituere. *§. ſi quis tutor. Inſt. de ſuſpect. tut.*) non qui habent inferiorem, ſed ſuperiorem iuriſdictionem. *Zobell. lib. 1.* Landtrecht. *artic. 21. lit. C. præceptor & ſocer meus colendus D. Matth. VVeſenb. §. ſed ex his. num. 4. Inſtit. de Attil. tut. in nouiſſ. editione.* Deniq; confirmatur, quod horum alimentorum pauperibus præſtandorum onere grauetur is, cui, nullis defuncti agnatis extantibus, debentur res expeditoriæ das Heergewette/ & nullis fœminis ex linea materna defunctæ extantibus, vtenſilia die gerade, imo tota hæreditas, ſi nemo ſit, qui defunctum aut defunctam cognatione attingat. *gl.* Weichbildt *artic. 59. ibi* / Vnd auch ſo ſoll der Richter von der Gerad/ vnd von dem Heergewett/ das jhm alſo geantwortet wird/ nach dem dreiſigſten / arme leute ſpeiſen / Er ſol auch den gemeinen nutz davon beſchirmen / Er ſoll auch tohren/ vnuernünfftige leute/ vnd leute die niemandts haben dauon halten / Sed iſtæ res debentur tantummodo habenti ſupremam iurisdictionem, non vero inferiorem, *textus eſt in d. artic. 59.* Weichbildt, *& Zobell in addit. ad lib. 1.* Landtrecht *artic. 28. lit. B.* Ergo,

45 go &c. Similiter proſpiciendum † eſt ſenibus, debilibus &alijs qui vel propter ætatem decrepitam vel morbos ſibi victum acquirere nequeunt. *d. l. orphanotrophos.* quod cum ab Hadriano Imp. Chriſtianæ religionis ignaro factum eſſe ſcribat Spartian: *in ipſius vita,* probroſum futurum eſſet magiſtratibus religionem Chriſtianam profitentibus concedere, ſe à Principe Ethnico beneficentia in pauperes vinci, cum de Saluatoris noſtri & præcepto, *Luc. 6. verſ. 32. cum ſeqq.* & indubitatæ remunerationis promiſsione, *Matth. 10. verſ. vlt. & cap. 25. verſ. 35. cum ſeqq. Marc. 9. verſ. 41. 2. Corinth. 8.* certo conſtet. Veruntamen quia Apoſtolus *d. cap. 8. verſ. 13.* præcipit, vt ne ita alijs largiamur, vt nobis inde creetur afflictio, ac præclare Ennius *apud Cic. lib. 2. offic.* Benefacta malè locata, malefacta arbitratur: ideo inprimis animaduertere de-
46 bemus, in quoſnam beneficia conferamus. Ijs autem † ſuccurrere debemus, qui neque in ſuis bonis habent, de quo viuant, neque cognatos quoſdam mediocribus facultatibus præditos, neque earum ſunt virium, vt ipſi ſibi de neceſſarijs poſsint proſpicere. Si enim pater non obſtringitur filio, ſibi ad victum comparandum idoneo, alimenta præbere, *vt ſ. cap. 2. num. 78. cum ſeqq. dixi;* multò minus obſtrictus erit magiſtratus: cui argumento accedit au-
47 ctoritas ſacrarum literarum *1. Timoth. 5. 16.* Quod ſi † de alicuius ſumma neceſsitate conſtet, eleemoſynam propterea ſolummodo quod ſit infidelis & à religione Chriſtiana alienus, denegandam ei non puto. *c. quieſcamus. verſ. ſi verò pro nutrimento. diſtinct. 42. c. ſi cupis. 5. verſ. excepta eleemoſyna. 16. q. 1. Oldrad. conſil. 264. incip. Illa videtur probabilior. nu. 2. Petr. Royz. deciſ. Lituan. 5. num. 319. cum ſeq.* præter quæ iura longe magis mouet Saluatoris noſtri auctoritas *Luc. 10. verſ. 30. cum ſeqq.*
48 Sic † & excommunicatis egenis debemus ſubuenire. *c. quoniam multos. 103. in fin. & ibi gl. 11. q. 3. c. quam pio & ibi. gl. verb. ne-*
49 *gabantur. 1 q. 2. Franc. Marc. deciſ. 887. part. 2.* Interim † non negarim ſi non ſit facultas ſuccurrendi omnibus, ſatius erit religionem Chriſtianam profitenti quàm infideli opem ferre. *Galat. 6. verſ. 10. c. non ſatis eſt. 14. §. perfecta. & ibi gl. verb. do-*
50 *meſticos. diſtinct. 86.* Econtra qui tantum † habent virium, vt ſemet

ſemet poſsint alere, & nihilominus ægritudinem aliquam ſimulantes mendicent, ijs pœna potius imponi quàm eleemoſyna dari debet. *Amanell. de Clariſaq. ſing. 248.* Qui enim à priuato huius rei conuincuntur, ſi ingenui nati ſunt, vt coloni perpetuo actori addicuntur: ſin ſeruilis ſint conditionis, perdit dominium dominus, & acquiritur eos conuincenti. *l. vnic. & ibi Luc. de Penn. C. de mendic. valid. lib. XI. c. diaconi. 23. §. nunc autem cum ſeqq. diſtinct. 93. Panorm. conſil. 55. incip. In quæſtione quæ vertitur. num. 2. vol. 1. gl. lat. vlt. lib. 1.* Landtrecht / *artic. 4.* Qui verò conuincuntur à publica perſona vel officiali, ex ciuitate expelluntur, vel etiam in opus publicum damnantur. *§. ſi verò vitæ occaſione. in Auth. de quæſtor. collat. 6. Panorm. c. indicatum. 3. num. 2. ext. de immun. Eccleſ. Franc. Marc. deciſ. 435. num. 2. part. 2.* Quod ſi vero vel colore aliquo vel herbis aut medicamentis morbi infirmitatiſue alicuius ſpeciem fingere conentur, pœna falſi afficiendi ſunt. *Lap. alleg. 18. vbi late in addition. Quintil. Mandoſ. Hier. Prauet. in tract. de peſt. part. 5. cap. 14. num. 2.* Quibus omnibus addi debent ſanctiones Caroli V. renouantis priores legum pœnas in Comitijs Auguſtanis anno M. D. XLVIII. *tit.* Von Bettlern vnd Müſſiggengern *in verſ.* Vnd ſo darüber ſolche ſtarcke Bettler befunden / Sollen dieſelben vermöge der Recht / oder ſunſt / gebürlich geſtrafft werden / andern zu abſchew vnd exempel / & Electorum Saxoniæ Erneſti, Mauricij ac Auguſti, &c. quæ in prima parte conſtitutionum habentur. Vt igitur ita, à validis mendi-
1 cantibus pœnæ ſumantur per † magiſtratum, rationi & publicæ tranquillitati magis conuenit, quàm vt, iuxta græcum verſum, eis dare quidem panem debeamus, ſed inſuper quaſi pro obſonio pugnum impingere liceat: *quem verſum recitat Marc. Ant. Muret. lib. 13. var. lect. cap. 4.* Non enim eſt ſingulis concedendum quod per magiſtratum publicè poſsit fieri, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. *l. non eſt ſingulis. 176. ff. de reg. iur.* præſertim cum non ſit veriſimile, quod nebulones iſti hanc velint muſsitare iniuriam. Deinde nec
2 † illorum neceſsitatibus ſubuenire par eſt qui bona ſua dilapidarunt, aut alias ſua culpa ad paupertatem redacti ſunt.

*l. ſi mulier. 21. in pr. verſ. ceſſat edictum. ff. quod met. cauſ. late Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. bona. num. 5. & 6. C. de reuocand. donat.*
53 In quorum † numerum tamen neutiquam referre decet eos, qui ob veritatis Chriſtianæ conſtantẽ confeſsionem a facultatib. ſuis ſunt excluſi. Quomodo enim quod ex verbi diuini præſcripto factum eſt, apud bonos pœnam poterit mereri? *arg. auth. habita. verſic. dignum namq́. C. ne fil. pro patr. & huc accommodari aliquo modo poſſunt, quæ adducit Geminian. in c. ſi pater.*
54 *in princ. num. vlt. de teſtament. in 6.* Sic † neque inter publicis alimentis indignos referri debent ij, qui ob munificentiam in Rempublicam patrimonium exhauſerunt ſuum: ſed eos ex publico ali debere iurá volunt, *l. decurionibus. 8. ff. de decurion. Andr. Gail. lib. 2. obſer. cap. 56. num. 7. quò ſpectat etiam indignatio Syracidis cap. 27. verſ. 2.* eorumq́ue vxorem & liberos: *l. 1. C. de annon. ciuil. lib. XI.* hi enim ſi fame torqueantur, marito & patri proſpectum eſſe dici non poteſt. *l. iſti 8. in fin. ff. quod met. cauſſ.* idq́ue Senatus Romanus decreuit in Attilij Reguli familia, *teſte Valer. Maxim. lib. 4. cap. 4.* & ſapientiſſimė ſanxit Solon, eos qui prælijs occubuiſſent, præmijs eſſe illuſtrandos: ipſorum autem filios ex publico nutriendos erudiendoſq́ue. *Diogen. Laërt. in vita Solonis, iuxta Henrici Stephani editionem pag. 19. Pardulph. Prat. lib. 2. veter. iuriſprud. cap. 39. & 82.* In quem finem apud Athenienſes Prytaneium conſtitutum fuiſſe credibile eſt, *Æmilius Probus in vita Ariſtidis, in fine, Brechæus l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignif. Carol. Sigon. lib. 2. de Repub. Athen. cap. 4. poſt med.* Quamuis autem hic locus latiſsimum de Eleemoſynis in pauperes erogandis dicendi campum det: quia tamen potius ad Theologos huius argumenti explicatio pertinet, ideo eam ego omitto: de eorum, qui præſunt pauperibus & alimenta ex magiſtratuum iuſſu præſtant, officio, videri poteſt conſtitutio Electoralis Auguſti *ſub tit.* Von den Hoſpitalen/ *Ferrar. Montan. de Republ. bene inſtit. lib. 7. cap. 6. Andr. Fric. de emend. Republ. lib. 1. cap. 18.* Neque etiam diu inhærendum arbitror in alimentorum vel domi vel peregre operam Reipub. nauantibus debitorum tractatione: cum conuentio quid ipſis debeatur ſit oſtenſura,

*qua*

55 *qua de re dictum fuit ſupra cap. 13.* Illud extra omnem † dubitationem poſitum puto, miniſtris Eccleſiarum & ſcholarum de neceſſarijs ante omnia proſpici debere: id quod & ſacris litteris & æquitati eſt conſentaneũ. *2. Paralip. 31. verſ. 4. Matth. cap. 10. verſ. 10. 1. Corinth. 9. verſ. 7. cum ſeqq. Cord. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. num. 27. ff. de lib. agnoſc.* & poſſunt ea quæ ad huius vitæ ſuſtentationem requiruntur accipi etiam à paganis, ſi ijs Euangelium annuncietur. *c. quam ſit. 10. & ibi Ant. de Butr. num. 3. extr. de Iudæis.* Neutrum enim ferendum eſt, vt vel omiſſa officij ſui cura res terrenas curent: *Actor. 6. verſ. 2. Roman. conſil. 344. incip. In caſu propoſita. num. 4.* vel panem mendicando colligant. *c. diaconi. 23. §. nunc autem. verſ. mendicat infelix. diſtinct. 93. latè Gaſp. Calder. conſil. 1. incip. An liceat clerico. ſub tit. de vit. & honeſt. cleric.*

56 Sic eorum inopiæ † ſubueniendum eſt, qui multis annis docuerunt in Eccleſia, & poſtea ſenio confecti huic muneri amplius præeſſe non poſſunt: cum enim eos aliàs duplici honore dignos eſſe cenſeat Apoſtolus *1. Timoth. 5. verſ. 17.* multo minus conuenit, vt eos viribus exhauſtos deſeramus accedente inſuper egeſtate, quæ etiam ſola nos ad commiſerationem & opem impertiendam permouere debet. *1. Ioan. 3. verſ. 17. c. paſce. diſtinct. 86. iunctis ijs quæ dixi ſupra hoc cap. num. 45.* Quò præterea accommodari poſſunt ea, quæ de præceptoribus in medium attuli ſupra *cap. num. 31. cum ſeqq. vſq; ad num. 39.* Merito igitur laudem meretur pientiſsimi Principis Auguſti Electoris Saxonici, &c. inclytæ recordationis liberalitas, qui tonnam auri in hunc vſum conſtituit, vt ex eius reditibus annuis alantur Eccleſiarum & ſcholarum miniſtrorum viduæ ac liberi pauperes: exemplo certè laudabili & ad poſteros commemorando. Hactenus autem dicta non ita accipienda ſunt, quaſi ad ſolos ſeculares Principes pertineant, non etiam ad Eccleſiaſticos.

57 Epiſcopo † enim & cæteris prælatis inprimis incumbit pauperum inopiam ſuis copijs ſubleuare: *l. 2. verſ. ſi quid enim parſimonia. C. de Epiſcop. & cleric. c. 1. diſtinct. 82. c. gloria Epiſcopi. 12. q. 2. Anchar. Bonon. conſil. 129. incip. Super primo dubio. num. 5. Crauett. de antiq. temp. part. 4. §. Circa præmiſſa. num. 11. cum*

*aliјs quæ congeſſit Bertach. in tractat. de Epiſcop. lib. 4. part. 4.*
58 *num. 2. & 3.* cum bona † Eccleſiarum ſint bona pauperum, *cap. vlt. 16. quæſt. 1. clement. quia contingit. §. vt autem præmiſſa. verſic. & eorum prouentus. de religioſ. domibus. Frideric. Senenſ. conſil. 224. incip. Caſus talis eſt : quadam plebs. num. vltim. & conſil. 281. incip. Factum tale eſt : quidam Stanguolus. num. 2. Hier. Gig. conſil. 116. num. 11. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. num. 5. ff. de liber. agnoſc. Schurpff. conſil. 48. num. 10. Cent. 1.* & alias tempore neceſsitatis bona Eccleſiæ omnibus ſint communia. *cap. expedit. 12. q. 1. Paul. de Caſtr. conſil. 415. incip. In facto præſenti non intendo. num. 2. volu. 1.* Vnde merito laudandus eſt Otho Epiſcopus Pabenbergenſis, qui cum anno Chriſti 1124. ingens eſſet annonæ charitas, & fames vbiq; terrarum creſceret maxima, ſubditis ſuis omnibus fuit liberaliſsimus in eroganda annona, vt nemo ſuorum fame periret: quin etiam exteros maxima liberalitate fouit, aluit & iuuit: *Matth. Caſtrit. lib. 2. de princip. German. virtut. cap. 8. num. 6.* quemadmodum & Nicolaus Epiſcopus Conſtantienſis, qui in ſumma annonæ charitate quotidie ex pia liberalitate ſatiauit eleemoſynis tria millia hominum. *Matth. Caſtrit. d. cap. 8. num. 15.* quod certe eſt exemplum
59 commemoratione digniſsimum. Quæ † pauperum cura ad Prælatos Eccleſiaſticos adeo ſpectat, vt nulla conſuetudine in contrarium obſeruata ob hoc onere poſsint liberari. *Cranett. conſil. 116. num. 2.* Et hinc poteſt ſumi ratio, cur præ-
60 lati † qui tutoribus comparantur, *gl. c. 3. verb. iure minoris ext. de reſtit. in integr.* ex bonis Eccleſiaſticis conſanguineos ſuos pauperes poſsint alere: *c. 1. de cohabit. cleric. & mul. c. non ſatis 14. & ibi. gl. verb. domeſticos. c. eſt probanda. diſtinct. 86. Rip. l. cum bona. num. 4. ff. de priuil. credit. cum aliјs quæ adduxi ſuprà huius libri cap. 9. num. 15.* tutoribus vero in bonis pupilli hæc facultas non permittatur. *Gabr. Sarayn. in annotat. ad Matheſil. ſing. 44. num. 12.* Cum enim bona Eccleſiaſtica pauperum ſint, vt paulo ante probaui, & hoc de pupillorum bonis dici non poſsit: ideo propinquis in pari neceſsitate con-
ſtitu-

ſtitutis magis tenemur ſubuenire quam extraneis. *Alber. de Roſat in d. l. ſi quis a liberis §. ſi impubes. §. a milite. ff. de liber agnoſc.* de qua prælatorum & tutorum comparatione plura dicam DEO volente in tract. de tutel. Peculiare illud eſt in
61 clericis, vt qui † ad ſacros ordines allecti atq; ordinati ſunt, neq; habent vnde vitam tueantur, alendi ſint ab ordinatore. *c. non liceat. 2. c. cum ſecundum Apoſtolum. 16. ext. de præbend. c. ſi Epiſcopus. 37. eod. tit. in 6. Specul. tit. qui filij ſint legit. num. 24. Bertrand. conſil. 151. incip. Multa ſunt de quibus. part. 2. vol. 2. & conſil. 204. incip. Ex tenore publici inſtrumenti. vol. 4. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. etſi impubes. num. 33. ff. de lib. agnoſc.* Quod ſi clericus ordinatus præbenda quidem careat, patrem tamen idoneum habeat, ab hoc potius quam ab ordinatore eſt alendus. *Petr. Royz. deciſ. Lituan. 4. num. 276. cum*
62 *ſeq.* Id † vero quod dixi bona Eccleſiaſtica eſſe pauperum, procedit in ijs bonis, quæ poſt clericorum ſuſtentationem ſuperſunt: ex præbendis enim ante omnia debentur clericis alimenta *c. Epiſcopus. 23. verſ. Participet autem 12. q. 1. gl. in verb. viuere. in pr. diſtinct. 44. late Hier. Gig. conſil. 25. num. 10. cum ſeqq. conſil. 116. num. 4. & conſil. 130. num. 1. & in tract. de penſionib. quæſt. 51. num. 20. Rip. c. cum M. Ferrarienſis. num. 17. cum ſeq. ext. de conſtit. Menoch. conſil. 72. num. 12. Fr. Marc. deciſ. 437. num. 4. part. 1.* idemq; eſt in monachis & monialibus, ita vt ſi monaſterium receptos alere non poſsit, receptio ſit nulla. *c. vnic. §. ſane vt hoc de ſtat. regular. in 6. Frid. Senens. conſ. 29. incip. Quidam volens. num. 2.* Et hoc ampliatur primò,
63 licet † veteres Canones voluerint, clericos illos tantum Eccleſiarum ſtipendijs alendos, quibus parentum & amicorum nulla ſuffragantur ſtipendia: eos autem qui bonis parentum & opibus ſuſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt accipiunt, ſacrilegium incurrere: *c. clericos. 6. cum ſeq. 1. q. 2.* vſu tamen & recepta Doctorum interpretatione eò ventum eſt, vt clericis ſine diſtinctione ex præbendis alimenta debeantur, ſiue habeant vnde viuant, ſiue non, *Tib. Decian. conſil. 43. num. 22. vol. 1. D. Io. Dauth. in tract. de teſtament. num. 184.* Deinde

 amplia-

64 ampliatur, vt † etiam clericis ab officio ſuo ſuſpenſis & extrema inopia laborantibus, debeat relinqui aliquid, vnde ſe ſuſtentent. *gl. c. ſtudeat. 39. verb. & ſui diſtinct. 50. Alberic. de Roſat. ad rubr. C. qui bon. ced. poſſ. num. 5. Franc. Marc. deciſ. 881. num. 3. part. 2. Anton. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 62. ff. de liber. agnoſc.* Tertiò ampliatur, vt
65 † monaſterium etiam monachos fugitiuos, vbi velint ad cor reuerti, debeat alere. *Anton. de Butr. in c. vlt. num. 4. per illum text. ext. de regular.* Deniq; poteſt hoc loco de obſi-
66 dum † alimentis quæri, quiſnam ea debeat præſtare, vtrum ille Rex cui dantur, an vero ille qui dat. Quamuis autem Ant. de Butr. *in c. ex reſcripto. 9. num. 9. extr. de iureiur.* putet hoc onus ſpectare ad eum Regem, cui obſides dati ſunt: *per l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. cum alijs quibuſdam textibus, quorum aliquos non reperio, aliquos ad huius quæſtionis deciſionem non poſſum accommodare*: contra vero Felinus *in d. c. ex reſcripto. 9. nu. vlt.* aſſerat ad eum Regem ſpectare qui dedit, *per l. ſi neceſſarias. 8. in pr. ff. de pignor. act.* niſi operas quaſdam præſtent ei cui dati ſunt. *per d. §. poſſunt*: tamen tentari poterit conciliatio, vt diſtinguamus, vtrum obſides dentur inter Reges, qui ambo Chriſto nomen dederunt: an vero inter eos, quorum vel vterq; vel alteruter Chriſto nomen non dedit. In primo caſu quia obſides ſtatum non mutant, cum nec in bello inter eos geſto capti fierent ſerui, *Bart. l. hoſtes. 24. num. vlt. ff. de capt. & poſtlimin. reuerſ. Alciat. l. hoſtes. 118. num. 5. & 7. ff. de verb. ſignific. Io. Frider. in tract. de hominib. proprijs. cap. 1. num. 34. cum ſeqq.* admitti poteſt ſententia Felini, vt obſides ſibiipſis proſpiciant de alimentis, niſi Regi operas præſtent, cui dati ſunt. *d. §. poſſunt.* In poſteriore autem caſu quia adhuc obtinent iura captiuitatis, *Bart. d. num. vlt. Alciat. d. l. hoſtes. 118. num. 4. & 5. Io. Frider. d. cap. 1. num. 44.* procedere poteſt Antonij de Butr. ſententia, pro cuius vlteriore corroboratione adduco hoc argumentum: Seruis debentur alimenta à ſuis dominis. Sed obſides ſunt eius Regis populiq;, cui dantur, ſerui. Ergo obſidibus debentur ab eo Rege cui

cui dáti ſunt alimenta. Maiorem probo ex ijs quæ dixi ſuprà *cap. 13. num. 40.* Minor probatur *ex l. obſides. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. facere. 10. ff. de teſtament. milit. Gregor. Lopez. in animaduerſ. cap. 18. num. 10.*

FINIS LIBRI PRIMI.

# MARTINI COLERI

## De alimentis.

### *LIBER SECVNDVS.*

### ALIMENTORVM NOMINE QVID CONTINEATVR.

### Caput I.

*SVMMARIVM.*

1. *Scopus et ſumma huius capitis.*
2. *Alimentorum nomine in genere veniunt omnia, quæ ad huius vitæ ſuſtentationem pertinent: in ſpecie vero cibus et potus, veſtes, calcei, lectus & ligna. num. 3.*
4. *Nec non & medicamenta: rationibus eorum, qui contrariæ ſententiæ adhærent, reſpondetur num. 5. & 7.*
6. *Legare alimenta & legare penum differunt.*
8. *Inter parua & magna medicamenta diſtinctio quando locum habeat.*
9. *Sumtus magiſtrorum veniunt etiam alimentorum appellatione. quando & quatenus. num. 10. & 11.*
12. *Funerum ſumptus hoc nomine etiam veniunt: quod bifariam declaratur num. 13. & 14.*
15. *Alimentario ea quæ iam dicta ſunt non debentur quatuor caſibus & num. 16. 17. 18.*

PER-

1 PErſonarum tractatu hactenus abſoluto, dicendum † nunc eſt de materia, nempe quid ei, cui alimenta debentur, dari oporteat. Neque vero hic colligam vocabula, vel cum alimentorum appellatione conuenientia vel ab ea diſcrepātia, ſiquidem de ijs nonnihil dictum fuit ſupra *lib. 1. cap. 15. num. 38. cum ſeqq.* quo etiam referri poteſt vocabulum Exhibitionis, de quo omnino videndus eſt Io. Gædd. *ad l. plus eſt. 22. num. 10. ff. de verb. ſignific.* ſed tantum inueſtigare conſtitui quid debeatur ei, de quo certo cōnſtat, eum alen-
2 dum eſſe. Huic igitur † danda ſunt omnia ea quibus ad huius vitæ ſuſtentationem opus habemus. *Syracid. cap. 29. verſ. 28. l. verbo victus. 43. cum ſeq. & ibi Alciat. Rebuff. Brech. Forner. Gædd. ff. de verb. ſignific. Bertrand. conſil. 180. incip. Viſis duobus publicis inſtrumentis. part. 2. vol. 1. Dec. l. de alimentis. 8. num. 1. C. de tranſact. Gabr. Palæot. de noth. & ſpur. cap. 47. num. 7. Benincaſ. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 33. Hippol. Bonacoſſ. tract. de famul quæſt. 193. Nic. Reuſner. lib. 2. conſult. quæſt. 2. num. 17. cum ſeqq.* Ergo hinc apparet deberi cibum. *l. legatis. 6. ff. de alim. vel cib. leg.* potum, *leg. 1. & l. Mela. 14. §. quidam. ff. eod.* veſtes, *d. l. verbo victus. 43. l. quos nos. 234. §. verbum. ff. de verb. ſignific. Alex. l. ſi is qui quadringenta 80. §. dos legata. nu. 3. ff. ad l. Falcid. Rol. à Vall. conſil. 22. num. 4. vol. 1.* mediocres ſcilicet & alimentarij conditioni aptas. *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 15. num. 55.* calceos, *l. cum hi. 8. §. de calciario quoq; ff. de tranſact. Dec. l. de alimentis. 8. in princ. C. de tranſact. Rol. à Vall.*
3 *d. conſil. 22. num. 5.* † lectum, *d. l. quos nos. 234. §. verbum. Bart. d. l. legatis. 6. num. vlt. ff. de alim. vel cib. leg. & in tract. de aliment. num. 4. Angel. Peruſ. l. in his rebus. §. ſeruus. num. 4. ff. ſolut. matrim. Angel. Aret. in tract. de teſtament. gl. 45. num. 12. Capr. conſil. 87. num. 11. cum ſeq. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. pen. num. 78. Fr. Marc. deciſ. 154. num. 7. part. 2. Rol. à. Vall. d. conſil. 22. num. 6. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 20. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 27.* non tamen de aulæis ſericis confectum. *d. §. verbum. Io. Gars. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 39. cum ſeq.* habitationem, *d. l. legatis. 6. Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 1. part. 3. num. 202. ff. de ll. Mynſinger. §. item*

ſi de

*ſi de dote. num. 4. Inſtit. de action. & obſer. 12. Cent. 3. Bernard. Bombin. conſil. 17. num. 15. & 16. Io. Petr. Molling. de verb ſignific. num. 1092.* ligna ad calefaciendum hypocauſtum neceſſaria, *d. l. verbo victus. 43. cum l. ſeq. ff. de verb ſignific. l. qui penum. 3. §. lignum. 5. ff. de pen. leg. Bertrand. conſil. 71. incip. Nobilis. num. 3. conſil. 273. incip. Viſo caſu & alijs. num. 10. vol. 8. Sim. de Præt.*
4 *lib. 4. de interpret. vlt. volunt. interpret. 1. dubi. 11. num. 41.* † medicamenta, *l. cætera. 44. verb. tuendi curandíue. ff. de verb. ſignific. Alb. Galeott. in Margarit. cap. 38. num. 12. Ruin. conſil. 139. incip. Viſis proceſſibus. num. 2. vol. 4. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. non tantum. num. 28. Menoch. d. præſumt. 157. num. 30. Nic. Reuſner. lib. 2. conſult. quæſt. 5. num. 14. quæ opinio* COMMVNIS eſt. *Dec. d. l. de alimentis. 8. num. 3. C. de tranſact. Eman. Soarez in theſaur. comm. opin. lit. A. num. 163. Franc. Viuius verb. Alimenta præſtare. num. 1. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 38. Cornel. Benincaſ. d. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 36.* adeo vt qui medicum non adhibet, non minus necare videatur, quàm ſi alimenta ſubtrahat *l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir ibiq́;*
5 *Iaſon. num. 7. ff. ſol. matrim.* Etſi † vero nonnulli reperiuntur, qui medicamenta alimentorum appellatione contineri negant, permoti præcipue duobus textibus, *nimirum l. non omne. 5. ff. de pen. leg. & l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. alimenta præſtare & medicina ei ſuccurrere. ff. ſolut. matrim. gl. c. nihil contra. 16. verb. minimum. 7. q. 1. gl. c. ex parte. 5. verb. ne ſi forte. ext. de celebrat. miſſ. Vital. de Camban. tract. clauſul. cap. pen. num. 15. cum ſeq. Bonacoſſ. in tract. de famul. quæſt. 201. Mantua. lib. 1. obſeruat. cap. 16. ante med. Rauenn. ſing. 902. in fin. Hier. de Zanetin. in contrariet. int. ius canon. & ciuil. different. 257.* tamen ex textibus iſtis allegatis COMMVNEM opinionem labefactari non puto. Quod enim primo ad l. non omne 5. attinet, reſpondeo negandam eſſe rationem conſequentiæ. Sicut namq; concedo in penu legata medicamenta non contineri. *d. l. non omne.* ita rurſum nego, penum & alimenta eiuſdem efficaciæ ac latitudinis eſſe: quod tamen in iſtius textus accommodatione aut inductione, tanquam certum & indu-
6 bitatum, præſupponitur. Penum † autem ab alimentis differre,

ferre, elucet primò ex titulorum diuerſitate, tit. de penu legata & tit. de alim. legat. Deinde cum in penu legata contineantur tantum ea, quæ eſui potuiq́; ſunt. *l. qui penum. 3. in pr. ff. de pen. leg.* in alimentis vero cætera quoq; quæ præterea huius vitæ neceſsitas exigit, & eſui potuiq́; neutiquam apta ſunt, vt eſt habitatio, veſtes calcei &c. *d. l. legatis. 6. ff. de alim. vel cibar. leg. d. l. cum hi. 8. §. de calciario. ff. de tranſact.* ſequitur ita inuicem differre vt genus à ſpecie. Præterea penu legata debentur ſolummodo ea, quæ eſui potuiq́; apta tempore mortis teſtator reliquit *l. 3. ff. de pen. leg.* cui legato ſemel regulariter ſatisfieri poteſt: *l. nam quod. 4. §. item ſi quis ſolitus. ff. d. tit.* niſi expreſſe hæredi iniunctum fuerit, vt in ſingulos annos penoris aliquid legatario præſtetur. *l. 1. ff. d. t. de pen. leg.* At alimentorum legatum regulariter ſingulis annis debetur, *per ea quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 15. num. 71.* Quibus addatur differentia, quam afferam infrà, *hoc lib. cap. 4. num. 16.* Vnde porro efficitur, male argumentum ita duci, quaſi vtriuſque dictionis eadem ſit poteſtas.
7 Poſtea † ad d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſsimo. reſpondetur: ex copula ET colligi quidem nonnunquam diuerſitatem. *vt in rubr. de iur. & fact. ignor. Vital. de Camban. d. cap. pen. num. 16.* at id fallere quando poniturinter genus & ſpeciem. *vt in rubr. C. de ſeruit. & aq. Marc. 16. 7. Dicite Apoſtolis & Petro.* Cum enim in hiſce & alijs ſimilibus locutionibus copula ET non inter diuerſa ponatur, neq; eam vim habeat, quominus ſpecies expreſſa in ſuo genere contineatur: apparet nihil momenti poſitum eſſe in argumento ex d. §. ſin autem. deſumto: *atq; hanc reſponſionem ſequuntur ibi Bart. Bald. Alex. & cæteri D.D.* Sane ſi teſtator alicui non reliquerit alimenta in genere, ſed in ſpecie penum, vel cibum & potum; huic medicamenta non deberi lubens conceſſerim, per ea quæ inferius in hoc cap. num. 17. adducam. Addendum præterea eſt
8 & hoc: diſtingui † à nonnullis inter medicamenta parua & magna, vel vt clarius dicam, inter ſumtus medicinæ cauſſa faciendos paruos & magnos, ita vt illi alimentario debeantur, hi vero non item, *D D. d. §. ſin autem in ſæuiſſimo. per illum textum*

*lum textum & per l. in rebus.18.§ poſſunt.ff. commod. Cyn. Bald. Salic. l. quod in vxorem.C. de negoc. geſt. Ang. Aretin. tract. de teſtam. gl. 45. num.11.* De qua diſtinctione rectiſsime dici poterit, eam veram eſſe quidem, ſed ὅτι πάντοτε, ὅτι παρὰ πάντων *l. ſolent. 6. §.non vero in totum. ff. de offic. proconſ. Eraſm. Chil. 2. cent. 4. prouerb.16.* Quia enim dicta Doctorum iuxta leges ab ipſis allegatas accipere conuenit. *Bart. l. non ſolum. 9. § ſi liberationis. nu. 7. ff. de liber. leg.* & textus in d.§. poſſunt. loquatur de ijs alimentis quæ debentur ob remunerationem vel recompenſationem laboris præſtiti, *de quibus diximus ſupra lib.1. cap. 13. num.22.* ſed d.§. ſin autem in ſæuiſsimo: agat de ijs, quæ dantur mulieri ob dotem illatam: *de quibus dixi ſupra lib.1. cap. 10.* ideo cum limitata cauſſa limitatum producat effectum: *l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom.* hæc diſtinctio ad eas perſonas, quibus ſine vlla laboris præſtitæ aut pecuniæ datæ conſideratione, ex naturæ vel teſtatoris, cuius hæredes facti ſumus, iuſſu, alimenta indiſtinctè præſtare tenemur, porrigenda non eſt. *Fr. Viuius. de verb. Alimenta præſtare. num.1. in fin. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 43. cum ſeq. Mynſing. Cent. 3. obſer. 12. Cordub. de Lar. d. § non tantum. num. 29.* Alimentorum
9 † nomine continentur inſuper ſumtus in magiſtrum liberalium artium faciendi. *l. officio. 2. in pr. verb. in alimenta pupilli vel diſciplinas. l. qui filium. 4. ff. vbi pupill. educ. vel morar. deb.* quod
10 tamen † túm demum obtinet, quando alimenta iure naturæ vel legis diſpoſitione debentur. *Alciat. l. cætera. 44. num.2. de verb. ſignif. Tib. Decian. conſil. 14. cum ſeq. vol.1. & conſil. 38. volu. 2. latiſſ. Horat. Lut. in tract. de priuil. ſcholar. priuil. 16. & attigi ſ. lib. 1. cap. 9. num. 26. quicquid arguat Marc. Mant. ſing. 660.* ſecus quando ex hominis diſpoſitione, veluti ex legato vel contractu, & de his nihil expreſsim dictum fuit. *l. legatis. 6. ibiq; Bart. num.1. cum l. ſeq. ff. de alim. vel cib. leg. Bart. in tract. de aliment. num. 3. Vital. de Camban. d. c. pen. num. 76. 280. & ſeq. Mynſing. d. obſ. 12.* tum enim hæres vel promiſſor non opus habet, vt artibus liberalibus, quibus militare dicimur, *l. qui aduocati. 14. C. de aduocat. diuerſ. iud.* alimentarium curet inſti-
11 tui *d. l. legatis. 6.* nihilominus † operam dare debet vt alimentarius

tarius addiſcat ſcribere & legere. *l. de bonis. 6. §. non ſolum alimenta. & ibi Bart. ff. de Carbon. edict. Iaſ. l. quidam cum filium. 132. num. 33. ff. de verb. obligat. Angel. Aretin. tract. de teſtament. d. gl. 45. num. 10. iuxta veterem editionem, ſed in nouiſſima editione num. 60. Benincaſ. d. q. 7. ſpecial. 2. num. 34.* cum literarum ſcribendarum legendarumque ſcientia in hac ciuili vita carere non poſsimus. *§. ſimiliter eum. 9. Inſtit. de excuſ. tut. Columell. lib. 1. de re ruſtic. cap. 8. Menoch. de arbitr. iud. quaeſt. lib. 2. Centur. 5. caſ. 425. num. 9. cum ſeqq.* & deniquè aliam artem puta manuariam, ex qua victum ſuum aliquando honeſtè ſibi queat comparare. *Iaſ. d. num. 33. Horat. Lut. d. priuil 16. verſ. Secundo amplia.* Ex quibus conſequitur, vt nec in alimentorum legato libri contineantur, *d. l. legatis. 6. Gul. de Lud. ſingul. 11.* Denique alimentorum appellatio complectitur etiam miniſtros & equum, ſi ſcilicet alimentarij dignitas eos exigat, *per ea quae adduxi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 27. cum ſeq.* Poſtremò non immerito hic quaeri poſſet, an † etiam expenſae funeris alimentorum
12 nomine veniant. Cuius quaeſtionis vtilitas etſi praecipuè eo caſu conſpiciatur, ſi is cui alimenta legata ſunt diem obeat, relictis vel bonis huic ſumtui ſufficientibus, vel fratribus alijſue conſanguineis locupletibus: ita vt tum inprimis dubitari poſsit, vtrum funeris expenſae ad alimentorum debitorem pertineant, an verò ad defuncti bona eiúſue conſanguineos: tamen putarem regulariter hoc onus agnoſci debere ab eo, qui viuenti de alimentis tenebatur proſpicere. Primò enim ſic argumentor: Verbo victus continentur non tantum quae eſui potuique apta ſunt, ſed etiam quae ad tuendum curandumque corpus requiruntur. *l. & caetera. 44. iuncta l. praeced. ff. de verb. ſignific.* ſed expenſae funeris ad curandum corpus requiruntur *l. funeris. 37. ff. de religioſ. & ſumtib. fun.* Ergo expenſae funeris verbo victus continentur. Deinde adduci poteſt text. *l. in patrem. 21. l. quod ſi nulla. 28. ff. de religioſ. & ſumt. fun. iunctis ijs quae dixi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 14. Caſtr. conſil. 444. incip. Viſo puncto ſupradicto. num. vlt. vol. 1.* Tertiò argui poteſt *ex l. ſi filiusfam. 31. §. qui ſeruum. ff. de relig. & ſumt. funer. addito text. §. vlt. verb. vel famem. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. iur.*

Quar-

Quartum argumentum poteſt eſſe tale: ſumtus in infirmitatem facti comparantur ijs qui fiunt in defuncti funus, *l. in reſtituenda. 4. & ibi Bald. in fin. C. de pet. hæredit. Alex. l. vlt. §. in computatione num. 1. C. de iur. delib.* Sed illi veniunt nomine alimentorum *per ea quæ paulo ante nu. 4. attuli.* Ergo & hi. Quintum argumentum ſumi poteſt ex ijs quæ de clericis ab Eccleſia alendis ſupra *lib. 1. cap. 17. num. 62.* dixi; ſiquidem defunctorum clericorum corpora eiuſdem Eccleſiæ ſumtu ſepeliendа ſunt. *Bertach. in tract. de epiſcop. lib. 4. part. 4. num. 193. Franc. Marc. deciſ. 437. num. 4. & 8. part. 1. Phil. Dec. conſil. 157. incip. Quæritur de expenſis funeralium. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 78. num. 21. part. 2. Anchar. Regienſ. lib. 2. quæſtion. 10. num. 11.* His omnibus accenſeri poteſt id quod de ſumtibus in funus ſocij omnium bonorum faciendis ſcribit Ioſeph. Ludouic. *in commun. opin. concluſ. 53. verſic. Infertur decimo tertio quod imputetur ſocietati. &c. iunctis ijs quæ dixi ſ. lib. 1. c. 13. nu. 45.* Quod ſi ex poſterioribus rationibus omnib. coniunctis quis velit arguere, fieri id commodiſsime poterit per eam formam ſyllogiſmi, quam Dialectici Inductionem vocant: Pater qui filium tenetur alere, tenetur etiam ſumtus in ipſius funus erogare, ſic dominus in funus ſerui: Eccleſia in funus Clerici, ſocius omnium bonorum in funus ſocij, & diſsimile exemplum non reperitur. Ergo qui tenetur aliquem alere, is obſtrictus etiam eſt in eiuſdem defuncti funus ſumtus facere. Quæ ſententia
13 ita confirmata, declaranda † tamen eſt vt procedat, quando alimenta ſimpliciter, non verò quando limitatiuè aut reſtrictiuè debentur: prout à donatario donator, à vaſallo dominus feudi alendus eſt, & vxor à marito. *ſupra lib. 1. cap. 10. num. 5. cum aliquot ſeqq. & cap. 13. num. 67. & 100.* Cum enim limitata cauſſa, limitatum effectum producat, *vulg. l. in agris. 16. ff. de acquir. rer. dom.* non mirum eſt, vt ſi cauſſa, ob quam alimenta debentur, ad hoſce, de quibus nunc quærimus, funeris ſumtus, ſe non extendat, etiam hi ſumtus non debeantur. Hinc euenit vt maritus in vxoris defunctæ funus non vltra dotem cogatur impendere *l. Celſus. 22. cum ll. ſeqq. ff. de relig. & ſumt. funer. Campeſ. de dot. part. 2. q. 61. Rauenn. ſing. 781. Rip. de*

*peſt.cap. 4.num.135. Barth. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 4. §.9. verb. Et faicts funeraux. num.1. & 2. Ranchin. part. 1. concluſ. 455. Chilian. König. cap. 133. num. 7. in fin.* Et de his funeris impenſis multa congeſsit Ioſ. Ludouic. *deciſ.Peruſ. 78. part. 2.*
14 qui omnino videndus eſt. Deinde † limitatur hæc ſententia, vt ſaltem vera ſit de ijs impenſis, quæ ex defuncti natalibus, dignitate, diuitijs & alijs circumſtantijs neceſſariò fi-
15 unt. *Ioſeph.Ludou. d. deciſ. 78. num. 15.* Cui igitur † alimenta debentur proſpiciendum etiam eſt de cibo, potu, veſtibus, calceis, habitatione, lignis, & alijs vt iam dixi: quod tamen certis quibuſdam modis reſtringitur. Nam primò tam lata ſignificatio admittitur ſolummodo, quando de alimentis præſtandis vel conſtituendis, non autem quando de ijs remittendis agitur; *text. eſt in l. cum hi. 8. §. qui tranſigit. ff. de tranſact. Bart.tract.de aliment.num. 2. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 38. & plures Doctores ad hoc propoſitum allegat Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. non tantum num. 2. cum ſeqq. & num. 40. ff. de liber. agnoſc.*

16 Secundò † limitatur, vt non procedat quando ex certo aliquo fundo reditus legati ſunt, aut aliquo alio modo debentur: *textus eſt apertus in l.fundi.38. §.item quæro an habitare. ff. de vſufr.leg.*

17 Tertiò limitatur † hæc tam lata acceptio, quando de aliæ mente alimenta conſtituentium apparet: id quod ex verbis præcipuè colligitur. *l.ille. 25. ff. de legat. 3. cum ſimilibus.* Vnde ſi teſtator alicui relinqueret non alimenta generali appellatione, ſed in ſpecie penum, vel cibum & potum: huic nec veſtes nec habitationem nec medicamenta deberi, explorati iuris eſt. *l. non omne. 5. ff. de pen. leg. l. diarijs. 21. ff. de alim. vel cib. legat. Ang. l. ſi cum dotem. 22. §. ſi maritus. num. 3. Ludou. Roman. num. 19. ff. ſol. matrim. Alex. d. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. num. 4. Dec. l. de alimentis. 8. num. 3. C. de tranſact. Io. Hieron. in lucubrat. ad Bartol. l. cum hi. 8. §. qui tranſigit. num. 2. ff. eod. Vital. de Camban. in tract. Clauſular. cap. pen. num. 82. Marc. Mantua lib. 2. obſeruat. cap. 16. circa med.*

18 Quartò hæc † alimentorum lata ſignificatio ad eas res,

qui-

quibus vel per ſtatutum vel per conſuetudinem vti alimentario non licet, non eſt extendenda. Verbi cauſſa, Lycurgus ſanxit, vt pueri apud Lacedæmonios non vterentur calceis, ſed vt diſcalceati pedes duriores efficerent: *Xenoph. de Repub. Lacedæm. non longe à princ. Nic. Crag. de Repub. Lacedæm. lib. 3. tab. 6. inſtit. 3.* & vt nihil ſomni cauſſa ſubſternerent, ſed vitam ſine pulmento degerent: *Iuſtin. lib. 3. Hiſtoriar.* ſi alimenta cuidam in tali loco, vbi iſta aut ſimilis lex vigeret, legarentur, certè nec calceos nec lectum legatario deberi putem: primò quia legis ſemper ſit excepta auctoritas. *l. nemo. 55. ff. de leg. 1. l. ſi quis eum. 37. ff. de condit. & demonſtrat.* deinde quia alimentorum appellatio ambitu ſuo complectitur eas res, quibus curandi tuendique corporis cauſſa vtimur. *d. l. cætera. 44. ff. de verb. ſignific.* propter legis autem vel conſuetudinis prohibitionem, rebus vetitis nemo poteſt vti. *l. filius. 15. in fin. ff. de condit. inſtit.* Ergo res vetitæ alimentorum appellatione non continentur. Sic cum adhuc moribus antiquis ſtaret res Romana & per legem XII. tab. mulieribus temetum bibere non liceret, *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2. Ælian. lib. 2. var. hiſtor. cap. 38. Plin. lib. 14. natur. hiſtor. cap. 13. Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. num. 5. Gell. lib. 10. cap. 23. Alex. ab Alex. lib. 3. genial. dier. cap. 11. Prateius lib. 3. Veteris iuriſprud. cap. 16.* quemadmodum & adhuc hodie in regno Neapolitano, in Calabria & in regno Siciliæ virginibus vinum bibere fas non eſt, *teſte Io. Bolognet. in l. 2. num. 84. ff. de verb. obligat.* in tali loco vinum legato alimentorum non contineretur: nec ſumtus medicamentorum, ſi ijs alimentarius, vt in quibuſdam Galliæ partibus à ruſticis fieri ſolet, ex conſuetudine regionis non vteretur. *Petr. Rebuff. in d. l. cætera. 44. verſic. Secundo ex conſuetudine regionis. & in Comment. ad conſtit. Reg. tom. 1. tit. de ſentent. prouiſional. art. 1. gl. 4. num. 1.*

# DE ALIMENTORVM AESTIMANDORVM PRÆSTANDORVMQVE MODO.

## Caput II.

### SVMMARIVM.

1. *Modus alimentorum quatenus hic tractetur.*
2. *Liberorum educandorum modum leges noſtræ ex profeſſo cur non explicent.*
3. *Aequaliter ſunt habendi liberi: & ad virtutis ſtudium aſſuefaciendi. num. 4.*
5. *Spurij tantum quò ad ſufficientiam non etiam iuxta patris diuitias & natalium ſplendorem alendi: ac reſpondetur argumento contrario. num. 6. ſcilicet ſi aliud conſuetudine non eſt introductum. nu. 7. & 8.*
6. *Spurij quomodo alendi ſint ſecundum opes parentum & num. 9.*
10. *Parentes alendi ſunt à liberis ſecundum dignitatem.*
11. *Vidua diuerſimode aluntur.*
12. & 13. *Maritus ab vxore ſecundum dignitatem eſt alendus, ſi huius facultates patiuntur.*
14. *In alimentis eorum, qui antea bonis ceſſerunt, conſtituendis tria ſunt conſideranda.*
15. *Alimentis legatis ſi modus ſimpliciter à teſtatore eſt præfinitus, is eſt ſequendus: ſin relatiue, tum perſona & rei ex qua reliquit conditio conſideranda. num. 16.*
17. *Ex fundo certo alimenta legata vel promiſſa in anno ſterili ſupplenda ſunt ex aliorum annorum vbertate: num. 19. quod reſtringitur num. 18. quæ reſtrictio declaratur. num. 20.*
21. *Hæredes debent citari, vt videant, quomodo æſtimabuntur alimenta legata.*
22. *Si omnino nullus modus à teſtatore expreſſus eſt, tum voluntas defuncti inueſtiganda eſt, & vnde ea inueſtigetur. num. 23.*
24. *Conſuetudo quam defunctus tenuit retinenda: & cur, num. 27. & quidem poſtrema. 25. quatenus legatarij non ſui ipſius cauſſa inſumſit. 26.*
28. *Conſiderandum poſtea eſt quem modum alijs eiuſdem ætatis & dignitatis præſtiterit: præſentis non depoſitæ dignitatis. num. 29.*

30. Ex

30. *Ex diuitijs teſtatoris deniq́ aſtimatio eſt petenda: ſi tamen, prius deducatur as alienum. num. 31. & liberorum legitima & alimenta: num. 32. & 33. neq́ computentur bona feudalia aut Emphyteutica. num. 34.*

35. *Ex fructibus caterorum bonorum danda ſunt alimenta, & quando ex pecunia ſumma ali debet legatarius. num. 36. & alimenta debentur ex contractu. num. 37. Fallit ſub num. 38. 39. 43. 44. 45.*

39. *Propter aſcendentium & deſcendentium alimenta, vendi poteſt & debet proprietas: & ratio num. 41. reſpondetur rationibus contrarijs. num. 40.*

42. *Eadem proprietatis venditio in alijs caſibus locum obtinet.*

45. *Qui poſt mortem ſuam pradium aliquod reſtituere alteri iuſſus eſt, poteſt illud vendere ob famis neceſſitatem. Ampliatur vt hac alienatio ſit perpetua. num. 51. poſſitq́ fieri ob familiam grauati alendam. num. 52. & deniq́ ob ſumtus ſtudiorum. num. 53. qua tamen alienatio limitatur, vt non concedatur niſi liberis defuncti. num. 54. & non niſi bona fide abſq́ propoſito defraudandi fidei commiſſarium. num. 55. & non niſi cauſſa cognita. num. 56.*

46. *Propter famen poſſunt vendi res ſacra & religioſa: liberi hominis filius. num. 47. feuda. num. 48. bona immobilia minorum. num. 50.*

57. *Etiam alimenta non ex legato, ſed alijs cauſſis debita, ſunt aſtimanda ex dignitate, opibus &c.*

58. *Eſculentorum inter pauperes diſtributio, viritim & aqualiter eſt facienda.*

59. *In pecunia numerata, vt nec debentur, ita nec petuntur alimenta: limitatur quatuor modis num. 60.*

VLtra iam adductas limitationes, quia illa, de qua iam dixi, ſignificationis latitudo, reſtringitur nonnunquam vel ob legatarij conditionē, vel bonorum ex quibus alimenta e-
1 roganda ſunt, tenuitatem, vel alias ob cauſſas: ideo † quæ de modo in alimentis æſtimandis præſtandiſq́; obſeruando videbuntur cognitione eſſe digna, conabor hic breuiter exponere. Ante omnia autem in memoriam nobis reuocare debemus id, de quo ſupra lib. 1. cap. 1. admonui, me non niſi quæ ad iuris cognitionem pertinent adducturum: vnde ne quis à me exſpectet rationem, qua ex alimentis aſſumtis fiat chy-

at chylus, poſtea chymus,& deniq; etiam ſanguis: harumq́; concoctionum tam ratione materiæ & effectus, quàm inſtrumentorum & excrementorum diuerſitatem: quæ omnia Medici explicant, *vt videre licet apud Caſpar. Peucer. de diuinat. gener. tit. de præſagijs Medicor. mihi fol. 291. cum ſeqq. & Conſtant. Varol. lib. 3. Anatom. cap. 3. cum ſeqq.* neq; modum, quem in cibi potuſq́; vſurpatione, tam ad temperantiæ laudem obtinendam, quàm vitij contrarij vituperium euitandum, obſeruare par eſt: *de quo tractat Ariſtoteles lib. 3. Ethic. ad Nicomach. cap. 10. cum ſeq. & lib. 1. magnor. moral. cap. 19. & Gratianus in c. 1. cum ſeqq. diſtinct. 41.* propterea neceſſe eſt, vt ſtudioſos admoneam, me tantum de æſtimatione acturum, iuxta quam præſtanda ſint alimenta: cum in ijs Iuriſconſulti præcipue pecuniarium conſiderent commodum. *l. 1. l. Mela. 14. §. quidam. ff. de alim. vel cib. leg.* Deinde obliuioni non eſt tradenda diuerſitas cauſſarum, ob quas alimenta debentur: ex inſpectione enim eorum quæ hactenus in lib. primo tractata ſunt, apparet, quædam alimenta deberi ex ſolius naturæ inſtinctu: quædam vero ex contractu vel quaſi: quædam ex delicto vel quaſi: quædam deniq; ex ſola commiſeratione ac officij publici neceſsitate. Ne itaq; neceſſaria conſulto negligere videar, de ſingulis memoratu digna breuiter recenſebo: hoc ſaltem in genere præmiſſo, alimenta nec nimis indulgenter vel obſequioſe, nec nimis ſtricte & anguſte decernenda eſſe, ſed dari debere id quod ſufficiat. *ita eſt text. in l. ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter. ff. de vſufr. & l. cum ex cauſſa. 30. ibiq; hoc notat Zaſius num. 3. ff. de re iudic.* Liberos quomodo † à parentibus ali oporteat in ſpecie quidem leges noſtræ (licet Spartanis diuerſum placuerit, *vt videre licet apud Nic. Cragium lib. 3. de Republ. Lacedæmon. tab. 5.*) non explicant: partim quod cuiuſque pietas hoc ſit declaratura: *arg. l. parentes. 23. ff. de his qui not. infam.* partim quod eius rei conſideratio non tam ad Iuris prudentiam quàm ad Ethicæ, Oeconomicæ & deniq; Phyſicæ doctrinæ tractationem pertineat. Nam ſi exempli gratia incidat dubitatio vtrum interdicendus (vt Ariſtoteli videtur *lib. de ſomn. & vigil. cap. 3.*) an permittendus ſit

a

pueris

pueris vini vſus, rectius Medicum quam Iuriſconſultum in
3 conſilium quis adhibuerit. Hoc ſaltem de liberorum † alendorum modo præcipiunt noſtri, vt parentes æqualia omnibus præſtent alimenta: *ita per l. ſi quis. 5. in pr. verb. liberi. ff. de liber. agnoſc. l. inter filios. 11. C. famil. hercis. l. ſi maior. 4. in fin. C. commun. diuid. tradunt Martin. Laudenſ. in tract. de primogenit. num. 11. & Io. Cirier in eod. tract. lib. 2. quæſt. 3. num. 16.* Quibus textibus accedit ratio, quod parentes vnum ex filijs præ reliquis delicatius tractantes cæterorum animos exaſperant, ac plerunq; ſimultates inter fratres excitant. *Geneſ. 37. 4.* cum econtra fratrum concordia nihil ſit iucundius nihil optabilius. *Pſalm. 133.* ad quam alendam augendamq́; plurimum momenti adfert à parentibus inter ipſos obſeruata æqualitas. *Socin. ſen. conſil. 4. incip. Viſis actis & actitatis. num. 6. vol. 1. Io. Cirier. d. quæſt. 3. num. 17.* Quod limitare velle videtur Cordub. de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 20.* vt filio primogenito alimenta duplicia debeantur, *per gl. in c. quam ſit periculoſum. 8. verb. primatus. 7. q. 1.* Sed an hoc recipiendum ſit dubito. Primo quia iſta lex Moyſis nos non obligat, *Matth. 11. 13.* deinde licet iſta Moſaica lege nos teneremur, quod neutiquam concedo, tamen primogenito competebat ius duplex tantummodo, cum de hæreditate diuidenda, non vero quando de alimentis agitur. *Deuteron. 21. verſ. 16. cum ſeq. Tiraq. in tract. de iur. primigen. in præfat. num. 12.* atque ita committitur fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.
4 Deinde † volunt etiam leges noſtræ, vt liberi ad virtutem honeſtatemq́; à parentibus aſſuefiant. *text. eſt in l. qui libertinus. 37. in princ. ff. de oper. libert. facit l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſtib. l. 1. §. item Senatusconſulto. verſ. & qui operas. ff. de poſtul.* Quod ſi vero quis plura de educatione liberorum legere velit, conſulat Ariſtotelem *lib. 7. politic. cap. vlt. lib. 8. fere per tot. Ælianum lib. 2. var. hiſtor. cap. 39. Aloys. Luiſin. lib. 2. de compeſcend. animi affectib. cap. 4. Fr. Patrit. lib. 4. de inſtit. Reipubl. cap. 7. Nic. Reuſner. lib. 2. quæſtion. conſultat. 2. num. 28. cum ſeqq. & peculiarem librum Ioan. Fungeri de puerorum diſciplina & recta educatione.* Quemadmodum autem de alimentorum liberis

naturalibus & ſimul legitimis debitorum modo, vt in iudicio diſceptetur, pij parentes non facile admittunt: cum eos ipſe naturalis ſtimulus ad liberorum ſuorum educationem hortetur: *l. vnic. §. ſileat. C. de rei vxor. act.* ita quādo † de ſpuriorum alimentis tractatur, præſertim hoc onere poſt patris naturalis obitum ad hæredes deuoluto, non raro quæri ſolet, vtrum ea ad ſufficientiam ſaltem, an vero ad decentiam quoque, iuxta patris naturalis natales, diuitias, honores, &c. ſint præſtanda, de qua alimentorum diſtinctione aliquid dixi ſupra *lib. 1. cap. 1. num. 11. cum ſeqq.* In cuius quæſtionis deciſione, etſi inter noſtros variatur, quibuſdam putantibus hæc ſpuriorum alimenta ad ſolam indigentiam reſtringi non debere: *Anton. Gabriel. Roman. in commun. opin. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 31. verſic. contrarium ſumitur &c. vbi multos DD. allegat, quibus addi poteſt Didac. Couarr. in Epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. [illegible] 6. num. 7. & 8. & qui hunc ſequitur Ludou. de Molin. lib. [illegible] Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 55. qui omnes nituntur c. [illegible] haberet. in fin. ibi: ſecundum quod ei ſuppetunt facultates. [illegible] textus e eo qui dux in matrim. quam poll. per adult.* tamen ve[illegible] & acceptior eſt eorum ſententia, qui arbitrantur ſpur[illegible] quàm ad huius vitæ ſuſtentationem neceſſario requitur, alimentorum prætextu petere non poſſe, ſine vlla dignitatis nataliúmue conſideratione. *per eundem textum d. c. cum haberet. in fin. ibi: neceſſaria ſubminiſtret. Crauett. conſil. 219. incip. Licet datum nepoti. num. 8. conſil. 368. incip. In cauſſa nobilis Iſabellæ. num. 14. conſil. 917. incip. Dominus Ludouicus Boſſius. nu. 10. Benintend. deciſ. 22. num. 8. Cordub de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 48. cum. ſeq. ff. de lib. agnoſc.* & hanc ſententiam COMMVNITER à DD. receptam eſſe teſtatur Iacob. de Puteo *in conſ. ſuo quod eſt inter Laurentij Calcanei conſ. 62. incip. Aggredienti mihi. num. 16. verſic. quarto tunc licitum &c. quem ſequitur Chaſſan. conſil. 39. num. 55. vbi tamen corrupte Calderinum pro Calcaneo adducit. Fr. Burſat. conſil. 62. num. 20. & ſeq. Peregrin. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 72. Anton. Gabriel. Roman. in commun. opin. lib. 5. tit. de alim. concluſ. 1. num. 31. Ioſeph. Ludouic. in eodem opere concluſ. 1. verſ. Aduertendo quod iſta alimenta.*

*menta.* Cui textui illiuſq; autoritate nitentibus Doctoribus adiungi poteſt ratio: quod in ſpurios paternæ familiæ dignitas non deriuetur; cum ne quidem ſint de patris familia. *l. lex naturæ. 24. ff. de ſtat. hom. §. vulgo quæſitos. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. Gabr. Palæot. in tract. de Noth. & ſpur. cap. 60. Cordub. de Lar. d. §. idem reſcripſit num. 49.* Tertiò pro confirmatione huius ſententiæ adduci etiam poteſt hoc argumentum: Alimenta quę dantur commiſerationis cauſſa, non debentur ſecundum dignitatem, ſed ſecundum neceſsitatem tantum *l. quiſquis. 5. §. filij. C. ad l. Iul. Maieſtat.* Sed ſpurijs debentur alimenta ex commiſeratione, *d. c. cum haberet.* Ergo non dantur ſecundum dignitatem, ſed neceſsitatem tantum *Io. Lup. de Palat. Rub. c. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 3. ext. de donat. int. vir. & vx. Ludouic. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 54. in fin.* Quartum argumentum ſuppeditant, quæ de dote filiæ ſpuriæ danda dixi *ſupra lib. 1. cap. 3. num. 57.* ratione conſequentiæ deſumta ex ijs, quæ paulo infra *in hoc libro*
6 *cap. 10. num. 29. 33. cum ſeq.* afferam. Neq; obſtant † in d. c. cum haberet. verba *ſecundum quod eis ſuppetunt facultates:* quia reſponderi poteſt primò, illa verba à ſequentibus declarationem præcedentium continentibus, non eſſe ſeiungenda. Illico enim ſubijcitur, quatenus ex facultatibus parentum ſpurijs de alimonia proſpici oporteat, nempe vt ſolummodo ſubminiſtrentur ijs neceſſaria; atq; ita illi qui priora verba tantum, ſequentibus ſpretis vrgent, committunt fallaciā diuiſionis. Deinde reſponderi etiam poteſt diſtinguendo alimentarij dignitatem & conditionem, ab alimenta debentis opibus. Præterquam enim quod à diuerſis non recte argumentum ducitur, *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus. 20. ff. de minor.* accedit, quod in alimentorum æſtimatione conſtituenda, non primò ad eius qui alimenta præſtare debet, opes ſit reſpiciendum: alioquin idem, quamdiu prioribus non laberetur facultatibus, ſuos omnes pari ratione & modo alere haberet neceſſe: itaq; iure probari non poſſe puto, ob ſolas alimenta præſtare debentis amplas opes, creſcere alimenta, non conſiderata dignitate alimentarij: at econtra notiſsimū

eſſe ſcio potiorem & priorem haberi rationem conditionis alimentarij, quàm facultatum alere debentis *l. ſeruis. 99. in fin. princ. ff. de legat. 3. l. cum vnus. 10. §. vlt. ff. de alim. vel cib. leg.*
7 Sententiam † autem hanc ita confirmatam limitandam eſſe arbitror, vt non procedat, quando ex conſuetudine aliud eſt receptum, prout de Principum ſpurijs fieri teſtatur Crauett. *conſil. 958. incip. De legato annuo. num. 47.* in qua limitatione tamen præſuppono, Doctori de conſuetudine atteſtanti credendum eſſe, donec contrarium probetur. *Port. lib.*
8 *1. concluſion. cap. 24.* Similiter iſtam † ſententiam reſtringendam putem, quando ex regionis alicuius conſuetudine in Baſtardos aliqua paternæ dignitatis pars tranſit, quod in Delphinatu fieri ſcribit Guido Pap. *deciſ. 580. num. 3. & multis confirmat Tiraq. de Nobilit. cap. 15. num. 25. quicquid dicat Gabr. Palaeot. d. c. 60. num. 8. Et in hiſce limitationum terminis procedere poſſunt ea, quæ ſcribit Tib. Decian. conſil. 30. vol. 2. quod con-*
9 *ſilium ijſdem pene verbis repetitur conſil. 29. vol. 3.* Deniq; † quod iam dictum eſt, ſpurios alendos eſſe ſecundum opes parentum, id notabiliter limitatur vt verum ſit, quoad fructus aut reditus bonorum, ita vt propter ſpuriorum alimenta non ſit neceſſe ipſa bona diſtrahere, fructibus huic oneri non ſufficientibus: *ita per l. qui bonis. ff. de ceſſion. bon. notabiliter tradit Ant. Gomeſ. in comment. ad ll. Tauri. l. 9. cum aliquot ſeqq. nu. 40.*
10 At vero † alimenta, quæ aſcendentibus debentur, ſi liberorum facultates patiuntur, danda ſunt iuxta parentum dignitatem. *l. ſi quis à liberis. §. non tantum. ff. de lib. agnoſc.* Cum enim patrem & matrem, auum & auiam, cæteroſq; aſcendentes, vitæ ac procreationis ſuæ, ſecundum Deum, autores cognoſcere neceſſe habeant liberi, ideo ex hac naturali & fortiſsima coniunctione, coguntur alimenta non qualiacunq;, ſcilicet quæ duntaxat neceſſaria ſunt ad vitam conſeruandam, ſed pro eorum dignitate præſtare. *Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 37.* Vxoris alendæ modus ſumi poteſt ex ijs quæ dixi ſupra *lib. 1. cap. 10. num. 14. cum duob. ſeqq.* quorum odioſa repetitione lectori nolo eſſe moleſtus. Quod ſi
11 quis † de viduarum alimentis quærat, quis modus in ijs ſit obſer-

obſeruandus, ego diſtinguerem: aut enim viduæ non habentis de quo ſemet alat, filij extant, ſuntque defuncti patris hæredes, & ab his alenda erit, etiam dignitatis habita ratione, ſi facultates patiantur, per ea quæ de áſcendentibus iam dixi: aut hæreditas viri defuncti ad alios eſt deuoluta, & tum ſubdiſtinguendũ putem: ſi enim dubitetur de alimentis, intra annum luctus propter dotem in rebus mobilibus conſiſtentem nondum reſtitutam præſtandis, tum omnia viduæ dari debent, quæ huius vitæ neceſsitas poſtulat, etiamſi fructus dotis hoſce ſumtus non æquent, *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 7.* ſin vero agatur de alimentis præſtandis viduæ pauperi poſt annum luctus, tum *ex auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* debetur quarta pars, non conſiderato vtrum inde ad ſufficientiam tantum, an vero etiam ad decorem queat viuere. *Dec. d. auth. præterea. num. 5. verſ. nec obſtat quod quarta poteſt eſſe plus. Quæ diſtinctio conuenit ijs quæ tradit Anchar. Bonon. in c. de prudentia. num. 4. extr. de donat. inter vir. & vxor.* Quomodo autem præſtanda ſint viduæ alimenta ex legato, paulo inferius dicam. E contra † vero quando maritus ab vxo-
12 re ſua alendus eſt, quod nonnunquam fieri iura noſtra volunt, *vt dixi ſupra libr. 1. cap. 12.* tum ea alimenta ad ſolam neceſsitatem reſtringenda eſſe, nobilitatis alteriusúe dignitatis nulla omnino habita ratione, cenſet Baldus *in l. ſi maritus. 43. in fin. ff. ſolut. matrimon. quem ſequitur Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 14. num. 1.* quia tamen Baldus nihil allegat, ſed ſaltem remittit lectorem ad Iacobum de Aren. qui *in d. l. ſi maritus. 43. num. 2.* pro vtraque opinione textus adducit quidem, nempe dignitatem non eſſe conſiderandam, *per l. 1. §. mulier. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. tutor ſecundum dignitatem. 13. ff. de adminiſtr. tut.* & rurſum dignitatem mariti eſſe conſiderandam. *per l. Nepos. 125. ff. de verb. ſignif. & l. habitatio. 4. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. penult. & l. vlt. ff. de in rem verſ.* at non oſtendit, in qua parte tandem acquieſcat: imò veriſimilius videtur, quod opinionem vltimo loco adductam teneat: *gl. fin. l. qui filium. ff. ad SC. Trebell.* ideo Baldi vtpote certo fundamento deſtituti ſententiã ſimpliciter amplecti, tutum eſſe non videtur.

Ego

13 Ego † igitur magis accedo eorum ſententiæ, qui diſtinguunt (hos enim magis veritatem dicere præſumtio. eſt. *§. vlt. Inſt. quib. ex cauſſ. manumitt. non lic. §. cum ex aliena. verſ. & poſt multam Sabinianorum. Inſt. de rer. diuiſion. Contard. l. diffamari. cap. 5. num. 114. C. de ingen. manumiſſ.*) vtrum vxoris tam exiguæ ſint facultates, vt extremam paupertatem paſſura ſit, ſi maritus iuxta dignitatem ali cupiat, & tum procedat Baldi opinio, neque admittatur dignitatis mariti conſideratio: cum ordinata charitas à ſe ipſa incipiat: *l. præſes. C. de ſeru. & aq.* & alijs non ita ſit ſubueniendum, vt ipſis ſit leuamentum, nobis autem afflictio: *2. Corinth. cap. 8. verſ. 13.* an vero vxoris tam amplæ ſint facultates, vt tam mariti quàm vxoris dignitati ſufficiant, tum non Baldi, ſed contraria opinio obtineat, ita vt marito iuxta dignitatem alimenta ſint ſuppeditanda. *d. l. Nepos. 125. atq; ita diſtinguunt Ioan. de Imol. in d. l. ſi maritus. 43. num. 3. Alex. in l. maritum. 13. num. 2. ff. ſol. matrim. & alij quos recitat Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 30. principal. per tot.* Hæc diſtinctio igitur, cum mulierem, ne egeat, marito præferat, vt in primo membro dictum eſt, non video quomodo per iura, maritum mulieri inopia laboranti in ſolidum condemnandum eſſe diſponentia, euertatur: *quod tamen opponit Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. num. 76. ff. de liber. agnoſc.* De alimentorum ex contractu aut quaſi debitorum modo, nihil attinet dicere, cum is vel ex ipſa conuentione vel ex ijs quæ ſupra *lib. 1. cap. 13. num. 68. 69. 79. 84. 100. & paſſim* dicta ſunt, colligi queat: quemadmodum nec tractabo modum quo litigantes alendi ſunt, quia is ſimiliter explicatus fuit ſupra *lib. 1. cap. 14. num. 31. 32. 60.* De illo
14 † ſaltem admonendi ſumus, cum ſupra *d. cap. 14. num. 77.* dixerim, ei qui ſemel bonis ceſsit, & poſtea quaſdam facultates corraſit, iterum omnia bona non eſſe adimenda, ſed relinquendum quod ei alendo ſufficiat: quod in horum alimentorum modo conſtituendo, præcipue ad tria ſit reſpiciendum, primo ad quantitatem & reditus patrimonij: *l. qui bonis. 6. & ibi DD. ff. de ceſſ. bonor. Boër. deciſ. 19. num. 7. Menoch. conſil. 373. incip. Reuerendus ac excellens. num. 6. & 7.* Secundò

cundo ad conditionem & dignitatem perſonarum: *l. ſeruis. 99. in prin. ff. de legat. 3.* & tertio ad annos vel ætatem bonis ſecunda vice cedentium. *Iaſ. in §. item ſi de dote. num. 7. Inſtit. de action. præceptor meus honorandus D. Matth. Colerus in erudiſſimo ſuo opere de proceſſ. executiu. part. 2. cap. 3. num. 115.* Tan-
15 dem † vt & de alimentorum in vltima voluntate relictorum modo aliquid addam, primò omnium conſtituendi ſunt duo caſus: aut enim teſtator ipſe alimentis legatis præſtituit modum, aut non. *Nic. Reuſner. lib. 2. conſult. quæſt. 5. num. 5.* In primo caſu ſubdiſtinguitur: nam vel ſimpliciter & abſolutè modum expreſsit, verbi cauſſa, ſingulis annis alimentorum nomine dari volo Titio decem amphoras vini & ſex modios tritici, vel certam ſummam pecuniæ, *vt in l. vlt. ff. de reb. dub.* & tum quia ſatis de teſtatoris voluntate conſtat, dubitationi non eſt locus: *l. ille. 25. ff. de legat. 3. cum ſimil. & ita in interpretatione alimentorum legatorum ſcribit Bertrand. conſil. 268. incip. Ponitur in facto. num. 5. part. 1. vol. 2.* adeo vt licet legatarius, propter tenuem & vilem ſuam conditionem iſto legato non indigeat, tamen iuxta ipſius conditionem reſtringendum non ſit, ſed totum debeatur: *text. eſt in l. Diuus. 22. §. licet.*
16 *ff. de vſu & habit. Fr. Cremenſ. ſing. 84.* vel † expreſsit modum relatiue, & tum inprimis perſonæ ratio conditioq; conſideranda eſt, poſtea rei ex qua alimenta debentur, fructus: nam ſi à teſtatore filiæ ſuæ alimenta relinquerentur donec ei dos relicta ſolueretur, eſſent alimenta moderanda iuxta dotis quantitatem, ætatis tamen ante omnia habita ratione, *ita eſt text. in l. cum vnus. 10. §. fin. ff. de alim. & cib. legat. Lud. Roman.*
17 *ſing. 538. Bapt. Pontan. de alim. cap. 17. num. 26.* Sic † ſi teſtator leget alimenta ex fundo Corneliano; ex quo, cum fructus pari felicitate ſingulis annis non proueniant, vt quotidiana experientia teſtatur: dubitari poteſt de anno frugibus aduerſo, num aliquid vltra fructus eo anno natos, legatarius ab hærede petere queat, & deinde quando, vtrum hæres teſtatoris interim de ſuo alimenta legatario præſtare cogatur, an verò alimentarius expectare debeat vberiorem prouentum anni ſequentis: Et breuiter reſpondendo, videtur vltra fructus eo anno natos, ſi ij ad alimenta non ſufficiant,

lega-

legatarium ab hærede petere poſſe; *l. Lucius. 12. ff. de alim. vel cib. leg. Anchar. conſil. 254. incip. Super primo quæſito. circa fin. Hier. Gig. conſil. 130. incip. Edoceri cupis. num. 5.* ita tamen vt alimentis ex fundo certo conditionaliter relictis (ſi prouenerint tot fructus) vel per relatiuum, fructibus in alimenta legatis, qui in fundo Corneliano nati fuerint, &c. (quæ loquendi forma conditionis vim obtinet, *vt dixi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 8.*) modus impleri debeat etiam ex ſuperiorum annorum vbertate: *l. legatum. 17. §. vini: & ibi gl. vlt. ff. de ann. legat. l. ex eo. 13. ff. de tritic. vin. & ol. leg.* ſin verò alimenta legata ſint ex fundo Corneliano, ſine conditionis vel tacitæ vel expreſſæ mentione, tum legatarius, fructibus hornis legato non ſufficientibus, anni ſecuturi vbertatem expectare habebit neceſſe. *l. Firmio. 26. in pr. ff. quand. dies legat. ced. Menoch. con-*
18 *ſil. 40. num. 17.* Quæ † tamen procedunt ſi alimentorum taxandorum reſtringendorúmue cauſſa, teſtator mentionem fundi fecerit; ſecus ſi tantum deſignationis aut demonſtrationis ergo, vt ſciat hæres vndénam præcipuè alimenta commodè ſoluere debeat: hoc enim poſteriore caſu alimenta legata illico debentur, ſiue in fundo aliquid fructuum natum fuerit necne. *l. Lucius. 12. ff. de alim. vel cib. leg. l. quidam. 96. in princ. ff. de legat. 1. Angel. l. ſi fideicommiſſum. 50. §. tractatum. num. 4. & 2. ff. de iudic. Caſ. de Vrſill. deciſ. 252. in princ.* & hæc in effectu congruunt cum diſtinctione quam tradit Bart. *in l. inter. 83. §. ſacram. num. 6. ff. de verb. oblig. & ſequuntur Io. de Amic. conſil. 46. incip. Excellens dominus Comes. num. 12. Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 29. ac* COMMVNEM *aſſerit Alex. in*
19 *d. §. ſacram. num. 7.* Atque † forſitan hæc obtinebunt etiam in alimentis ex certo prædio ob contractum debitis. Licet enim concedatur, *quod tradit Bald. in l. ſi quis argentum. 35. in princ. num. vlt. C. de donat. & ſupra d. cap. 13. num. 8. probaui*, eiuſmodi promiſsione conditionem contineri, tamen nihil obſtat quo minus paulo ante de alimentis ex certo fundo legatis dicta, accommodentur ad alimenta ex certo fundo promiſſa. Extantibus enim tot amphoris vini vel tot modijs frumenti ex illo fundo iam antea nati, tum eſt conditio de præterito,

terito, quæ obligationem non ſuſpendit. *§. conditiones. Inſtit. de verb. obligat.* ſin verò nondum ſit natum, iure & merito conditio expectanda erit, quouſque fructus promiſsi prouenerint. *§. ſub conditione, Inſtit. d. tit.* Deinde vt hæc ad contractus applicanda putem, mouet me ipſe Bald. qui in d. loco notata Doctorum *in d. l. inter.* allegat, vbi præcipuè de contractibus eſt ſermo.
20 Vnde autem † colligi poſsit, vtrum taxationis, an verò demonſtrationis cauſſa fundus ſit adiectus, aduertendum eſt, quando peculiari & abſoluta oratione declaratur, quid & quantum ſolui debeat, & poſtea ſeorſim ſubijcitur locus, vnde debeat exſolui: tum enim non taxationis, ſed demonſtrationis cauſſa locus adiectus cenſetur: *textus eſt apertus in d. l. quidam. 96. in princ. ff. de legat. 1. l. Paula. 27. §. vlt. ff. de legat. 3. d. l. Lucius. 12. ff. de alim. vel cib. legat.* quando verô vna tantum eſt oratio ſignificans quid ſit legatum & vnde ſolui debeat, veluti ſi teſtator dicat, volo decem Titio ex fructibus fundi Corneliani ſolui: tum locus videtur adiectus gratia taxationis, & ideo hæres non cogitur ſoluere vltra fructuum ex iſto fundo perceptorum prouentum *l. ſi quis ſeruum. 8. §. ſi quis legauerit. ff. de legat. 2. l. nomen debitoris. 34. §. vni ex hæredibus. ff. de legat. 3. & textus optimus in l. cum certus numerus. 5. ff. de tritic. vin. vel ol. leg. atq; ita diſtinguit Caſtrenſ. conſil. 339. incip. Quia exceptiones. num. 3. vol. 1. Ludouic. Roman. ſing. 435. incip. Queritur an teſtator. Phil. Dec. conſil. 183. incip. In controuerſia que agitatur. num. 1. & conſil. 324. incip. Conſuluit accurate. Auguſt. Bero. conſil. 17. incip. Portionibus annuis. num. 13. cum ſeqq. vol. 1. Franc. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 9. cap. 3. num. 20.* Quam diſtinctionem quemadmodum propter textus allegatos puto veriſsimam, ita ei addendum puto, in dubio interpretationem faciendam eſſe, vt verba potius demonſtrationem quam taxationem inferant. *text. eſt in l. in conditionibus. 19. §. hæc ſcriptura. ff. de condit. & demonſtrat. Auguſt. Bero. d. conſil. 17. num. 17.* Huc puto etiam pertinere, ſi teſtator modum alimentorum æſtimandum certi cuiuſdam hominis, vt Titij, arbitrio commiſerit: quod arbitrium tamen, iuris noſtri regulis aſtrictum eſt, ita vt legatarij

tarij dignitatis, nec non facultatum teſtatoris habita ratione, alimenta æſtimet, de quibus paulo poſt dicam: & deinde
21 de † hæredes debent vocari, vt interſint huic taxationi. *l. nam ita. 39. ff. de adoption l. de vnoquoq. 47. in pr. ff. de re iudic. cap. 2. de teſtib. §. ſed ſi quis nepotis & ibi Mynſing. num. 2. cum ſeq. Inſtit. de adopt. atq. ita in hiſce noſtris terminis tradit Anchar. Bonon. conſil. 383. incip. Primo & ante omnia. in pr.* Et hæc dicta ſint de primo principali caſu, quando ipſe teſtator modum alimentis
22 legatis præſtituit: nunc de ſecundo nempe † quando teſtator ſimpliciter ſine vlla modi ſignificatione alimenta cuidam reliquit. Etſi autem alicui videri poſsit, eiuſmodi legatum propter incertitudinem & generalitatem non valere. *l. legato. 37. cum ibi notat. ff. de legat. 1.* quia tamen alimentorum legatum naturaliter eſt taxatum *Bald. l. vlt. §. idipſum. num. 1. C. de bon. quæ liber. Iaſ. l. qui quartam. 15. §. ſi quis vnam. num. 3. ff. de leg. 1.* ideo tale legatum quamuis alicui videatur incertum valet, vt paulo inferius *in hoc libr. cap. 7. num. 19. cum ſeqq.* dicam. Quando itaque teſtator legat alimenta, modo aut quantitate eorum non expreſſa, tum ante omnia cogitandum eſt, num teſtatoris alicunde poſsimus indagare voluntatem; hanc enim legibus non repugnantem dominari inter omnes conſtat. *l. cum quæſtio. 23. in fin. C. de legat. cum alijs quæ cumulat Neuiz. in ſylu. nupt. lib. 6. num. 18. & latiſſime Hier. Zanch. in repet. l. hæredes mei. §. cum ita part. 3. num. 46. cum ſeqq. ff. ad SC. Trebell.*
23 Quia † vero teſtatoris voluntatem per ſomnium ipſimet nobis non fingere, *Franc. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 2. num. 3.* ſed eam vel ex teſtamenti verbis vel teſtatoris factis, *l. non aliter. 69. in princ. ff. de legat. 3.* vel denique ex publicarum legum diſpoſitione debemus colligere, *l. licet. 74. in fin. ff. de legat. 1. Hier. Zanch. d. part. 3. num. 64. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. cap. 6. num. 1.* ideo Iuriſconſultum Alburnium Valentem *in l. cum alimenta. 22. in pr. ff. de alim. vel cib. leg.* ſecutus, in teſtatoris, quoad alimenta legata, inueſtiganda voluntate, tria præcipue conſideranda arbitror: quorum primum eſt, vt videamus quæ & quanta alimenta ſolitus fuerit teſtator legatario præſtare: alterum, quanta alijs eiuſdem ordi-

ordinis reliquerit: & tertium quæ ſint facultates, quæque neceſsitudo & affectio teſtatoris defuncti erga legatarium.
14 *Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 32.* De primo † non diu laborandum puto, cum apertè probetur *in d. l. cum alimenta. 22. & l. ſi cui. 14. vbi gloſſ. plures textus concordantes adducit. ff. de annu. leg.* atque iſta teſtatoris conſuetudo potius in facto quam in iure conſiſtat, *Natt. conſil. 387. incip. In quæſtione alimentorum. nu. 10.* & olim apud Romanos ex defuncti patrisfamilias rationibus & commentarijs colligi potuerit. *l. ſeruis. 99. in princ. verb. ex libellis familiæ. ff. de legat. 3. Steph. Forcat. in pen. iur. cap. 23.* nunc ſaltem ſufficiat ſtudioſos admonere, ſi † diuerſimode præſtari ſolita fuerint à teſtatore, vltimam conſuetudinem eſſe ſequendam *l. Mela. 14. §. ſed ſi alimenta. ff. de alim. vel cib. legat. Cephal. conſil. 773. nu. 22. Io. Bapt.*
25
26 *Pontan. de alim. cap. 17. num. 27.* deinde † in hac conſuetudine, conſideranda eſſe tantum quæ in alimentarij vſum teſtator principaliter & ordinarie dedit, non quæ ſui proprij honoris tuendi cauſſa præbuit, *l. Seio. 10. §. vlt. ff. de ann. legat. Angel. l. 1. num. 5. C. de legat. Bertrand. conſil. 71. incip. Nobilis & generoſus. num. 5. vol. 8. Hippol. Bonacoſſ. tract. de famul. quæſt. 193. circa fin.* neque quæ extraordinarie vel incerta liberalitate nonnunquam eſt elargitus *d. l. Seio. 10. §. 1.* Ex quo textu rectiſsime infert Bald. *in l. 1. num. 11. C. de legat.* viduæ, cui à marito alimenta legata ſunt, veſtes precioſas ac verſicolores dandas non eſſe, licet maritus ipſi tales veſtes præbere fuerit ſolitus: cum eas potius ſui quam vxoris cauſſa dediſſe cenſeatur *l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commod. ſequitur Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 165. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. & alia fundamenta adducit idem Bald. conſil. 30. incip. Viſo teſtamento. num. 2. volum. 5. quibus addi poteſt Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 161.*

27 Ad teſtatoris † autem adhuc viui conſuetudinē propterea reſpicere debemus, quod ex viuentium arbitrio, morientium deſideria non ſine iuſta ratione colligamus, *l. quoniam. 4. in princ. C. de natural. lib. quem textum ſingularem ad hoc appellat Laur. Calcan. conſil. 48. incip. Viſo dicto caſu diligenter nu.*

*14. & Fran. de Capit. in conſil. ſuo quod eſt inter Laur. Calcan. conſ.*
*106. incip. Vt reſpondeamus. num. 3. Fr. Mantic. d. tract. lib. 3. tit.*
28 *2. num. 6.* Alterum † quod in conſiderationem venit, eſt
vt videamus, quanta alimenta alijs eiuſdem ordinis & digni-
tatis teſtator reliquerit: quod etſi quidem rurſum facti eſt, &
aliunde quàm ex teſtamenti tenore colligi non poteſt nihil-
ominus tamen manifeſte textus *in d. l. cum alimenta. 22.* euin-
cit, ætatis & dignitatis rationem in alimentorum modo con-
ſtituendo cum primis habendam. De ætate enim idem aſ-
ſerit text. *in l. cum vnus. 10. §. fin. l. alimenta. 16. §. Baſilicæ. ff. de*
*alim. vel cib. legat. l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. Io. Cari.*
*de primogen. lib. 2. quæſt. 3. num. 21. Roland. à Vall. conſil. 74. nu.*
*19. vol. 2. Caualcan. de vſufruct. mul. relict. num. 28. Cæſ. Lamber-*
*tin. in tract. de iur. patron. artic. 12. tertiæ quæſt. princ. num.* Di-
gnitatem autem alimentarij in alimentorum modo conſtitu-
endo obſeruandam eſſe, apud Doctores noſtros eſt vulgatiſ-
ſimum, *probaturq́; in d. l. ſeruis. 99. in princ. ff. de legat. 3. l. 1. §.*
*mulier autem. verſic. pro dignitate eius atq; mulieris. l. habitatio. 4.*
*in fin. ff. de ventr. in poſſ. mitt. l. ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter. & ibi*
*notat Alber. num. 3. ff. de vſufr. c. grandi. verſ. ſecundum quod ſuam*
*decet excellentiam. & ibi notat Gemin. num. 6. de ſupplend. neglig.*
*prælat. in 6. Bertrand. conſ. 242. incip. Ponitur in facto quod dudũ.*
*num. 7. part. 1. vol. 3. Grat. conſil. 87. incip. Dominus Ferraldus.*
*num. 14. vol. 2. late Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 142. cum ſeqq.*
*& Menoch. 251. num. 14.* vnde longe aliter alendi ſunt ruſtici
vel opifices, quàm nobiles ac Doctores. *gl. d. l. ſeruis. 99. quam*
*ſequitur Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num.*
*36. Matth. Brun. de ceſſ. bonor. quæſt. 30. principal. num. 2. Cacci-*
*alup. in l. diem functo. num. 51. ff. de offic. aſſeſſ.* de qua dignitate
ex more regionis eſt iudicandum. *l. ſi ſeruus. 30. §. fin. ff. de legat.*
*1. Marc. Mantua conſil. 276. incip. Cum diebus ſuperioribus. num 18.*
*Cato de re ruſtic. cap. 2. 56. 57. 59. 142. 143. Varr. de re ruſt. lib.*
29 *1. cap. 17. circa fin.* Quæ tamen † accipienda ſunt tantum de
dignitate præſente, non etiam depoſita. *Caſtrenſ. in l. ſi mari-*
*tus. 44. num. 2. ff. ſol. matrim. Iaſ. d. l. cum hi. 8. §. vult igitur. nu.*
*1. ff. de tranſact. Gul. Mayner. d. l. in omnibus. 68. num. 2. ff. de*
*reg.*

*reg. iur. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. non tantùm. num. 17. ff. de agnoſc. liber. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num.*
30 *34.* Tertiò † in legatorum alimentorum modo conſtituendo obſeruanda eſt hæreditas, facultates & bona teſtatoris, *d. l. cum alimenta. 22. in pr.* Non autem ſine cauſſa dixi, ad teſtatoris tantum bona reſpiciendum eſſe: cum propter hæredis inſtituti diuitias alimenta indefinite legata non augeantur. *d. l. cum alimenta. 22. verſ. ex facultatibus defuncti. Pariſ. conſil. 98. incip. Quoniam reuerendi. num. 28. vol. 2. ſequitur Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 25. num. 1. And. Gail. lib. 2.*
31 *obſer. cap. 44. num. 4.* Quia † vero bona intelliguntur cuiuſq; quæ deducto ære alieno ſuperſunt. *l. ſubſignatum. 39. §. bona. ff. de verb. ſignif.* ideo pro declaratione huius tertiæ inſpectionis obſeruandum eſt, æs alienum, priuſquam alimentorū ineatur ratio, deducendū eſſe. *ita per l. vſufructu bonorum. 69. ff. ad l. Falcid. l. fin. §. ſin autē æs alienum. C. de bon. quæ liber. l. mediterranea. 9. vbi habetur reſpectus ad onus. C. de ann. & tribut. lib. X. in hiſce noſtris terminis conſuluit Barbat. in conſ. 63. incip. Præclare ſcribitur. art. 3. vol. 2. & per l. ſi vniuerſæ. 15. C. de legat. ac d. l. vſufructu. 69. idem tradit Alex. conſil. 100. incip. ſuper primo caſu. num. vlt. in fin. vol. 1. Rol. à Vall. conſil. 22. num. 19. vol. 1. melior textus eſt in l. primo*
32 *gradu ſcripti. 23. ff. quæ in fraud. creditor.* Vnde † cum legitima filijs teſtatoris debeatur abſq; omni onere & grauamine, *auth. nouiſſima. in fin. & l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. teſtam.* ea etiam prius deducenda erit, *Rol. à Vall. d. conſ. 22. num. 20.* De-
33 inde † deducenda prius ſunt alimenta filiorum teſtatoris qui præſtare debent: ſi enim legitima filijs ita debetur, vt etiam legatis in piam cauſſam relictis præferatur, *c. vlt. 17. q. 4. Marian. Socin. conſil. 189. incip. Fateor ingenue. num. 70. cum ſeqq. vol. 2.* multo magis hoc aſſeuerandum eſt de alimentis, per ea quæ congeſſi infra de comparatione alimentorum & legitimæ: accedit etiam quod filij inopes cupiant damnum vitare: is vero cui alimenta legata ſunt, lucrum captet, cum legatum ſit donatio. *§. 1. & ibi notat DD. præceptor ac ſocer meus. Inſtit. de legat.* quorum par certe non eſt ratio. *l. vlt. C. de codicill. quo poſteriore argumento etiam vſus ſui ſuperius lib. 1. cap. 12.*

*num. 11.* præter quæ argumenta ſi quis Doctorum auctoritates etiam deſideret, videat Ioſeph. Ludouic. *in deciſ. Peruſ. 46. num. 11. cum ſeq.* Eademq; deductio admittenda etiam eſt, quando alimenta non à teſtatoris filijs, ſed ab alijs hæredibus relinquuntur. *per l. præſes. C. de ſeruitut. & aq. ac illud Terentij in Andr. Omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. Bertrand. conſil. 93. incip. Tota difficultas. num. 6. vol. 8.* Tertiò ſeparan-
34 da † etiam ſunt bona Emphyteutica & feudalia, ita vt hæc in computationem alimentorum non veniant ex Doctorum COMMVNI opinione. *Grat. conſil. 22. incip. In cauſſa illuſtrium dominorum. num. 8. vol. 1.* idq; fit, non quod Emphyteuſis bonorum appellatione non contineatur: *l. bonorum. 49. verſ. vel ſuperficiaria ſunt. ff. de verb. ſignific. l. rem. 52. ff. de acquir. rer. dom. Iaſ. in auth. vnde ſi parens. num. 8. C. de ineff. teſtam.* ſed quod eiuſmodi bona ex perſona primi concedentis deferantur ei, qui in iſta conceſsione expreſſe continetur. *§. Emphyteuſin. verſ. ſi hoc videlicet de vxore aut viro expreſſim nominetur in Auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. collat. 2. cap. 1. §. donare. qual. olim. pot. feud. alien. Barth. de Capu. ſing. 87.* Huic rationi addi poteſt hæc, quod cum iura noſtra non concedant, vt teſtator expreſſe relinquat alimenta ex bonis feudalibus, *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 123.* multominus putandum eſt, à iure noſtro admiſſum iri, vt talis interpretatio, publicis legibus contraria, teſtamento inferatur. *l. ſi ſtipulatus. 4. ff. de vſur. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 199. num. 9. atq; ita in ſpecie decidit Pariſ. conſil. 98. incip. Quoniam Reuerendi patres. vol. 2. Caualcan. de vſufr. mul. num. 97.* quæ deciſio tanto magis procedit, quando teſtator expreſſe ſanxit, vt alimenta ex hæreditate erogentur, *vt late ſcripſit Andr. Barbat. d. conſil. 63. artic. 4. vol. 2. & eſt MAGIS COMMVNIS opinio teſte Alex. d. conſ. 100. num. 6. vol. 1. quem ſequuntur Petr. Benintend. deciſ. 89. num. vlt. Fr. Burſat. conſil. 83. num. 20. Au-*
35 *guſt. Bero. quæſt. 95. num. 2.* Ex † cæterorum igitur bonorum fructibus, alimenta æſtimanda conſtituendaq; ſunt, adeo vt ſi palatia vel aliæ ædes, magni quidem valoris propter ſculpturas & picturas, at nullorum vel exiguorum fructuum, in hæ-

in hæreditate reperiantur, alimentorum æſtimatio non ſit facienda ex valore proprietatis, neq; ipſam proprietatem propterea vendere liceat. *l. Imperator. 50. in fin. vbi notat Bart. num. 4. Ang. num. 3. Alex. num. 5. Seyſſell. num. 4. ff. ad SC. Trebell. l. 3. §. modum autem. ff. vbi pupill. educ. deb.* (*quem textum ad hoc propoſitum allegare voluit Bart. in tract. de aliment. num. vlt.*) *quibus duobus textibus præcipue permoti hanc opinionem amplectuntur Salic. in l. 2. num. 2. C. de alim. pup. præſt. Raph. Cuman. conſ. 30. incip. Statuto. num. 4. Io. de Anan. conſil. 46. num. 9. Io. de Amic. conſil. 56. incip. In curia. num. 2. Alex. conſil. 100. incip. ſuper primo caſu. num. 7. & ibi Molin. in addit. vol. 1. Ang. Aret. in tract. de teſtam. gl. 45. num. 3. in recentiſſima editione, ſed in priore habetur ſub num. 5. Bertrand. conſil. 19. incip. Ex themate. num. 1. part. 2. vol. 1. Gozadin. conſil. 95. incip. Prima facie. num. 4. Crauett. conſil. 219. num. 9. Ranchin. part. 4. concluſ. 70. Vitàl. de Camban. tract. clauſul. cap. pen. num. 192. Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 18. 19. Fr. Marc. deciſ. 323. num. 2. part. 1. Io. Guter. in allegat. 14. num. 5. Io. Anton. Trigon. ſing. 11.* probatur etiam *per l. qui bonis. vbi hoc notat Angel. num. 2. Zaſ. num. 8. ff. de ceſſ. bon. idem Angel. in l. 1. num. vlt. C. de legat. Anton. Gomeſ. in comment. ad ll. Tauri. l. 9. num. 40. Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 185. num. 26.* deniq; probatur etiam hoc thema, quod in alimentorum legato regulariter non contineatur proprietas ſed vſus quidam, per ea quæ partim adduxi ſupra *lib. 1. cap. 15. num. 64. cum aliquot ſeqq.* partim adducam infra *hoc libro cap. 11. num. 14.* de natura autem vſus eſt, vt ſalua maneat rei ipſius ſubſtantia, *præceptor & ſocer meus D. Matthæus VVeſenbecius ad rubr. Inſtit. de vſu & habit. quo poſtremo fundamento vtitur. Bald. in conſil. 221. incip. conſiderandum eſt. vol. 4. quod etiam eſt inter Alex. conſil. 70. vol. 4. & eſt* COMMVNIS
36 *opinio Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 39.* Ampliatur † vt hoc etiam procedat, quando teſtator Titium ex certa pecuniæ ſumma ali iubet: tum enim ea pecunia vel debet deponi ad honeſtum aliquod lucrum, & inde legatario ſumtus ſuppeditari: *l. 3. §. 1. verſ. pecunia ex cuius vſuris. &c. l. pecuniæ. 8. ff. de alim. vel cib. leg. c. per veſtras. ext. de donat. int. vir. & vx. text* eſt ma-

*eſt manifeſtiſſimus in l. diui Seuerus. 89. vbi. notat Bart. num. 2. & l. pen. §. filiæ. ff. ad l. Falcid. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 33. Petr. Royz. deciſ. Lituan. 5. num. 449. & ſeq.* vel debet emi fundus, ex cuius reditibus præſtanda porro ſunt alimenta *l. ſi quis ad declinandam. 48. verſ. vt ex his res immobiles comparentur, & annuus victus ægrotantibus accedat. C. de Epiſcop. & cleric. & Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 119.* Et hanc opinionem COMMVNEM eſſe teſtatur Sim. de Præt. *lib. 4. de interpret. vlt. volunt. interpret. 1. dub. 11. num. 72.* Quod tamen non intelligi volo de eo caſu, quo teſtator Titio legauit pecuniam ad alimenta vel vt inde ſe paſcat: tum enim iſtius pecuniæ proprietas videtur legata, *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 15. num. 64. cum aliquot ſeqq. quibus nunc addo Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi fi-*

37 *lius. num. 12. & 13. ff. de lib. agnoſc.* Ampliatur † præterea, vt alimenta ſolummodo ex fructibus ſine proprietatis diſtractione danda ſint, etiam quando debentur ex promiſsione vel contractu, *d. l. 3. ff. vbi pupill. educ. deb. d. l. qui bonis. ff. de ceſſ. bon. d. l. pecuniæ. 8. ff. de alim. & cib. leg. d. l. Imperator. 50. ff. ad SC. Trebell. Bertrand. conſil. 163. incip. Ex caſu qui mihi dimiſſus. quæſt. 4. num. 6. part. 1. vol. 1. & conſil. 204. incip. Ex tenore publici. nu.*

38 *2. vol. 4.* Limitatur † tamen hoc thema, primò vt ex hæreditatis fructibus tantummodo alimenta legata æſtimanda dandaq; ſint, ſi ſcilicet teſtator indefinitè de alimentis fuerit locutus: ſecus ſi certum modum ijs ipſe præſtituerit, veluti ſi iubeat vt vel certa pecuniæ ſumma, vel definitus numerus frumenti, vini &c. Titio ad ſe alendum quotannis detur: tum enim ſi fructus rerum hæreditariarum ſolutioni non ſufficiant, vendenda etiam eſt proprietas. Cum enim hæc alimentorum æſtimatio, tum demum locum obtineat, quando certus modus à teſtatore expreſſus non eſt, ſed alimenta indefinite data ſunt: *d. l. cum alimenta. 22. in princ. ff. de alim. vel cib. leg.* in certis autem non opus ſit coniecturis: *l. continuus. 137. §. cum ita. in fin. ff. de verb. obligat.* conſequens eſt, vt fructuum exiguitatem, ad exoluenda annalia iſta legata, ipſarum rerum proprietas eiuſq; venditio, debeat ſupplere;

*ita in*

*ita in terminis conſuluit Bertrand. conſil. 268. incip Ponitur in facto part. 1. vol. 2.* cui argumento ſatis aperte ſuffragatur text. *in l. fin. §. ſin autem legata vel fideicommiſſa. C. de bon. quæ liber.* ita tamen vt hæredi ſalua maneat quarta Falcidia, *vt ſupra lib. 1. cap. 15. dixi* Etſi autem tam hoc thema quàm hæc limitatio de alimentis ex legato debitis agat, nihilominus vberioris 39 doctrinæ cauſſa addo, limitari † thema ſecundò in alimentis iure naturæ & iudicis officio debitis, vt ſunt quæ dantur deſcendentibus & aſcendentibus: quando enim fructus nó ſufficerent, tum etiam vendi poteſt & debet proprietas, incipiendo à re, cuius alienatio minus nocet domino: *textus eſt apertus in l. diuus. 5. in princ. verſ. ſed & propter familiæ cibaria. vbi Angel. notat num. 4. ff. de petit. hæred. Bertrand. conſil. 46. incip. Non puto. num. 4. vol. 6. Matth. Brun. in tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 28. principal. num. vlt. Natt. conſil. 48. incip. In cauſſa præſenti. nu.* 40 *7. gl. ſing. in l. ob æs. 12. C. de præd. & alijs reb. min.* Neq; † huic ſecundæ limitationi obſtat text. *l. fin. §. ipſum autem. C. de bon. qua lib.* vnde colligitur, non debere imponi neceſſitatem filio vendendi proprietatem ſuam nudam, & ex precio ipſius proprietatis ſe alendi: *quod Baldus ibi notatu dignum eſſe cenſet, ac ſequuntur Lud. Bolognin. conſil. 10. incip. Romanus quidam. num. 3. Benintend. deciſ. 89. num. 3. & 4.* Reſpondetur enim primò, aliud eſſe, quærere de eius cui alimenta præſtantur bonis vendendis: & aliud quærere de eius, qui præſtat alimenta, bonis diſtrahendis. Quæ diſtinctio cum ex doctrina relatiuorum ſit notiſsima, & textus allegatus *in d. § ipſum autem.* agat de filij, cui præſtantur alimenta, bonis non alienandis, de quo caſu dixi ſupra *lib. 1. c. 1. nu. 19.* nos vero hic tractemus de eorum, qui præſtant alimenta, bonis vendendis: cuiuis apparet ex illo textu ad propoſitum noſtrum nihil recte inferri. Deinde poſito non tamé conceſſo, textum iſtum in noſtris terminis loqui, nihilominus dici poſſet, eum procedere, quando fructus ſufficiunt, ſecus quando alimentis non ſatis ſunt. *Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. 5 in princ. nu. 40.* Atq; hæc reſponſio aptiſsime quoq; accommodari poterit textui *l. qui bonis, 6. ff. de ceſſion. bonor. quo nititur Io. de*

*Rois in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 16. additis ijs que attuli*
41 *d. cap. 1. num. 19.* Ratio † huius ſecundæ limitationis eſt, quod legatarius alimenta legata ex titulo lucratiuo percipiat: *§. 1. verb donatio. & ibi notat preceptor ac ſocer meus honorandus. Inſt. de legat.* filij vero à parentibus & parentes à liberis alimenta petentes damnum & quidem omnium grauiſsimũ nempe famem conentur euitare: par autem eademq; ratio non eſt, amittere debitum & lucra non capere. *l. fin. C. de codicill. & hanc rationem in hiſce noſtris terminis tradit Natt. conſil.*
42 *48. incip. In caſu præſenti. num. 5. & 6.* Quia vero † hæc ratio multis alijs caſibus conuenit, ideo eos ab hac limitatione ſegregandos eſſe non arbitror. Ergo ſi donator inops à donatario alimenta petat, ipſam etiam rem, fructibus non ſufficientibus, alienari debere puto: *per ea que dixi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 68. cum ſeq.* idem dicendum erit de patrono paupere, præſertim cum aliàs res Eccleſiæ, ob pauperum alendorum neceſsitatem, vendere iura permittant. *c. aurum. 12. q. 2. quibus addi poſſunt, quæ ſcribunt Io. de Imol. l. ſi maritus. 45. num. 2. ff. ſol. matrim. Alex. l. maritum. 13. num. vlt. ff. eod. Bertrand. conſil. 25. incip. Viſa copia inſtrumenti. vol. 4. Campeſ. de dot.*
43 *part. 3. q. 239. nu. 2. & 3.* Tertio † limitatur iſtud thema, vt vltra fructus etiam ex proprietate alimenta dari debeant, quando de alendo iſtorum bonorum domino agitur, & fructus alimentis ſunt minores: *idq́ manifeſte probatur in l. ſi pupillus. 33. in princ. ff. de reb. auctor. iudic. poſſid. iuncta l. 3. §. modum. verb. reditum patrimonij. ff. vbi pupill. educ. deb. & notat Angel. d. l. ſi pupillus. num. 2.* Hinc euenit, vt bona Eccleſiæ, cum pauperum eſſe perhibeantur, *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 17. nu. 58.* ſi fructus alendis pauperibus non ſufficiant, poſſint vendi. *d. c. aurum. 12. q. 2. Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alien. §. Cauſſæ vero & ſolennitates. num. 5. & plures paulo poſt num.*
44 *46. adducam.* Quartò † limitatur, vt etiam non procedat, quando agitur de alendo eo, qui dominus bonorum ſperatur, & fructus non ſufficiunt: *hoc aperte probatur in l. 1. §. mulier. verſ. deminutio autem. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. l. ſed ſi is qui. 5. §. an autem veſcendi. ff. de Carbon. edict. Angel. l. Neſennius. 41.*

*§. vlt.*

*§. vlt. num. 3. ff. de re iudic. Barbat. conſil. 63. incip. Præclare ſcribitur. artic. 1. num. 5. volu. 1. & in apoſtill. ad Baldum l. voluntatis. 7. num. 4. C. de fideicommiſſ. Bertrand. d. conſil. 46. incip. Non puto num. 4. volu. 6. Vital. de Camban. tract. clauſul. cap. pen. num. 198. cum ſeqq. Io. Anton. Trigon. ſing. 11. num. 2. Io. Guter. alleg. 14. nu. 5. & hæc opinio eſt* C O M M V N I S. *Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filium. num. 19. in fin. ff. de lib. agnoſc.*

45 Quintò † limitatur iſtud thema, vt ſolis fructibus alimenta non ſint contenta, quando quis non abſolutè, ſed reuocabiliter eſt dominus: Exempli cauſſa, Titius legati titulo accepit quatuor agros, rogatusque fuit, vt poſt mortem ſuam eos reſtituat Caio: poſtea tanta paupertate [illegible], vt non habeat, de quo vitam ſuam ſuſtentet, famis nec[illegible]ate ad venditionem iſtorum agrorum adigitur: poſt [illegible] mortem Caius hanc alienationem impugnans, contra [illegible] [a]gros alienatos ad ſe reuocare. Accurſius ſane *in auth.* [illegible] *verb. obligationem in fin. C. commun. de legat.* arbitratu[r] [ag]ros iſtos ob famis neceſsitatem iure alienatos non eſſe, motus forſitan per text. *d. auth. res quæ.* vbi permittitur alienatio ſolummodo ob dotem vel donationem propter nuptias, putans in cæteris non exceptis caſibus regulam manere firmam: *Petr. Ant. de Petr. tract. de fideicommiſſ. prohibit. quæſt. 8. num. 480.* at iure alienatos eſſe, neque Caio concedi vt reuocet, C O M M V N I S eſt Doctorum opinio, *Ludou. Roman. conſil. 167. incip. Circa id de quo. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 71. à dote ad alim. num. 2. Ruin. conſil. 199. incip. Viſis & bene ponderatis num. 8. volu. 1. Lud. de Molin. lib. 4. de primogen. Hiſpan. cap. 61. num. 8. Fr. Marzar. conſil. 60. nu. 4. Petr. Ant. de Petr. d. q. 8. nu. 480. Pontan. de alim. cap. 17. nu. 55.* imò M A G I S C O M M V N I S. *Alex. in l. Marcellus. 8. res quæ. num. 2. ff. ad SC. Trebell. Socin. reg. 57. incip. Bona reſtitutioni fallent. 4. Ant. de Padill. in auth. res quæ. num. 78. circa fin. C. commun. de legat.* Quæ opinio confirmatur primò ex *auth. contra in fin. C. ad SC. Trebell. quæ deſumta eſt ex Nouell. 108. cap. 2. Ant. de Padill. auth. res quæ. num. 78. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 182. num. 25. cum ſeq. & de præſumt. lib. 4. præſumt. 188. num. 24. & præſumt. 191. nu. 6. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filium*

*num. 21. ff. de liber. agnoſ.* Secundò probatur ex illo ipſo textu *d. auth. res quæ.* vbi cum rerum fideicommiſſo ſubiectarum alienatio concedatur ob dotis & donationis propter nuptias neceſsitatem: longè autem maior ſit alimentorum neceſsitas, vt ipſa experientia teſtatur, & dicam infra *cap. 10. huius libri. num. 19.* ſequitur vt multo magis hæc alienandi poteſtas ob famem permittatur. *Bald. conſ. 50. incip. Viſo teſtamento. num. 7. vol. 5. Lud. Roman. d. conſil. 267. Iaſ. in d. auth. res quæ. num. 31. C. commun. de legat. idem Iaſ. in l. Marcellus. §. res quæ. numero 5. ff. ad SC. Trebell. Petr. Anton. de Petr. d. quæſtione 8. numero 480. Menoch. d. libr. 4. præſumt. 191. num. 2. cum ſeqq.*

46 Tertiò probari etiam poteſt inductione: res † ſacræ & religioſæ aliàs alienari proh[illegible] *§. ſacra. Inſtit. de rer. diuiſ.* propter famis neceſsitatem p[illegible]t vendi: *c. aurum. 12. q. 2. l. ſanc[illegible] nemini. 18. & ibi gl. verb.* [illegible] *hominum. C. de S. S. Eccleſ. § inter dicimus. in Authent. de* [illegible] *titul. collat. 9. Nouell. 131. Bertachin. de Epiſcop. lib. 4.* [illegible] *quæſt. 37. num. 112. Calcan. conſil. 21. incip. Retento themate. num. 5. Ripa. l. obligatione. num.*

47 *54. gl. lib. 3.* Landtr. *artic. 7. verſ.* keufft ein Jüde, idem † eſt in

48 filio hominis liberi: *l. 2. C. de patr. qui fil. diſtrax.* in † feudis.

49 *Borcholt. tract. de feud. cap. 8. num. 70.* in bonis † dotalibus: *l. unic. num. 72. §. manente. ff. de iur. dot. l. 1. ff. de fund. dot. l. quamuis. 20. ff. ſol. matrim. gl. in §. 1. verb. prohibetur. ibiq; Fab. num. 3. Angel. num. 4. Schneid. num. 12. Inſtit. quibus alien. lic. vel non. Alber. de Roſat. l. Neſennius. 32. num. 4. ff. de negoc. geſt. Bald. conſil. 53. incip. Quædam domina. num. 3. vol. 3. Bapt. de S. Blaſio de priuil. dotal. priuil. 343. Bero. conſil. 36. num. 14. vol. 2. Petr.*

50 *Royz. deciſ. Lituan. 3. nu. 256.* in † rebus immobilibus minorum: *gl. fin. l. ult. C. de præd. min. Rauenn. ſing. 233.* & in ſumma quæcunq; alienationis prohibitio, non includit in ſe neceſſariam alienationem. *l. alienationes. 13. in fin. famil. herciſc. §. 1. Inſt. quib. ex cauſſ. manumitt. non lic. l. filius fam. 114. §. diui. verſ. ſed hæc neq; creditoribus. ff. de leg. 1. gl. l. quemadmodum. 7. verb. vendi. ibiq; Bart. num. 6. C. de agric. & cenſit. lib. XI.* Ergo & res fideicommiſſo ſubiectæ rectè alienari poſſunt ob famis

51 neceſsitatem. Quæ ſententia ita confirmata, ampliatur † primò,

mò, vt hæc alienatio ſit perpetua, eamq́; poſt alienantis mortem, is, cui debuiſſet reſtitui, reuocare non poſsit: *præcipue per duo priora fundamenta paulo ante adducta.* Neque obſtat *l. peto. 69. §. prædium. ff. de leg. 2.* Præterquam enim quod ille textus varias interpretationes recipit, quas ibi gl. *in verb. exter hæres.* recitat, accedit inſuper, receptiorem interpretationem, quam Bart. ibid. approbat, huic noſtræ ampliationi non refragari: & præterea longe diſcernenda eſt neceſsitas, quam ipſa natura hæredi grauato ineuitabiliter imponit, ab ea quam hæres ipſe ſua ſponte vel contrahendo vel delinquendo ſibi accerſit: cumq́; d. l. peto. *69.* §. prædium. loquatur de hac poſteriore neceſsitate: *quemadmodum verba textus ſatis manifeſte præ ſe ferunt, & idem affirmat Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 137. num. 4.* ideo ad priorem non recte applicatur. Et hæc eadem reſponſio accommodari poteſt textui *l. 5. §. ſin autem ſub conditione. C. commun. de legat.* neq; à Pariſ. *conſil. 98. incip. Quoniam. num. 13. vol. 2.* neq; à Pont. *in tract. de alim. cap. 17. num. 34. cum ſeq.* in hiſce terminis allegatur: ſed loquuntur de eo, qui poſt mortem ſuam ex re fideicommiſſo ſubiecta, tertio alicui velit alimenta conſtituere, quod admittendum non eſt *per d. §. ſin autem ſub conditione.* Se-
52 cundò † ampliatur, vt alienatio concedatur, etiam pro alimentis filiorum, nurus, & aliorum ex familia, ſine qua paterfam. ſtare non poteſt. *l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. ff. fam. erciſc. Ant. de Padill. d. auth. res quæ. num. 86. & 87. Menoch. d. præ-*
53 *ſumt. 191. num. 7.* Tertiò † ampliatur, vt filius bona fideicommiſſo ſubiecta, non tantum pro cibo, potu, & veſtitu alienare poſsit, ſed etiam in ſumtus ſtudiorum: *per fundamenta quæ adducit Menoch. d. lib. 4. præſumt. 191. num. 12. cum ſeqq. vbi*
54 *quilibet poterit videre.* Limitatur † primò vt procedat, quando filij vel deſcendentes grauantur per aſcendentes bona reſtituere: ſecus ſi hæres vel legatarius extraneus grauetur bona reſtituere: hic enim ob famis neceſsitatē non poſſet prædicta bona alienare. *d. auth. res quæ. verb. ſi liberis. C. commun. de legat. ibiq́; notat Odofred. Bart. & alij. & hanc* COMMVNEM *opinionem eſſe tradit Ant. Gomeſ. ad ll. Tauri. l. 40. num. 87. verſ. Quar-*

55 *Quarto notabiliter intellige.* Deinde † limitatur vt huiuſmodi alienatio pro rata & firma non habeatur, ſi facta fuerit in fraudem eorum quibus bona alienata debebant reſtitui: *ita expreſſe tenet additionator ad Guid. Pap. deciſ. 611. verb. irreuocabiliter*: non tantum enim cuiq; ſua fraus prodeſſe non debet. *l. verum. 65. §. tempus. ff. pro ſoc. c. cum olim magiſter. 33 in fin. ext. de offic. & poteſt. iud. deleg. cum ſimil.* ſed etiam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri *l. non debet. 75. ff. de reg. iur.* Si igitur qui poſt mortem ſuam alteri quædam bona reſtituere iuſſus eſſet, helluationibus operam dans, bona ſua dilapidaret, ei poſtea non eſſet concedendum, vt proprietatem bonorum fideicommiſſo obſtrictorum alienaret. *ita in terminis tradit Menoch. d. præſumt. 191. num. 8. cum ſeqq.* Neq; tamen huius exempli de prodigo, adductione, diſcedo ab ijs quæ dixi ſupra *lib. 1. cap. num. 22. cum ſeqq.* Primò enim ibi pater & quidem in mediocribus facultatibus conſtitutus, adhuc viuit, in noſtro caſu præſenti eſt mortuus: & verò non pari vinculo bona paterna obſtricta ſunt filio ad alimenta præſtanda, quo pater tenetur: vt admonui ſupra *in d. cap. 2. num. 62.* deinde in iſto caſu pater adhuc viuus filio heluoni quædam prædia vel alia bona pro alimentis tradens, culpæ ſe alligat, *vt oſtendi d. cap. 2. num. 25.* quod de patre qui filiũ fideicommiſſo, ſalua tamen legitima, onerat, dici non poteſt: cum huiuſmodi diſpoſitio legib. noſtris ſit conſentanea.

56 Tertiò † limitatur iſta concluſio, vt alienatio iſta propter neceſsitatem famis rata quidem ſit, ſi ſcilicet præcedat cauſſæ cognitio & iudicis decretum: *ita per l. 8. 5. & paſſim. ff. de reb. cor. qui ſub tut. & l. ſancimus. 25. C. de adminiſtr. tut. ſentit præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec. in addition. ad Schneidevv. §. 1. nu. vlt. Inſt. quib. al. lic. vel. non. pro cuius ſententiæ confirmatione etiam adduci poteſt l. diuus. 5. in pr. ff. de heredit. petit. & quæ habet Borcholt. de feud. cap. 8. num. 70.* Hactenus † autem dictorum vſus etſi præcipuè conſiſtit in eo, vt

57 ſciamus tam quomodo petitor alimenta liquidare (vt in praxi loquimur) debeat, *Tiber. Decian. conſil. 9. num. 58. volu. 1.* quàm quid in alimentis legatis decernendis ob oculos habere

bere oporteat iudicem: *l.verba.5.in fin.ff.de alim.vel cib. leg.* neue teſtamentarij executores omnia teſtatoris bona legatario aſsignent: *Io.de Anan. ad rubr. de infant. expoſ.num.5.* tamen iſta inſpectio facultatum, dignitatis, &c. non eſt inſuper habenda quando de patronorum, *Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 20.num. 143.* de litigantium, *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 14.num. 31.32.& 60.* vel aliorum alimentis tractatur. *l.2. in pr. C. de alim.pup.præſtand. Alberic. l. quæro. 60. num. 2. ff. de iur. dot. Cephal. conſil. 668. num. 5.* Illas enim circumſtantias iudex inprimis conſiderare debet, cuius arbitrio alimenta æſtimanda ius noſtrum permittit. *l. verba. 5. in fin. ff. de alim.& cib. leg. Crauett. conſil. 189. num. 10. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt.lib.2. caſ. 169. & conſil. 25. num. 12.cum ſeqq.* Vſque adeo autem iudici incumbit alimentorum æſtimatio, vt ſi is, cui huius rei cura à teſtatore iniuncta fuerat, ſuo munere non rectè functus eſſe perhibeatur, ad iudicem hoc onus redeat: *Anchar. conſil. 383. incip. Primo & ante omnia. num.4.* in quorum alimentorum ratione ineunda non tantum computet bona ipſius iuriſdictioni ſubiecta, ſed etiam alibi ſita. *l. magis puto.5.§ illud. 8. ff.de reb.eor.qui ſub tut. Pet. Coſtal.l.ſi quis à liberis.5.non longe à fin. ff. de liber. agnoſc.*

58 Iam † etſi quidem in hiſtorijs de quibuſdam Principibus legimus, vt de ſua menſa ferculum in lance argentea ad lectum explorati alicuius egeni mittere ſoliti fuerint: quemadmodum de Ioanne Comite Hennebergenſe ac munus Abbatis Fuldenſis ſuſtinente ex Bruſchio refert Matth. Caſtrit. *lib. 2. de virtut. Germanor. Princip.cap. 5. num. 19.* quia tamen hoc illi iuſtitiæ parti tribuendum eſſe videtur, quæ exuperantiam quandam virtutis continet, atque ſine violatione honeſtatis omitti poteſt: *Ariſtot. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. cap.13. Alber. Bolognet. ad rubr. ff. de verb. oblig. cap. 2.num.5.* ideo hoc ſaltem ſubijcere placuit, eum qui pauperibus nimium delicioſa conuiuia præbet, venialiter peccare; *c. vnum. 3. §. quæ autem ſint minuta. in fin. diſtinct. 25. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. num. 48. ff. de lib. agnoſc.* Deinde addendum eſt etiam hoc, quod ſi quis quotannis certam pecuniæ ſummam alimentorum nomine in pau-

pauperes hoc vel illo loco habitantes, atque ita in corpus aut collegium quoddam diſtribuere iuſſus ſit, non habenda ſit ratio natalium, ſed omnibus proportione Arithmetica diſtribui oporteat. *c. cum omnes. 6. verb. coaequetis. & ibi gl. ac Innocent. num. 4. ext. de conſtitut. l. ſi partem fundi. 25. ibiq; notat Angel. ff. de ſeruit. ruſtic. pręd. Cœpoll. in tract. de ſeruitut. ruſtic. pręd. cap. 4. num. 15. Io. le Cirier de primogen. lib. 2. quęſt. 3. num. 22. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 7. num. 3. cap. 17. num. 16. & Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. nu. 55. cum aliquot ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Quæ ambo limitationis loco ad hactenus

59 expoſita, diligenter obſeruanda ſunt. Denique † circa modum alimentorum præſtandorum occurrit hæc quæſtio: alimentarius petit pecuniam, ex qua ſibi comparet ad victum quotidianum pertinentia: ſed hæres vel alius alimentorum debitor, paratus eſt præbere cibum, potum, veſtes, calceos, habitationem & cætera, quæ huius vitæ neceſsitas poſtulat, quæritur quid iuris. Et reſpondetur pecuniam non rectè exigi, ac proinde alimentarij petitionē iuſtā non videri. Nam alimentorum debitum certas ſpecies complectitur. *l. legatis. 6. ff. de alim. & cib. leg. l. verbo victus. 43. cum l. ſeq. ff. de verb. ſignific. Bart. in tract. de aliment. num. 32. Anchar. conſil. 383. incip. Primò & ante omnia. num. 3. qui ad hoc allegat l. 1. ff. de alim. vel cib. legat.* Quemadmodum autem debitor non poteſt inuito creditore ſoluere vnam rem pro alia: *l. 2. §. mutui. ff ſi cert. pet.* ita nec creditor poteſt petere vnam rem pro alia. *l. domini prędiorum. 5. & ibi Io. de Plat. C. de agric. & cenſit. lib. XI. Bertrand. conſil. 71. incip. Nobilis & generoſus. num. 9. & 10. volum. 8.* Poteſt etiam pro confirmatione adduci text. *l. nulli. 7. C. de erogat. milit. annon. lib. XII. l. fin. C. de milit. veſt. eod. lib. Bartol. conſil. 211. incip. Quidam ſibi filios. quæſt. 4. num. 8. vol. 1. Alberic. de Roſat. in l. cum hi. 8. §. ſi in annos. num. 2. ff. de tranſact. Guid. Pap. ſingul. 83. Petr. Peck. de teſtament. coniug. lib. 5. cap. 25. num. 2.* & facit denique text. *in cap. 1. §. procurationis. de cenſibus in 6. Etſi enim poſtea in c. felicis. 3. eod. tit. in 6. viſitatoribus pro victualibus pecuniam recipere permittatur: non tamen aliter quam iis apud quos viſitatio inſtituitur volentibus, vt verba textus in d. c. felicis. 3. apertè volunt.*

*volunt.* Quæ fundamenta quia in diuitibus non minus procedunt quàm in pauperibus : ideo vtrobique idem ius eſt conſtituendum *per l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. cum ſimil.* vnde Gulielmi de Cuneo inter diuites & pauperes diſtinguentis opinionem, quantum ad propoſitam quæſtionem attinet Albericus de Roſate cum ſuis aſſeclis recte repudiat : ac proinde perperam à Cæſare Vrſill. *in deciſ. 34. num. vlt.* adducitur. Limi-
60 tatur† tamen hæc deciſio vt vera ſit, primò in futuris vel præſentibus alimentis, ſecus quando de præteritorum alimentorum repetitione agitur. *Bart. d. num. 32. Bapt. Pontan. de alim. cap. 7. num 7. & cap. 17. num. 24. ac plura dicam* D E O *volente infra lib. 3.* Deinde limitatur vt vera ſit, quando alimentarius obſtrictus eſt apud debitorem alimentorum cibum capere: quod ſi ipſi alimentis vbicunque vellet frui liberum eſſet, tum diſtinguitur vt paulo inferius *cap. 3. huius libri* dicam. Tertiò limitatur, quando alimenta debentur, ſecus quando certa ſumma pecuniæ in cauſſam alimentorum, annuatim vel legata vel promiſſa ſit *: vt l. Mœuia. 13. §. vxore. ff. de ann. legat. l. libertis. 18. in princ. ff. de alim. vel cib. legat. l. vlt. ff. de reb. dub.* tum enim petens illam ſummam pecuniæ, aliud pro alio petere non cenſeretur: atque ita ceſſarent fundamenta in deciſione huius quæſtionis adducta. Quartò limitatur in caſu ſpeciali *l. vnic. C. de annon. & capitu adminiſtrant. vbi videndus eſt Cuiac. in paratit.*

## VBI ALIMENTA PRAESTARI DEBEANT.

## Caput III.

### *SVMMARIVM.*

1. *Facilius alimenta quis præſtat domi ſuæ, quàm vt cibum & potum aliò mittat.*
2. *Alimenta regulariter præſtantur in domo debitoris: reſpondetur rationi contrariæ. num. 23. ampliatur quinq; modis. num. 3. 14. 18. 19. 20. limitatur ſex modis. num. 22. 24. 33. 34. 52. 53.*

3. De-

3. *Deſcendentes & aſcendentes debet quis alere in domo ſua. num. 13. & 30. quod reſtringitur num. 12.*

4. *Filius vxoratus non poteſt vxoris ſuæ dotem à patre petere & ſeorſim habitare, ratione contraria non obſtante: num. 11. tribus tamen concurrentibus. num. 5. 6. 7. 10.*

7. & 9. *Filius emancipatus vel aliàs voluntate patris ſeorſim habitans, poteſt vxoris ſuæ dotem à patre ſuo petere, & ſibi ipſi de alimentis proſpicere: modo iſte filius dotem non diſsipet. num. 8.*

14. *Vxor in domo mariti debet ali: etiam tempore viduitatis. num. 17.*

15. *Mariti abſentis procurator non obſtringitur vxori extra mariti domum commoranti ſubminiſtrare alimenta: quod declaratur nu. 19.*

20. *Is cui habitatio legata eſt, debet in teſtatoris ædibus habitare: & ædibus ſemel aßignatis, hæredi variatio non conceditur. num. 21.*

22. *Alimentarius poteſt etiam ſine alimentorum debitore habitare.*

24. *Debitor alimentorum poteſt, ſi velit, alimentario cibum ac potum aliò mittere: etiamſi teſtator in ſuis ædibus eum ali iuſſerit. num. 25. imo hæredi fas eſt vendere ædes hæreditarias. num. 26. niſi habitatio in ſpecie ſit legata. num. 27.*

28. *Qui tenetur aliquem alere, ſufficit vt procuret eum recipi in hoſpitali vel alio loco: declaratur trifariam. num. 29. 30. & 31. reſpondetur rationi contrariæ. num. 32.*

34. *Is cui legata ſunt alimenta, ſi apud hæredes habitet, propter legitimam cauſſam poteſt alibi habitare, & nihilominus legatum conſequi: vbi recenſentur vndecim cauſſæ. num. 35. 36. 38. 39. 40. 41. 45. 46. 47. 49. 50. quarum cauſſarum ampliatio traditur num. 51.*

37. *Ioannis de Roias limitatio perpenditur.*

41. *Alimentarius ſi ob caſum fortuitum non poßit habitare cum hærede, perinde eſt ac ſi conditionem habitandi impleſſet: limitatur duobus modis. num. 42. 43.*

44. *An per nuptias eius, cum quo quis habitare iuſſus eſt, alimenta deſinant deberi.*

47. *Nouerca non cogitur cum priuignis ſtare, nec hi cum illa: quod an & quatenus verum ſit, declaratur num. 48.*

50. *Clericus non eſt auocandus à ſuo officio.*

53. *Patronus egenus domi ſuæ debet ali.*

54. *Pupillus vbi morari vel educari debeat, remißiue.*

A præ-

A Præcedente tractatione non longe abeſt loci & tempo-
1 ris conſideratio: quilibet † enim rei familiaris non omnino ignarus intelligit, facilius mihi eſſe alere aliquem à mea vel meorum miniſtrorum menſa, quàm cibum & potum aliquam ad domum ſuam mittere. *Bald. l. 1. num. 3. C. de legat. per l. cum hi. 8. §. in cauſſa. ff. de tranſact. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 75. Bertrand. conſil. 177. incip. Ponitur in facto. num. 1. part. 2. vol. 2. Natta. conſil. 387. incip. In quæſtione alimentorum. num. 4.* adeo vt alimenta extra domum debitoris ſibi præſtari petens, dicatur plus petere. *Ruin. conſil. 81. incip. In quæſtione alimentorum. num. 3. vol. 2. Rol. à Vall. conſ.*
2 *22. num. 10. vol. 1.* Itaq; conſtituendam † arbitror theſin: alimenta regulariter præſtanda eſſe in domo debitoris, non vero mitti oportere ad domum alimentarij: præter rationem iam adductam eſt textus apertus *in l. cum hi. 8. §. vult igitur. ibiq; Iaſ. num. 9. ff. de tranſact. Borcholt. tract. de tranſact. cap. 3. num. 45. l. prouincialium. 8. in fin. C. de erogat. milit. annon. lib. XII.* & facit vulgatum illud, teſtatorem velle minus grauare hæredem quàm fieri poſsit. *l. vnum ex familia. 67. §. ſi rem. verſ. ſunt enim. ff. de leg. 2.* Accedit inſuper quod ad domum rei venire debeat creditor recepturus quod ſibi debetur. *l. item illa. 18. in pr. ff. de conſt. pecun. quem textum in hac alimentorum materia allegat additionator Speculatoris tit. qui filij ſint legitimi. num. 31. cui addi poteſt text. l. 2. §. quod ait prætor. ff. quor. legat. atq; hanc theſin expreſſe tenet Alex. conſil. 178. incip. Videretur forſan. circa fin. vol. 6. Io. Lup. de Palat. in rubr. ext. de donat. int. vir. & vx. §. 64. num. 6. Rol. à Vall. d. conſ. 22. num. 9. Æmilian. conſil. 146. num. 15. & plures DD. adducit Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 168. num. 12. & caſ. 170. num. 9. & hæc eſt* COMMVNIS *opinio Burſat. conſil. 210. num. 1. vol. 2. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 52. vbi multa allegat.*

3 Ampliatur † primò, vt pertineat hoc thema ad alimenta aſcendentibus, deſcendentibus, collateralibus &c. ob conſanguinitatem debita. Nam pater non eſt adigendus, vt filio vel filiæ alimenta extra domum ſuam aliò mittat, ſed ſatis eſt ſi ijs ſecum cibum capiendi concedat facultatem:

*arg. l. quidam cum filium. 132. verſ. domo eum propulerit. cum ibi not. per D.D. ff. de verb. oblig. Cordub. de Lur. in l. ſi quis à liberis. in princ. num. 10. ff. de liber. agnoſc. quam ſententiam* C O M M V N E M *eſſe, teſtatur Pinell. in l. 1. part. 1. num. 54. C. de bon. mater. Eman. Soarez in theſ. recep. opin. lit. F. num. 184. Io. Gars. de expenſ. cap. 4. num. 20. Hippol. Bonacoſſ. in tract. de equi. Canonic.*
4 *concluſ. 2.* Et hæc † prima ampliatio extenditur, vt pater filium poſsit compellere, ne habitet extra domum & familiam patris *l. 1. & tot. tit. ff. de lib. exhib. Angel. conſil. 85. incip. Pater habens plures filios. num. 3.* ita vt etiam filius vxoratus non poſsit vxoris ſuæ dotem à patre ſuo auocare, & ſemetipſum ac ſuam coniugem liberoſq; inde alere, *l. ſi filia. 20. §. hoc amplius. verſ. dotem vxoris ſuæ præcipiet. ff. fam. herciſc. l. vxor tua. 2. vbi notat Caſtr. num. 3. C. eod. tit. l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel al.*
5 *iur.* ſi † modo patri nulla cauſa ſeparatæ habitationis poſsit imputari, & deinde ſi filius ſit in poteſtate patris, id quod in dubio præſumitur, *l. ſi emancipati. C. de collat.* & deniq; ſi pater ad onera matrimonij ferenda ſit paratus: his enim concurrentibus, filius vxoratus non poteſt ſeorſim à patre habitare, commodumq; ex vxoris ſuæ dote proueniens patri nolenti & inuito ſubtrahere; cum bonorum aduentitiorum, inter quæ huiuſmodi dos omnino recenſenda eſt, *l. 1. l. 2. l. cum oportet. 6. in pr. C. de bon. quæ liber.* fructus ad patrem ſpectent. *§. quod nobis inhumanum. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. ita in hiſce terminis tenet Ludouic. Roman. l. ſi cum dotem. 22. §. tranſgrediamur. num. 20. ff. ſolut. matr. ac conſuluit Marian. Socin. conſil. 15. incip. Viſa contingentia. num. 1. vol. 2. & in eadem facti ſpecie conſulti idem reſponderunt Marc. Mantua. conſil. 13. incip.*
6 *Viſis deductis. & Bero. conſil. 129. vol. 3.* E diuerſo † vno horum deficiente, poteſt filius vxoratus à patre ſuo dotem vxoris petere, & extra domum paternam ſibi ſuæq; coniugi ac liberis de alimentis, aliiſq; ad hanc vitam neceſſarijs proſpicere, veluti ſi propter patris ſæuitiam filius cum eo durare commode nequeat, *l. ſi is qui. 56. §. 1. ff. de iur. dot. l. vlt. ff. ſi à parent. quis manumiſſ. Crot. in l. frater à fratre. quæſt. 19. ff. de condict. indeb.* aut propter nouercæ intemperiem. *Albéric. de*

*Roſat.*

*Roſat. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 2. in fin. ff. de liber. agnoſc. per §. illud. in Auth. vt lic. matr. & auia. collat. 8. apoſtill. ad Panormit. in c. 2. verb. ad alimentandum filios. ext. de conuerſion. infidel.* Sic † ſi filius ſit emancipatus, tum ſimiliter à pa-
7 tre nolente dotem vxoris ſuæ exigere, ac propriam familiam conſtituere poteſt. *l. pronunciatio, 195. verſic. idemq; euenit. in eo qui emancipatus eſt. ff. de verb. ſignif.* Quia enim pater videtur filio conceſsiſſe poteſtatem alibi morandi: *d. l. pronunciatio, & l. fin. ff. de cap. diminut.* ac vxor non debet ſine cauſſa ſeparari à cohabitatione mariti: *l. 1. in fin. ff. de liber. exhibend. l. poſſeſſionum. 11. C. commun. vtriuſq; iudic. l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſtit.* ex dote vero onera matrimonij ſuſtinenda eſſe palam eſt: *l. ſi pater. 78. ff. de iur. dot.* ſequitur vt ipſi filio emancipato, ac ita peculiarem familiam habenti, dos non ſit deneganda. *Anchar. conſ. 238. incip. Regulariter. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 16. & hæc eſt* COMMVNIS *opinio teſte Ripa in l. 2. in pr. num. 27. ff. ſol. matrim.* Vnde in his terris pater non poterit nurus ſuæ dotem filio inuito retinere: cum apud nos, ex nouiſsima conſtitutione, patria poteſtas ſoluatur, quando filius pubes factus proprium ſibi larem conſtituit: *conſtit. 10.*
8 *part. 2.* ſi † modo non ſubſit periculum diſsipationis: filio namq; helluoni, quamuis emancipato, dotem committere pater inuitus, ſine cautione non tenetur. *d. l. 2. in pr. ff. ſol. matrim. l. pater. 7. ff. de dot. præleg. Bertrand. conſil. 225. incip. Titulus dotis. num. 5. & 6. vol. 4. Boer. deciſ. 195. num. 9. Campeſ.*
9 *d. quæſt. 16. num. 1. in fin.* Ac † quod de filio emancipato dixi, extenditur etiam ad filium, ex patris voluntate ſeorſim cum coniuge ſua habitantem. *per l. ſi is qui. 56. §. ibi dos. ff. de iur. dot. Alex. l. ſi cum dotem. 23. §. tranſgrediamur. num. 9. ff. ſolut. matrim. Crot. d. l. frater à fratre. quæſt. 19. verſic. Quartus caſus eſt,*
10 *& Caccialup. ibid. num. 116.* Similiter † ſi vltimum deficiat, & pater dotem nurus ſuæ retinere quidem velit, alimenta autem aliaq; neceſſaria filio & eius coniugi præſtare recuſet, tum filio dos eſt committenda: *per d. l. ſi is qui. 56. §. ibi dos. in d. l. frater à fratre. Crotus d. quæſt. 19. verſ. Quintus caſus eſt. Cac-*
11 *cialup. num. 115.* Neq; huic † opinioni obſtat *l. pen. ff. de obſeq.*

Rr 2 *parent.*

*parent. & patron. præſtand.* ex qua Io. Guterius *tract. de contract. iurat. cap. 5 num. 4.* elicere conatur, filium vt patri cohabitet & ſeruiat cogi non poſſe: quia iſte textus loquitur de filio emancipato, quemadmodum verba per ſe ſatis manifeſte oſtendunt: nos autem filium patriæ poteſtati adhuc ſubie-
12 ctum, ita cogi poſſe aſſeueramus. Reſtringitur † tamen hæc prima ampliatio, vt non procedat in primo triennio, quo apud matrem ſumtibus tamen patris, infans ali debet, *per gl. l. 1. verb. ex iuſtiſſima. ff. de liber. exhib. quam gloſſam vt ſingularem commendat Thom. Grammatic. conſil. ciuil. 33. num. 2. & per alia quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 6. num 3. cum ſeqq.* Deinde reſtringitur etiam hæc prima ampliatio in patre cauſſam diuortio præbente: tum enim poſt diuortium, ſumtibus patris apud matrem, liberi etiam triennio maiores ſunt alendi. *Nouell. 117. cap. 7. & 10. auth. ſi pater. C. diuort. facto ap. quem. lib. morar. Hoſtienſ. in ſumm. ext. de infant. & languid. expoſit. num. 1.* Denique liberi educandi ſunt, vbi minus inſidiarum verentur. *text. eſt in c. ex literis. vbi notat gl. verb. inſidientur. Anchar. num. 7. Ant. de Butr. num. 10. ext. de conuerſ. infid. idem Butr. c. cum haberet nu. 12. ext. de eo qui dux. in matrim. quam poll.* Quem-
13 admodum † autem liberi apud parentes regulariter ali debent, *per ea quæ iam dixi*: ita idem vicisſim obtinet, ſi filius patri vel matri, aut nepos auo vel auiæ, &c. alimenta præſtare teneatur: *Aſcan. Clementin. in tract. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 32. vbi de* COMMVNI *atteſtatur*: niſi pater apud filium eſſe non poſſet: ſiquidem tum filio incumbit, patri ad eum locum in quo degit mittere. *§. ſi verò contigerit. & ibi gl. verb. alia neceſſaria in Authentic. de inceſt. nupt. collat. 2. Bart. tractat. de aliment. num. 25. Pinel. d. l. 1. part. 1. num. 54. C. de bon. matern.*

14 Ampliatur † ſecundò huius capitis thema principale, vt procedat etiam in alimentis vxori tam conſtante quàm ſoluto matrimonio debitis: ſi enim adhuc duret matrimonium, extra domum mariti vxori agenti alimenta danda non ſunt: *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo in fin. ff. ſolut. matrim. l. aduerſus. 4. C. de crimin. expil. hæredit. l. 1. §. ſi vir. 8. ff. ad*

*SC.*

*SC. Silan. Socin. ſen. conſil. 286. incip. Viſa proteſtatione. num. vlt. vol. 2. & dictum fuit ſupra lib. 1. cap. 10. num. 18. cum aliquot ſeqq.* adeo vt ſi quis mulierem, non ſecum in ſua domo, ſed alibi alat, cum eaque concumbat, præſumatur inter eos ſtuprum & non matrimonium, *arg. à contrario ſenſu c. illud. 11. verſ. vir ipſam in lecto & in menſa ſicut vxorem tenuerit. vbi not. Hoſtienſ. & Anton. de Butr. ext. de præſumt. Cœpoll. conſil. ciuil. 5. num. 3. & 13.*

15 Multò minus † mariti peregre euntis procurator, vxori extra mariti domum commoranti, alimenta præſtare debet. *id quod pluribus eruditis rationibus probat Specul. tit. qui fil. ſint legit. num. 31. quas repetit Iac. Machell. patrocin. 47. num. 5. cum*

16 *ſeqq.* niſi † conſtaret mulierem interim non poſſe honeſte vel commodè in domo mariti abſentis permanere, veluti ſi ſit infirma & domi non magna ipſius haberetur cura: tum procurator iſti mulieri, apud parentes vel alios conſanguineos viuenti, ex bonis mariti alimenta ſuppeditare deberet. *Alberic. de Roſat. l. quod ſi nulla. 28. num. 4. ff. de religioſ. & ſumtibus fun.* Cum enim tali caſu, ipſe maritus non poſsit vxori extra domum degenti alimenta denegare: *Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 36. ff. de liber. agnoſc. iunctis ijs quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 10. num. 15. cum ſeqq.* multo minus concedendum hoc erit mariti procuratori. Sic & ſoluto † matri-

17 monio vidua intra annum luctus alimoniam exigens in mariti defuncti ædibus debet commorari: *quemadmodum etiam dixi ſupra lib. 1. cap. 11. num. 9. quibus nunc addo d. l. poſſeſſionum 11. C. commun. vtriuſq; iud. & Alb. Galeott. in Margarit. cap. 38. num. 16.* ſi modo pacate & ſine famæ ac pudiciciæ detrimento hoc fieri queat. *l. Caio. 13. §. fin. ff. de alim. vel cib. leg. Specul. d. tit. qui fil. ſint. legit. num. 30. Bald. conſil. 58. incip. In reſtitutione. nu. 6. vol. 2. Angel. Aretin. §. fuerat. num. 17. Inſtit. de action.*

18 Ampliatur † tertiò hoc thema, vt obtineat etiam in alimentis ex contractu debitis: *l. 1. §. licet. verſ. tollat vinum. ff. de peric. & commod. rei vendit.* idque tanto magis, quando in domo promittentis præſtari debere expreſſe conuentum fuit. *Auguſt. Bero. conſil. 185. incip. Viſo inſtrumento. per tot. volum. 1.*

19 Ampliatur † quartò, vt etiam alimenta legata apud hæredem debeat percipere legatarius. Fundamentis enim ſupra ad confirmationem thematis principalis adductis, accedit text. *l. ſolent. 3. in pr. ff. de alim. vel cib. leg. l. ſi fideicomm. ſum. 50. in princ. ff. de iudic. Bart. l. 1. num. 4. ff. de alim. vel cib. leg. item l. Meuia. 13. in pr. & §. 1. ff. de ann. leg. à contrario ſenſu. Bart. conſil. 211. incip. Quidam ſibi filios. num. 6. volum. 1. ſequitur Bald. conſil. 484. incip. Caſus talis eſt: Quidam Simon Nerij. vol. 4. Tiber. Decian. conſil. 49. nu. 19. vol. 1. atq; hanc opinionem* COMMVNEM *eſſe aſſerit Petr. Peckius in generali tract. de legat. cap. 15. num. 10.* cui ampliationi tanto magis locus eſt, quando ipſe teſtator legatario vel alij cuidam, eiuſdem dignitatis ac ordinis, ſolitus fuit cibum ac potum domi ſuæ præbere, non verò ad eum mittere, *l. pen. ff. de alim. vel cib. legat. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. nu. 102. & dixi cap. præced. num. 24.* & præterea quando teſtator expreſſè alimenta in domo hæredis iuſsit præſtari, *l. cum quæſtio. 23. in fin. C. de legat. Angel. conſil. 28. incip. Teſtator reliquit Dominæ Mariæ. Bertrand. conſil. 15. incip. Viſo inſtrumento matrimonij. num. 6. vol. 8.* & hanc eſſe mentem teſtatoris, alimenta in, de & ſuper bonis ſuis legantis, tradit Bertrand. *conſil. 93. incip. Tota difficultas. & conſil. 273. incip. Viſo caſu. num. 7. cum ſeq. volum. 8. per l. 1. §. in flumine. 7. ff. de flumin.*

20 Ampliatur † quintò huius capitis thema principale, vt non tantum procedat in generali alimentorum debito, ſed etiam quando in ſpecie habitatio relicta aut promiſſa eſt. Verbi cauſſa, ſi teſtator domos relinquens vxori leget habitationem, non poterit mulier petere vt ſibi conducatur habitatio, ſed tenetur habitare in vna ex illis, prout hæres elegerit; & arbitrio boni viri conueniat. *l. ſi domus. 74. in pr. ff. de legat. 1. Bald. l. in annalibus. 22. num. vlt. C. de legat. Caſtrenſ. d. l. ſi domus. 74. in pr. num. 4. Fr. Aretin. l. diuortio in pr. num. 3. ff. ſol. matrim. Bertrand. conſil. 336. incip. Viſo teſtamento honorabilis quondam viri. circa fin. vol. 4. Riminald. ſen. conſil. 250. incip. Caſus talis eſt: Fuit factum legatum. num. 7. volu. 2.*

21 Poſtquam † autem

ſemel

ſemel ex pluribus ædibus vnæ fuerint aſsignatæ legatario: non poterit hæres poſtea alias atque alias aſsignando variare. *l. apud Aufidium. 20. ff. de opt. legat. Caſar de Vrſill. in addition. ad Matthæi de Afflict. deciſ. 146. vbi etiam reſpondet ad l. ſi ſterilis. §. fin. ff. de action. emt. qui textus de alternatiua promiſſione loquens, ad eum caſum, in quo ſimpliciter habitatio debetur, non eſt accommodandus. per l. huiuſmodi. 84. §. Stichum. 8. ff. de leg. 1. iuncta l. à Titio. 64. in fin. ff. de furt. & per alia fundamenta quæ adducit Caſar de Vrſill. d. loc.*

22 Limitatur primò † vt alimentarius cum hærede (ad patrem enim & filiumfamilias hæc limitatio non eſt porrigenda, per ea quæ iam in hoc cap. num. 3. & 4. dixi) vtpote alimentorum debitore, habitare inuitus non obſtringatur, & nihilominus apud ipſum cibum capere poſsit. *d. l. cum hi. 8. §. vult igitur. vbi Angel. num. 3. Fulgoſ. num. 5. Iaſ. num. 10. ff. de tranſact. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 74. Auguſt. Bero. conſil. 24. num. 14. vol. 2.* quæ ſententia COMMVNIS eſt *Bertrand. conſil. 183. incip. Viſo teſtamento nobilis & generoſæ. part. 2. vol. 2. & conſil. 336. incip. Viſo teſtamento honorabilis quondam viri. vol. 4.* Cum enim habitatio à cibo & potu, tanquam à diuerſis & ſeparatis partibus, diſtinguatur: vnius renunciatio alteri non debet obeſſe. *d. l. cum hi. 8. §. cum tranſigit.* Neque quis mihi obijciat, quaſi ob prætoris auctoritatem omiſſam non rata habenda ſit hæc renunciatio. *d. l. cum hi. 8. per tot.* Reſpondeo enim diſtinguendo futura alimenta à præſentibus. In præiudicium namq; futurorum alimentorum ſine prætore autore nihil ſuſcipi poteſt: *d. l. cum hi. 8.* diuerſum eſt in præteritis & præſentibus alimentis: cum quis etiam non interueniente prætore, vnum & alterum ferculum appoſitum, quoties lubet, poſsit omittere: vel quoque toto prandio aut cœna ſine prætoris auctoritate abeſſe. *l. de alimentis. 8. C. de tranſact. facit l. ſi conſtante. 24. in princ. ibi agere volet. ff. ſolut. matrim.* Accedit præterea hæc ratio, quod ex eo, dum cum aliquo cibum ſumimus, cum ipſo ſtare & habitare dicimur. *l. ſi quis ita. 8. in fin. & ibi notat Bart. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. l. 1. num. 8. C. de legat. Alber. Gentil. tract. de con-*

 *dit. lib.*

23 *dict. lib. 1. tit. ſi habitauerit. in princ.* Poteſt porrò † ex hac limitatione reſponderi Doctoribus, ſententiam huius capitis themati contrariam amplectentibus. Sunt enim nonnulli qui theſin ſupra poſitam veram eſſe non arbitrentur, *vt Caſtr. l. diuortio. in pr. num. 9. ff. ſolut. matrim. Corneus conſil. 292 incip. Circa primum. num. 13. volu. 1. Cranetta conſil. 205. num. 2. Franc. Marc. deciſ. 323. num. 5. part. 1. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 201. ff. de liber. agnoſc.* imo hanc contrariam, COMMVNEM eſſe aſſerant *Natt. in addition. ad Alexandr. d. conſil. 178. volu. 6. & alij quos allegat Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 52. circa fin. Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 25. num. 4.* Verum quia iſti Doctores omnes huic opinioni fauentes nituntur textu *l. 4. §. fin. ff. de alim. vel cib. leg. ac notatis per Ang. ac cæteros in d. l. cum hi. 8. §. vult igitur. ff. de tranſact.* cuius locos iſtos inſpicienti patet, ex ijs theſin ſuperius conſtitutam non euerti. Nam primo præterquam in d. l. 4. §. fin. non fuerunt alimenta legata, ſed tantum cibaria & veſtiaria, quæ duo legata differunt vt genus & ſpecies *per ea quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 15. num. 49. cum aliquot ſeqq.* ſolum ibidem traditur, legatarium, propterea quod non moratur vel habitat cum hærede, non amittere petitionem cibariorum: vnde neutiquam extorqueri poteſt, hæredem legatario debere mittere cibum & potum. Sic & Doctores in §. vult igitur. diſertis verbis diſtinguunt habitationem à perceptione alimentorum: concedentes alimentario quidem non incumbere, vt ſemper cum hærede vel alio alimentorum debitore habitet: interim fatentur, ſatis eſſe vt hæres paratus ſit cibum, potum & reliqua legatario offerre, *vt perſpicitur ex Iaſ. in d. §. vult igitur. num. 9. & 10.* Quod denique Petr. Peckius *d. cap. 25. num. 4.* veretur, ne theſis huius capitis quandam ſpeciem ſeruitutis contineat, *ex l. Titio. (hanc enim legem procul dubio voluit allegare) §. 1. ff. de condit. & demonſtr.* id etiam fruſtra eſt: cum in hac prima limitatione liberum legatario eſſe dicamus, cum hærede vel habitare vel non.

24 Secundò † limitatur thema principale huius capitis, ſi debitor ſua ſponte alimenta ad domum alimentarij mittat.

Cum

Cum enim initio huius capitis dictum fuerit, in hæredis aut alterius alimentorum debitoris fauorem hoc introductum eſſe: & iuxta regulam iuris antiqui, omnes licentiam habeant, his quæ pro ſe introducta ſunt renunciare: *l. penult. C. de pact.* conſequens eſt, vt ei qui alimenta cuiquam præſtare tenetur, cibum aliò mittendi facultas non ſit adimenda. *Ruin. conſil. 45. incip. Ad euidentiam. num. 4. vol. 2. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 204. ff. de agnoſc. lib.*

25 Ob † quam rationem extenditur hæc limitatio, vt etiam procedat, licet teſtator, vt legatarius in domo hæredis vel ipſius teſtatoris alatur, iuſſerit: rurſum enim in dubio præſumitur hoc factum eſſe in hæredis fauorem, vt eſt COMMVNIS opinio, *teſte Auguſt. Bero. conſil. 185. num. 1. vol. 1. & declarabo infra lib. 3. vbi de præſumtionibus tractauero*, cui fauori
26 renunciare iura permittunt. Multo † magis igitur fas erit hæredi vendere domum iure hæreditatis acquiſitam, & poſtea legatarium in alia domo à ſe conducta alere. *l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. §. ſed & lex. Inſtit. eod. l. nec in ea. 22. §. ius occidendi. verſ. ſed domus. ff. ad l. Iul. de adul. Ruin. conſil. 80. incip. Pro clara intelligentia. num. 3. & conſil. 81. incip. In quæſtione*
27 *alimentorum. num. 9. vol. 2.* Econtrario † reſtringitur hæc ſecunda principalis limitatio, vt procedat, quando habitatio alicui debetur ex alimentorum legato generali, ſine mentione loci, vel complectente loci generalem deſignationem, vt iam dixi: non vero quando in ſpecie legata eſt habitatio, in ædibus in illa platea inter Mæuij & Titij ædes ſitis: tum enim legatarius ad alias ædes inuitus ablegari non poteſt: *l. pen. §. 1. ff. de vſu & habit.* neq; hæres vendendo iſtas ædes præiudicium creare poteſt legatario, ius quoddam reale ex voluntate teſtatoris habenti. *l. liberto ſuo. 21. in princ. ff. de ann. legat. l. cum antiquitas. 13. C. de vſufruct. Auguſt. Bero. in quæſt. familiar. quæſt. 101.* Quæ reſtrictio corroborari poteſt ex eo, quod rei legatæ dominium tranſeat quidem in legatarium: *l. à Titio. 64. in fin. ff. de furt.* veruntamen non in generali legato, alias nó opus eſſet de electione vel legatario vel hæredi concedenda quærere: *l. legato generaliter. 37. & ibi gl. verb. peſſi-*

*mus. l. cum ſeruum. 39. §. ſcio. ff. de legat. 1. Schneid. §. ſi generaliter. num. 15. cum. ſeqq. Inſtit. eod. tit.* neq; quando tacite res aliqua legatur: *l. emptor. 65. §. ancillam. ibiq́, notat Bart. in fin. ff. de rei vindicat. l. ſeruum. filij. 46. §. fin. vbi Bart. num. 2. ff. de legat. 1.* ſed tantum quando indiuiduum certum expreſſe & diſertis verbis relictum eſt. *l. ſi tibi. 86. §. cum ſeruus. ff. de legat. 1. Dec. l. expreſſa. 155. num. 7. ff. de reg. iur. Schneid. §. ſed olim. num. 20.*
28 *Inſtit. de leg.* Quando igitur † alimentarius vult cibum capere cum alimentorum debitore: hic vero renuit, & vult ipſi cibum procurare in hoſpitali vel alio ſimili loco: quæritur vtrius voluntas iuri ſit magis conſentanea. Et reſpondetur, eum qui debet alimenta, æquum poſtulare videri. *l. vnic. §. ſed ſcimus. & ibi hoc notat. Bald. C. de lat. libert. toll. Io. de Anan. c. vn. num. 14. de infant. expoſ. Io. Lup. de Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. notab. 3. §. 23. num. 9. Ant. de Burg. in c. 1. num. 29. ext. de contr. emt. Paris de Put. in tract. de finib. feud. cap. 41. nu. 2. Ruin. conſil. 45. incip. Ad euidentiam. num. 3. vol. 2. Burſat. conſ. 62. num. 16. Marc. Anton. Peregr. lib. 3. de iur. fiſc. cap. 18. num. 73. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 17. cum ſeq. ff. de liber. agnoſc.* Accedit ratio, quod qui facit per alium ipſe facere videtur, *c. qui facit. 72. de reg. iur. in 6. Hippol. de Marſil.*
29 *ſing. 420.* Quod tamen † ita accipiendum eſt, vt primò non procedat, ſi aliter vel in contractu vel in teſtamento dictum fuerit. *Ruin. d. conſ. 45. num. 5. & 8.* Aliud autem dictum eſſe videtur, quando alimentario non quidẽ generali alimentorum appellatione, ſed nominatim & in ſpecie habitatio in certis ædibus debetur: hunc enim in hoſpitalem vel in Xenonem detrudendi facultas debitori concedenda non eſſet. *per l. pen. §. 1. ff. de vſu & habit. Bero. conſil. 24. incip. Super duo-*
30 *bus. num. 8. & num. vlt. in fin. vol. 2.* Secundò † fallit in filio naturali & legitimo, quem pater ex domo ſua propellere non poteſt. *l. quidam cum filium. 132. vbi omnino Iaſ. num. 6. ff. de verb. obligat. l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſth. Franc. Aretin. in l. diuortio. num. 3. ff. ſolut. matrim. ibiq́, Claud. Seyſell. num. 18.* idemq; etiam ſi teſtator iubeat Titium ab hærede ſuo vt filium tractari: neq; enim hunc hæres extra domum ſuam alteri alen-
dum

dum poſſet committere. *per d. l. quidam cum filium. Ruin. d. conſ. 45. per tot. vol. 2. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. num. vlt. ff. de lib. agnoſc.* Et viciſsim pater vel mater, à filio petentes alimenta, extra domum non eſſent ablegandi, idq; ex natura relatiuorum: *quam ſententiam* COMMVNEM *prædicat Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17. num. 32. & dixi ſupra in hoc cap. num. 3.*

31 Tertiò † fallit ſi alimenta petentis dignitas, ſexus aut alia conditio diuerſum ſuadeat: veluti ſi quis obſtrictus ſit alere fœminam, & eam vellet in eiuſmodi locum ablegare, in quo maſculi tantum aluntur, vt in Academijs fit apud menſas communes: quæ principum aut cæterorum dominorum liberalitate ſtudioſis tenuiorum facultatum paulo viliore precio præbentur: aut ſi in illum locũ reciperentur morbis contagioſis infecti: tum certe iuſtiſsimam cauſſam refragandi alimenta deſiderans haberet. *l. Nepos. 125. ff. de verb. ſignific. cum ſimil. Bald. d. §. ſed ſcimus. Couarr. in Epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 9. Io. Lup. de Palat. Rub. Marc. Ant. Peregrin. in locis præallegatis, Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 22. in fin.*

32 Et ex † hac poſteriore limitatione puto remoueri ſcrupulum, quem nobis inijcit Petr. Rebuff. *in l. cætera. 44. in fin. ff. de verb. ſignific.* quaſi hoc non aliter permittatur, quàm in perſona viliſsima. Licet enim ſit perſona aliquanto honoratior, ſi tamen ei præbeantur alimenta ſine dignitatis, qua fungitur, diminutione, vt iam dixi, non video de quo iuſte poſsit conqueri: cum aliàs alimenta danda ſint iuxta conditionem perſonarum *per ea quæ adduxi ſupra cap. præced. num. 28. & 29.* Multominus admittenda eſt ratiocinatio Cordubæ de Lar. *in d. §. ſolent. nu. 19.* qui ex d. l. vn. §. ſed ſcimus. verbis, *ſi non ipſe ad eius curam ſufficeret*, à contrario ſenſu elicere conatur, non igitur licitum eſſe alimentarium in Xenonem mittere, ſi alimentorum debitor ipſe ad hanc curam ſufficiat. Nam reſpondetur hoc argumentum non procedere, quando reſultaret ſenſus contrarius rationi alterius legis *l. conuenticula. C. de Epiſcop. & cleric. Nicol. Euerh. in Topic. loc. 82. A. contrar. ſenſ. num. 12.* At regula iuris eſt notiſsima, quod qui facit per alium, perinde

ſit, ac

ſit,ac ſi faciat per ſe ipſum: *d. c. qui facit. 72.* præſertim cum induſtria perſonæ in hoc noſtro caſu electa non videatur: ſed præcipue ſpectemus commodum pecuniarium, *l. 1. l. Mela. 14. §. quidam. ff. de alim. vel cib. leg.* vt ita tanto minus cauſſæ ſit, cur à prædicta regula diſcedamus. *Dyn. d. c. qui facit. num. 5.*

33 Tertiò limitatur † huius capitis thema vt nō procedat, quando coniectura aliqua colligitur, teſtatorem voluiſſe, vt alimenta præſtarentur non in domo grauati, ſed ſolummodo in loco domicilij ipſius grauati, quæ duo inuicem longe diſtant, veluti ſi ciuis in hoc oppido teſtamentum condens dicat, relinquo vxori meæ alimenta, ſi VVitebergæ commorabitur. Hic teſtator nequaquam voluit, vt mulier cum hæredibus ſuis habitaret, ſed voluit, vt alimenta præſtarentur vxori, quamdiu VVitebergæ in loco domicilij hæredis maneret. *Bart. l. qui concubinam. 29. §. vxori. num. 1. ff. de leg. 3. Angel. de teſtam. gl. 20. num. 1. Ludou. Roman. ſing. 181. Rauenn. ſing. 370. l. cum quæſtio 23. in fin. C. de legat. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 58. Io. Borcholt de tranſact. cap. 3. num. 46. cum ſeq.* Huius limitationis aliud exemplum præbet nobis Iuriſconſultus *in l. ſed & ſi ſuſcepit. 52. §. ſi libertis. ff. de iudic.* Si libertis ſuis (inquiens) teſſeras frumentarias emi voluerit, quamuis maior pars hæreditatis in prouincia ſit, tamen Romæ debere fideicommiſſum ſolui dicendum eſt: cum apparet id teſtatorem ſenſiſſe ex genere comparationis. Harum enim teſſerarum vſus nuſquam erat, quàm Romæ: *Turneb. lib. 19. aduerſar. cap. 26.* in cuius nona regione, ad Minutiam frumentariam ſolebant has teſſeras accipere, *vt erudite oſtendit Iuſtus Lipſius lib. 1. Elector. cap. 8. circa med.* Quia vero iſtum textum Bart. & Ang. *d. §. ſi libertis. num. 5.* accommodant non tantum ad quantitatem relictam ſcholari in ſubſidium ſui ſtudij, quod ea ſolui debeat non in domo hæredis, ſed in Academia vbi dat operam literis: ſed etiam ad menſuram certæ alicuius vrbis, putantes ſi relinquantur alicui decem modi frumenti iuxta menſuram Lipſenſem, hoc legatum Lipſiæ præſtari debere: *Bart. & Angel.*

*d. §.*

*d. §. ſi libertis. num. 2.* ideo de hac poſteriore accommodatione obſeruandum eſt, eam recipiendam non eſſe, quando diſcriminis cauſſa talis fit deſignatio: velut ſi ciuis VVitebergenſis leget Titio florenos annuos Miſnenſes in alimenta: hoc legatum non debet Miſnæ ſolui: quia voluit potius æſtimationem quàm locum ſolutionis indicare. *Bald. conſil. 224. incip. Factum tale eſt: nobilis dominus Antonius Turchus. circa fin. vol. 3.*

34 Quartò † limitatur huius capitis thema principale, vt non procedat, ſi alimentarius ob iuſtam cauſſam apud alimentorum debitorem morari vel cibum capere nequeat: in tantum, vt ſi alimenta ſub expreſſa, cum hærede habitandi, conditione, cuiquam relicta fuerint, & propter legitimã cauſſam conditioni legatarius parere non poſſet, ipſi de habitatione, cibo, potu ac cæteris alibi proſpiciendum eſſet. *text. eſt. in l. Gaio. 13. §. vlt. vbi Bart. notat num. 2. ff. de alim. vel cib. legat. Boër. deciſ. 195. num. 6.* cui textui accedit ratio, quod conditio impoſsibilis in legatis & fideicommiſsis vitietur. *§. impoſſibilis. Inſtit. de hered. inſtit.* & vero quæ pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram lædunt, & vt generaliter dixerim contra bonos mores fiunt, ea nec facere nos poſſe credendum eſt *l. filius. 15. in fin. ff. de condit. inſtit. l. Nepos. 125. ff. de verb. ſignific. Petr. Rauenn. in Alphabet. aur. verb. Morari in fin. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 170. num. 12. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his. num. 189. ff. de liber. agnoſc. & hanc limitationem* C O M M V N I *Doctorum calculo approbari ſcribit Laur. Kirchou. in theſaur. commun. opin. lit. A. verſ. Alimenta ſi legentur.* Ex qua ratione licet facile colligi poſſint legitimæ & iuſtæ cauſſæ, ob quas huic limitationi locus detur: quia tamen generalia pragmaticum intellectum non ſatis illuminant: *Iac. Thoming. in illuſtr. deciſ. quæſt. 30. num. 12.* ideo ad huius quartæ limitationis vberiorem declarationem, præcipuas recenſebo cauſſas, propter quas legatarius, vt ſibi alimenta præſtentur, exigere poteſt: non obſtante quod cum hærede, vt in teſtamento iuſſus fuit, non habi-
35 tat. Prima † itaq; cauſſa eſt, quando hæres legatarium ad

ſe non

ſe non recipit, neq; ad ſuam domum vel menſam vult admittere: tum alimentarius etiam alibi degens, iure alimenta petit: cum per eum non ſtet, quominus hæredi cohabitet *l. qui quatuor 30. §. vxore. ff. de legat. 3. l. iure ciuili. 161. ff. de reg. iur. Corn. conſil. 323. incip. Videtur in hac conſultatione. vol. 1. vbi hanc cauſſam per multa iuris fundamenta confirmat.* Et hæc prima cauſſa ampliatur, vt etiam locum habeat, quando legatarius, cui alimenta relicta ſunt, ſub conditione, ſi cum filijs teſtatoris bene morari non poſſet, ab vno filiorum fuerit eiectus. *Bertrand. conſil. 141. incip. Viſo caſu mihi exhibito.*
36 *queſt. 2. num. 12. cum ſeqq. part. 2. vol. 2.* Secunda † cauſſa eſt, quando hæres legatarium in conſortium ſuum admittit quidem, ſed legatarius ſaluo honore & fama ſua in domo hæredis conſiſtere non poſſet, veluti ſi teſtator legaſſet vxori ſuæ alimenta in domo hæredis, ibiq; verſarentur iuuenes luxurioſi, vel ſi puellæ legarentur alimenta in domo, in qua ipſius ſponſus commoratur, tum tam vidua quàm iſta puella poſſet iſthinc diſcedere, & nihilominus alimenta alibi ſibi præſtanda petere: *l. pen. ff. vbi pupill. morar. deb.* quia melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multæ, *l. facta 63. §. ſi vero nominis. ff. ad SC. Trebell. l. ſcire. 21. circa fin. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Bart. d. l. Gaio. 13. §. vlt. num. 8. Angel. tract. de teſtam. gl. 45. num. 2. Rol. à Vall. conſil. 22. num. 11. vol. 1. Menoch. præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 53. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 179. 188. ff. de liber. agnoſc.* ſimiliter ſi hæres ſecum in domo haberet meretricem: tum etiam adoleſcens iuſtam haberet ab hærede, alimentis tamen ſaluis, abeundi cauſſam. *Burſat. conſil. 210. num. 4. cum ſeq. vol. 2. facit l. non aliter. 7. & ibi gl. ff. de vſu & habit.* aut ſi hæres ſuſceptor ſit colluſorum *l. 1. ff. de alea luſ. Cord. d. §. ſi quis ex his. num. 184. cum*
37 *ſeq.* Licet † autem Io. de Roias *in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 77.* hanc ſecundam cauſſam limitet, vt vera ſit in legato alimentorum voluntario, non autem in præciſo ac neceſſario, prout ſunt alimenta quæ filijs ſpurijs debentur: tamen hanc limitationem veram non eſſe vereor: partim quia neq; vllam legem, neq; rationem iuris: neq; cuiuſpiam Doctoris auctori-

auctoritatem pro confirmatione allegat: erubeſcimus autem ſine lege loqui: *§. conſideremus. in auth. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.* partim quia ſpurij & alij, quibus neceſſario alimenta debentur, bonos mores ac honeſtatem ſectari, & econtra praua conſortia vitare, æque obſtricti ſunt ac alij: cum præceptum de honeſte viuendo, ad omnes pertineat, eiuſq; ſtudio & obſeruatione nemo ſit ſolutus, neq; ſolui poſsit. *§. iuris præcepta. Inſtit. de iuſt. & iur. §. ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat.*
38 *gent. & ciu.* Tertia † cauſſa eſt ſæuitia hæredis aut eorum quos hæres fouet. *d. l. Gaio. 13. §. fin. verſ. ſed ob grauiorem ſeruitutem ff. de alim. vel cib. legat. Menoch. d. lib. 2. de arbitr. iudic. quæſt. caſ. 170. num. 14. & d. præſumt. 157. num. 54. Iacob. Æmil.*
39 *conſil. 3. Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 181.* Quarta † cauſſa eſt, quando inter hæredem & legatarium orta eſſet lis & inimicitia. *ita per d. l. Gaio. 13. §. fin. ſentit Iaſ. conſil. 44. incip. Ad dubia mihi tranſmiſſa. num. 4. vol. 1. Menoch. d. præſumt. 157. num. 55. & Doctoribus ab ipſo allegatis addo Corneum conſil. 286. incip. Pro præſentis conſultationis deciſione. num. 8. vol. 3. Aſcan. Clementin. tract. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 17. num. 32. in fin. Burſat. d. conſil. 210. num. 2.* Et hæc cauſſa intelligenda eſt, non tantum de lite in iudicio inchoata, ſed & ſi hæres ſit rixoſus.
40 *Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 182.* Quinta † cauſſa eſt, quando hæredes, qui præſtare tenebantur alimenta in domo teſtatoris, ſeparatim habitant: cum enim neuter ſolus ſed coniunctim omnes perſonam defuncti repræſentent, *l. cum mater. C. de rei vindic.* atque ita legatarius cum vno ſeorſim commorando conditionem non impleat, neque per legatarium ſtet, quo minus omnibus coniunctim habitantibus adſit: & ſic perinde ſit atque ſi conditioni paruiſſet: *l. in iure ciui. l. 161. ff. de reg. iur.* ideo ipſi ſeorſim viuenti de alimentis ex hæreditate proſpici debet, *Raph. Cuman. conſil. 38. incip. Maritus: omnino Ruin. conſil. 80. cum ſeq. vol. 2. Menoch. d. præſumt. 157. num. 56. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex*
41 *his. num. 173. ff. de liber. agnoſc.* Sexta † cauſſa eſt, quando caſu aliquo fortuito euenit; vt alimenta præſtari nequeant in domo hæredis, puta ob morbum vel mortem. *l. 1. cum ibi not.*

*per*

*per DD. C. de legat. l. Gaio. 13. §. Imperator. ff. de alim. vel cib. leg. Angel. conſil. 150. incip. Donatus. num. 1. cum ſeq. & conſil. 301. incip. Factum tale legitur: Paganus. num. 3. Corn. d. conſil. 286. num. vlt. vol. 3. Io. de Roias. in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 67. Simon de Pret. lib. 1. de interpret. vlt. volunt. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 6. num. 12. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 36.*

42 *ff. de liber. agnoſc. Menoch. d. loc. num. 57.* Quæ † tamen cauſa patitur duas limitationes: quarum prior eſt, vt non procedat, quando in hæredis vtilitatem, habitandi conditionem legatario iniunctam eſſe conſtat: tum enim hærede mortuo plane expirat alimentorum debitum. *l. ſi illis libertis. 84. ff. de condit. & demonſtr. Signorol. de Homod. conſil. 179. incip. In themate propoſito. num. 6. Dec. conſil. 485. incip. Caſus de quo queritur. num. 5. & 7. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 123. nu. 20. cum ſeq.* & hæc eſt COMMVNIS concluſio *Deo. conſil. 529. incip. In caſu occurrenti. num. 5. Fern. Vaſq. lib. 3. illuſtr. controuerſ. cap. 93. num. 27.* adeo quidem vt licet aliàs in legato annuo ſatis ſit conditionem à principio fuiſſe impletam, non obſtante quod poſtea deficiat: *l. annua. 20. in pr. ff. de ann. leg.* tamen quando manifeſte apparet in vtilitatem hæredis conditionem cum ipſo morandi additam eſſe, tum morte hæredis perimitur legatum, quamuis conditio ab initio fuerit impleta. *d. l. illis, libertis. 84. Dec. conſil. 485. incip. Caſus de*

43 *quo queritur. num. 10.* Altera † limitatio eſt, vt hæc quinta cauſſa non procedat, quando alimenta teſtator in pœnam hæredis aliquid non facientis, alteri legat. Exempli gratia, Teſtator mandat hæredi, vt Mæuium ad ſe recipiat, eique cum vno tantum miniſtro præſtet alimenta. Quod ſi hæres non faciat, aut ſi ita perdite viuat, vt propter ipſius mores inhoneſtos, cum eo Mæuius commode viuere nequeat, iubet, vt Mæuio ſumtu hæredis peculiares ædes conducantur, eique ibi nec non tribus miniſtris & duobus equis alimenta ac pabulum præſtentur. Euenit vt is hæres poſtea moriatur, atque ita fato impediente Mæuius non poſsit cum hærede habitare: quæritur an pinguiora hæc alimenta Mæuio æquè debeantur, atque ſi propter hæredis inobœdientiã

aut

aut nequitiam cum ipſo non cohabitaſſet? Et reſpondendum eſt, conditionem ita purificatam non eſſe, & per conſequens pinguiora illa alimenta Mæuio non deberi, *per l. pater Seuerinam. 100. & ibi Bart ff. de condit. & demonſtrat. Rimin ald. ſen. conſil. 250. incip. Caſus talis eſt: fuit factum legatum. num. 15. vol. 2.* Vnde cum Bertrandus *conſil. 67. incip. Ex mihi tranſmiſſa conſultatione num. 2. vol. 7.* ſine vllis iuris fundamentis aſſerat, morte hæredis purificatam eſſe conditionem: cuiuis facilè apparet, quid quantumque tribuendum ſit concluſioni, quam
44 illi præſuppoſito ſuperſtruit. Hic † incidit dubitatio, Bertæ relicta fuerunt alimenta ſi cum filia teſtatoris habitauerit: hæc poſtea nubit, quæritur an Bertæ alimenta nihilominus debeantur necne: Phil. Decius *conſil. 621. incip. Aliàs conſului. num. 4. cum ſeq. quem ſequitur Caualc. de vſufr. mulier. relinq. num. 138. in princ. Pontan. tract. de aliment. cap. 17. num. 9. & 10. Albert. Gentil. lib. 1. condition. tit. ſi habitauerit. in fin.* putat alimenta Bertæ amplius non deberi, quaſi præſumatur hoc legatum factum eſſe in fauorem & vtilitatem filiæ teſtatoris, vt nimirum ea ſit ſub cuſtodia iſtius Bertæ: cum vero, poſtquā nuptias contraxit, ſit in poteſtate mariti: inde infert ceſſante cauſſa effectum ceſſare debere. Veruntamen hanc Decij deciſionem ſimpliciter veram eſſe, non immeritò quis dubitet. Id enim quod præſuppònit, quaſi tale legatum, filiæ innuptæ cuſtodiendæ cauſſa, factum ſit, non probatur per textum, *l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat.* cuius accommodatio aliquam ſpeciem præ ſe ferret, quando in teſtamento diceretur: Bertæ relinquo alimenta, ſi à filia mea innupta non diſceſſerit: ad quem modum cum in caſu propoſito alimenta legata non fuerint, ideo huc non quadrat iſtius textus applicatio. Accedit quod iſtud Decij argumentum, à maxime ſeparatis ſit ductum. Etiamſi enim concedamus, filiam iſtius teſtatoris in mariti, cui nupſit, poteſtatem tranſire: non tamen propterea deſinit opus habere ſedulitate muliebri. Manifeſtum namque eſt, quod ſexus maſculinus marito non concedat ſubire ea officia, quæ ſexui fœmineo incumbunt, quodq; mulieres quamuis nuptæ alia-

S s rum

rum mulierum ope ac ſtudio in re familiari, in puerperio & in alijs negocijs non poſsint commode carere: quòd quotidiana teſtatur experientia. Cum igitur Decius duo præſupponat, quorum prius (nempe hoc legatum factum eſſe filiæ innuptæ cuſtodiendæ cauſſa) eſt incertum: poſterius verò, quod fœmina nupta non opus habeat muliebri auxilio, planè falſum: ideo & ſine teſtatoris manifeſta voluntate, temere iſtam Decij ſententiam ſequendam eſſe, non opinor. *d. l. 1. C. de legat. l. qui quatuor. 30. §. vxori. verſ. Sin autem per mulierem. ff. de leg. 3.* Quia autem ex facti propoſiti circumſtantijs nonnunquam conijcere poſſumus: non tam in filiorum quàm legatariorum fauorem alimenta legata eſſe: ideo inprimis conſulendi ſunt Petr. Benintend. *deciſ. 98. num. 2.* &

45 Menoch *conſil. 146. per tot.* Septima † cauſſa, quam Menoch. d. præſumt. 157. num. vlt. affert, quia propriè huc non ſpectat, ſed limitationem tertiam huius capitis obtinet, ideo ea omiſſa, ſubſtituo hanc, quando legatarius habet liberos, quibus cum potius quàm cum hærede vult viuere. *arg. l. ſed neque. 8. ff. de vſu & habit. l. poſſeſſionum. 11. C. commun. vtriuſq. iudic. Ioan. de Anan. conſil. 54. incip. Viſis his quæ in facto. num. 1. ibiq. Ludou. Bolognin. ſub. num. 4. Rolan. à Vall. conſil. 22. num. 13. vol.*

46 *1. Thob. Non. conſil. 85. num. 12.* Octaua † cauſſa, priori non valde diſsimilis, eſt, quando alimentarius monaſterio ſe dicauerit: tum enim religionis fauore, alimentorum legatum æquè percipiet, ac ſi cum hærede habitet, & ita iſta conditio repudiatur. *cap. 37. Nouell. 123. Speculat. tit. qui fil. ſint legit. num. 33. Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 174. cum ſeqq. vbi hanc ſententiam non tantum affirmat COMMVNEM eſſe, ſed etiam ab aliorum impugnationibus tuetur: quæ ego nolo deſcribere.* No-

47 na † cauſſa eſt odium inter nouercam & priuignos. Quam cauſſam etſi ſimpliciter amplectatur Iacobus de Aren. *in l. ſi diſceptetur. argumento iſtius textus in fin. verb. inſidiari. ff. vbi pupill. morar.* indiſtinctè putans, nouercam non obligari ſtare cum priuignis, ſed poſſe ab his diſcedere propter ſiniſtram ſuſpicionem inſidiarum, & nihilominus alimentorum legatum conſequi; *quam ſententiam ſequitur Bald. in auth. hoc locum.*

num.

*num. 3. C ſi ſecund. nupſ. mul. & in l. ſi ea conditione. 3. C. de condit. inſert. Alberic. de Roſat. in d. l. ſi diſceptetur. num. 1. Rininald. ſen. conſil. 280. incip. In cauſſa ſpectabilis domina Pareſina. num. 9. vol. 2. Nicol. Bellon. conſil. 31. num. 5. Burſat. d. conſil. 210. num. 7.*
48 *cum ſeq. Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 180.* quia † tamen hanc opinionem ex d. l. ſi diſceptetur. non aliter ſtabilire poſſumus, quàm ſi maiori ex iſta lege petitæ minorem ſubijciamus hanc, nouercæ & priuigni ſibi inuicem inſidiantur: & vero hæc minor perpetuo vera non eſt: cum multa quotidie inueniantur exempla contrarium manifeſtè probantia: ideo vniuerſalis & perpetua inde non poteſt extrui concluſio. Interdum enim vſuuenire videmus, vt non tantum nouercæ cum priuignis optime conueniat: ſed etiam vt filij parentibus ac coniuges ſibi inuicem, æquè vel etiam multo plus, ac quædam nouercæ priuignis inſidientur: *quemadmodum canit Ouid. lib. 1. Metamorph.*

*Imminet exitio vir coniugis, illa mariti,*
*Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ,*
*Filius ante diem patreós inquirit in annos.*

*& patet ex l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.* neque tamen propterea generaliter dicendum eſt, neque filios & parentes, neque coniuges ſimul habitare aut commorari poſſe aut debere: *contra l. quidam cum filium. 132. ff. de verb. oblig. d. l. ſed neq. 8. ff. de vſu & habit.* ideo recte agnoſcit Bart. *in d. l. ſi diſceptetur.* ſe non videre qualiter iſtud axioma ex eo textu colligatur. Interim non eſt diſsimulandum, per d. l. ſi diſceptetur probari, quod nouerca à priuignis, vel priuigni à nouerca abire, & nihilominus alimenta legata petere poſsint: ſi ſcilicet ſuſpicio inſidiarum prius doceatur: idque vult Bald. qui quidem *in d. l. ſi diſceptetur.* iſtud Iacobi de Arena axioma adducit, hac tamen addita declaratione, ex qualitate perſonarum id eſſe perpendendum: ( ſic enim, deleta particula negatiua, quæ perperam in quædam exemplaria irrepſit, apud Baldum legendū eſt) innuens ſolam odij allegationē non ſufficere, ſed requiri præterea, vt iſtud odium in perſonis, quib. de agitur, ſcintillet: quod latius proſequitur ac probat Ruin.

*conſil.34. incip. Legatum de quo agitur. num.3. vol.2.* Quoniam autem hac ratione text. *d. l. ſi diſceptetur* accommodari poteſt ac debet ad omnes ſibi inuicem inſidias ſtruentes: coniungenda erit hæc ſeptima cauſſa cum tertia paulo ante ex
49 Menochio allata. Decima † cauſſa erit, quando hæres, cum quo alimentarius morari iuſſus eſt, longinquas peregrinationes ſuſcipiat: tum enim legatarius hæredem ſequi non tenetur, præſertim quando teſtatorem, hæc hæredis in longe diſsitas regiones peregre euntis conſuetudo, latuit. *l. Mauia. 13. §. vxore. & ibi Bart. ff. de ann. legat. & omnino videndus Me-*
50 *noch. de arbitr. iudic. quæſt. lib.2. Cent.5. caſ.469.* Vndecima † cauſſa eſt, quando clericus ſine præbenda ordinatus, in domo ordinantis ſeruitijs aut quibuſcunque medijs impediretur, quo minus horis Canonicis intereſſe poſsit; tum iſte extra domum ordinantis viuens, poſsit ab ipſo alimenta petere. *Bertrand. conſil. 151. incip. Multa ſunt. num. 7. part.2. volum.2.* & hæc cauſſa coniungenda eſt cum ijs quæ dixi *lib.1. cap.17.*
51 *num. 61.* Cæterum † pro ampliatione harum cauſſarum, præſertim earum, quæ ex hæredis, legatarium quo minus conditioni habitanti pareat, impedientis facto proficiſcuntur, obſeruandum eſt; perinde eſſe ſiue ipſe hæres, ſiue eius tutor aut alius, quem hæres penes ſe habet, legatario quo minus conditionem impleat, ſit impedimento. *textus eſt apertus in l. Titia cum teſtamento. 34. §. ſi ea conditione & ibi Bald. not. ff. de legat. 2. Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 198.* id quod ad confirmationem tertiæ cauſſæ accommodari poteſt.

52 Quintò † limitatur huius capitis thema principale, vt non procedat, quando certa pecuniæ ſumma, aut certus numerus frumenti vel panis ac vini vel aliæ res eſui potuiq; aptæ, loco alimentorum vel ex legato vel ex contractu debeantur: tum enim vt creditor apud debitorem iſtas res abſumere cogatur, niſi aliud in initio obligationis conſtitutæ dictum ſit, iuris ratio non patitur: ſed debitor obſtrictus eſt creditori illi præſtare ac permittere vt portet quo velit: *l. cum res. 47. §. ſed ſi id petatur. ff. de legat. 1. l. ſi hæres. 8. ff. de trit. vin. & ol.*

*& ol. leg.* ita tamen vt alimentarius ſuo ſumtu auferat. *l. 1. §. licet. verſ. tollat vinum. ff. de peric. & commod. rei vendit. Bart. d. l. ſi hæres. 8. & in l. 1. num. 3. ff. de alim. vel cib. leg. Bald. in l. acceptam. 19. quæſt. 15. num. 26. C. de vſur. & conſil. 255. incip. Confirmans conſilium meum. vol. 2. Rauenn. ſingul. 801. Simon de Præt. lib. 4. de interpret. vlt. volunt. interpret. 1. dub. 11. num. 105.*

53 Sextò † fallit huius capitis thema principale in patrono Eccleſiæ: qui ad paupertatem redactus non tantum in ſua domo ali debet: *in c. nobis. 25. Ant. de Butr. num. 24. Anchar. num. 15. ext. de iur. patr. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. num. 29. ff. de liber. agnoſc. & dixi lib. 1. cap. 13. num. 79.* ſed etiam Eccleſia debet ſuo ſumtu ipſi mittere. *Caſ. Lambert. de iur. patron. art. 10. tertiæ quæſt. princip. num. 4. Paul. de Citadin. in eod. tract. art. 4. ſextæ partis princip. num. 27. qui omnes mouentur ea ratione quod honor & dignitas patroni vtrumq; exigat.* Ex his igitur quæ nunc in medium attuli apparebit, vt opinor, ad quæ mentem oculosq; iudex conuertere debeat: quando eius arbitrio dijudicatio permittitur. *l. 1. ff. vbi pupill. morar. Iac. Æmil. conſil. 146. num. 6. Io. Garſ. de Expenſ. &*

54 *meliorat. cap. 4. num. 20.* Vbi autem † pupillus morari & educari debeat, hic non excutio, ſed ad tractatum De tutelis, quem Deo iuuante in lucem edam, reſeruabo: propterea quod iſta diſquiſitio directò ad materiam alimentorum non pertineat: cum non tam commoditatem alimentorum, quàm periculum & vitæ inſidias euitandas, iura noſtra conſiderent. *l. 1. & 2. C. vbi pupill. educ.* interim tamen videri poterit Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 168.*

## QVANDO PRAESTARI DEBEANT ALIMENTA.

## Caput IIII.

### SVMMARIVM.

1. *Alimenta regulariter non præſtantur vna vice: fallit num. 17. 18. & 22. in conſtituenda regula affirmatiua diſtinguitur, num. 2. & 3.*
4. *Ei qui alendus eſt apud debitorem, ſingulis diebus dari debent cibaria.*
5. *Cibaria extra domum debitoris mittenda ſingulis menſibus debentur: fallit ſi per menſem non durent. num. 6. & ſi præſtentur militibus. num. 7. vel collegio. num. 8. vel ex maioratu. num. 6.*
10. *Veſtes annuatim ſunt dandæ. fallit ſi neceſsitas pluries expoſcat: vel ſi aliter ſint legata aut promiſſa: num. 12.*
11. *Medicamenta danda ſunt quando alimentarius ijs opus habet.*
13. *Alimenta extra domum debitoris præſtanda in initio vel anni vel menſis dari debent: niſi aliter teſtator voluerit. num. 14.*
15. *Agnelli vel hædilli quando ſolui debeant.*
16. *Penus legata differt ab alimentis legatis.*
18. *Pater bona ſua diſsipans debet liberis aſsignare quædam in vſum alimentorum: reſpondetur argumentis contrarijs. num. 19. 20. 21.*
23. *Si alimenta à pluribus debeantur, tum vel vnus debet alere legatarium & cæteri contribuere: vel tempore diuerſo ſinguli cibum præbere num. 24.*
25. *Alimentorum obligatio eſt diuidua: limitatur num. 26.*

1 TEMPORIS conſideratio non minus quam loci ad modum præſtationis alimentorum pertinet. Vt † autem breuibus me expediam, dico alimentorum debitorem regulariter non compellendum eſſe, vt vna vice præſtet alimenta omnia, quibus alimentarius veriſimiliter per totam vitam opus habet. *Bart. l. hæreditatum. 68. num. 3. ff. ad l. Falcid.* Ex qua negatiua propoſitione, cum adhuc nondum conſtet, quo tempore alimenta dari oporteat, neceſsitas expoſcit, vt inueſtigemus, quando nam alimenta ſint præſtanda. Licet
2 † autem Menoch. *de præſumt. lib. 4. præſumt. 199. num. 23. ex Baldo in l. 1. num. 3. C. de fideicommiſſ.* diſtinguat alimenta quæ legis diſpoſitione, ab illis quæ diſpoſitione teſtatoris debentur: quaſi illa ſingulis menſibus ſint præſtanda: *l. fin. ff. de lib. agnoſ.* hæc vero ab initio anni: *l. 1. C. quand. dies leg. ced.* quia tamen vtraq; interdum menſtruatim danda ſunt, *d. l. fin. ff. de lib. agnoſc.*

*agnoſc. iuncta l. pecuniæ. 8. in fin. ff. de alim. vel cib. leg.* & vtraq; in initio vel anni vel menſis: vt infra *in huius cap. num. 13.* dicam: ac in initio vel ingreſſu dari, non opponatur ei dationi, quæ fit ſingulis menſibus: cum & hæc initio cuiuſq; menſis fieri poſsit: & proinde non multum fidendum ſit huic diſtinctioni, prout ipſe Menoch. *conſil. 62. incip. Dominus Bernardinus num. 7. lib. 1.* videtur agnoſcere, dum nihil certi de ea in
3 medium afferre: ideo † ex capite præcedente ego mallem ita diſtinguere. Aut alimentarius tenetur cibum capere in domo ipſius debitoris vel eius miniſtrorum, iuxta dignita-
4 tis rationem: aut non. Primo † caſu, non magnopere laborandum erit de tempore, ſed ſatis erit vt alimentarius hora prandij & cœnæ ſingulis diebus ſit præſto: *per ea quæ in cap. præcedente fuerunt adducta.* Et ſane liberis, ſingulis diebus alimenta præſtari debere, colligitur ex textu *l. cum oportet. 6. §. ſin autem res. verſ. ſed quaſi diuturna donatione. C. de bon. quæ liber.* qui textus donationem patris in filium ad eam rem accommodat, quam pater filio præbere iure naturæ obſtringitur, quaſi Imperator dicat, quod pater videtur illud donare filio per ſingulos dies loco alimentorum: quam explicationem D.D. COMMVNITER amplectuntur. *Vital. Nemaus. tract. de collat. bonor. quæſt. 8. prima quæſt. princip. num. 14.*
5 *Io. Guter. de contract. iurat. cap. 4. num. 15.* Altero † autem caſu, quando alimentarius non tenetur apud debitorem cibum capere, vt patronus & ſimiles perſonæ, neq; in teſtamento vel contractu expreſſum reperitur num annuatim, menſtruatim, vel ſingulis ſeptimanis, an vero dietim præſtari debeant: *Bartol. Socin. conſil. 10. incip. Quamuis quæſtiones ſupradicta. quæſt. 5. ſecunda quæſt. princip. num. 14. cum ſeq. vol. 1.* tum menſtruatim debent dari cibaria: *l. fin. vbi notat Iac. de Aren. ff. de liber. agnoſc. l. filiusfam. 27. §. fin. ff. quand. dies legat. ced.* veſtiaria vero annuatim. *l. pecuniæ. 8. in fin. l. ſeruos. 17. ff de alim. vel cib. leg. Bart. in tract. de alim. num. 21. Caccialup. in l. frater à fratre. quæſt. 29. num. 106. ff. de condict. indeb. Hier. Grat. conſil. 87. incip. Dominus Ferraldus. num. vlt. vol. 2.* Verunta-
6 men † quod de cibarijs menſtruatim dandis dixi, declara-

tur primò, vt procedat in rebus, quæ ad menſem & vltra ſal-
uæ permanent, vt eſt farina, milium, lagena vini, carnes
fumo duratæ, ligna &c. has enim ipſas res vſui menſtruo ſuf-
ficientes ſoluens ſe liberat: *l. cum hi. 8. §. ſi cui. ff. de tranſact. l.
nulli. 7. C. de erogat. milit. annon. lib. XII.* ſecus in ijs rebus
quæ cito putreſcunt, vt ſunt carnes recentes, aqua pura &c.
pro his debet ſolui æſtimatio. *l. Mela. 14. §. quidam. ff. de alim.
vel cib. leg. Bart. l. 1. num. 2. ff. eod. Anchor. c. cum haberet. num.
14. ext. de eo qui dux. in matrim. quam poll. & in clem. [illegible]
de iur. patron. Petr. de Ferrar. in form. libelli pro legat. qui ſingul.
verb. Coram vobis. num. 103. Paul. de Citadinis tract. de iure patron.
artic. 4. Sexta part. princip. num. 27. Ceſ. Lamberti[illegible] tract.
artic. 10. tertia quæſt. princip. num. 2. Menoch. d. conſil. 62. incip.
Dominus Bernardus. num. 7. lib. 1. Rol. à Vall. conſil. 22. num.
23. cum ſeq. vol. 1. Menoch. d. præſumpt. 199. num. 22.*
7 Secundò † limitatur in militibus, quibus alimenta ſin-
gulis diebus debent dari, *l. 1. C. de erogat. milit. annon. lib. XII.
Angel. l. cum. hi. 8. in princ. num. 3. ff. de tranſact. Camill. Viſitat.
l. 1. num. 118. ff. ſolut. matrim.*
8 Tertiò † limitatur in alimentis perpetuo alicui corpo-
ri debitis: hæc enim vna vice in anno eroganda. *l. ſi quis ad
declinandam. 48. §. vbi autem. C. de Epiſcop. & cleric. Iac. de Aren.
in d. l. vlt. & ibi Bart. ff. de liber. agnoſc. Angel. d. l. cum hi. 8. in pr.
num. 3. Anchar. d. c. cum haberet. num. 14. Peck. in tract. general.
9 delegat. cap. 15. num. 8.* Quartò † limitatur in maioratu,
vt alimenta primogenitus ſuis fratribus & ſororibus ex bo-
nis, à quibus illi excluduntur, præſtare debeat vna vice, &
quidem in pecunia numerata, non vero in eſculentis & po-
culentis. *Ludouic. de Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 15.
num. 9. & 10. iunctis ijs quæ dixi infra hoc libro cap. 9. num. 30. cum
10 ſeqq.* Iam vero † quod de veſtibus dixi, eas annuatim de-
beri, ſimiliter aliquot patitur limitationes. Primò enim
fallit, ſi vel propter labores, vel aliam cauſſam vna veſtis
alimentario per integrum annum non ſufficeret: tum enim
quatenus alijs veſtibus opus habet, ipſi debet proſpici. *l. nec
ſemel. 12. §. ſi in habitationem. ff. quand. dies legat. Bart. l. fin. num.*
[illegible] *1. ff.*

*1. ff. de lib. agnoſc. Socin. ſen. conſil. 10. incip. Quamuis quæſtiones. num. 16. & conſil. ſeq. num. vlt. vol. 1. Bertrand. conſil. 163. incip. Ex caſu qui mihi dimiſſus. quæſt. 4. num. 6. part. 1. vol. 1. & conſil. 159. incip. Viſo publico inſtrumento. num. vlt. part. 2. eod. vol. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dub. 10. num. 24. Pontan. tract. de aliment. cap. 7. num. 7. & cap. 17. num. 13. cum ſeqq. Petr. Peck. in tract. general. de legat. cap. 15. num. 8.* Quæ limitatio intelligenda eſt, de ijs rebus omnibus, quæ commodam diuiſionem non admittunt, vt eſt lectus, calcei, quorum vno tempore plus indigemus quàm alio. *Caualcan. de vſufruct. mulier. num. 138. verſ. Et iſta alimenta. Menoch. de præ-*

11 *ſumt. lib. 4. præſumt. 199. num. 20. cum ſeq.* Multo † magis hæc limitatio locum habebit in ijs rebus, quibus, cum minime putamus, ratione caſuum humanorum, qui ſane multi & incerti ſunt, *l. vlt. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* opus habemus, vt euenit in medicamentis: hæc enim præſtanda ſunt, quoties vſus & neceſsitas exigit. *d. l. nec ſemel. 12. §. ſi in habitatione. ff. quand. dies legat. ced. Angel. l. ſi cui legetur. 51. in princ. ff. de legat. 1. Ludouic. Roman. ſing. 601. incip. Aliud non ſcimus. in princ. facit l. cum vnus. 10. §. vlt. ff. de alim. vel cib. leg. dum ibi alimenta ad naturæ mutationem & incrementum atq; ex natura contrariorum, ad naturæ decrementum accommodantur. Petr. de Ferrar. in forma libelli pro legato rei ſingularis. verb. Coram vobis. nu. 102.* Deinde † etiam quod de veſtibus annuatim dandis

12 dixi, fallit, quando vel legatæ vel promiſſæ ſunt veſtes tam æſtiuæ quàm hiemales: quarum illæ dandæ ſunt Calendis Aprilis, hæ vero Calendis Septembris. *l. 1. C. de milit. veſt. lib. XII. Lud. Roman. d. ſing. 601. Corſet. ſing. 392. verb. veſtis. Hartman. ab Eppingen in pract. obſeruat. tit. Miſcellaneorum ex iure ciuili cap. 1. obſeruat. 7. iuxta nouiſſimam editionem, ſed in priore editione habetur in obſeruat. 9. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 161. num. 32.* Et † huius limitationis occaſione admonendi

13 ſumus, omnia illa quæ de altero huius capitis caſu principali dicta ſunt, ita intelligenda eſſe, vt alimenta repræſententur: ne alioqui legatarius vento expletus eſuriat, *l. vlt. C. de alim. pup. præſtand.* quorum ſera poſt moram, mortémue

alimentarij foret præſtatio. *l. ſi cui. 49. ff. de leg. 1. l. ſi Titio. 22. l. Firmio. 26. ff. quand. dies leg. ced. Gul. Forner. in l. anniculus. 134. circa fin. ff. de verbor. ſignificat.* Ergo quæ annuatim debentur, in initio anni præ manu danda ſunt alimentario: & quæ menſtruatim, in ingreſſu cuiuſlibet menſis: *l. in ſingulos. 8. §. illud. ff. de ann. legat. d. l. nec ſemel. 12. § ſed verum. l. 1. C. quando dies legat. ced. Bart. d. l. ſi cui legetur. 51. in pr. num. 3. ff. de legat. 1. & conſil. 216. incip. Addelandus condidit teſtamentum. num. 5. vol. 1. Socin. ſen. d. conſil. 10. incip. Quamuis quæſtiones. num. 14. & conſil. 11. incip. Circa præſentem. num. 11. vol. 1. Lud. de Molin. lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 15. num. 73. facit l. ſi vero non remunerandi. §. fin. ff. mandat. l. legatus antequam. 10. §. 1. de legation.*
14 *Io. Bolognet. l. diem functo. num. 19. ff. de offic. aſſeſſor.* niſi † teſtator vel expreſſe vel tacite aliud voluerit: Expreſſe, vt ſi diſertis verbis teſtator alium diem, quam anni vel menſis initium, ſolutioni alimentorum præſtituerit: tum enim ipſius voluntati morem gerere iuſtum eſt. *d. l. nec ſemel. 12. §. ſed verum. verſ. niſi forte euidens ſit voluntas. ff. quando dies legat.* Tacitè, veluti ſi leget aliquot modios frumenti & amphoras vini in alimenta ex certo agro: tum legatarius debet exſpectare tempus meſsis & vindemiæ: *l. Firmio. 26. §. pater. verſ. ſed non initio cuiuſq; anni. ff. d. tit. Bald. l. 1. num. 3. C. de fideicommiſſ. Ludou. Roman. ſing. 389. incip. Reditus relictus. Iaſ. l. 1. in pr. num. 4. ff. de iuſt. & iur. Alciat. conſil. 54. incip. Teſtamenti. num. 5. lib. 9. Caualcan. de vſufruct. mulier. num. 166. Ranchin. part. 2.*
15 *concl. 3. Menoch. conſil. 40. num. 17.* vel † ſi præſtandi eſſent agnelli aut hædilli in cauſſam alimentorum, neceſſariò expectandum eſſet tempus natiuitatis: *l. interdum. 73. in pr. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram verſ. pro quo & illud dici. ff. de verb. obligat.* imò quod plus eſt, iſta animalia recens nata non illico debent vel poſſunt ſolui, ſed aliquo tempore apud matrem relinqui debent, ne ſolutio ex nimis præmatura præſtatione ad nihilum recideret. *l. ſeruus decem. 68. in fin. ff. de ſolut. Oldrad. conſil. 236. incip. Circa propoſitam quæſtionem. num. 2.*
16 Huc † ſimiliter refero penum legatam, qua etſi continentur, quæ eſui potuiq; ſunt: *l. 3. in princ. ff. de pen. leg.* tamen hoc lega-

legatum, cum non ſingulis annis, ſed tantum ſemel debeatur: *l. 1. ff. d. t.* non eſt neceſſe, vt ſoluatur in initio anni: ſed ſufficit ſi præſtetur poſt interpellationem, interiecto modico ſpacio. *l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. Falcid. Franc. Aretin. l. ita ſtipulatus. num. 9. ff. de verb. obligat.* Ex quibus omnibus, quamuis manifeſte appareat, verum eſſe, quod in huius capitis exordio dixi, alimentorum debitorem regulariter non com-
17 pellendum eſſe, vt vna vice præſtet alimenta: tamen † id fallit, primò in alimentis teſti debitis, quæ ei illicò eroganda ſunt, antequam pedem domo efferat: *per ea quæ attuli ſupra lib.*
18 *1. cap. 14. num. 21.* deinde fallit † in patre, qui bona ſua dilapidat. Pone enim, pater habens multos filios, omnia diſsipat: filij ob reuerentiam nolunt petere, vt patri bonis interdicatur, ſed flagitant, vt eis aſsignentur quædam bona, vnde ſe alant: quæritur an hæc filiorum petitio iure admittatur? Si metus ſubeſſet, ne pater bona filiorum, in quibus tantum habet vſumfructum, dilapidaret: res expedita eſſet, vt nimirum ipſi aufferetur adminiſtratio: *l. fin. §. minores. C. de ſentent. paſſ. & reſtit.* quemadmodam &, ſi verendum eſſet, ne bona propria illa quidem, at poſt mortem ſuam ex fideicommiſſo filijs reſtituenda, deglutiret: tunc rurſum ei adimenda eſſet poſſeſsio, vt tamen inde pater alatur. *l. Imperator. 50. ff. ad SC. Trebell.* Sed quando bona optimo iure ſunt patris, ita vt neq; ſint filiorum aduentitia, neq; ipſis mortuo patre ex fideicommiſſo reſtituenda: tum quæſtio maiorem habet dubitationem. Obſeruanda eſt igitur deciſio Baldi *in l. 2. nu. penult. C. ſi quid in fraud. patron. per l. vbi. 29. C. de iur. dot. & c. per veſtras. extr. de donat. int. vir. & vxor.* putantis etiam ex iſtis bonis filios iure petere ſibi aliquid aſsignari, vnde ſe exhibeant: *quam opinionem ſequuntur Caſtr. in d. l. 2. num. 6. cum ſeq. C. ſi quid in fraud patron. Alexand. d. l. Imperator. 50. num. 13. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. l. ſi conſtante. num. 198. cum. ſeq ff. ſolut. matrim. Fab. de Giocch. auth. nouiſſima. num. 83. C. de inoff. teſtam. Corraſ. l. qui liberos. in princ. num. 17. ff. de rit. nupt. Hippol. de Marſil. ſingul. 613. incip. Clarum & expeditum eſt. Petr. de Rauenn. ſingul. 469. Io Ant. Trigon. ſing. 30. Boer. deciſ. 61. num. 17. in fin. & nu. 18. Ca-*

18. *Cagnol. l. fin. num. 290. C. de pact. Io. Campeſ. de dot. part. 3. quæſt. 43. num. 2. Ari. Pinel. l. 1. part. 3. num. 75. C. de bon. matern. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 7. num. 6. & C o m m v n e m prædicant Pinel. d. num. 75. Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. F. num. 203. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num. 16.* De † qua Baldi deciſione etſi Salicetus *in d. l. 2. num. 12. C. ſi quid. in fraud. patron.* veretur, vt non obtineat in iudicio: propterea quod caſus, *in d. l. vbi. 29. & d. c. per veſtras.* huic noſtro non ſint per omnia ſimiles: & quod remedia iuris ſint prodita, vt prodigo bonis interdicatur: ideo filios ſibijpſis debere imputare, cur illis remedijs vſi non fuerint: tamen haſce rationes tanti ponderis non eſſe arbitror, vt opinionem communem labefactent. Quemadmodum enim, quando maritus incipit diſsipare bona ſua, rectiſsime petit vxor ſibi conſignari dotem ſuam, ex qua ſe ſuosq; alat. *d. l. vbi. 29.* ita idem petere poteſt filius, patre bona ſua dilapidante. *Paul. de Caſtr. d. l. 2. num. 7.* Ratio conſequentiæ poteſt eſſe hæc, quod quemadmodum mulieri dominium quoddam dotis ſuæ, etiam conſtante adhuc matrimonio competit: *l. in rebus. 30. C. de iur. dot.* ita quoq; filio bonorum paternorum quamuis patre adhuc ſuperſtite: *l. in ſuis. 11. ff. de liber. & poſthum.* idq; non tantum ob ſpem futuræ ſucceſsionis, ſed etiam ob alimentorum præſens debitum. *l. ſi quis à liberis. 5. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc. Schneidvv. §. ſin autem. num. 4. Inſt. de hered. qual. & differ.* Multo minus poteſt filijs quicquam imputari, quod pietatis, quam patri debent, memores, voluerint parcere honori paterno: quam circumſpectionem in liberis cum iura deſiderent probentq;: *l. non debet. 11. ff. de dol. l. 2. ff. de inoff. teſtam. §. 1. Inſtit. eod.* nefas videtur, id quod pie factum eſt, atq; laudem bonorum meretur, in ipſorum detrimentum torquere. *auth. habita. verſ. cum omnes bona facientes noſtram laudem & protectionem omnimodo mereantur. C. ne filius pro patre. l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult.* Quod † ſi quis mihi obijceret ipſum Baldum, qui *in l. non poteſt. 31. num. 1. ff. de adopt.* contrarium aſtruit, inquiens, pater non tenetur filio aſsignare

gnare aliquam poſſeſsionem pro alimentis, ſed tantum de menſe in menſem tenetur ſoluere alimenta, ſcilicet in principio menſis pro toto menſe· *per l. fin. ff. de liber. agnoſc. cui ſubſcribunt Iaſ. in l. nam poſteaquam. 9. §. ſed & ſi quis in fraudem. num. 4. ff. de iureiur. in auth. nouiſſima. num. 8. C. de inoffic. teſtam. & in §. item ſi quis in fraudem. num. 4. Inſtit. de action. Caccialup. in l. frater à fratre. quæſt. 29. in fin. num. 107. ff. de condict. indeb. & Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 2. verb. Dutres paſſe num. 4.* huic reſponderem, cum iſta deciſio non principaliter nitatur auctoritate Baldi, ante omnia conſiderandum eſſe, vtra opinio melioribus legum fundamentis inſiſtat. At vero ex d. l. fin. ff. de liber. agnoſc. communis opinio non euertitur: primò quia iſte textus verſatur quidem circa alimenta, non tamen filij à patre, ſed patrono à libertis debita: quæ inuicem differunt tam cauſſa, quam præſtandi modo. Cauſſa, quia liberos pater tenetur alere ex iure naturæ primæuo: *§. 1. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.* libertus vero patronum ſignificandæ gratitudinis ergò: quæ de neceſſitate ſemper non requirit nutritionem. Præſtandi modo, quia patrono alimenta ſingulis menſibus mitti debent ad domum: filijs à patre non item, *per ea quæ in cap. præcedente & initio huius capitis dicta ſunt.* Deinde ponamus ſine veritatis tamen præiudicio, iſtum textum *d. l. fin. ff. de liber. agnoſc.* agere, vel poſſe accommodari ad alimenta filijs à patre præſtanda: tamen neutiquam facit mentionem liberti prodigi: quæ autem de nouo emergunt, nouo indigent remedio: *l. de ætate. 11. §. ex cauſſa. ff. de interrogat. in iur. fac. id quod ad hanc noſtram alimentorum materiam optime poterit applicari ex rubr. & tot. tit. ff. ſolut. matrim. quemadmodum dos pet. iuncta d. l. vbi. 29. C.*
21 *de iur. dot.* Quod † tandem Iaſon *in d. l. nam poſteaquam. 9. §. ſed & ſi quis in fraudem. num. 4.* hanc poſteriorem opinionem communi contrariam de rigore iuris veriorem putat, *per l. 1. §. ſi impubere. 17. verſ. præmatura eſt enim. ff. de collat. bonor.* id me non mouet: propterea quod ingens ſit diſcrimen inter ſucceſsionem vel hæreditatem, cuius petitio viuo adhuc patre veriſsime eſt præmatura, cum demum eo mortuo filijs

debea-

debeatur: *l.1.ff. de hæred.vel act.vendit.* & inter alimenta quæ à patre adhuc viuo liberi recte poſtulant: *l.ſi quis à liberis. 5. in princ. & paſſim. ff. de liber. agnoſc.* quæ duo inuicem confundenda non ſunt, vt facere videtur Socin. *reg. 355. incip. Pater eo viuente.* Vt igitur concedo, filios à patre viuo legitimam ſuam petere iure non poſſe: *Iaſ.d. auth. nouiſſima. nu. 7. Graſſ.§. legitima. quæſt. 12. nu. 5.* ita nego idem eſſe in aſsignatione bonorum in cauſſam alimentorum, *per hactenus dicta Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. num. 15. cum ſeqq.* His
22 † duabus limitationibus forſitan accenſere poſſem tranſactionẽ & formam computationis in lege Falcidiæ ineundæ, in quibus vtriſque caſibus alimenta coniunctim conſiderantur: *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. l. computationi. 68. ff. ad l. Falcid. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 7. num. 4.* quia tamen iſtæ tractationes huc non principaliter pertinent: ideo conſulto
23 nunc eas omitto. Pro concluſione † huius loci, de alimentorum præſtandorum modo, ſciendum eſt, ex pluribus debitoribus iudicem vnum eligere debere, per quem præſtentur, cæteris conferentibus partes *l. ſolent. 3. §. 1. ff. de alim. vel cib. leg. Specul. tit. qui filij ſint legit. num. 46. Bartol. tractat. de aliment. num 19. Pontan. cap. 2. num. 21. Ancharan. conſil. 254. incip. Super primo quæſito. in fin. & hoc obſeruatum fuiſſe in Camera Imperiali teſtatur Mynſing. Cent. 1. obſeruat. 63. atq; ita ſuo tempore iudicatum*
24 *refert Canalcan. de vſufruct. mul. num. 138.* Quod † onus ſi nullus hæredum in ſe velit recipere, vel recuſent pro ſua parte contribuere, tum poteſt diuiſio inſtitui per tempora, ita vt vnus hæres alimenta præſtet vna ſeptimana, ſecundus ſecunda, tertius tertia, &c. ſemper in orbem redeundo: *d. l. ſolent. 3. in princ. vbi Bart. num. 12. & 15. ff. de alim. vel cib. legat.* quod procedit, quando alimenta ſimpliciter legata ſunt, ſecus quando teſtator præterea voluit, vt commoranti cum hæredibus in domo ſua præſtentur: tum enim huiuſmodi diuiſio inuito alimentario non admittitur: *Ruin. conſil. 80. num. 4. & conſil. 81. num. 16. vol. 2. Roland. à Vall. conſil. 22. num. 14. cum ſeqq. vol. 1.* ſed alimenta ipſi ſunt præſtanda vbi voluerit. *Bertrand. conſil. 147. incip. Viſo caſu mihi exhibito. quæſt. 1. part. 1.*
*vol.*

*vol. 1. & dixi ſupra cap. proxime præced. num. 40.* Cuius rei ratio-
nem meliorem ea, quam habet textus *in d. l. ſolent. 3.* excogi-
tari poſſe non puto, quod nimirum iudici huiuſmodi arbi-
trium concedatur fauore alimentorum, ne à ſingulis hære-
dibus petens alimentarius diſtringatur, neue inſtar mendi-
cantium oſtiatim colligere cibum cogatur. *Cyn. in l. pro hære-
ditarijs. 2. num. 2. C. de action. heredit. Io. de Roias in Epitom. omn.*
25 *ſucceſſ. cap. 21. nu. 79. cum ſeq.* Quem † alimentorum præſtan-
dorum modum, licet Salic. *in d. l. pro hæreditarijs. 2. num. 5.* ac
ibidem Guid. Pap. impugnet ex eo, quod, cum nemo pro
parte poſsit viuere, & proinde vita hominis ſit indiuidua,
etiam ipſam alimentorum præſtationem indiuiduam eſſe o-
portere videatur; tamen huic obiectioni facilè reſponderi
poteſt, diſtinguendo inter res quibus alimur, & inter vitam
noſtram. Quemadmodum enim hæc eſt indiuidua: ita il-
las diuiſionem recipere omni caret dubio. *l. cum hi. 8. §. vult
igitur. verſ. aut ſi à pluribus. ff. de tranſact. d. l. ſolent. 3. in pr. verſic.
ne à ſingulis hæredibus minuantur. ff. de aliment. vel cib. legat. Carol.
Molin. in extricat. labyrint. diuidu. & indiuid. part. 2. num. 238.*
Accedit inſuper hæc ratio: ſi alimenta eorumque obligatio
eſſet indiuidua, & quilibet hæres in ſolidum teneretur: tum
aliquibus ob inopiam non ſoluendo exiſtentibus, cæteri ni-
hilominus integra alimenta deberent præſtare. Sed conſe-
quens eſt falſum. Ergo & antecedens. Ratio conſequentiæ
in copulato per ſe eſt manifeſta: quia in ſolidum teneri, in eo
ſolo conſiſtit, vt integrum & ſolidum debeat præſtari. *§. ſi
plures. in pr. Inſtit. de fideiuſſor. facit. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat.*
Aſſumtum probatur *ex d. l. ſolent. 3. in fin.* vbi diſertis & expreſ-
ſis verbis dicitur, partes eorum qui ſoluendo eſſe deſierunt,
non pertinere ad onus reliquorum hæredum. *Mar. Socin. l.
ſtipulationes non diuiduntur. num. 339. Cord. de Lar. d. l. ſi quis à
liberis. §. ſi quis ex his. num. 207. ff. de lib. agnoſc. Marc. Mant. in
dialogiſm. part. 2. claſſ. 1. cap. 16. num. 2.* Vnde porro efficitur, vt
patrem vel matrem alendi onus, tranſeat ad filios omnes,
non ad vnum ſolum. *d. l. ſi quis à liberis. in pr. Bertrand. conſil.
267. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 6. part. 1. volu. 1. & dixi ſu-*

*pra*

*pra lib. 1. cap. 5. num. 56.* ſic ſi Titius ſolus ex teſtamento debuit alere Mæuium, & poſtea moriatur relictis quatuor hæredibus, inter eoſque illum ipſum Mæuium alimentarium: tum is à tribus ſuis cohæredibus petet alimentorum ſolummodo tres partes, actione quo ad quartam partem per hæreditatis aditionem ſublata. *l. debitori tuo. 7. C. de pact. Ber-*
26 *trand. conſil. 308. incip. Pro reſponſione num. 3. vol. 1.* Fallit † autem hæc alimentorum diuiſio, in patrono qui ius percipiendi alimenta ad ſuos hæredes omnes in ſolidum tranſmittit: *per ea quæ adduxi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 10.*

# DE EFFECTIS ALIMENTORVM TAM DATORVM ET PERCEPTORVM, QVAM DENEGATORVM.

## Caput V.

### SVMMARIVM.

1. *Ex ſola nutritione filiatio non probatur & num. 3. ſecus ſi aliæ coniecturæ præterea accedant num. 2.*
4. *Neq; bonorum nutriti adminiſtratio.*
5. *Nutriens non ſuccedit propterea nutrito: limitatur. num. 6.*
7. *Cibum et potum præſtans malefactori non tenetur vt receptator: quod limitatur num. 8.*
9. *Matris ad mortem condemnatæ ſupplicium, vt infantem ſuum lactet non differtur, ſi modo nutrix reperiatur.*
10. *Pater filium ſuum exhæredatum recipiens ad menſam ſuam videtur abolere exhæredationem.*
11. *Iniuria affectus comedens vel bibens cum iniuriante remittere cenſetur iniuriam: limitatur tribus modis num. 12. 13. & 14.*
15. *Alumnus non poteſt nutritorem ſuum accuſare.*
16. *Neq; in ius vocare: quod limitatur ibid.*
17. *Nutritor & alumnus ad teſtimonium ſibi inuicem dicendum non omnino admittuntur.*
18. *Maritus vxorem ſuam alens lucratur fructus rerum dotalium: idem eſt in ſponſo. num. 19.*
20. *Alimenta à marito poſt confeſſionem recepta dotis præſtita, probant*

bant dotis numerationem: conſiderantur rationes contrariæ. num. 21.

22. Is ad quem hæreditas deuoluitur, alimenta ex bonis hæreditarijs percipiens, cenſetur eam adire.

23. Alimentorum denegatorum effectus eſt fames.

24. Tortura ſpecies eſt alimentorum denegatio.

25. Negans alimenta necat: limitatur num. 26. 27. & 28.

29. Alimenta denegantium pœna cum aliquot num. ſeqq.

30. Ob ſanguinis neceſſitatem debitor alimentorum iudicis iuſſui non obtemperans patitur miſſionem in bona.

31. Pater alimenta denegans filio, perdit patriam poteſtatem.

32. Exhæredari quis poteſt propter alimenta denegata.

33. Filius emancipatus patrem non alens, reuocatur in poteſtatem patriam.

34. Pater filium vel filius patrem denegantem alimenta occidens, non tenetur lege Pompeia de parricidijs.

35. Leges duodecim tabularum, vt liberi vel parentes alant vel vinciantur, iuſſerunt, ſi Laurentio Vallæ credimus.

36. Si alimenta debeantur ex vinculo diſſolubili, ob eorum denegationem illud rumpitur.

37. Si is cui debentur alimenta ex inopia moriatur, punitur debitor extraordinarie.

38. Liberos exponentium pœna, declaratur num. 39.

40. Qui alimenta denegat ſemetipſum illius ſucceſſione indignum reddit.

41. Vxorem non alens maritus lucro dotis caret. ampliatur duobus modis. num. 42. & 43. quadrifariam autem limitatur. num. 47. 48. 49. 50.

43. Maritus vxori peſte laboranti medicum non adhibens priuatur lucro dotis: reſpondetur rationibus in contrarium militantibus. nu. 44. 45. & 46.

51. Alimenta ex contractu non præſtans reddere debet quod accepit.

52. Is cui aliquid donatum eſt vt donatorem alat, ſi contractum non impleat, rem amittit ipſo iure: nec eam poſt moram commiſſam alienare validè poteſt. num. 53. donatori autem licet de ea re teſtari. num. 54. donatarius non poteſt moram purgare. numero 55. amiſſio rei donatæ limitatur biſariam numero 56. & 57.

58. Tutoris pupillum non alentis pœna, & ſupra ſub num. 37.

EFFECTORVM explicationem diuidam in duas partes: quarum priore dicam quid operetur & non operetur alimentorum datio perceptioq; : in poſteriore quid eorundem
1 denegatio. Primò † itaq; ſciendum eſt, ſolam nutritionem ad filiationis probationem ſatis non eſſe. *l. ſi quis alumnam. 26. C. de nupt. & optimus text. in l. ſi quis à liberis. 5. §. meminiſſe. verſ. nec enim hoc pronunciatur filium eſſe ſed ali debere. & l. ſi neget. 7. ff. de liber agnoſcend. c. tranſmiſſæ. 3. vbi notat Ant. de Butr. & Panormit. num. 2. ext. qui fil. ſint. legit.* Accedit ratio, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. neq; 10. C. de probat. c. inter corporalia. 2. verſ. cum profectò epiſcopatus dignitas. ibiq; gl. verb. nullus. ext. de translat. Epiſcop.* Sed filij non ſemper in domo patris aluntur: *l. cum quidam. 136. ff. de verb. obligat.* nec nutritio competit ſolis parentibus ac filijs, ſed incumbit etiam nonnunquam fratribus, vaſallis, donatori &c. *vt fuit dictum ſupra lib. 1. per tot.* interdum pietatis ac commiſerationis cauſſa præſtantur alimenta. *l. ex duobus. 27. §. vlt. ff. de neg. geſt. c. paſce. diſtinct. 86.* Ergo ex nutritione ſola, indubitatò filiatio non probatur. *Panorm. d. c. tranſmiſſæ. 3. nu. 2. Alex. conſil. 74. incip. Viſo proceſſu cauſſæ. num. 2. vol. 2. Iaſ. conſil. 102. incip. Ser Benedictus de Marano. num. 11. vol. 4. Pariſ. conſil. 10. incip. Aduerſus dominum. num. 17. & conſil. 12. incip. Tranſactio iſta. num. 247. vol. 2. Lud. Gozad. conſil. 13. incip. In hac cauſſa. num. 17. Tiber. Decian. conſil. 1. num. 15. vol. 3.* Accedunt deniq; exempla Cyri, *Iuſtin. lib. 1. hiſtor.* Romuli & Remi. *Liuius lib. 1. Flor. lib. 1. hiſtor. cap. 1. Maſcard. de probat.*
2 *concluſ. 795. num. 9.* Ideo † autem dixi ſolam nutritionem probandæ filiationi non ſufficere, quia ſi aliæ præterea coniecturæ concurrerent, aliud videtur dicendum: *Hier Grat. conſil. 140. incip. Quoniam res coram peritiſſimis. num. 45. vol. 1. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 36. cum ſeq.* quæ enim non proſunt ſingula multa iuuant. *c. cum cauſſam 13. in fin. & ibi gl. vlt. ext. de probat. Mynſing. Cent. 2. obſ. 100. Panorm. in d. c. tranſmiſſæ. num. 8. cum. ſeq.* Si ergo ad nutritionem accederent nuptiæ parentum, tum nihil loci relinqueretur dubitationi: *l. filium. 6. in princ. ff. de his qui ſunt ſui*

vel

*vel alien. iur.* vel ſi conſtaret iuuenem non ſimpliciter ſed vt filium nutritum eſſe, *Lud. Gozad. d. conſil. 13. incip. In hac cauſſa. num. 54.* veluti ſi miſſus eſſet ad varias Academias, ſumtu ſui nutritoris. *Pariſ. d. conſil. 10. incip. Aduerſus dominum. num. 102. quæ late & erudite pertractat Maſcard. in tract. de probat.*
3 *concluſ. 795. qui omnino eſt videndus.* Ex † quibus notabiliter infertur, eum qui infantem de cuius patre non conſtat, mulieri cuidam lactandum commendat, eiq; precium ſoluit, non videri partum agnoſcere: *per d. c. tranſmiſſæ. Franc. Marc. deciſ. 457. num. 5. part. 2.* ſed potius facere pietatis intuitu & pro eleemoſyna: *Exod. cap. 2. verſ. 6. cum. ſeqq.* adeo quidem, vt hæc cura ſola & per ſe ne quidem præſumtionem contra eum inducat. *arg. d. l. ſi quis alumnam. 26. verb. ſed ei credendum*
4 *eſt. C. de nupt.* Deinde † ex alimentorum præſtatione non infertur, quod alimenta præbens bona nutriti adminiſtrauerit. *l. tutori. 20. C. de negoc. geſt. Corn. conſil. 255. incip. Præſens*
5 *conſultatio. num. 13 vol. 1.* Sic † tertiò nutritio non habet hanc vim, vt nutrito ſine agnatis vel cognatis defuncto, alens ſuccedat, ſed huic potius fiſcus præfertur: *textus eſt in l. nutritoribus. 10. C. commun. de ſucceſſ. facit text. in c. vnic. verſ. ſane qui hos. ibiq; Anchar. num. 5. Io. de Anan. num. 9. ext de infant.* ſiue iſte nutritor defunctum vt expoſitum, ſiue aliàs vt pauperem & parentibus orbum ſuſceperit. *gl. Odofred. & Caſtrenſ.*
6 *in d. l. nutritoribus.* Limitatur † tamen ſi quis furioſum aut aliàs ægrotantem & à ſuis propinquis ſpretum ſuſcipiens, prius eos qui ab inteſtato vel ex teſtamento ſucceſſuri erant, vt curam eius gerant, in ſcriptis admoneat, & poſtea eum alat ac curet: hic illi deinde defuncto fit hæres. *§. ſi quis de prædictis. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8.* Quartò
7 † ex eo ſolo quod quis malefactori dat cibum & potum, de receptatoribus non tenetur: *l. 1. §. quod autem prætor. ff. de ſeru. corrupt. Fr. Marc. deciſ. 412. num. 9. part. 2.* idemq; probatur ratione, quia cui poſt condemnationem vita relinquitur, cum alimentorum debitum non expiret: *l. legatum. ff. de cap. minut. l. is cui. ff. de alim. vel cib. legat. l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. habent.* Ergo multo minus ante condemna-

 tionem.

tionem. *Iacob. Boulenc. in l. capitalium. §. famoſos. num. 108. ff. de pœn. Schneidvv. §. interdum quoq́. num. 6. Inſt. de obligat. quæ ex delict.* Neq; obſtat textus *l. bona fides. 31. in pr. ff. de poſ.* vbi dicitur male meritum publice, vt exemplo alijs ad deterrenda maleficia ſit, etiam egeſtate laborare debere: *quem opponit Cordub de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſed vtrum. num. 18. ff. de liber. agnoſc.* Aliud enim eſt condemnato bona reſtituere, & aliud cibum potumq́; ſubminiſtrare. In illo namq; dominium quod ex poſitiuo potius quàm ex naturali iure proficiſcitur conſideratur: in hoc vero ſpectatur præcipue naturale adiumentum: quæ inuicem confundenda non ſunt *l. bonorum. 49. ff. de verb. ſignific.* confirmaturq́; hæc diſtinctio, quod ſeruus bona quidem habere non poſsit *l. paterfamilias. 182. ff. d. tit.* alimenta autem poſsit. *l. ſed ſi quid. 15. §. ſufficienter. ff. de vſufr. l. item ſi ſerui. 30. in fin. ff. de ædilit. edict. iunctis ijs quæ dixi lib. 1.*
8 *cap. 15. num. 7. cum ſeqq.* Limitatur tamen † vt hoc tantum accipiendum ſit de eo qui cibum & potum præbet malefactori tranſeunti vel fugienti. *gl. lib. 3.* Landtrecht *artic. 23. verſ.* der auch einen ſpeiſet. non autem de eo, qui malefactorem alibi latitantem cibo ac potu adiuuat Kammergerichts ordnung *part. 2. cap. 10. §.* vnd wo er deßhalben, multominus de eo qui ipſe delinquentem in domum recipit & occultat. *l. 1. ff. de receptat. l. 1. & 2. C. de his qui latron. vel alijs crimin. reos occult. lib. 2.* Landr. *art. 13. §.* wer diebe behauſet, *& artic. 72. omnino Bart. in l. omnes populi. 8. C. de agric. & cenſit. lib. XI. de quorum receptatorum pœna late agit Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. caſ.*
9 *348.* Quintò † etſi apud matrem intra primos tres annos liberi alendi ſunt, præſertim quando opus habent adhuc lacte materno, *vt dictum fuit ſupra lib. 1. cap. 6.* tamen ſi mater maleficium mortis ſupplicio dignum commiſit, differtur quidem prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna quoad pariat: *l. Imperator. 18. ff. de ſtat. homin. l. prægnantis. 3. ff. de pœn.* id quod & ab Ægyptijs, *Plutarch. in libr. de ſera numinis vindict.* nec non Athenienſibus fuit obſeruatum: *Ælian. lib. 5. Var. hiſtor. cap. 18. Briſſon. lib. 2. antiquit. cap. 20.* at propter officium lac præbendi infanti recens nato, non differtur

tur executio, ſed potius nutrix publico ſtipendio conducenda eſt, *arg. l. leg. 25. ff. de SC. Silan.* ſi modo nutrix inueniri poteſt: ſin alicuius copia haberi non poteſt, tum mater ſupplicio affici non debet, quouſq; nutrix inueniatur, quæ mammam infanti præbeat: quia eadem eſt, imo forſitan maior ratio in conſeruando iam nato, quæ erat in conſeruando eo qui adhuc naſci ſperabatur. *l. ſed ſi is. 5. §. an autem. ff. de Carbon. edict. Bart. d. l. prægnatis. 3. num. 3. ff. de pœn. vbi addit Padue ita fuiſſe obſeruatum. & ſequitur Cepoll. cautel. 2. num. 10. Fuluius. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 4. num. 5.* Quem-

10 admodum † autem hactenus indicaui, quid alimenta data vel danda non operentur: ita nunc etiam breuiter affirmatiuam ſententiam tractabo, recenſendo quidnam operentur. Primò autem inter alimentorum datorum effecta referri poteſt, quod ſi pater filium exhæredauit ex iuſta cauſſa: *§. aliud. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8.* & eum poſtea ad menſam & conuictum ſuum recipiat, videatur offenſio condonata exhæredatioq; ademta. *l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. vbi Bart. num. vlt. ff. de adimend. legat. l. in ipſius. 5. C. famil. erciſc. Io.*

11 *Dilect. de art. teſtand. tit. 3. caut. 17. num. 3.* Sic † aliqua affectus iniuria, ſi comedat & bibat cum iniuriante, cenſetur remiſiſſe iniuriam. *§. vlt. vbi gl. verb. diſſimulatione. Inſtit. de iniur. gl. lib. 3.* Landtr. *art. 31. §.* oder ſchlegt *num. 7. verſ.* oder nochmals mit jhm ſpielet vnd trincket *Schneid. d. §. vlt. num. 4.*

12 Quod tamen † declaratur primò, vt comedens & bibens cum iniuriante, iniuriam remittere videatur, ſi ſua ſponte, ſecus ſi neceſsitate quadam compulſus faciat: puta quod ambo inuitati ad conuiuium, ſimul ad vnam menſam à conuiuij magiſtro collocentur. *Io. Faber. 4 Angel. Aret. d. §. fin. num. 1. Inſt. de iniur. per clem. vlt. de ſentent. excommun. forſitan melius in argumentum adduci poterit §. ſi tutor. Inſtit. de inoff. teſtam. l. vlt. ff.*

13 *eod.* Secundò declaratur † vt hoc verum ſit, ſi iſta cibi potuſq; communicatio fiat antequam actio apud iudicem inſtituatur: hanc enim ſemel propoſitam conuerſatio familiaris non tollit. *Capell. Toloſan. deciſ. 234. Petr. Foller. in addition. ad praxin. auream Roberti Marant. part. 4. diſtinct. 1. num. 97.* tertiò

14 declaratur † vt huiuſmodi diſsimulatio tantummodo pertineat ad vindictam, quam actio iniuriarum præcipuè perſequitur: *l. 2. §. emancipatus filius. ff. de collat. bonor.* non verò ad damnum, ſi quod iniuria affectus pertulit, puta mercedes medicorum, ſumtus alimentorum, &c. ſicut enim aliud eſt damnum acceptum recuperare, & aliud vindictam expetere: *l. item apud. 15. §. ſi quis ſeruo. 33. ff. de iniur. c. ſi canonici. verſ. de damnis & iniurijs ſatisfacere. vbi gloſſ. de offic. ordinar. in 6.* ita etiam aliud eſt damnum remittere, & aliud vindictam. *Iaſ. l. 1. num. 16. ff. de pact. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 307.*

15 Tertiò † alumnus non poteſt nutritorem ſuum de crimine accuſare: *l. iniquum. C. qui accuſ. non poſſ. Iac. Nouell. in tract. defenſ. cap. 2. num. 20.* Rauchdorn *in proceſſ. criminal. part. 3. cap. 2. num. 6.* adeo vt nec iniuriam ſuam criminaliter agendo vendicare ei liceat, ſed ſatis ſit ſi damnum actione in factum recuperet. *l. hi tamen. 11. §. liberi. ff. de accuſat. Felin. c. cæterum. 5. num. 15. ext. de iudic.* excepto crimine læſæ maieſtatis: *l. quiſquis. 5. §. vlt. C. ad l. Iul. maieſt. gl. d. l. hi tamen. 11. §. liberi. verb. non vt crimen. Salic. d. l. iniquum. 17. in fin.* forſitan & adulterij · *l. ſi adulterium. 38. §. liberto. ff. de adulter. & gl. d. §. liberi.* in quo tamen iterum temperamentum adhibendum eſſe, indicare vi-

16 detur textus *d. §. liberto. verſic. quomodo ſi atrocem.* Quartò † etſi ciuili actione alumnus contra ſuum nutritorem experiri regulariter non prohibetur: *d. l. iniquum. 17. & d. §. liberi.* tamen ſine veniæ impetratione eum in ius vocare nequit. *§. eadem lege. verſ. veluti ſi quis patrem. Inſtit. quib. ex cauſſ. manumitt. non lic. l. ſi minor. 11. cum ll. ſeqq. ff. de manumiſſ. vindict. l. Neſennius. 32. §. ſimilis matri. ff. de excuſat. tut. l. 1. in fin. ff. de obſeq. parent. & patr. præſt. Alciat. l. vlt. num. 15. cum ſeq. C. de in ius voc. Tiraq. l. ſi vnquam. verb. ſuſceperit liberos. num. 43. C. de reuocand. donat. Eman. Coſt. in l. ſi ex cautione. verb. ſeu doli. num. 5. C. de non numer. pec. Tiber. Decian. conſil. 2. num. 21. volu. 3. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. & ſi impubes. num. 41. cum ſeqq. qui licet hunc effectum impugnare velle videatur ſub num. 45. tamen tandem ſub num. 48. agnoſcit educare vel nutrire quempiam non minus eſſe neceſſarium, neq; minorem mereri gratiam, quam aliquem procreare*

*creare aut gignere ; quò facit text. in d. l. ſed ſi is qui. 5. §. an autem. verſ. cum omnium edictis. ff. de Carbon. edict. idemq́ue Virgil. lib. 4. Æneid. innuit, inquiens, duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, Hyrcaneq́ue admorunt vbera tigres.* Quod tamen præcipue de eo nutritore accipi velim, qui alterum gratis ſine remuneratione à teneris vnguiculis educauit : non vero de eo qui aliquẽ propter pecuniam,vel aliud commodum aliquandiu alit. vnde ſtudioſus, qui apud ciuem cibum percepit pro certa mercede, verbi cauſſa per quatuor annos, vel vltra, poterit nihilominus iſtum ciuem etiam ſine veniæ impetratione in ius vocare. Ratio eſt quod ex eiuſmodi contractu paterna affectio, quæ huius rei cauſſa eſt, vt ex iuribus allegatis appareret, non oriatur : id quod ex intentione cibum & potum ita certa mercede præbentium manifeſtè colligitur. Non tantum enim ab initio certum precium ſibi dari paciſcuntur, ſed etiam quando annona fit arctior, augent mercedem, vnde potius negociationis ac lucri cauſſa faciunt : ex qua intentione effectus eſt æſtimandus *l. non omnis. 19. ff. ſi cert. pet.* Ex
17 his † efficitur, vt quinto loco alumnus pro nutritore ſuo, & econtra nutritor pro alumno idoneus teſtis non ſit habendus. *l. parentes. 6. C. eod. l. teſtis idoneus. 9. ff. de teſtib. iunctis ijs quæ num. præcedente dixi. Maſcard. de probat. concluſ. 77. num. 12. vbi teſtatur de* COMMVNI. Etſi vero aliqui Doctores diſtinguunt, vt talis prohibitio ſolummodo duret, quamdiu alumnus apud nutritorem ſuum manet *: per l. etiam. C. de teſtib. Lanfranc. de Orian. in repetit. cap. quoniam. verſ. teſtium depoſitiones. cap. 8. num. 58. in fin. ext. de probat.* cum tamen neque amor, quo nutritor vel nutrix alumnum ſuum complectitur: neque gratitudo, qua alumnus viciſsim nutritori vel nutrici ad remunerationem obſtringitur, *vulg. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.* loco claudatur : *l. ſi fideicommiſſum. 50. §. tractatum. verſ. cum non loci ſit æs alienum. ff. de iudic.* diſtinctionem illam vix ſubſiſtere arbitror. *Cordub. de Lar. d. §. etſi impubes. num. 50. cum ſeq.* Neque enim illam quicquam iuuat textus, *d. l. etiam. C. de teſtib.* quia domeſticum teſtimonium non tantum accipitur, de eo quod perhibetur, ab ijs quos in dominica vel pa-

tria poteſtate producens habet: *vt in l. idonei. 6. ff. de teſtibus.* ſed etiam qui ſunt de eadem familia, licet alter alterius poteſtati non ſit ſubiectus: *c. in literis. 24. ext. de teſtib. Franc. Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 28.* ſiquidem vocabulum domus pro familia non raro vſurpari eſt notiſsimum. *Luc. 2. verſ. 4. l. miles. 11. § ſocer. 3. verb. vindictæ domus ſua. ff. de adulter. Bart. l. tutelas. 7. in pr. num. 4. ff. de capit. minut. Caſtr. conſil. 92. incip. Notandum eſt num. 2. vol. 1.* Deinde obſtat inſignis ille amor, cuius multa exempla adducit Tiraq. *d. verb. ſuſceperit liberos. num. 43.* ex quo etiam totam rem æſtimandam eſſe ceſſent Menoch. *lib. 2. de arbitr. iud. queſt. caſ. 101. & Ioſeph. Maſcard. tract. de pro-*

18 *bat. concluſ. 1120.* Sextò † maritus vxorem ſuam alens lucratur fructus rerum dotalium: *l. pro oneribus. 20. C. de iur. dot. l. dotis fructum. 7. l. cum poſt. 69. §. in domum. ff. eod. tit. in inſulam. 42. §. vſuras. ff. ſolut. matrim. l. vlt. in princ. ff. de dol. mal. except. Anchar. c. ſalubriter. num. 2. ext. de vſur. Cop. lib. 3. de fruct. lib. tit. 2. cap. 3. lib.* [illegible] ıdtr. *artic. 76. §.* Stirbet ſie nach dem

19 rechten Zinßtage / *& ib*[illegible] adeo † quidem vt etiam ſponſus ante nuptias celebrata[illegible] ſponſam alens, fructus dotis promiſſæ lucretur. *arg. d. l. in inſulam. 42. § fructus. ff. ſolut. matrimon. gl. vlt. in fin. l. ſi pro dote. 2. & ibi Cyn. Bald. Salyc. num. 2. C. de dot. promiſſ. Bald. conſil. 135. incip. In cauſſa egregij. num. 5. vol. Salic. d. l. dotis. 5. in princ. num. 2. ff. de iur. dot. Io. de Anan. d. c. ſalubriter. num. 5. ext. de vſur. Rauenn. ſing. 647. Thom. Grammat. deciſ. 103. num. 24.* probaturque ex naturali æquitate, vt qui onus ſentit, commodum quoque ſentiat. *l. ſecundum naturam ff. de reg. iur. Azo in ſumma C. de iure dot. num. 23. Alb. Galeott. in Margarit. cap. 29. nu. 4. Io. Baccan. ſing. 5.* Et hæc poſterior ratio indicat, non admittendam eſſe diſtinctionem, an quis ſciat vxorem eam quæ alitur eſſe necne. *Seſſell. l. ſi ante nuptias. 6. num. 5. ff. ſolut. matrimon. Cyn. d. l. ſi pro dote. 2. num. 2. C. de*

20 *dot. promiſſ.* Septimò † alimenta vxori à marito præſtita eum habent effectum, vt præſumtio inde exurgat dotem promiſſam reipſa numeratam fuiſſe, accedente mariti dotem ſe accepiſſe ſignificantis confeſsione: propterea quod talis confeſsio corroboretur facto, tanquam certo & indubitato indicio,

dicio, *l. cum vltra. 9. C. de non. num. pec. l. cum de in rem verſo ff. de vſur. atq; ita in terminis decidit Bald. l. vn. num 4. C. de priuil. dot. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuileg. dot. num. 297. & 334.* Hanc opinionem præterea confirmat Io. Guter. *allegat. 11. num. 15. cum ſeq. & Aug. Bero. conſil. 47. num. 19. lib. 1. ex l. vlt. C. ad Vell.* vbi mariti ſolent vxores expellere, & illis alimenta denegare, propter dotem promiſſam & non ſolutam: ergo mariti retinendo vxores & illis neceſſaria alimenta ſubminiſtrando præſumuntur dotes recepiſſe, ſtante confeſsione ſua de dote recepta. Quam Baldi deciſionem etſi Barthol. Socin. ſen. *l. 1. num. 94. ff. ſolut. matrim. Bald. Nouell. in tract. de dot. part. 10. num. 17. Ruin. conſil. 130. incip. Ad dubia quæ proponuntur. num. 2. verſ. Et ſi adhuc inſtetur. & num. 3. vol. 1.* in dubium vocet: tamen idem Barth. Socin. ſen. *conſil. 82. incip. Super quæſtionibus num. 3. vol. 3.* apertè teſtatur, iuxta Baldi ſententiam, licet ipſe diſputando *in d. l. 1. ff ſolut. matrimon.* contrarium tenuerit, per doctiſsimos viros conſultum fuiſſe, eamque eſſe COMMVNEM & in iudicando non deſerendam: *cui ſubſcribunt Thom. Grammatic. d. deciſ. 103. num. 6. Natt. conſil. 347. incip. Vigente bello, num. 25. Auguſt. Bero. d. conſil. 47. num. 19. in fin. lib. 1.* Neque
21 † quicquam nos mouere debent ea, quæ contra in medium afferuntur. Primò enim quod Barth. Socin. ſen. *d. l. 1. num. 94. ff. ſolut. matrim.* adducit gl. vltimam *in l. ſed ſi ego. 4. ff. ad SC. Velleian.* quæ autumat donationem præſumi ob affectionem coniugalem, *per l. 1. ff. de donat. int. vir. & vx.* id vt credam adduci non poſſum: propterea quod ius noſtrũ legibus contraria non præſumat: *l. vlt. verſ. non eſt veriſimile. C. de hæred. inſtit. c. quia non eſt veriſimile. 10. ext. de præſumt.* & donationes inter coniuges iuri aduerſentur. *d. l. 1. & t. t. C. de donat. inter vir. & vxor.* Similiter nihil ad rem facit quod Socin. putat quaſi fortior ſit præſumtio à marito vxorem nutritam fuiſſe animo repetendi: *l. de diuiſione. 5. ff. ſol. matr.* quodq; per conſequens ſuperior pręſumtio tanquã infirmior ad nihilum redigatur *l. penult. ff. de in integr. reſtit.* Primò enim nego hanc præſumtionem priore fortiorem eſſe: deinde nego antecedens, maritum alimenta vxori matrimonio conſtante præſtantem

præſumi in dubio velle alimenta ab vxore repetere: de quo
22 latius infra libro tertio dicam. Octauò † is ad quem hæreditas aliqua defertur, alimenta ex bonis defuncti percipiens hæreditatem adire cenſetur. *l. ſi ſeruum. 71. §. prætor ait. verb. aut conſumſerit. ibiq́ notat Angel. ff. de acquir. hæred. Robert. Marant. in repet. l. is poteſt. num. 88. vt habetur poſt praxin auream in editione Colonienſi, ſed in voluminibus repetitionum habetur ſub num. 86. ff. d. t. de acquir. hæred.* Hæc breuiter dixiſſe ſufficiat de effectis alimentorum datorum perceptorumúe. Alimen-
23 torum † autem denegatorum primus & generalis effectus eſt fames: quæ quàm durum ſit telum ego hic non explicabo, *videri poſſunt Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 21. cum ſeqq. Petr. Gregor. Toloſan. lib. 31. Syntagm. cap. 23. Borcholt. tract. de feud. cap. 8. num. 67.* Ad ſpeciem autem deſcendendo, ali-
24 mentorum † denegatio habetur inſtar torturæ, *gl. l. item apud. 15. §. quæſtionem. verb. dicunt. ff. de iniur. & in clement. 1. §. propter quod. verb. tormentis. de hæretic. Hippol. de Marſil. l. 1. numero 28. ff. de quæſtion. Ioan. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 23. quo accommodari poſſunt quæ ſcribit Tiraq. d. gl. 1. num. 22. & 23. ac quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 14. num. 84.*
25 Tertiò † denegatio alimentorũ interdum cauſſatur mortem. Vulgatum enim eſt & celebre dictum, eum qui alimenta denegat necare videri. *l. necare. 4. ff. de liber. agnoſc. c. inter cætera. 22. & ibi gl. verb. vel matricidij. 22. q. 4. Palat. Rub. in repet. rubr. ext. de donat. int. vir. & vx. §. 70. num. 24. Cornel. Benincaſ. tract. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 2. And. Gail. lib. 2. obſer. cap. 88. num. 6. & attigi ſupra lib. 1. cap. 2. num. 19.* Quod
26 limitatur primò † vt is alimenta denegans necare dicatur, qui ad alendum obſtrictus eſt: *arg. d. l. necare. 4. verb. partum. & d. c. inter cætera. 22. verb. propriamq́ matrem cum fratribus. Rip. in l. miles. in princ. num. 7. ff. de re iudic.* niſi quis aliquem includat vt abire nequeat, & tamen ipſi de alimentis non proſpiciat: hic enim licet incluſum aliàs nutrire non teneretur, tamen eum necat. *l. item ſi. 9. §. ſi quis hominem fame necauerit. l. quemadmodum. 29. §. pen. verſ. nam & cum pecudes. ff. ad. l. Aquil. §. cæterum. verſ. veluti ſi quis hominem alienum aut pecus ita incluſerit vt*

27 *rit vt fame necaretur. Inſt. eod tit.* Secundò † limitatur hic tertius effectus, vt procedat, quando denegantur alimenta ei qui extrema neceſsitate laborat. *c. paſce fame morientem. diſtinct. 86. Marc. Mant. lib. 2. obſeruat. cap. 16. & faciunt ea quæ adduxi ſupr. lib. 1. cap. 2. num. 78. cum ſeqq.* cuius limitationis vſus conſpicitur ex ijs quæ tradit Rol. à Vall. *in tract. de lucr.*
28 *dot. quæſt. 67. num. 5.* Tertiò † limitatur, vt qui eum, cui alimenta præſtare debebat, non alit, proprie non dicatur occidere vel necare, ſed fingatur occidere. *Corn. conſil. 316. incip. Quoad primum conſultationis articulum. num. 22. vol. 1. vbi pro confirmatione nihil allegat: in argumentum tamen adduci poſſet text. d.*
29 *§. cæterum. Inſt. ad l. Aquil.* Quarti † effectus locum obtinere poſſunt pœnæ, quas iura & leges noſtræ alimenta denegantibus imponunt: in quarum inueſtigatione ante omnia diſtinguendum eſt, num is, cui alimenta denegantur adhuc viuat, an vero ex inedia diem obierit. In primo caſu, ſi ali-
30 menta † expetens adhuc ſit ſuperſtes, eaque ex naturali & immutabili neceſsitate debeantur, qualis obligatio eſt inter liberos & parentes, itemq; inter fratres &c. tum iuris ratio exigit, vt magiſtratus primò iubeat locupletem alere ſuos vel filios vel patrem vel fratres inopes: *l. ſi quis à liberis. 5. §. item Diuus Pius. verſ. iudices ali te à patre tuo iubebunt &c. ff. de liber. agnoſc.* & deinde ſi iuſſui non pareat, vtatur contra inobedientem modis tuendæ iuriſdictionis, *quos recenſet ſocer ac præceptor meus honorandus D. Matth. VVeſenb. in ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. num. vlt. in fin. idq; in terminis ſatis probat text. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his alere. ff. de lib. agnoſc. & confirmat Io. Garſ. tract. de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 2.* nonnun-
31 quam † etiam inſuper ciuiles effectus perdit inobœdiens, vt eſt patria poteſtas: *c. vnic. vbi gl. verb. liberatus. & Anton. de Butr. num. 2. & 7. ext. de infant. & languid. expoſ.* & acquiſitiones ex ea originem ducentes: *l. nemini. 20. C. de Epiſcop. audient. l. nec filium. 9. & ibi gl. verb. pœna. circ. fin. C. de patr. poteſt. l. 2. & 3. vbi gl. verb. dominium. vindicare. in fin. C. de infant. expoſ. Panorm. cap. 2. num. 5. extr. de conuerſat. infidel. Pinel. l. 1. part. 1. num. 57. C. de bon. matern. Brunor. à Sol. in quæſtion. legal. quæſt.*

*50. num.*

32 *50. num. 8.* nec † non ſucceſsiones, ita vt ſpretus poteſtatem habeat ſuos liberos vel parentes exhæredandi. *§. ſi quis ex prædictis. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. collat. 8. Bart. d. tract. de aliment. num. 10. Prate. lib. 2. veter. iuriſprud. c. 4.* Ex di-
33 uerſo † filius emancipatus patrem inopem non alens reuocatur in patriam poteſtatem. *l. 1. C. de ingrat. liber. iuncta. l. vlt. verb. voluerit. C. de reuocand. donat. Bart. tract. de alim. num. 9. Angel. Aret. tract. de teſtam. gl. 45. num. pen. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num. 2. idemq́ affirmat Iac. de Aren. in l. alimenta. 6. per illum text. verſic. primum eos in poteſtatem &c. ff. de liber. agnoſc. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi*
34 *quis ex his. num. 5. cum aliquot ſeqq.* Hinc porro † efficitur, vt pater filium vel filius patrem alimenta denegantem occidens non teneatur pœna legis Pompeiæ de parricidijs, neq; ſimplicis homicidij, ſed deportationis. *Bart. in l. Diuus. 5. in fin. ff. ad l. Pompe. de parric. Iaſ. l. ius ciuile. num. 27. cum ſeq. ff. de iuſtit. & iur. Zaſ. l. 1. §. huius ſtudij. num. 24. ff. eod. Petr. Gerard. ſing. 2. num. 8. & 9. Cornel. Benincaſ. tract. de priuil. paupert. quæſt.*
35 *7. ſpecial. 9. num. 2.* Quod autem † præterea Laur. Valla *lib. 5. Elegant. cap. 46.* narrat, in legibus XII. tabularum ſcriptum fuiſſe: *Liberi parentes alant, aut vinciantur:* an verum ſit dubito: cum huius legis apud eos, qui fragmenta iſtarum legum magno conatu feliciter congeſſerunt, veſtigium nullum inueniam. Illud non negarim, apud Athenienſes infames habitos fuiſſe liberos, qui parentes non alerent. Diogenes enim Laertius *in vita Solonis in Henrici Stephani edit. in græc. pag. 30. in lat. pag. 19.* narrat Solonem legem his verbis ſanxiſſe ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. *& recitat Pard. Prat. lib. 2. vet.*
36 *iuriſprud. cap. 4.* Sin vero † alimenta debeantur, non ex vinculo naturali, ſed cuius diſſolutio conceditur: tum potius iſtud vinculum diſſoluitur. *l. vlt. ff. pro derelict. Rauenn. ſingul. 882. qui textum d. l. vlt. accommodat ad bouem.* Verbi cauſſa, dominus ſeruum ſuum debet alere: quod ſi non faciat, adigendus eſt vt eum vendat. *l. ſi dominus. 2. verb. vel famem. & verb. venire iube. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. §. vlt. Inſt. eod.* vel ſi eum penitus à ſe repellat, perdit omne ius quod habuit.

*Sueton.*

*Sueton. in Claud. cap. 25. l. vnic. §. ſed ſcimus. C. de lat. libert. toll. d. l. vlt. ff. pro derelict. Lud. Roman. in l. ſi vero. §. de viro in 44. principali fallentia. verſ. quarto probatur ex caſu notab. ff. ſolut. matrim. Pontan. de aliment. cap. 11. num. 1. & 2.* Econtra ſi libertus patronum non alat, in ſeruitutem eſt redigendus. *l. alimenta. 6. §. vlt. ff. de liber. agnoſc. gl. c. vnic. in fin. de forma fidelit. in vſib. feudor. Cord. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſolent. num. 12. cum. ſeq. ff. eod.* De quibus iurium priuationibus omnino videas Laur. Kirchou. *in Commun. opin. Centur. 5. concluſ. 93. incip. Nobilis ſi expulerit.* Sic tutor debet pupillo de alimentis proſpicere, quod ſi facere recuſet, remouendus eſt à tutela. *l. tutor. 3. §. tutor qui ad alimenta. ff. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis tutor. & ibi gl. Inſt. d. tit. l. fin. ff. vbi pupill. educ. deb. Bart. tract. de aliment. num. 46. Grat. conſil. 115. incip. In præſenti cauſſa. num. 23. vol. 1. Ant. Piagg. in tract. de tutor. & curat. quæſt. fin. num. 18.*

37 In ſecundo † caſu principali quando is cui alimēta debebantur ita ſpretus diem obijt, etſi Angel. Aretin. *in tract. de teſtam. gloſſ. 45. num. vlt.* cenſet, denegantem hoc caſu teneri lege Cornelia de ſicarijs: *per l. necare. ff. de agnoſc. lib. à qua opinione non abhorret Brunor. à Sol. in quæſtion. legalib. quæſt. 50. nu. 9.* tamen id recipiendum eſſe non videtur propter text. *l. 1. §. pœna. ff. de agnoſcend. liber. quem ita accommodant in d. l. necare. gloſſ. verb. abijcit. Iac. de Aren. Bart. ff. eod. tit.* Hinc cum ante aliquot annos tutor pupillam ſuam quindecim ferme annos natam quæ ab eo aufugerat, & ſibi diſſenteriam conciliauerat [illegible] us eſſet in campo iacere, & primum à vicinis ſu[illegible] antibus, deinde à magiſtratu admonitus, noluiſſe[illegible] ad ſe recipere: vnde euenit vt puella poſt aliquot noctes, quibus in campo dormiuit, partim propter morbum, partim propter frigus moreretur: conſulti Domini Scabini Lipſenſes, relegatione dignum iſtum tutorem pronunciarunt. Quod ſi alimenta denegans arctiori vinculo atq; maiore neceſsitudine defunctum contingat, & nihilominus obſtinato animo quenquam ſuorum neceſſariorum fame perire admonitionibus vel magiſtratus vel vicinorum poſthabitis permiſerit, pœna videtur exaſperanda.

randa. *l. Pedius. 4. §. 1. verſ. & omnino vt in cæteris. ff. de incend. ruin. naufrag. l. perſpiciendum. 11. ff. de pœn.* Ad cuius rei vberiorem declarationem viſum fuit ſubijcere ſententiam, quã Domini Scabini Lipſenſes anno Chriſti 1569. menſe Martio dederunt Senatui Leiſnicenſi: Hat der gefangene H. K. ſich ſeines weibes auff vielfeltige beſchehene erinnerung / nicht annehmen wollen / vnd als man ſie jhm in der jüngſt verſchienen Kälte vor das haus / ſo von jhme zugeſchloſſen geweſen / getragen / ſich nicht allein verleügnen laſſen / ſondern auch volgends / als gedachtes ſein Weib gar nacket vnd blos in ſchnee geſeſſen / vnd die Nachbarn ſich vnterſtanden / das haus mit gewalt zu öffnen / ſelbſt an die thüer kommen / mit böſen verdrießlichen drawworten abgetrieben / bis endlich die nachbarn / berürtes ſein Weib / nach dem ſie faſt drey viertel ſtunden in dem Kalten ſchnee bloß vnd vnbedeckt gelegen / mit gewalt vnd wieder ſeinen willen / in ſeine Stube getragen / vnd auff ein ſtroh vnd pfühl gelegt / daſelbſt ſie denn ewren anzeigen nach / nicht vber ein viertell ſtunde darnach verſtorben / So hat ſich gemelter H. K. deß jenigen was jhme von gedachtes ſeines weibes ein vnd zubringen / Vermöge der Landleüfftigen Sächſiſchen Rechte / ohne das gebüret / verluſtig gemacht / vnd wird darüber auch billich zur Staupe geſchlagen vnd verwieſen /

38 Et hæc † extraordinaria pœna locum etiam habet in ijs, qui liberos exponunt. Præter textum enim *d. l. 1. §. pœna. ff. de lib. agnoſc. Io. de Anan. in d. c. vn. in gl. verb. liberatus. num. 11. in fin. ext. de infant. & lang. expoſ.* ſuadetur inſuper ratione, quod cum non animo occidendi, ſed potius conciliandæ à p[illegible]ous miſericordiæ gratiâ pleriq; infantes exponant: *[illegible] necare. & extat illuſtre exemplum in Moyſe expoſito, Exod. 2. verſ. 3.* ordinaria pœna legis Corneliæ affici nequeant. *l. in leg. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* niſi

39 † dolo malo in locum ſolitarium infantem recens natum quis abijciat: hunc enim ordinaria pœna legis Corneliæ teneri, ſi infans ita moriatur, noſtri ſtatuunt. *per l. nihil intereſt. 15. ff. d. tit. Nouell. 153. præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec. ad tit. ff. ad l. Cornel. de ſicar. num. 14.* quæ diſtinctio non tantum congruit cum conſtitutione Caro-

li V.

lit V. in der Peinlichen Halßgerichtß ordnung / *cap. 132.* Stirbet aber das Kind von ſolchen hinlegen / ſo ſol man die Mutter nach gelegenheit des gefehrlichen hinlegens / an leib vnd leben ſtraffen/ſed etiam oſtendit quid ſentiendum ſit de Agar exponente quidem filium ſuum, potius tamen vt ne ſpectatrix eſſet eius mortis, quàm vt eum necaret. *Geneſ. 21. verſ. 15.*
40 *cum ſeq.* Præterea † in hoc ſecundo caſu principali obſeruandum eſt, ſi quis alicui alimenta præſtare deberet, & non faceret, alimentarius autem poſtea vita fungeretur, eum qui officium ſuum non fecit, carere lucro, quod ex illius hæreditate adepturus fuiſſet: *l. indignum. 3. ff. de his quib. vt indign. quod exemplis declaratur, quæ habentur apud Accurſ. c. vn. in fin. de form. fidelitat. in vſib. feud. Petr. Gregor. Toloſan. lib. 11. ſyntagm. cap. 10. num. 1. cum ſeqq. & Fr. Marc. deciſ. 182. part. 1.* licet propter aliá facta quæ ingratitudinis aliquam ſpeciem præ ſe ferunt, vt eſt accuſatio, cognatorum ſucceſsio non impediatur: *l. cognatis. 6. ff. vnd. cognat. & Franc. Aretin. in l. 3. §. filius. num. 8.*
41 *& 9. ff. de liber. & poſthum.* Hinc fit etiam, vt † maritus, ſi vxori non proſpiciat de alimentis & medicamentis, lucrum dotis perdat. *l. ſi ab hoſtib. 10. §. 1. vbi Caſtr. nu. 4. ff. ſolut. matrim. Bald. conſil. 53. incip. Quadam domina Richabella. num. 2. vol. 5. Io. de Arnon. Epitom. 22. Io. Campeſ. de dot. part. 5. quæſt. 3. Phanuc. de Phanuc. in tract. de lucr. dot. gl. 14. nu. 6. verſic. Quartus eſt caſus. Barthol. Socin. ſen. conſil. 105. incip. Viſo proceſſu in cauſſa. num. 8. volum. 3.* quam ſententiam OMNES Doctores ſequuntur, *Alex. conſil. 123. num. 1. vol. 7. Io. de Amic. conſil. 3. num.*
42 *28. Menoch. conſil. 256. num. 1.* Ampliatur † vt idem ſit, ſi medicum adhibeat quidem, ſed imperitum. *l. quod ſi nolit. 31. §. culpam. ff. de ædil. edict. Angel. Aretin. §. fuerat. num. 25. Inſt. de action. Iaſ. d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. num. 7. Gabr. Sarayn. in addition. ad Mattheſil. ſing. 73. num. 9. omnino Roland. à Vall. de lucr. dot. quæſtion. 64. & 65. Maſcard. de probat. concluſ. 1038. cum ſeqq.*
43 Ampliatur † ſecundò vt etiam maritus obſtrictus ſit, vxorem peſte vel alio quouis morbo infectam alere & curare: *arg. l. quod ſi nulla. 28. ff. de relig. & ſumt. fun. c. ſi vxorem. 32. quæſt. 5. & ita in terminis tenet Rip. in tract. de peſt. cap. 1. num. 202. cum ſeq.*

*ſeq.* quam ſententiam quoq; honeſtati & fidei vinculoq; coniugali magis conſentaneam arbitror, & iuxta hanc opinionem reſponderunt Domini Scabini Lipſenſes duobus fratri-
44 bus in oppido Rochlitz, anno 1567. Interim † non ſum neſcius, inueniri quoſdam, qui marito lucrum ex bonis dotalibus deberi autumant, licet vxorem peſte corruptam ſpreuerit, neque ei medicamenta & alia neceſſaria ſuppeditauerit. Etſi enim adducunt textum, *l. & in totum. 4. verſ. non factarum ſi ob id male geſta eſt. ff. de impenſ. in res dotal. fact. Caſtr. d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. num. 3. quem procul dubio etiam voluit allegare Socin. ſen. d. conſil. 105. num. 8. vbi corrupte citatur l. an in totum. ff. rer. amot. & addit. inſuper textum l. ſi alius. 7. §. eſt & alia. 4. verſ. ſi perueniſſet, abſolui eum oportere. & verſ. quoniam nullam iniuriam. ff. quod vi aut clam.* quia tamen in accommodatione horum textuum præſupponitur, vel loco minoris ſubſumitur, eam quæ peſte laborat, indubitato mori: idque falſum eſſe, præter quotidianam experientiam, *Catell. Cott. in memoral. verb. Maritus priuatur commodo.* Teſtatur Tiraq *de retract. lignag. §. 15. gl. 2. num. 12. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 31.* ideo hanc ſecundam ampliationem iſti textus
45 non labefactant. Similiter † nihil ad rem facit exemplum vel vaſalli dominum lethaliter vulneratum in prælio relinquentis & nihilominus feudum retinentis: *cap. 1. & ibi DD. quib. mod. feud. amitt. Ardiz. in Epitom. feud. cap. 62. quo argumento vtitur Socin. ſen. d. conſil. 105. nu. 8. Rol. à Vall. tract. de lucr. dot. quæſt. 66. num. 10.* vel militis, cui parcitur quando vi præpoſito ſuo illatæ reſiſtere non potuit. *l. omne delictum. 6. §. qui præpoſitum ff. de re milit. Rol. à Vall. d. quæſt. 66. num. 5.* Nam primò in horum iurium accommodatione rurſum præſupponitur falſum: *Tiraq. in d. num. 12.* deinde vinculum quo maritus & vxor inuicem ſibi ſunt obligati, multo eſt arctius eo, quo vaſallus ſuo domino, vel miles ſuo præpoſito aſtringitur. Quod enim de marito & vxore legimus, erunt duo in carne vna: neq; de vaſallo & domino, neque de milite & ſuo præ-
46 poſito proditum inuenimus. Longe † minus admittenda erit excuſatio qua vti velle videtur Bertrand. *conſil. 60. incip.*

*Quamuis*

*Quamuis honeſta quondam mulier. num. 2. vol. 6.* quod quis non dolo malo metuat peſtem, & quæuis cauſſa etiam iniuſta à dolo & pœna excuſet: *l. igitur. 12. §. & generaliter. ff. de liber. cauſſ.* Nam reſponderi poteſt, quod in hoc caſu non requiratur dolus, ſed negligentia & culpa ſufficiat. *d. l. quod ſi nolit. 31. §. culpam. de ædil. edict. & d. l. indignum. 3. ff. de his quib. vt in-*
47 *dign.* Ruſum tamen limitatur † hæc theſis primò, vt vera ſit, ſi probetur maritum cum potuiſſet non dediſſe alimenta: ſi enim non potuiſſet, veluti quod medici copiam non habuerit, tum ſucceſsione ſibi debita non priuatur: *l. idemq́; 16. & ibi Bart. ff. pro ſoc. Caſtr. d. l. ſi ab hoſtibus. §. 1. num. 3. ibiq́; Zaſ. num. 8. Alex. d. conſil. 123. num. 2. Rauenn. ſing. 955. Menoch. d. conſil. 256. ſub num. 6. verſ. Tertio dato non conceſſo.* idem eſt ſi ob paupertatem ſuam vxoris inopiæ non poſſet ſuccurrere. *Ruin. conſil. 139. incip. Viſis proceſſibus. num. 5. vol. 4. Roland. à Vall. de lucr. dot. quæſt. 69. num. 4.* Et hæc limitatio generalis eſt ad omnes pœnas in hoc capite recitatas, ita vt illis afficiantur, qui cum potuiſſent ſuccurrere ſuo vel filio vel patri, egere eos paſsi ſunt: ſecus ſi ipſi fame laborent. Quod ſi enim quis propter paupertatem alteri non ſuccurreret, vt Agar *Geneſ. 21. verſ. 15. & 16.* ijs pœnis non eſſet ſubijciendus. *per ea quæ adduxi ī lib. 1. cap. 2. num. 85. atq; ita intelligendus eſt textus l. patrem. 16. C. de nupt. Adr. Pulue. lib. 2. de nupt. ſine parent. conſenſu non contrah. num. 23. cum ſeq. & bene facit textus. in c. Cupientes: 16. §. ſi vero in diſcordia. verſ. niſi forſan ipſos facultatum*
48 *impotentia. de elect. in 6.* Secundò † limitatur vt iſta priuatio locum non habeat, quando mulieri ſuccurſum fuit ab alijs, verbi cauſſa, ſi pater vel frater vel alius quiſpiam eius curam geſſerit. *l. ſororem. 10. C. de his quibus vt indign. l. 1. §. eleganter. verſ. & intra triginta partum ediderit vbi Bart. num. 2. ff. de liber. agnoſc. Alex. d. conſil. 123. num. 4. Rol. à Vall. d. tract. de lucr. dot. quæſt. 67. Menoch. d. conſil. 256. num. 8. verſic. Quarto ſuffragatur.*
49 Tertiò † iſta priuatio locum non habet, niſi mulier propter hanc negligentiam ſit mortua: ſi enim vel ob aliam cauſſam perierit, vel conualuerit, poſtea diem obeunti maritus nihilominus ſuccedit. *l. & in totum. 4. verſ. non factarum ita ſi ob id*

*res male geſta eſt. ff. de impenſ. in res dotal. fact. & facit l. 1. §. vlt. ff. de SC. Silanian. d. l. indignum. 3. ff. de his quib. vt indign. Caſtrenſ. d. num. 3. Alex. d. conſil. 123. num. 4. Io. Sadolet. l. quod te. nu. 98. ff. ſi cert. pet. Io. de Amic. conſil. 9. num. 7.* Vnde ſi ſuperſtiti imputare quis vellet, quod non ſingulis ſeptimanis dederit lodices recens lotas, vel quod lectum non ſat molliter ſtrauerit, is non eſſet audiendus. *Narta conſil. 462. incip. Prætendit magnificus.* Et ex hac limitatione deciditur quæſtio de marito vxorem expellente. *Rol. à Vall. tract. de lucr. dot. part. 68. per*
50 *tot.* Quartò † limitatur, vt maritus, re adhuc integra bene tractans vxorem, non priuetur lucro: *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſ. pactis. ff. ſolut. matrim. Alex. d. conſil. 123. num. 5. Petr. Rauenn. in Alphab. aureo. verb. maritus.* ſecus ſi medicamenta adhibeat, quando vxor iám animam agit: tum enim perinde eſt, ac ſi nunquam adhibuiſſet. *l. ſi rem. 29. §. vlt. in fin. ff. de euict. Alex. conſil. 183. incip. Viſo proceſſu inter Vincen-*
51 *tium. num. 5. vol. 7.* Quinti † effectus locum obtinere poteſt, quod qui alimenta contractus alicuius ratione debita, non præſtat, reſtituere cogitur id quod ipſe accepit; exemplum ſumi poteſt à vaſallo dominum ſuum inopem non alente, *per*
52 *ea quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 95. cum. ſeqq* Sic † cui donatum aliquid eſt vt Titium alat: ſi alimenta promiſſa deneget, reddere debet rem acceptam: *l. 1. C. de donat. quæ ſub modo. Ludou. Roman. conſil. 284. incip. Triplici ex capite. num. 3. Alex. conſil. 93. incip. Viſis & ponderatis. num. 5. vol. 2. Corneus conſil. 101. incip. Viſis actis. num. 4. cum ſeqq. vol. 1. Rip. l. generaliter. quæſt. 35. & 39. C. de reuocand. donat.* imo dominium ipſo iure redit ad priorem dominum. Cum enim *in d. l. 1.* concedatur donatori vindicatio, quæ præſupponit dominium in agente; *l. 1. C. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. Schurff. conſil. 2. num. 12. centur. 3.* donatio cenſetur à iure reuocata & dominium ipſo iure in donatorem translatum. *Ripa conſil. 199. incip. Iuſte & ſancte fuit*
53 *iudicatum.* adeo † vt donatarius rem illam alienare valide non poſſet: *Bald. in l. ea lege. 3. num. 5. verſ. Octauo ad idem. C. de condict. ob cauſſ. dat. Octau. Cacheran. deciſ. 85. num. 10. per d. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* ſcilicet poſtquam alimentorum denega-

tione

tione ab illa re cecidit: ſecus ſi ante moram factam alienet. *l. plerunq;. 206. ff. de reg. iur. Rip. l. generaliter. quæſt. 40. C. de re-*
54 *uoc. donat.* Hinc multo † magis dicendum erit, donantem de rebus ob denegationem alimentorum ad ſe redeuntibus, iure teſtari poſſe. *Bertrand. conſil. 74. incip. Cum tempore factæ donationis part. 1. vol. 3.* Deinde hæc rerum donatarum repe-
55 titio, ita locum habet, vt ad moræ † purgationem confugere debitori non liceat: primò quia cum venter dilationem non patiatur, *l. 2. ff. de fer.* obligatus ſtatim in mora eſſe dicitur. *Rip. d. conſil. 199. nu. 1.* deinde quia quoties per moram inducitur reſolutio contractus, ibi non eſt tractandum de purgatione moræ, niſi conſentiat altera pars. *l. commiſſoriæ. 4. C. de pact. int. emt. & vend. Bald. cap. 1. in pr. num. 3. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. in vſib. feud. Rip. l. ſi inſulam. num. 116. ff. de verb. obligat.* præterea quia vbi de danda numerandaq; pecunia quæritur, vel alia re veriſimiliter commoda omni tempore, tunc non licet moram purgare ante litem conteſtatam, niſi modico tempore poſtquam dari oportuit, & cum nondum interfuit creditoris. *l. quid tamen. 21. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de recept. arbitr. l. ſi ita quis. 135. §. Seia. ff. de verb. obligat. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 8. num. vlt. Forcat. in tract. de mora part. 3. num. 12. & omnino Hier. Grat. conſil. 93. incip. Viſo inſtrumento donationis. quæſt. 4. num. 47. cum multis ſeqq. volu. 1.* Etſi igitur Cynus *in d. l. 1. num. vlt. C. de donat. quæ ſub mod.* putat, moram in hoc caſu purgari poſſe tribus concurrentibus, primò vt lis nondum ſit conteſtata, deinde ſi intra modicum tempus mora purgetur, & denique ſi non interſit aduerſarij: cum tamen caſus repertu non ſit facilis, quo donatoris non interſit ſingulis diebus habere cibum & potum in promtu, vt taceam, quod modicum tempus in hoc alimentorum negocio ſeptem vel octo dies excedere non poſsit, cum vltra nonum diem homo inediam ſine vitæ diſpendio regulariter non ferat, vt experientia & Medici teſtantur, ideo regulariter moræ purgatio locum non habebit. *Bald. conſil. 212. incip. Ad euidentiam. vol. 2. & conſil. 250. incip. Si tibi dedi. volum. 3. Rip. l. ſi inſulam. num. 86. ff. de verb. obligat. & in d. l. generaliter.*

Vu 2 *quæſt.*

*quaſt. 32. num. 111. C. de reuoc. donat.* Neq; hanc ſententiam euertunt ea quæ pro Cyno affert Surdus *tract. de aliment. tit. 8. priuil. 47. num. 4.* nempe quod hoc intereſſe in facto conſiſtat, & non præſumatur quod fame laborauerit. Nam primo pro confirmatione poſterioris huius dicti nihil allegatur: & cur facile id non credam in cauſſa eſt, quod qualitas cum qua homo naſcitur, adeſſe præſumatur. *l. ſi vero. 5. §. 1. ff. qui ſatisdar. cog. gl. c. ſi forte. 11. verb. ſcientiæ. de elect. in 6.* ac natura nos ita procreauerit, vt ſingulis diebus cibo & potu reficiendi corporis cauſſa opus habeamus. *l. proponebatur. 76. in fin. ff. de iudic.* Cum itaq; hæc præſumtio non ex facto aut lege poſitiua, ſed ex ipſa natura proficiſcatur, *quam diſtinctionem tradit gl. vlt. c. is qui fidem. 30. ext. de ſponſal.* nihil impedit quod præterea affertur, intereſſe in facto conſiſtere. Nam aliud eſt quærere an inter ſit, aliud autem quanti interſit: & quemadmodum hoc poſterius in facto conſiſtere & quantitatem petiti intereſſe probari oportere concedo: *l. quatenus. 24. & ibi Dec. in princ. & Cagnol. num. 11. ff. de reg. iur.* ſic illud prius ſemper in facto conſiſtere, non arbitror *per d. gl. c. ſi*
56 *forte. verb. ſcientiæ.* Verum tamen † iſta reuocatio locum nõ habet quando donator petit alimenta in futurum: ſic enim facto renunciat ſuo iuri: *l. pen. C. de pact. c. inter. 20. vbi gl. verb. renunciaſſe. ext. de ſentent. & re iudic.* re ipſa oſtendens quod malit alimentorum commodum retinere, quam rem donatam reuocare. *l. de leg. 6. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de l. commiſſor. Corn. conſil. 110. incip. Videtur in hac conſultatione. num. vlt. vol. 1. Alciat. conſil. 53. incip. Litis inter Philippum. num. 2. lib. 6.* De-
57 inde † limitatur vt diſpoſitio *d. l. 1.* locum non habeat in hærede, qui ignorauit obligationem de alimentis dandis: *l. qui in alterius. 42. & ibi Dec. num. 2. in fin. ff. de reg. iur. Corn. d. conſil. 110. Io. Mauric. tract. de reſtit. in integr. cap. 63.* nec in eo, qui ignorauit donatorem fame laborare, quia hæc ignorantia egeſtatis vtpote facti iuſtam excuſationem cuiuis præbet. *c. ignorantia. de reg. iur. in 6. iunctis ijs quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 13. nu. 70.* præſertim cum hæc alimenta debitor non teneatur ſponte offerre, ſed petenti non denegare. *gl. c. cupientes. 16. §. ſi*

*vero*

*vero in diſcordia. verb.contemſerint. vbi Anchar.Geminian. & Phil. Franc.de elect.in 6.*
58 Deniq; † inter effecta denegatorum alimentorum referri poteſt, quod ſcribit Iuſtinianus, ſi tutor præſens neget propter inopiam alimenta poſſe decerni, & hoc per mendacium dicat, remittendum eum eſſe ad præfectum vrbi puniendum. *§. ſed ſi quis præſens. vbi notat Angel. Aret. Inſtit. de ſuſpect. tutor.*

# DE OPERIS ALIMENTARIO INCVMBENTIBVS.

## Caput VI.

### SVMMARIVM.

1. *Qui ex legis diſpoſitione alitur, præſtare debet operas nutritori: ſcilicet officiales tantum. num. 2.*
3. *Filius debet patri operari: conſiderantur rationes contrariæ num. 4. ſi ſcilicet filius operis ferendis ſit idoneus. num. 5.*
6. *Lucrum, quod filius cum pecunia paterna negociando facit, patri acquiritur: limitatur num. 7.*
8. *Vxor marito operas officiales præſtat: ad artificiales non poſſet inuita adigi. num. 9. multo minus marito acquireret. num. 10.*
11. *Idem eſt in vidua, quæ intra annum luctus ab heredibus alitur: non obſtante Felini contrarium ſentientis opinione. num. 12.*
13. *Qui ex hominis diſpoſitione alitur, nullas præſtat operas, & ſupra num. 1. fallit, ſi relicta ſint ſub conditione commorandi cum heredibus teſtatoris. num. 14. quibus tamen tantummodo officiales præſtat operas. num. 15.*
16. *Vidua, quæ ex legato ab herede defuncti mariti alitur, an & quatenus operetur heredi.*
17. *Ex contractu qui alitur, non operas præſtat alenti: niſi aliud ſit conuentum. num. 18.*
19. *Pupillus vel pupilla ſuo tutori non tenetur operari: quod ſi tamen præſtet operas, & ſint tantummodo alimentis æquiualentes, alendus vel alenda eſt à tutore. num. 20. ſin maiores, tum etiam poteſt petere iuſtam mercedem. num. 21. reſpondetur rationibus contrarijs. num. 22. 23. 24.*
25 *Collegij iuridici in Academia Ienenſi ſententia.*

NON contendam cum quoquam, operas vtrum effectis, an (quod ego verius arbitror) adiunctis accenſere oporteat: interim in hoc confinio earum tractationem poſui, vt ei quoq;, qui forſitan inter effecta referre mallet, capitum ſeries ſatis faceret. Ad rem ipſam quod attinet, dixi ſ. *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 22. eum, qui vel hominis vel bruti operis vtitur fruitur, ſi aliud non conuentum vel diſpoſitum ſit, regulariter alimentorum onus agnoſcere debere: at nunc ex contrario diſpiciendum eſt, an is qui alimenta percipit, obſtrictus ſit, operas nutritori ſuo præſtare. Vt igitur breuibus me expediam, diſtinguo cauſas alimentorum: hæc enim dantur vel ex legis ſiue naturalis ſiue poſitiuæ prouiſione: vel ex hominis diſpoſitione aut conuentione ſ. *lib.* 1. *cap.* 1. *num* 10.

1 In † primo caſu, qui ex legis voluntate nutritur, debet operas præſtare ſuo nutritori: *l. ſicut.* 48. *& ibi gl. ff. de oper. libert. Angel. tract. de teſtam. gl.* 45. *num.* 13. in altero caſu, is qui ex hominis diſpoſitione alimenta percipit, nutritori operas non præſtat. *l. libertis.* 4. *§. vlt. ff. de alim. vel cib. legat. Bart. l. diuortio.* 8. *in prin. num.* 3. *ff. ſolut. matrim. Io. de Anan. c. nobis* 25. *num.* 11. *ext. de iur. patron. Bertrand. conſil.* 45. *incip. Non iu pridem. num.* 14. *vol.* 4. *Corn. conſil.* 184. *incip. Super hac non hæſitatione. num. vlt. vol.* 3. & hæc diſtinctio COMMVNITER recipitur *Claud. de Seiſell. d. l. diuortio.* 8. *in pr. num.* 17. *ff. ſolut. matrim. Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib.* 5. *cap:* 25. *num.* 5.

2 Cuius † diſtinctionis primum membrum aliqui ita extendere velle videntur, quaſi alimentarius nutritori ſuo teneatur operas præſtare, non tantum officiales, ſed omnes omnino quas nouit & valet exercere. *per d. l. ſicut.* 48. *ff. de oper. libert. Bart.* l. *Cato.* 13. *§. Imperator. num. vlt. ff. de alim. vel cib. legat. Paul de Caſtr. d. l. diuortio.* 8. *in pr. num.* 10. *Bertrand. conſil.* 177. *incip. Ponitur in facto quod honorabilis quondam vir Lucas. num.* 5. *part.* 2. *vol.* 2. id an verum ſit, ſubſiſto: partim quia *in d. l. ſicut.* 48. officij tantum, non vero etiam operarum, ex quibus lucrum expectamus, fit mentio: partim quia hac ratione homo liber & poteſtati noſtræ non ſubiectus, vt eſt pater, mater, frater, ſoror inops, nobis acquireret, quod legibus

noſtris

noſtris non eſt conſentaneum. *§. ex his itaq; apparet. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* Vt igitur de vtroq; membro iſtius diſtinctionis aliquid in ſpecie proponam, inde deriuatur quod
3 † filius quandiu apud parentes nutritur, ijs laborare & inſeruire debeat. *l. ſicut. 48. vbi gl. ff. de oper. libert. Angel. conſil. 85. incip. Pater habens plures filios. num. 2. in fin. Corſet. ſing. 383. verb. vxor in fin. Alciat. conſil. 36. incip. Quantum ad alimenta. nu. 5. lib. 5. Bonacoſſ. de equit. Canon. concl. 2. circa med. vbi de* C O M M V N I *teſtatur.* Pro cuius ſententiæ confirmatione in memoriam reuocanda ſunt, non tantum ea quæ dixi ſupra *lib. 1. cap. vlt. num. 41.* ſed etiam exempla præſtantiſsimorum virorum. Nam de Octauio Auguſto ſcribit Sueton. *in ipſius vita cap. 64.* quod filiam & neptes ita inſtituerit, vt etiam lanificio aſſuefaceret. Qua in re tamen ab effectu adhibenda eſt diſtinctio, vt quod filiusfam. tanquam peculium profecticium nanciſcitur, totum & in ſolidum acquiratur patri: peculium vero aduentitium ſaltem quoad vſumfructum. *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib. §. quod nobis inhumanum. cum ibi not. per gl. & DD. Inſt. per quas perſ. nob. acquir. & latiſſime pertractat Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 2.* Vnde non
4 immerito † quis dubitet de ſententia Io. Guterij putantis *in tract. de contract. iurat. cap. 5. num. 4.* filium patri operas non debere. Etſi enim pro confirmatione adducat textum *l. pen. verſ. nam pietatem liberi parentibus non operas debent. ff. de obſeq. parent. & patr. præſt.* quia tamen Iuriſconſultus ibi diſputans num patri emancipanti filium ſuum: liceat hunc ad præſtationem certarum operarum aſtringere, prout conceſſum domino ſeruum manumittenti, reſpondet non licere: & recte, cum huiuſmodi operarum impoſitio quandam ſeruitutis ſpeciem habeat; *l. ſi quis pro eo. 56. in princ. ff. de fideiuſſor. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenbec. ad tit. ff. de oper. libert. num. 1.* & quia ita *in d. l. pen.* agitur de operis libertatis ac emancipationis cauſſa imponendis: nos vero hic agimus de operis quas filius pro modo ſuæ valetudinis ac dignitatis etiam durante patria poteſtate præſtare debet, manifeſto apparet iſtum textum huc non quadrare: & ſic in ac-

commodatione admittitur fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Non recte enim argumentamur, filius non præſtat patri tales operas, quales liberti patronis: ergo nullas omnino. *§. ius autem. verſ. qui talem. Inſt. de patr. poteſt. Franc. Connan. lib. 2. comment. cap. 13. num. 2.* Multominus iuuant Guterium auctoritates Doctorum ab ipſo allegatæ. Nam Bald. *in auth. ex teſtamento. verſ. decimum caput. num. 6. C. de collat. Iaſ. l. illud. 20. num. 7. C. eod. Matth. de Afflict. deciſ. 308. num. 4.* non ſimpliciter negant, quaſi filius nullas omnino operas patri teneatur præſtare: ſed de fabrilibus negant, 
5 de obſequialibus affirmant. Cæterum † limitatur in filio alicuius nobilis, qui ad ſeruiles operas à patre adigendus non eſt. *l. Nepos Proculo. 125. ff. de verb. ſignif. l. filius. 13. in fin. ff. de condit. inſtit. Bart. in l. vn. num. 7. C. de mendic. valid. lib. XI. Bonacoſſ. d. tract. de æquit. Canon. concluſ. 2. in med.* Idem eſt ſi filius propter valetudinem aduerſam labori non eſſet idoneus; *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. verſ. in ea valetudine. ff. de liber. agnoſc.* & huc facit vulgatum illud, quamlibet diſpoſitionem de ſubiecto habili accipiendam eſſe. *l. vt gradatim. 11. §. etſi. verſ. ſi idonei ſint. ff. de muner. & honor. Iaſ. §. in perſonam.* 
6 *num. 26. Inſt. de act.* De filiorum † autem operis fabrilibus lucrum afferentibus, etſi magna ſit inter Doctores noſtros concertatio, *quemadmodum ſententias diſcrepantes recitat Iaſ. in d. l. illud. 20. num. 7. C. de collat.* tamen verius eſſe arbitror, iſtud lucrum totum patri acquiri, præſertim quando non tantum pecunia paterna, ſed etiam nomine patris filius fuit negociatus. *Aſcan. Clement. d. effect. 2. num. 9.* Imo idem puto etiamſi non conſtet, cuius nomine vtrum ſuo an paterno negociationem exercuerit, quia opera hoſtimentum quidem eſt pro pecunia in ſocietate: *§. de illo. Inſt. de ſociet.* at cum ſocietas inter patrem & filiumfam. contrahi nequeat: *l. frater à fratre. ff. de condict. indeb.* & lex non fingat ea, quæ iure repudiantur: *l. 2. C. de condit. inſert. gl. l. talis. 30. verb. vniuerſa. ff. de legat. 1. Io. à. Rebert. lib. 3. Topic. cap. 1.* ideo dicere ſocietatem quandam inter patrem & filiumfam. contractam videri, iuris ratio non patitur. Vnde ſcribit Fulgoſ. *in d. l. illud. 20.*

*num.*

*num. 3.* ſe vidiſſe filium maiorem natu, qui rem familiarem paternam geſſerat, & patre mortuo à ſuis fratribus & cohæredibus, qui nullum laborem rebus paternis impenderant,
7 aliquod honorarium petebat, non obtinuiſſe. Forſitan † tamen aliquam prærogatiuam huiuſmodi filio negocianti concedendam, *cum Baldo in d. auth. ex teſtamento. num. 6. & Bertrando conſil. 308. incip. Viſo conſultationis themate. quæſt. 4. part. 1. vol. 3.* crederem, ſi lucrum potius ex ſua induſtria, quàm ex rebus paternis acquiſiuiſſet: verbi cauſſa, ſi ex centum florenis alios centum lucri feciſſet. Sed quicquid ſit, quemadmodum totam operarum materiam hic explicare, non eſt huius inſtituti: ita certi iuris eſt, filij operas patri ad minimum prodeſſe, vt eum amplius alere non cogatur, ſi artem teneat, ex qua ſibijpſi de neceſſarijs queat proſpicere. *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 79. cum ſeq.* In hoc primo
8 membro porro tractari poſſet de † operis vxoris marito præſtandis: quas ne prolixe perſequar, breuiter dico, vxori quidem incumbere, vt marito operas præſtet, at non omnes, ſed ſolummodo officiales, quæ vel ad reddendum coniugale debitum, *d. l. ſicut. 48. Marq. Freher. lib. 2. parerg. c. 14. D. Matth. Coler. præceptor meus perpetua obſeruantia mihi colendus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 196.* vel ad tuendas res mariti labore partas, *Schneid. ad tit. Inſt. de SC. Tertull. num. 10.* vel aliàs ad inſeruiendum marito ſpectant: *gl. c. quod DEO. verb. hunc. & c. ſatis. verſ. pene famulas. 33. q. 5.* vt eſt cibum coquere, lectum ſternere, lauare & ſimilia. *Crauett. conſil. 362. num. 13. Benedict. Capr. conſil. 72. incip. Quidam Michael. num. 15. ſequitur Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 144. num. 15. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 28. num. 10. vbi teſtatur hanc diſtinctionem COMMVNEM eſſe. Tiraq. de ll. connub. l. 1. num. 26. & in tract. de Nobilit. cap. 20. num. 94. cum aliquot ſeqq. vbi examinat, an ab huiuſmodi ſeruitijs marito exhibendis vxorem nobilitas generis, ex*
9 *quo oriunda eſt, excuſet.* E diuerſo ſi mulier † mercaturæ exercendæ rationem calleret, non poſſet inuita adigi ad hoc vitæ genus ſuſcipiendum, *Bald. l. ſi vxorem. 5. num. 6. C. de condit. inſert. Boër. deciſ. 81. num. 4. Ranchin. concluſ. 383. part. 2.*

*Petr. Duen. reg. 637. incip. Vxor maritata. limit. 2. Alberic. de Roſat. l. plenum. 12. §. operas. ff. de vſ. & habit.* imò ſi ex ſpon-
10 tanea † artis alicuius honeſtæ profeſsione, verbi gratia obſtetricando, texendo, &c. rem faceret, marito hoc lucrum non cederet. *arg. tit. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir. in quo vxor inter perſonas nobis acquirentes non recenſetur: Ant. de Pratouet. in conſil. ſuo quod eſt inter Alexandri conſil. 133. incip. Vere crudelis. num. 3. vol. 4.* accedit & hæc ratio: quod vxor cum marito contrahere poſsit ſocietatem: *l. ex diuerſo. 17. §. item ſi mulier. & ibi gl. verb. fuit. ff. ſol. matrim. & eſt textus manifeſtius in l. alimenta. 16. §. fin. ff. de alim. vel cib. leg.* quod fieri non poſſet, ſi maritus omnia, quæ vxor lucratur, iure ſuo ſibi poſſet vendicare. *l. coiri. 7. ff. pro ſoc. Ludouic. Roman. in l. ex diuerſo. 17. §. ſi in iudicio num. 15. & 16. ff. ſolut. matrimon. Menoch. conſil. 154. incip. Interrogatus. num. 14.* præterea idem confirmatur *ex l. 1. & l. multum. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi. Cacheran. deciſ. 140. num. 6. Petr. Gerard. ſingul. 99. & hanc ſententiam etiam latè defendit Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 221. cum aliquot ſeqq.* Et ex hac ratione videtur profectum eſſe, vt vxori poſt mariti obitum de iure Saxonico debeantur, Tiſchtücher/ handtücher/ Decklachen/ Badelachen / vnd andere leinen geräthe / vnd leinwadt geſchnitten vnd vngeſchnitten/ wenn es gleich mit des mannes Wapen gezeichnet / vt pronunciarunt Doctores Curiæ Electoralis apud VVitebergenſes, referente nobiliſsimo viro D. Hartman. Piſtoris in Seuſeliz *lib. 1. quæſt. 32. D. Matth. Coler. d. num. 196.* Forſitan à me quis quærat, an maritus huiuſmodi bonorum, per vxorem honeſta arte quæſitorum, vſumfructum habeat, præſertim de iure Saxonico *libr. 1. Landtr. art. 31. vbi dicitur.* Wann ein Mann ein Weib nimpt/ ſo nimpt er ſie in ſeine gewehr / vnd alles jhr gut zu rechter Vormundtſchafft / ſed quia hæc quæſtio non eſt huius loci, reſeruabo eam ad tractatum de Tutelis & curatoribus, quem Deo iuuante emittam. Interim hoc potius addam, diſtin-
11 ctioni † ſuperius adductæ locum etiam relictum eſſe, quando vidua intra primum annum ab obitu mariti ex hæreditate alitur, *quemadmodum explicaui 3. lib. 1. cap. 11.* Quod enim

*ibi*

*ibi num. 9.* dixi, viduam apud hæredes mariti commorantem ibique alimenta percipientem, operari debere hæredibus, *quod præter ibi adducta confirmant Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro legat. rei ſingularis. verb. Coram vobis. num. 107. Capyc. deciſ. 24. num. 10. Corſet. ſingul. 383. verb. uxor in pr.* hoc accipiendum eſt, iuxta diſtinctionem paulo ante indicatam, propter eaſdem rationes, quæ multò magis hæredibus defuncti mariti congruunt: vnde quod tantummodo officiales, non autem artificiales operas hæredibus à vidua intra annum luctus præſtari oporteat, MAGIS COMMVNITER à Doctoribus concludi, aſſerit Paul. de Montepic. *in repetit. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. quæſtion. 63. princip. num. 162. ff. de legat. 2. & videndus etiam eſt Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. nu.*
12 *157. cum aliquot ſeqq.* Neque nos † mouere debet Felinus, qui *in c. paſtoralis. 28. §. cum autem. num. 26. ext. de offic. & pot. iud. deleg.* tradit, viduam quæ ex diſpoſitione legis debet ali in domo mariti intra annum luctus, ſi laborat, acquirere hæredi mariti, allegans Salic. *in l. vnic. §. exactio. num. 32. C. de rei uxor. act. & gloſſ. in d. l. ſicut. 41. ff. de oper. libert.* Nam cum Salyc. & Accurſ. nitantur textu *d. l. ſicut.* vbi tantum officij mentio fit: cuius facilè apparet, id quod de lucro hæredibus mariti per viduam acquirendo affirmatur, ex verbis iſtius legis non probari, imò refutari. Tritum autem eſt, Doctorum dicta iuxta leges allegatas intelligenda eſſe.
13 Nunc de altero † diſtinctionis ſupra in initio huius capitis poſitæ membro admonere placuit, quod quidem qui ex diſpoſitione teſtamentaria ali à quoquam iubetur, non teneatur operas præſtare hæredi vel alij alimenta iuſſu teſtatoris eroganti: *d. l. 4. §. Lucius. ff. de alim. vel cib. leg.* nihilominus tamen hæc ſententia limitanda ſit, vt procedat, quando ſim-
14 pliciter alimenta relicta ſunt, *d. l. Lucius.* ſecus † cum ſub conditione, ſi cum defuncti hærede legatarius moratus fuerit, teſtator alimenta leget: tum enim operas hæredi præſtare debet. *l. illis libertis. 84. ff. de condit. & demonſtrat. facit l. Mæuia. 13. §. uxore. vbi Bart. notat. num. ult. ff. de ann. legat.*
15 *Rauenn. in Alphabet. aur. verb. Morari.* Verum † hæc limitatio

tio reſtringenda eſt, ad operas officiales vel obſequiales, vt eſt parare lectum, ſtruere menſam, cuſtodire domum &c. *d. l. illis libertis. 84. verſ. liberti in obſequio fuerunt. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. in l. 1. num. 7. Salic. num. 3. C. de legat. Alex. conſil. 178. incip. Videtur forſan. num. 6. vol. 6. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 12. Andr. Barbat. conſil. 63. incip. Præclare ſcribitur. artic. 5. vol. 2. Bertrand. conſil. 147. incip. Viſo caſu. num. 2. cum ſeqq. part. 1. vol. 1.* quatenus legatarij dignitas patitur. *l. interdum. 34. l. hæ demum. 38. ff. de oper. libert. Alber. de Roſat. l. 1. num. 1. C. de legat.* Artificiales autem & lucroſas, legatarius hæredi præſtare non cogitur: *arg. l. 1. vbi notat Angel. num. 4. Iaſ. num. 1. C. de legat.* præſertim cum his non minus quàm prioribus quadret argumentum, *ex d. §. ex his itaq; apparet. Inſtit. per quas perſ. nob. acquir.* deſumtum.
16 Ex † quibus optime colligi poterit quatenus vxor, cui alimenta à ſuo marito legata ſunt, hæredibus teſtatoris operari debeat. Nam ſi ſimpliciter iuſſus eſt hæres alere viduam, tum nullas omnino operas ab ea exigendi habet facultatem: *d. l. 4. §. Lucius. Caualcan. de vſufruct. mul. relict. num. 138. in fin. & eſt MAGIS COMMVNIS opinio teſte Grato conſil. 87. num. 23. vol. 2.* ſin vero legata viduæ ſint alimenta, ſi cum hærede moretur, eo caſu ſaltem obſequiales vel officiales hæredi præſtare debet: *d. l. illis libertis. 84. Salic. d. l. 1. num. 3. C. de legat. Alex. conſ. 100. incip. Super primo caſu. num. 1. vol. 1. Paul. de Montepic. in repetit. d. §. Titia cum nuberet. quæſt. princip. 63. verſ. Sextò dubitatur. nu. 162. Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 5. cap. 25. num. 5.* non autem eas, ex quibus lucrum capitur: *per argumenta quæ collegit Ant. de Prato. veter. d. conſil. 133. incip. Vere crudelis. Zobell. lib. 1.* Sandir. *artic. 20. ſub lit. G.* idem plane eſt ſi vxor, ſuperſtitibus liberis, conſtituta eſt vſufructuaria omnium bonorum. cum enim huius legati effectus ſit, vt alimenta cum ea præ eminentia, quam viuo teſtatore obtinuit, ſolummodo debeantur: *quemadmodum remiſſiue dixi ſupra lib. 1. cap. 15. nu. 39.* ideo etiam officiales vel obſequiales, non autem artificiales hæredibus debebit exhibere operas. *Benedict. Capr. d. conſil. 72. incip. Quidam Michael. num. 16. ſequitur Andr. Gail. lib.*

17 *2. obſeruat. cap. 144. num. 15.* Deniq; hoc ſecundum † principale membrum procedit etiam in contractu, vt ſi ego ex mera liberalitate promittam alicui cibum & potum exhibere, is mihi operas non præſtat. *Auguſt. Bero. conſil. 185. incip. Viſo inſtrumento. num. 5. vol. 1.* Multo minus operas exigere fas erit ab eo, qui in ſingulas ſeptimanas, vt ſtudioſi facere conſueuerunt, vel ob quodlibet prandium aut cœnam, vt in publicis diuerſorijs fieri ſolet, certum precium numeret, ſed ſatis erit ſi precium perſoluat, *l. Julianus. 13. §. ex vendito. 17.*
18 *ff. de act. emt. l. cum ſeruus. 39. §. ſi Titius ff. de legat. 1.* Hoc † tamen limitatur, ſi expreſſe conuentum ſit de operis præſtandis, vt quotidie fit, quando aliquorum operam conducimus: tum enim æquitas expoſcit, vt pacta ſeruentur. *l. 1. ff.*
19 *de conſtit. pec. cum ſimilibus.* Poſtremò ſi hoc † ſecundum principale membrum huius capitis accommodetur ad quaſi contractus, & quærat aliquis num pupillus vel pupilla tutori ſuo, apud quem alitur, operari teneatur: ego reſponderem quod non: ob hanc rationem, quia pupillum vel pupillam alit tutor quidem, non tamen ſuo ſumtu: *l. ius. 3. §. ſi egeni. ff. vbi pupill. educ.* ſed ex bonis & re pupilli. *l. vlt. ff. eod. l. 2. C. de alim. pupill. præſtand. Angel. in §. ſi quis tutor. num. 3. Inſt. de ſuſpect. tutor. & attigi ſ. lib. 1. cap. 13. num. 127.* Vnde ſic argumentor: Si pupillus vel pupilla teneretur operari tutori, tum etiam alendus vel alenda eſſet tutoris ſumtu: *per ea quæ allegaui ſ. d. cap. 13. num. 22.* Sed conſequens eſt falſum. *d. §. ſi egeni.* Ergo & antecedens. *Huc ſpectat gl. vlt. in fin. lib. 3. Landtr. artic. 15. quæ dicit:* Niemand iſt bey ſeiner eigenen vnkoſt einem andern zu dienen ſchüldig / *& gl. eod. lib. 3. art. 76. §.* Vnd ſeehen vnd abſchneiden / *inquiens:* Niemandt iſt ſchüldig bey ſeinem
20 brodt einem andern vor zuarbeiten. Et hanc deciſionem † ita accipiendam arbitror, vt tutor, ſi pupilli vel pupillæ operis, alimentorum ſumtui æquiualentibus vſus fuerit, rationibus pupillaribus hunc ſumtum, animo ex bonis pupilli deducendi, non poſsit imputare, ſed cogatur alimenta operis accepto referre, *ita in terminis ſcribit Raph. Cuman. conſil. 88. incip. Caſus talis eſt: Franciſcus de Lacanipa. num. 6.* cum alias exploratâ

plorati iuris ſit, eum qui operis cuiuſquam fruitur, expenſas alimentorum debere agnoſcere. *l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. quo pertinent allegata gloſſæ ex lib. 3.* Landtrecht *art. 15. & 76. & quod ſcribit Bart. l. cum fundus. 21. §. ſeruum tuum. num. 4. ff.*
21 *ſi cert. pet.* Et conſequenter, ſi pupillus † vel pupilla eius nunc ſit ætatis ac roboris, vt talia ſeruitia tutori ſuo præſtet, ob quæ conducto famulo vel ancillæ, præter victum quotidianum, certa quoque merces dari debet & ſolet: tum non tantum ſumtus alimentorum non poteſt repetere tutor: ſed etiam mercedem iuſtam pupillo vel pupillæ perſoluere obſtringitur. *per l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. & ibi DD. ff. de condict. indeb. vbi operæ fabriles indebitè præſtitæ, ipſæ quidem non repetuntur, ſed earum æſtimatio.* Deinde poſſet etiam probari hac ratione, ſi tutor impendens pupillo vel pupillæ operas, quarum nomine ab alijs conſequeretur honorarium, petere poteſt ſalarium: *text. eſt apertus in l. qui filium. 4. verſ. liberalibus artibus inſtituerit. ff. vbi pupill. educ. & bene facit l. cum plures. 12. §. cum tutor. ff. de admin. tutor. l. de bonis. 6. §. non ſolum. ff. de Carbon. edict. vbi mercedes præceptoribus ex bonis pupillaribus dari iubentur, ſine diſtinctione vtrum ipſi tutores laborem* inſtitutionis in ſe recipiant nec ne: eadem petitio concedenda quoque erit pupillo, ſi præſtet tutori aliquas operas, *ex natura correlatiuorum.*
22 Et hanc † ſententiam iuri & æquitati longe magis congruere arbitror, quàm Baldi *in conſil. 256. incip. Quæritur à veſtra immenſa ſcientia. num. vlt. vol. 3.* opinantis pupillos, propter operas tutori à ſe præſtitas, nihil poſſe conſequi. Etſi enim pro confirmatione adducit textum, *l. ſalarium. 7. ff. mandat. & l. 1. in fin. ff. de var. & extraord. cognit.* tamen ex iſtis legibus nihil quod huc aptè quadret, commode deſumi poteſt. Nam *in d. l. ſalarium.* tractatur de tali caſu, quo ſalarium expreſſe fuit conſtitutum, in quibus terminis nos non verſamur; imò ſi vel tutori ex bonis pupilli, vel econtra, pupillo laboribus ferendis idoneo, à tutore conſtitutum fuiſſet ſalarium, deberi illud putarem. *l. à tutoribus. 33. §. fin. de admin.*
23 *tut.* Alterum † autem textum, *nempe l. 1. in fin. ff. de var. & extraord. cognit.* quomodo ad præſentem deciſionem accommodet

modet, non quidem indicat Baldus: nihilominus mihi veriſimile videtur, cum Iuriſconſulti hæc ſint verba: *Ad nutricia quoq; officium præſidis vel prætoris deuenit. namq; nutrices ob alimoniam infantium apud præſides quod ſibi debetur petunt. Sed nutricia eouſq; producemus, quoad infantes vberibus aluntur: cæterum poſt hæc ceſſant partes prætoris vel præſidis:* Baldum forſitan ponderare voluiſſe poſteriora verba, in quibus dicitur, partes prætoris vel præſidis ceſſare, cum infantes vberibus amplius non aluntur. At pace tanti viri dixerim, non video quomodo inde præſens quæſtio dirimatur. Nam ſi nutrix mammam infanti non præbet, etiam nullam cauſſam adeundi præſidis habet. Dices, nutricem poſſe petere ſumtus pecuniarios, quibus comparauit infanti panem, pultem & alia: ſed tum habebit negociorum geſtorum actionem ordinariam. *l. ſed an vltro. 10. ff. de negoc. geſt.* Et certè ſi rem preſsius conſideremus, & ex Baldi præſuppoſito, iſtum textum tutori & pupillo applicare liceat: non ſine cauſſa quis tentaret, an non contra Baldum retorqueri poſsit. Si enim nutrici tas eſt τροφεῖα, vel vt Iuriſconſultus appellat, nutricia, tanquam à ſe nauatæ operæ mercedem & quidem non promiſſam exigere: ita etiam ex contrario pari ratione licebit pupillo vel pupillæ à tutore flagitare ſuæ operæ mercedem, propter naturam

24 correlatiuorum. Sed alium † ſcrupulum nobis inijcit Corduba de Lar. *in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. num. 72. ff. de liber. agnoſc.* cum tutor tuendi pupilli rebuſq; gerendis operas ſuas & quidem ſuo ſumtu *vt dictum fuit ſ. lib. 1. cap. 13. num. 129.* impendat, ideo vice verſa tutor vtetur operis pupilli per compenſationem. Verum, reſponderi poterit, harum operarum compenſationem non admitti, primò quia tutoris officium eſt gratuitum: *l. qui ſine vſuris. 38. ff. de negoc. geſt. gl. l. in eos. 9. verb. datis. ff. de tutel. Guid. Pap. deciſ. 68. in pr.* cumq; ita nihil ſit, quod tutori ob ſuam operam debeatur, compenſatio, quæ debiti & crediti inter ſe contributio eſſe dicitur, locum nequit habere. *l. 1. & l. quæcunq; 14. ff. de compenſat.* Deinde quia etiam ſi concederetur, tutoris operæ ac labori mercedem deberi, cum tamen alia ſit æſtimatio operarum

tutoris, & alia operarum pupilli: *d. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. verſ. eam eſſe cauſſam operarum vt non ſint eædem neq; eiuſdem hominis. ff. de condict. indeb.* non poteſt earum vt nec inuicem correſpondentium, nec adhuc ſatis liquidatum fieri compenſatio. *§. in bonæ fidei. verſ. quia iure aperto nituntur. Inſtit. de act. l. vlt. verb. liquida ſit. C. de compenſat.* Quod autem dixi pupillum tutori operari obſtrictum non eſſe, multo magis procedit in negociationibus: quia iuris ratio refragatur. *d. §. ex his itaq; apparet. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir. atq; in terminis*
25 *ita tenet Cephal. conſil. 674. num. 52.* Et quia † in præceptoris ac ſoceri mei honorandi D. Matthæi VVeſenbecij aduerſarijs inuenio, collegium iuridicum in Academia Ienenſi, eo tempore quo meus ſocer profeſſorem ibi egit, ciui Cygnæo VVolfgango L. de hac controuerſia reſpondiſſe, viſum fuit illam ſententiam à verbo ad verbum hic ſubijcere. Auff ewre an vns gethane frage/ ſprechen wir vor Recht/ Iſt ewer Weib da ſie nur fünff jar alt geweſen/ vnd von jhrer Väterlichen vnd Mütterlichen Erbſchafft 270. fl. vnd etliche groſchen bekommen/ von vnd bey jhrem Blutsuerwanten vnd Vormünden vnterhalten/ der ſie dann zwey Jar ohne Vnkoſt erzogen/ hernacher aber in die 13. jar jhr 12. fl. Koſtgelds angeſchrieben/ Alſo vnd der geſtalt/ das nach dem jhr ſie nunmehr geehlichet/ vnd die rechnung von Vormünden gefordert/ er in die 200. fl. Koſtgeldes von jhrem Erbtheil abzuziehen/ vnd euch allein die vbermaß als 71. fl. zuzuſtellen vermeinet/ welchs jhr euch zum höchſten beſchweret/ vnd ſonderlich weil ewer Weib/ wie eine Dienſtmagd/ der man järlich vier fl. zu lohn giebt/ alle Haußarbeit bey jhme thun vnd verſehen müſſen/ So iſt der Vormund nach gelegenheit dieſes falls ſolche Vnkoſten zufordern/ oder ewrem Weibe von jhrem Erbtheil abzuziehen nicht befuget/ oder aber dagegen gebürlichen zinß/ ſo die 270. fl. von jaren zu jaren tragen/ vnd was nach Richterlichem erkenntnuß/ ewer Weib wegen jhrer arbeit järlichen hette verdienen können/ zuentrichten/ vnd euch wegen ewers Weibes zuuergnügen ſchüldig/ V. R. W.

# DE PRIVILEGIIS ALIMENTORVM.

## Caput VII.

### SVMMARIVM.

1. Priuilegium quid.
2. Non omnia alimentorum priuilegia hoc caput complectitur.
3. Alimenta referuntur inter pias cauſas: ampliatur. num. 4. & 5.
6. Alimenta diuiti debita, non referuntur inter pias cauſſas. & num. 9. licet teſtator aliud expreſſerit. num. 7. nihilominus tamen ſunt fauorabilia. num. 8.
9. Duplici ſenſu accipitur pium in iure.
10. Spurio alimenta legata, num piæ cauſſæ titulum ſemper mereantur.
11. Maior eſt fauor alimentorum ex vltima voluntate, quàm ex contractu debitorum.
12. Quid proſit ſcire, alimenta pijs cauſſis accenſeri. num. 13. 14. & 15.
13. Mulier ex ſtatuto ſine mariti vel agnatorum conſenſu contrahendi poteſtatem non habens, valide ſine ijs contrahit de rebus ad neceſſitatem victus pertinentibus.
16. Alimenta legata debentur etiam hæreditate non adita. & num. 17.
18. Legata ad pias cauſſas non indigent aditione hæreditatis.
19. Alimentorum legatum etiam incertum valet.
20. Quantitas alimentorum licet non exprimatur, tamen debetur: etiam diuiti. num. 21. ſiue ex vltima voluntate, ſiue contractu. num. 22.
23. Alimenta legata per triennium præſtita, in futurum debentur, etiam ex minus ſolenni teſtamento: ampliatur duobus modis. num. 24. 25. quorum poſterior defenditur ab argumento Angeli. num. 26. quatuor autem modis limitatur num. 27. 28. 29. 30.
31. Alimenta percepta non conferuntur: ampliatur tribus modis, num. 32. 33. 34. & totidem limitatur, num. 35. 36. 37.
32. Sorori, quam frater ex feudo aluit, non imputantur alimenta in dotem
33. Sumtus nuptialis conuiuij non venit in collationem:
34. Nec imputatur in legitimam.
38. Compenſatio in alimentis præſentibus & futuris locum non habet, ſecus in præteritis. num. 40.
39. Ponderatur limitatio Sebaſtiani Medices.
41. Adoleſcenti bona ſua à tutore repetenti, obijci poteſt compenſatio alimentorum perceptorum.

42. *Fames excuſat furtum ciborum, & nuditas furtum veſtium & num. 53.*
43. *Cibaria tempore famis ſunt communia.*
44. *Adulterium non excuſat famis neceſſitas, nec homicidium. num. 45.*
46. *Hæc famis neceſſitas debet eſſe extrema & ineuitabilis, & in quam ſemetipſum fur non coniecit num. 47. rei improbæ operam dando num. 48. & furtum præſentem neceſſitatem non egrediatur. num 49. fallit num. 50.*
51. *Qui nulla neceſſitate, ſed lucrandi vel belluandi cauſſa furatur eſculenta, punitur. & num. 52.*
54. *Clericus poteſt ob famis neceſſitatem exercere officium notarij.*
55. *Veſtes quotidianæ tacite non obligantur pignori: nec ad earum poſſeſſionem adipiſcendam datur locatori interdictum Saluianum. num. 56.*
57. *In executione non ſunt primo capienda ad alimenta quotidiana pertinentia.*
58. *Publicatis bonis alimenta non ſunt publicata.*
59. *Vectigal de alimentis non ſoluitur: Ampliatur num. 60. 62. 63. 64. limitatur num. 65. 67.*
60. *Emens frumentum vel alia eſui potuiq́; apta, in ſuum vſum, poſtea poteſt vendere ſine gabella, iuramento purgationis præſtito. num. 61.*
66. *An quis emat ſui vſus cauſſa, ſtatur ementis iuramento.*
67. *Alimentis ex fundo certo legatis, tributum nihilominus magiſtratui debetur: id autem perſoluere debet dominus vel vſufructuarius fundi non alimentarius. num. 68. reſpondetur rationi contrariæ. num. 69.*
70. *Ex ſtatuto gabellam impoſitam quis ſoluat.*
71. *Legati dominium quando in legatarium tranſeat.*
72. *Ludere eſt permiſſum conuiuij inſtruendi cauſſa.*
73. *Priuilegijs alimentarijs generali derogatione nihil decedit.*
74. *Præſentia & futura alimenta præcipuè gaudent priuilegijs, non etiam præterita.*

INTER alimentorum adiuncta recte & ordine referri poſſe arbitror eorundem priuilegia, tranſactiones, pacta, compromiſſa & ceſsiones. De quibus vt pro inſtituti mei ratione aliquid in medium afferam, agam in hoc capite de priuilegijs, reliqua adiuncta reſeruaturus ad caput ſequens. Quem-

Quemadmodum autem mihi non eſt animus de priuilegij definitione, diuiſione, cauſſa & cæteris partibus ad methodicam cuiuſlibet ſimplicis thematis explicationem pertinentibus, tractare: ſiquidem DEI optimi Maximi vitam & ocicium mihi largientis auxilio, conabor aliquando peculiari tractatu eam materiam exequi: ita ſufficiat ſaltem admonuiſſe, me priuilegiorum nomine nunc omnia ea complecti, quæ contra vulgares & tritas iuris communis regulas de ali-
1 mentis conſtituta legimus. Nam priuilegium † eſt priuatum ſeu ſingulare ius contra commune indultum. *c. priuilegia. diſtinct. 3. c. Abbate. 25. §. contra quod fuit. verſ. quia cum priuilegium. ext. de verb. ſignif. Goffred. & Hoſtienſ. in ſumm. ext. de priuileg. num. 1. Godeſcalc. de VVildeshus. eod. cap. 1. in pr. Sebaſt. Medic. in tract. de ll. & ſtatut. part. 4. quæſt. 33. num. 1.* Multo minus laborabo in eorum numero inueſtigando: aliquibus recenſentibus vndecim: *Bart. l. Mela. 14. in princ. ff. de alim. vel cibar. leg. Marc. Mantua. lib. 2. obſer. cap. 16.* aliquibus duodecimum addentib. *Bertachin. in repertorio verb. Alimenta. num. 6. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 87. Cæſar de Urſil. deciſ. 152. nu. 2.* aliquibus putantibus hæcce priuilegia eſſe numero octodecim. *Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum num. 5. cum aliquot ſeqq.* aliquibus vero infinita eſſe aſſerentibus. *Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuileg. iurament. priuil. 101. num. 2. Hier. Grat. conſil. 69. incip. In præſenti cauſſa. nu.*
2 *2. vol. 2. Cordub. de Lar. d. §. vtrum. num. 75.* Illud † igitur potius operam dabo, vt quæ ſpeciale quid præ ſe ferunt, & alijs locis commode non poſſunt adaptari, hîc recenſeam. Si enim nunc odioſe repeterem, quæ ſupra explicaui: exempli cauſſa, quod alimenta ſequeſtrari nequeant: *ſ. lib. 1. cap. 13. num. 20.* legari autem poſsint perſonis, aliàs ex legibus noſtris omnium iurium incapacibus, ac mortuorum inſtar habitis. *ſ. d. lib. 1. cap. 15. num. 7. cum aliquot ſeqq.* quodq; hæres etiam ante inuentarium abſolutum à pauperibus alimentorum nomine recte conueniatur: *d. cap. 15. num. vlt.* quod ob famis neceſsitatem vendi aut alienari poſsint, quorum venditio aliàs regulariter eſt prohibita: *ſ. lib. 2. cap. 2. nu. 45. &*

*aliquot ſeqq.* quod initio anni vel menſis regulariter debeantur. *ſ. hoc lib. 2. cap. 4. num. 13.* id certe nihil aliud eſſet quam actum agere. E contrario ſi ea, quæ ſpeciali quodam iure in proceſſu iudiciario obſeruantur, hic perſequi velim: veluti quod etiam die feriato alimenta licitum ſit petere, quod breuiores dentur dilationes, quod libellus non requiratur, quod appellatio non admittatur, &c. turbarem libri tertij ordinem, aut ibi pariter actum agere haberem neceſſe. Pri-
3 mum † itaque locum occupet generale iſtud priuilegium, quo fauorabilem inſtar piæ cauſſæ, cauſſam alimentorum iura noſtra perhibent. *l. Mela. 14. verſ. tamen pietatis intuitu. ff. de alim. vel cib. legat. §. interdicimus. verſ. egentium pabula & alias pias cauſſas. in Authen. de Eccleſ. tit. collat. 9. Nouell. 131. gl. l. ſi quis Titio. 17. verb. vt miniſtrum. ff. de legat. 2. gl. l. ſi cui annuum. 14. ff. de ann. legat. Bart. in tract. de alim. num. 23. Alex. l. licet. 77. num. 11. ff. de legat. 1. Crauett. conſil. 199. num. 10. Marc. Mant ſingul. 22. num. 4. Tiber. Decian. conſil. 42. num. 39. vol. 2. Franc. Mar-*
4 *zar. conſil. 61. num. 42.* imò † dici poſſet, alimentorum maiorem eſſe fauorem, quàm bonorum diuinis vſibus inſeruientium. *l. ſancimus nemini. 18. C. de SS. Eccleſ. §. ſi quis ſub conditione. in Auth. de Sanctiſs. Epiſcop. Nouell. 123. Calcan. conſil. 21. incip. Retento themate. num. 3. Phanuc. de Phanuc. de lucr. dot. gl. 10. nu.*
5 *64.* Neque hoc † reſtringendum eſt ad eſculenta & poculenta, ſed idem eſt in penſionibus conſtitutis alimentorum cauſſa. Eæ enim alimentorum naturam ſequuntur, eodemq́; fauore quo piæ cauſſæ vtuntur: cum ipſius finis & eorum, quæ ad hunc finem ducunt, non diſpar debeat eſſe ratio. *l. oratio. 16. ff. de ſponſal. Lud. Roman. conſil. 388. incip. In caſu propoſiti thematis. num. 1. cum aliquot ſeqq. Cucch. tract. de morator. præſcript.*
6 *num. 99.* Quod tamen † priuilegium ita limitatur, vt alimentorum cauſſa tum demum pia cenſeatur, quando ea debentur homini pauperi, & non habenti vnde ſe ſuſtentet, *d. §. interdicimus. verſ. egentium pabula. Nouell. 131. §. ſi vnum de prædictis. in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. coll. 8. Specul. tit. de inſtrument. edit. §. nunc verò aliqua de vltimarum voluntatum executoribus. num. 62. Bart. tract. de aliment. num. 23. Angel. Aretin. tract.*

*tract. de teſtament. gl. 17. num. 2. & gl. 45. num. 5. in recentiſſima editione, ſed in priore editione. num. 8. Ludouic. Roman. auth. ſimiliter. num. 4. C. ad l. Falcid. Alex. l. diui Seuerus. 89. num. 3. ff. ad l. Falcid. Phil. Dec. conſil. 348. incip. De duobus. num. 5. Iaſ. l. cum is qui. 32. §. mulier ſi in ea. ff. de condict. indeb. Bertrand. conſil. 82. incip. Quoniam reperio. num. 6. part. 1. vol. 3. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 80. Cornel. Benincaſ. de priuileg. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 17. cum ſeq. Vital. de Camban. tract. Clauſul. cap. penult. num. 84. Steph. Ranch. concluſ. 447. part. 2. Campeſ. de dot. part. 1. quæſt. 91. in fin. Grat. conſil. 140. num. 6. vol. 2. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cauſſ. in præfat. verſ. Item legatum alimentorum. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 115. nu. 14. cum ſeq. & hanc limitationem* COMMVNEM *eſſe tradit Franc. Marzar. d. conſil. 61. nu. 46. Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. A. nu. 167.*

7 adeo † vt ſi alimēta relinquens exprimat, à ſe iſtud fieri amore DEI, non tamen aliter ad piam cauſſam referri poſsit hoc legatum, quàm ſi legatarius ſit inops. *l. illud. 17. C. de SS. Eccleſ. l. id quod pauperib. C. de Epiſc. & cler. l. ſi fortè. 8. ff. de caſtr. pec. Dyn. ſing. 2. Bald. conſil. 230. incip. Teſtamentum. vol. 5. Angel. Aretin. tract. de teſtam. gl. 94. num. 2. Alex. d. l. diui. 89. num. 4. conſil. 125. incip. Viſo themate premiſſo & conſil. ſeq. incip. In hac hæſitatione. num. 6. vol. 4.* & *late Iaſon conſil. 183. incip. Præſens conſultatio. volum. 2. Marc. Mantu. ſing. 579. per l. liber captus. 17. C. de capt. & poſtlim. reuerſ. Petr. Rauenn. in alphabet. aur. verb. Alimenta. Nicol. Bellon. conſil. 16. incip. Stat ſtatutum. Io. Durand. de art. teſtand. tit. 2. caut. 2. num. 5.* Et hanc ſententiam COMMVNITER approbari tradit Phil. Dec. *conſil. 120. incip. Pro tenui facultate.*
8 *ſub num. 3.* Interim † nihilominus alimenta diuiti & opulento relicta ſunt fauorabilia, *l. cum hi. 8. §. nihil autem intereſt. ff. de tranſact. Alex. d. l. diui. 89. num. 5. ff. ad l. Falcid. Alciat. l. ſi certis annis. 28. num. 19. C. de pact. Natta conſil. 590. incip. Circa præſentem. num. 5. Tiber. Decian. conſil. 42. num. 35. & 39. vol. 2. Menoch. d. præſumt. 115. num. 15. in fin. & hæc ſententia eſt* COMMVNIS *teſte Eman. Soarez. d. lit. A. num. 168.* confirmaturq́; vlterius exemplo dotis, quæ ad eundem modum puellæ pauperi debita, piæ cauſſæ titulum meretur, ſecus ſi locupleti

ſit danda. *d. l. cum is. 32. §. mulier. ff. de condict. indeb. Curt. l. & quæ à Diuo. num. 18. C. de edend. Bald. Nouell. de dot. part. 5. num. 4. & ibi apoſtill. Contard. l. diffamari. cap. 5. num. 115. cum ſeq. C. de ingen. manumiſſ. Bertrand. d. conſil. 82. incip. Quoniam reperio.*
9 *num. 8. part. 1. vol. 3.* Neque his † refragatur, quod nonnulli Doctores aſſerunt, pijs cauſsis annumeranda eſſe alimenta, etiam homini diuiti legata: *Hier. Gig. in tract. de penſion. q. 51. nu. 19. & q. 96. nu. 4.* quia reſpondetur aliquando pia perhiberi ea, quæ fiunt amore Dei, quæq́; vel facientis vel eius cuius nomine fiunt animam ſubleuare creduntur, *§. ſi vnum de prædictis. verſ. ipſorumq́; animæ ex hac cauſſa piiſſima ſubleuentur. in Auth. vt cum de appell. cognoſc. collat. 8. Nouell. 115. Bald. l. 1. num. 16. C. commun. de legat. Panormit. c. relatum. 11. num. 7. ext. de teſtament.* ad quam claſſem refertur, quod datur pauperibus: *d. §. interdicimus. & d. §. ſi vnum.* aliquando verò ea quæ iuuare publicam vtilitatem poſſunt, quo ſenſu inter pias cauſſas recenſetur libertas: *l. 1. §. ſin autem vno. verſ. qui primus ad hanc rationem pietatis peruenit. C. de commun. ſeru. manumiſſ. Caſtrenſ. conſil. 194. incip. Viſo puncto. num. 4. vol. 2. Dec. l. quoties. 20. num. 2. vbi apoſtill. ff. de reg. iur. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 58. à libertate ad piam cauſſam.* itinerum pontiumq́; refectio: *l. ad inſtructiones. 7. C. de SS. Eccleſ. gl. l. 1. §. ad municipium. verb. Deo ff. ad l. Falcid.* item dos. *c. vn. §. donare. qualiter olim poter. feud. alien. in vſib. feud. d. l. cum is. 32. §. mulier. ff. de condict. indeb. Bertach. de Epiſcop. lib. 4. part. 4. num. 82.* Quam diſtinctionem, præterquam quod leges adductæ probant, ſequitur aperte Phil. Dec. *conſil. 72. incip. Viſo puncto. num. 2. in fin. Bald. Nouell. in tract. de*
10 *dot. part. 5. num. 6. & l. 1. num. 42. ff. ſolut. matrim.* Igitur † alimenta ſpurio legata, aliter inter pias cauſſas referri non poſſe, cenſent noſtri, niſi legatarius laboret inopia: cum alias pater naturalis legare videatur, potius naturali affectione, quàm Dei amore inductus. *Alex. d. l. diui. 89. num. 4. ff. ad l. Falcid.* In quam rationem tamen ſcrupuloſius nolo inquirere, videri interim poteſt Cordub. de Lar. *in l. ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 77. ff. de liber. agnoſc.* & ſimul illud cogitari, quod patri non concedatur aliter legare alimenta

ſuo filio ſpurio, quàm egeſtate laboranti, *ſ. lib. 1. cap. 3. num. 40. cum ſeqq.* Si iam verum eſt, quod nuper dixi, alimenta pauperi relicta inter pias cauſſas referri, videtur dicendum, ſemper cauſsis pijs tale legatum annumerandum eſſe. De-
11 nique † hoc primum priuilegium ita declaratur, vt maior adhuc fauor ſit alimentorum ex vltima voluntate, quàm ex contractu debitorum, reſpectu tranſactionis. *d. l. cum hi. 8. ff. de tranſact. Paul. de Caſtr. l. vlt. §. licentia. num. 5. C. de iur. delib. &*
12 *latius dicam cap. proximè ſeq.* Et huius † primi priuilegij vſus, conſiſtit non tantum in eo, vt hinc appareat, de alimentis legatis quartam Falcidiam detrahere regulariter licere, niſi quando pauperi data ſunt, *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 91. & ſeq. quibus nunc addo Iacobum de Aren. d. l. diui. num. 1. ff. ad l. Falcid. Bertach. de Epiſcop. d. lib. 4. part. 4. num. 95. 96. Marc. Mant. ſing. 684. Bald. Nouell. d. l. 1. num. 41. ff. ſolut. matrim. Roder. Suarez. in repetit. l. quoniam in prioribus. in declarat. legis regni. quæſt. 8. num. 4. C. de inoff. teſtam.* cum legata ad piam cauſam facta Falcidiam non patiantur: *auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. l. decem legata ſunt. 6. ff. de fideicommiſſ. libert, Bald. Nouell. d. l. 1. num. 344. ff. ſolut. matrimon. Natta conſil. 297. incip. Ex teſtamento. num. 7. Franc. Cremenſ. ſingul. 9. Ant. Corſet. ſingul. 124. verb. Falcidia. Marc. Mantu. ſing. 684. Tiraq. de priuileg. piæ cauſſæ. priuil. 26. cum ſeq. & eſt* COMMVNIS *opinio Lanc. Galioul. l. centurio. num. 88. Rip. num. 108. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Ioſeph.*
13 *Ludouic. ab Aſſiſ. deciſ. Peruſ. 30. num. 8.* Sed etiam † vt mulier quæ ex ſtatuto ſine mariti vel agnatorum licentia contrahere non poteſt, valide contrahat de hìs, quæ ad alimentorum neceſsitatem requiruntur. *Panorm. c. relatum. 11. nu. 5. per illum text. ext. de teſtam. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. verb. contracts entre les vifs. num. 22. & ſeq. qui tamen pro conſtanti id non audet aſſerere.* Confirmari poteſt ex eo, quod licet principalibus conſtitutionibus cautum ſit, vt hi qui prouinciam regunt, quiue circa eos ſunt, ne in prouincijs aliquid emant: *l. non licet. 46. ff. de contrah. empt. l. aufertur. 46. §. quod à præſide. ff. de iur. fiſc. l. principalibus. 33. ff. ſi cert. pet. Reuard. lib. 2. Varior. cap. vlt.* tamen non obſtante tali prohibitione emere poſſunt, quæ ad alendum tegendumque cor-

pus pertinent *text. eſt manifeſtus in l.vnic. verſ.prӕter eas quӕ ad alimoniam vel veſtes pertinent. C. de contract. iudic. vel eor.qui ſunt circ. eos. l. plebiſcito. 18. ff. de offic. prӕſid. Iaſ. d. l. principalibus. 33. num. 2. vbi* COMMVNEM *hanc ſententiam affirmat.* Simili-
14 ter † ex hoc primo priuilegio eiuſque declaratione elucet, vt ſi ſtatutum minori octodecim annis, maiori autem annis quatuordecim faciat poteſtatem diſponendi ad pias cauſſas, vt ſi huius ætatis iuuenis pauperi relinquat alimenta, ſubſiſtat, *per fundamenta ſuperius allegata & ita in terminis decidit Al-*
15 *ber. de Roſat. tract. de ſtatut. part. 2. queſt. 167.* Tandem † hinc etiam intelligere poſſumus, quatenus & à quibus vel quorum alimentis, ad piam cauſſam argumentari fas ſit: cuius rei explicatione propterea ſuperſedeo, quod doctè & copioſè eam ab alijs traditam inueniam. *Claud. Cantiunc. in Topic. loc. 11. A ſimili. verſ. decima quarta ſpecies eſt ab alimentis. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 59. tit. Ab alimentis ad piam cauſſam. Io. à Reber-*
16 *ter. lib. 4. Topic. cap. 8.* Secundum priuilegium † eſt (poſſet etiam tanquam effectum primi priuilegij conſiderari) quod legata alimenta, etiam hęreditate non adita debeantur. Quod cum bifariam intelligi poſsit, partim de eo tempore quo hæres vel deliberat vel inuentarium conficit: partim quãdo iam certum eſt, ſcriptum non velle hæreditatem adire: ſciendum eſt, hoc priuilegium ad vtrumque caſum pertinere. Licet enim interim hæres, donec inuentarium conſcribat, creditoribus hæreditarijs vel legatarijs agentibus reſpondere inuitus non cogatur: *l. vlt. §. donec. C. de iur. delib.* tamen hoc fallit in alimentis legatis, *per ea quӕ adduxi ſ. lib. 1. cap. 15. nu.*
17 *vlt.* Sic in † altero caſu, certi quidem iuris eſt, ſi nemo ſubit hæreditatem, omne ius in teſtamento ſolui: *l. ſi nemo. 141. ff. de reg. iur. l. proxime. 3. verſ. non poteſt vllum teſtamentum valere, quod hӕredem non habet. ff. de his quӕ in teſtam. delentur. §. 1. verſ. aut ſi ex eo nemo hӕres. Inſtit. de hӕredit. quӕ ab inteſt.* at nihilominus alimenta relicta debentur. Nam in cauſsis, ob quas conceditur officium iudicis, non conſideratur obligatio hæredis. *l. hӕreditas. 50. in fin. ff. de petit. hӕred. l. Quintus Mutius. 7. ff. de ann. legat.* ſed propter alimenta legata conceditur officium

cium iudicis, *l. ſeruos. 17. ff. de alim. vel cib. leg.* Ergo propter a-
limenta legata non conſideratur obligatio hæredis, & per
conſequens nec aditio hæreditatis, ex qua originem trahit
obligatio. *§. heres. Inſtit. de obligat. quæ ex quæſt. contract. ita in
terminis ſentit Bald. l. cum hi. 8. in princ. in lectur. 3. ff. de tranſact.
& in l. 1. lectur. 1. num. 7. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. l. eam quam. num. 20.
C. de fideicommiſſ. Marc. Mantua. lib. 2. obſeruat. cap. 16. Gabr.
Sarayn. in additionibus ad Mattheſil. ſing. 162. num. 2. Cordub. de
Lar. in l. ſi quis à liberis. §. verum. num. 25. ff. de lib. agnoſc.* Præ-
18 tereaſumi poteſt argumentum ex eo, quod † ad legatorum
piorum confirmationem, non requiratur aditio hæredita-
tis. *Andr. de Beſſet. d. l. 1. num. 140. cum aliquot ſeqq. C. de SS.
Eccleſ. qui hanc quæſtionem argumentis in vtramq; partem excuſſis
decidit, Tiraq. de priuileg. piæ cauſſ. priuil. 33. qui multas auctorita-
tes allegat, & MAGIS COMMVNEM prædicat Laurent.
Kirchou. in commun. opin. Cent. 4. concluſ. 100. incip. Legata ad pias
19 cauſſas.* Tertium † priuilegium eſt, quod legatum alimen-
torum etiam incertum valeat. Hæc autem incertitudo po-
teſt eſſe duplex, prior ratione perſonarum, altera ratione
rerum. Perſonarum, vt ſi non ſatis euidenter conſtet, qui-
búſnam eorum, quibus nominatio vel deſcriptio (ſi enim
nullius nomen expreſsit, neminem etiam alendum eſſe arbi-
tror, *l. qui plures. 18. ff. de vſu & vſufr. leg.*) conuenit, alimenta
danda ſint: quam dubitationem explicaui *ſ. lib. 1. cap. 15. nu.
20 30. cum aliquot ſeqq.* Rerum, vt ſi † non appareat quantitas
alimentorum relictorum, tum legatum nequaquam euane-
ſcit, ſed iure ſubſiſtit. *l. Stichus. vbi gl. vlt. Bart. num. 1. ff. de leg.
3. l. ſi cui. 14. & ibi Bart. num. 1. ff. de ann. legat. l. id quod pauperi-
bus. 24. C. de Epiſcop. & cleric. Bart. l. quidam in teſtamento. 30. ff.
de leg. 2. Alex. conſil. 158. incip. Viſo teſtamento dicti Pauli. num. 7.
vol. 7. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro legat. rei ſingul. verb. Coram
vobis. num. 97. Ruin. conſil. 102. incip. Circa dubium. num. 2. volu.
4. Hippol. de Marſil. in repetit. rubric. C. de probat. num. 432. in
editione parua Ienenſi, ſed in voluminibus repetit. habetur ſub num.
451. Petr. Peck. in tract. generali de legat. cap. 15. num. 3. Benincaſ.
in tract. de priuil. paupert. quæſt. 9. ſpecial. 3. num. 27. Marc. Mant.
d. lib. 2. obſer. cap. 16. Tiraq. d. tract. de priuileg. piæ cauſſ. priuil. 55.*

*Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 4. num. 3. Nicol. Reuſner. lib. 2. conſultat. quæſt. 5. in princ. Baptiſt. Pontan. in tract. de aliment. cap. 17. num. 14.* Quod ſi alimenta relicta ſint pauperibus, præter textus iam allegatos adduci inſuper poteſt ea ratio, quod huiuſmodi legatum, cum piis cauſsis annumeretur, *vt ſ. in hoc cap. num. 3. dixi*, ex iuris Canonici æquitate incertitudo non corrumpat. *Hippol. de Marſil. ſing. 223. Phil. Dec. conſil. 182. incip. In caſu occurrenti.*
21 *num. 6.* Sed nihilominus † ampliatur hoc tertium priuilegium, vt etiam procedat ſi alimenta ſine certa quantitate legata ſint diuiti, *d. l. ſi cui. 14. verb. ex dignitate. ff. de ann. legat. Bald. Nouell. in l. 1. num. 43. & 117. Crot. num. 94. ff. ſolut. matrim.*
22 Deinde ampliatur, vt non tantum † hoc verum ſit, quando alimenta ita indefinite legantur, ſed etiam quando ex contractu promittuntur. *Marian. Socin. iunior. l. ita ſtipulatus. num. 16. Ripa. num. 20. ff. de verb. oblig. Cord. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 27. cum. ſeq.* Cum enim hoc debitum naturaliter ſit taxatum, *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 76. & lib. 2. cap. 2. num. 22.* vel modus alimentorum ex iuris diſpoſitione ſit manifeſtus: *ſ. hoc lib. 2. cap. 2. num. 22. cum ſeqq.* ideo hoc debitum vere & propriè incertum perhiberi non poteſt: imò habendum eſt pro iam certo. *l. vbi. 75. §. illud. ff. de verb. obligat. gl. c. conſtitutionem. verb. manifeſtum. de verb. ſignific. in 6. & ſic in hiſce noſtris terminis ſentit Salic. l. 1. num. 3. C. de fidei-commiſſ. Marc. Socin. iun. d. l. ita ſtipulatus. num. 18.* Quartum
23 priuilegium † eſt, quod præſtatio triennalis alimentorum, propter eorum & vltimarum voluntatum fauorem, faciat legatum vel fideicommiſſum deberi, etiam in futurum, ex voluntate minus ſolenni. *textus eſt l. 1. C. de fideicommiſſ. Bart. l. Lucius. 90. §. teſtator. in fin. ff. de leg. 2. in tract. de aliment. num. 30. & ſing. 187. Matthesilan. ſing. 122. Rauenn. ſing. 218. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt. 131. num. 5. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 59. Ab aliment. ad piam cauſſam. num. 5. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 38. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 32. Salic. in d. l. 1. num. 1. & 2. ſcribit hanc ſententiam eſſe* COMMVNEM, *idemq́; teſtatur Io. Bernard. Diaz. reg. 31. incip. Alimentorum. Fer-*

*nand.*

*nand. Vaſq. lib.2. illuſtr. controuerſ. cap.84. num.42.* Quæ autem huic priuilegio obſtare videntur, quia ſatis copioſe *in d. l. 1.* explicantur ab Accurſio, Odofredo, Cyno, Bart. Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. Alber. de Roſat. Petr. de Bellapert. Angelo & Iaſone: ideo in ijs immorari non puto eſſe operæprecium: ſatius erit præcipuas, & ad hanc alimentorum materiam pertinentes tam ampliationes quàm limitationes attingere.

24 Ampliatur primò, vt huic † priuilegio locus ſit, licet is cui hæc alendi neceſsitas iniuncta eſt, diuerſimode alimenta præſtiterit, veluti ſi vno anno dedit cibum & potum: altero frumentum, carnes, & vinum: tertio pecuniam: quia ex eadem cauſſa efficiente ceu radice pullulant, ac ad eundem effectum tendunt. *l. nec refert. 11. ff. quand. dies legat. ced. l. vlt. in fin. C. de duob. reis. Bald. in d. l. 1. num. 12. Iaſ. num. 3. verſic. tertio mirabiliter. C. de fideicommiſſ. Menoch. d. præſumt. 131. num. 19.*

25 *cum ſeq.* Deinde † ampliatur, vt etiam procedat in alimentis homini diuiti vltima voluntate relictis: cum horum fauorem, non minus ad diuites quàm ad pauperes ius noſtrum porrigat. *l. cum hi. 8. §. nihil autem intereſt. ff. de tranſact. atq; ita in terminis ſentit Alex. in l. ſi certis annis. 28. num. 5. Dec. num. 9. Alciat. num. 19. C. d. tit. Salic. in d. l. 1. num. vlt. in fin. ibiq; Iaſ. num. 4. verſ. Sed tertiam limitationem reprobat. C. de fideicommiſſ. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthesilan. ſing. 180. num. 1.* Neque

26 ſatisfacit † ſolutio, qua Angel. Peruſinus *in repetit. d. l. ſi certis annis. 28. num. 10.* ad d. §. nihil autem intereſt. conatur reſpondere: quaſi ibi illa extenſio propterea admittatur, quod eam ipſe Iuriſconſultus diſertis verbis expreſſerit: cumq; id in noſtra hac ampliatione factum non ſit, ideo eam etiam non eſſe recipiendam. Hæc enim reſponſio neceſſariò præſupponit, nullam extenſionem admitti poſſe, niſi quæ ab ipſis iuris conditoribus diſertis verbis ſit expoſita: id quod neutiquam concedendum arbitror: cum, quæ ex mente & ſententia legum ſumuntur, non minus ex legibus eſſe dicantur, quàm quæ ex verbis: *l. nominis. 6. §. verbum. ff. de verb. ſignific.* & vero *in d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* fauor tam vltimæ voluntatis quàm alimentorum conſeruandorum, æquè ac in ratione

tione Diui Marci tranſactionem prohibentis, *d. l. cum hi. 8. ff. de tranſact.* militet. E diuerſo, cum pro confirmatione contrariæ opinionis, Angelus *d. loco.* hanc rationem adducat, quod in alimentis diuiti relictis, piæ cauſſæ fauor ceſſet: & paupertatis, ob quam alimenta legata piæ cauſſæ annumerantur, *vt paulo ante num. 3. dixi*, nuſquam *in d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* fiat mentio: ideo multo rectius nos reſpondemus Angelo, huiuſmodi qualitates & circumſtantias legibus inſuere non licere, præſertim negocij deciſioniſque ſubſtantiam variantes. *§. præterea. Inſtit. de inutil. ſtipulat. Hippol. de Marſil. ſingul. 520. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 6. num. 8. & remed. 9. num. 397.* Reliqua quæ ad extendendam deciſionem iſtius *l. 1. C. de fideicommiſſ.* Doctores afferunt, veluti quod etiam in ijs, quæ ad dotem vel refectionem pontium ac itinerum publicorum legantur, procedat, non adduco, vtpote ab hac a-
27 limentorum tractatione aliena. Limitatur † autem hoc priuilegium primò, vt obtineat tantummodo in alimentis, ex minus ſolenni vltima voluntate debitis, non verò inter viuos inutiliter promiſsis. *Bartol. l. ſolent. §. non vero. num. 5. ff. de offic. proconſ.* Multo minus potero adigi, vt puerum, quem ex ſola commiſeratione per tres annos alui, vlterius contra voluntatem meam alam: diuturna enim præſtatio ex mera liberalitate profecta, obligationem non inducit: *c. peruenit. 5. & ibi Panorm. num. 3. ext. de cenſib.* & puer iſte niſi expreſſe probet, ſe tanquam iure ſuo vtentem, & ex debito à me fuiſſe nutritum, ſola alimentorum perceptione ad conſtituendum ius in futurum non iuuatur: quia potius ex gratia, quã ex debito, nutritio iſta facta videtur. *l. & habet. 15. §. hoſpites. ff. de precar. Innoc. c. cum Eccleſia Sutrina. 3. num. 5. Ripa. num. 39. cum aliquot ſeq. ext. de cauſſ. poſſeſſ. & propr. Iacob. Venent. de annu. præſtat. part. 1. quæſt. 6. num. 2. & ſeqq. & part. 2. quæſt. 3. Bertrand. conſil. 158. incip. Præſtatio inſolutorum. num. 8. vol. 6. Balb. in tract. de praeſcript. part. 1. tertiæ partis princip. quæſt. 10. num. 5. Ca-*
28 *cheran. deciſ. 99. num. 15. cum ſeqq.* Secundò † limitatur hoc quartum priuilegium, vt tum demum locum habeat, quando teſtamentum inutile eſſet ex defectu ſolennitatis non ſeruata,

uatæ, ſecus ſi eſſet inutile ex inhabilitate teſtantis, veluti quod ſit furioſus, impubes, &c. *Iaſ. d. l. 1. num. 4. C. de fideicommiſſ. & in d. l. ſi certis annis. Angel. num. 10. Iaſ. num. 4. Franc. Curt. num. 13. C. de pact. Menoch. d. lib. 3. præſumt. 131. num. 8.*
29 Tertiò † limitatur vt non procedat, quando teſtamentum eſt inutile ex defectu voluntatis teſtantis. *Menoch. in d. præſumt. 131. nu. 9. cum ſeq. & cæteri DD. in locis iam adductis.* Quar-
30 tò † limitatur vt procedat, quando alimenta tribus annis & & ita tribus vicibus ſunt præſtita, ſecus ſi vna ſolutione pro tribus annis hæres legatario ſatisfeciſſet. *arg. l. ſi mulier. 22. C. ad SC. Velleian. Iaſ. d. l. 1. num. 4. C. de fideicommiſſ. Menoch. d. præſumt. 131. num. 12. Laz. Fænut. in tract. de Moment. cap. 21. nu. 7.* Alias plures limitationes recenſet Menoch. *d. præſumt. 131.*
31 *quæ ibi poſſunt videri.* Quinti priuilegij † loco poteſt eſſe, quod alimenta non conferuntur: veluti ſi moriens poſt ſe relinquat duos filios quorum vnus eſſet quatuordecim annorum, alter tantum vnius: non poteſt huius nomine peti, vt maior natu tantam pecuniam, quam intra tredecim annos veriſimiliter abſumſit, vel hæreditati conferat, vel ſibi in diuiſione hæreditatis paternæ deduci patiatur, vel vt minor natu etiam ex bonis hæreditarijs alatur, quouſque attigerit decimum quartum annum. *l. omnimodo. 30. §. imputari. & ibi gl. verb. Et illa. verſ. alia quæ cum perſona finitur. l. ſcimus. 36. §. repletionem. C. de inoff. teſtam. l. 3. §. fin. vbi gl. vlt. ff. de muner. & honor. Bald. Nouell. l. 1. num. 87. ff. ſolut. matrim. Berengar. Fernand. in l. in*
32 *quartam. cap. 3. num. 79. ff. ad l. Falcid.* Ampliatur † primò, vt idem ſit in fratre, qui ex feudo ſororem ſuam alere atque dotare cogitur. Nec enim concedendum eſt, vt frater ſorori poſtea nubenti in dotem ex feudo debitam, imputet alimentorum ſumtus. *l. qui filium. 4. ff. vbi pupill. educ. deb. Io. Schneid. §. fuerat. num. 99. Inſtit. de act.* Frater enim ad vtrumq; eſt obligatus, vt ſororem ex feudo & alat & dotet: *Schneidvvin. d. §. fuerat. num. 99.* & vna ſolutio duas diuerſas non perimit obligationes. *l. de pupillo. 5. §. ſi in pluribus. 15. ff. de noui oper. nunciat. Franc. Zoanett. rer. quotidian. cap. 22. num. 4.*
33 Ampliatur ſecundò, † vt idem procedat in conuiuijs intuitu

vnius

vnius filij factis, puta in doctoratu aut nuptijs. *d. l. 3. §. fin. ff. de mun. & honor. Bart. l. 1. §. nec caſtrenſe. num. 9. ff. de collat. bon. Caſtrenſ. conſil. 211. incip. Ad primum reſpondetur. num. 3. vol. 2. Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro hæreditat. vel re ſingul. diuid. verb. communiter & pro indiuiſo. num. 21. & omnino Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 6. queſt. 22. num. 23. Chil. König in proceſſ. cap. 133. num. 1. & 6. Zobell. lib. 1.* Landtr. *art. 13. lit. A.* Nam pater non expendit de communi patrimonio liberorum, ſed de ſuo proprio, in quo nondum filij habebant aliquod ius: *l. 1. ff. de hæred. vel act. vendit. Nic. de Vbald. in tractat. ſucceſſ. ab inteſt. part. 1. num. 26:* & nihil inde reſtat in filij vel filiæ, in cuius gratiam huiuſmodi conuiuium celebratum fuit, bonis, cuius aliqua poſsit iniri æſtimatio. *d. §. imputari.* Ampliatur † tertiò, ſi filium pater in legitima inſtituat, & præ-
34 terea ei alimenta leget, vt hæc alimenta in legitimam non imputentur. *Hieron. Gabriel. conſil. 109. incip. Arbitror. num. 11. cum ſeqq. vol. 1. ſequitur Caualcan. deciſ. 11. num. 15. part. 2.* Li-
35 mitatur † hoc priuilegium primò, vt non procedat in veſtibus pretioſis & feſtiuis. Hæ enim quatenus extant tempore mortis paternæ conferri debent, *l. id veſtimentum. 25. ff. de pecul. l. mortis. 53. §. vlt. ff. de donat. inter vir. & vxor. Bart. d. §. nec caſtrenſe. nu. 9. Bald. l. filiæ. 18. nu. 14. C. famil. herciſc. Caſtrenſ. conſil. 358. incip. Ad primum videtur. num. 2. vol. 2. Nicol. de Vbald. d. part. 1. num. 26. VVurmbſer. in obſeruat. tit. 42. Ripa in d. l. in quartam. num. 152. Chil. König cap. 133. num. 6. in fin.* Secundò
36 † limitatur, vt huic priuilegio locus non ſit, quando ea conditione pater hoſce ſumtus faciens, filio, cuius cauſſa expendit, indicat, vt in ſuam partem vel legitimam imputet. *l. cum quo. 56. §. vlt. ff. ad l. Falcid. Berengar. Fernand. d. num. 79. qui*
37 *omnino eſt videndus.* Tertiò limitatur † vt hoc priuilegium non procedat, quando pater non quidem dum ſumtus illos faciebat, iubet filium ſuæ parti imputare, ſed quando poſtea in teſtamento mandat hanc imputationem fieri. *l. ex parte. 39. §. inteſtato. ff. famil. ercif. Bald. d. l. filiæ. 18. num. 14.* Vberioris autem declarationis cauſſa duas ſententias præſtantiſsimorum Doctorum iudicij Electoralis VVitebergenſis huc afferam:

ram: qui ante triginta & plures annos ciui cuidam in oppido D. ita reſponderunt: Auff ewere an vns Rechtßfrage/ ſprechen wir verordente Doctores des Churfürſtlichen/ Sächſiſchen Hoffgerichts zu Wittenbergk vor Recht/ Sind ewere drey Schweſtern von ewerem Vater bey ſeinem leben mit wirtſchafften vnd ziemlichen kleidern außgeſtattet/ vnd es hat der Vater in ſeinem letzten ſonderlich nicht verordnet/ das jhr ſo viel als ewre Schweſtern zuuor aus den gemeinen Gütern auch bekommen ſoltet/ So müget jhr auch daſſelbige ewren Schweſtern nicht abrechnen/ Sondern jhr ſeid die liegende gründe vnd anders ſo zu Erbe gehörig/ mit jhnen zugleich zutheilen ſchüldig/ V. R. W. In eandem ſententiam reſponderunt paulo poſt his verbis: Hat P. S. zu Z. eine Witfraw geehlichet/ vnd mit derſelbigen Hauß/ Hoff vnd andere Güter bekommen/ auch zwo Töchter in ſolcher ehe mit jhr erzeuget/ So ſeind nach derſelben ſeiner Frawen abſterben/ alle jhre vnbewegliche Güter auff die zwo Töchter jhre Kinder/ vnd was auſſerhalben der gerade an fahrnus vorhanden geweſt/ auff P. S. jren Eheman nach vblichen Sächſiſchen Rechten verfallen/ Vnd weil ſich P. S. anderweit verehelichet/ vnd mit derſelben ſeiner andern Haußfrawen drey Kinder auch erzeuget/ vnd nunmehr verſtorben iſt/ So hat er nach dem vblichen brauch vnd gewonheit der Stadt Z. dauon in ewerem bericht meldung geſchicht/ den halben theil ſeiner gelaſſenen güter auff ſein ander Weib/ ſo ſeinen todt erlebet/ vnd den andern halben theil auff ſeine Kinder erſter vnd andern Ehe zugleich vererbet/ vnd mag denen Kindern/ ſo bey ſeinem leben mit koſt vnd kleidung zu ehren außgeſtattet/ daß/ ſo er auſſerhalb der Eheſtewer oder Ehegelt jhnen mitgegeben/ billich nicht
38 abgekürtzet werden/ V. R. W. Sextum † priuilegium priori aliquatenus affine, eſt vt ne quidem compenſationem alimenta admittant. *l. in ea. 3. C. de compenſat. facit l. 2. §. ad frumenti. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin. Io. Petr. de Ferrar. in forma libelli pro legato rei ſingularis. verb. Coram vobis. num. 139. Guid. Pap. deciſ. 439. in fin. Hieron. Gigas de penſion. quæſt. 92. nu. 4. cum ſeq. Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat. part. 1. quæſt. 14. nu. 1. Baptiſt. Pontan. tract. de aliment. cap. 19. num. 2.* Ratio eſt, quod

alimenta dilationem non patiantur, *l. 2. ff. de ferijs.* & ea denegans videatur occidere. *l. necare. 4. ff. de liber agnoſc. Sebaſt.*
39 *Medic. d. quæſt. 14.* Qui † Sebaſt. Medic. *in d. loco* etſi hoc priuilegium ceſſare tradit in expenſis alimentorum, quæ cū operis compenſantur: *l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod.* tamen hanc limitationem vix puto poſſe admitti. Nam compenſationis ea eſt natura, vt obligationem tollat: *l. 1. ff. de compenſat. l. ſi debitor. 4. ff. qui potior. in pign. hab. l. dediſſe. 76. ff. de verb. ſignific. l. eius. 7. C. de ſolut. §. in bonæ fidei. verſ. vt actiones ipſo iure minuant. Inſtit. de act. Mynſing. §. vlt. num. 4. Inſtit. quibus mod. toll. obligat.* cum autem in caſu d. l. in rebus. 18. §. poſſunt. alimenta deberi non deſinant, vt ipſa verba iſtius textus per ſe abunde teſtantur, & apparet ex ijs, quæ dixi *ſ. lib. 1. cap. 13. num. 22.* efficitur vt huc iſte textus non congruat. Deinde poteſt etiam reſponderi per diſtinctionem ſæpius adductam, qua præterita alimenta à futuris diſcriminantur: ita vt illorum compenſatio admittatur, horum vero non. Quæ reſponſio cum ex ijs quæ ſ. cap. præcedente num. 20. & ſeq. tradita fuerunt, pateat: non opus eſſe arbitror in eius
40 explicatione diutius immorari. Illud † igitur potius inſtar limitationis adduco, vt hoc priuilegium locum habeat in alimentis præſentibus & futuris; non autem in præteritis, vel vt clarius dicam, non in debito, ex alimentis antea abſumtis contracto. Hoc enim ſi liquidum ſit, cum alio debito liquido compenſari poſſe arbitror: partim propter Iuſtiniani conſtitutionem ſancientis compenſationes, quæ aperto iure nituntur ipſo iure minuere actiones, ſiue in rem ſiue in perſonam ſiue alias quaſcunque: *l. vlt. C. de compenſat. d. §. in bonæ fidei. Inſtit. de action.* partim quod nuſquam iure cautum inueniam, alimentorum antea perceptorum precij repetitione quenquam occidi, & ita ratio huius priuilegij ceſſet: & denique quod ſit textus apertus *in l. Neſennius. 34. verſ. igitur in re. ff. de negoc. geſt. l. fin. verſ. accepto ferre debebunt. C. de alim. pupill. præſt.* Adoleſcenti † igitur ad ſororem ſuam ex teſtamento paterno alendam obſtricto, & pecuniam cæteraq; ſua bona in ætate adulta tutelæ actione repetenti, alimentorum

ſoro-

ſorori pupilli à tutore datorum nomine compenſationem obijci poſſe, rectè reſpondit Alex. *conſil. 54. incip. Circa id quod quæritur. num. 6. cum ſeq. vol. 2. per l. qui pupillum. 4. ff. vbi*
42 *pupill. educ.* Septimum † priuilegium eſt, quod qui extrema famis aut nuditatis neceſsitate adactus cibaria vel veſtem furatur, non punitur. *c. diſcipulos. 26. vbi gl. de conſecrat. diſtinct. 5. c. ſi quis propter. 3. & ibi Panormit. num. 6. extr. de furt. Iacob. de Nigr. in l. 1. in princ. num. 131. ff. de offic. eius cui mand. Boniſac. de Vitalin. tract. maleſic. tit. 55. num. 29. Phil. Dec. conſil. 555. incip. Licet in caſu. num. 15. & ſeq. conſil. 697. incip. His ſtantibus. num. 16. & 17. Sebaſt. Medic. de fortuit. caſib. part. 1. quæſt. 6. num. 20. Cornel. Benincaſ. in tract. de priuil. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 9. num. 20. & ſeq. Tiber. Decian. conſil. 20. num. 16. cum ſeqq. volu. 1. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. cap. 142. num. 8. in fin. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 10. num. 97. & hæc opinio eſt* COMMVNIS *Cagnol. l. quæ propter. 123. num. 3. ff. de reg. iur. Fr. Viuius in commun. opin. lit. F. verſ. Furans ac ſubripiens commeſtibilia. Eman. Soarez. in theſaur. commun. opin. lit. N. num. 17. Burſat. conſil. 16. num. 63. Iul. Clar. lib. 5. §. furtum. num. 24.* Quæ ſententia etiam procedit in pœna per ſtatutum furto impoſita: *Alberic.*
43 *de Roſat. in tract. ſtatutor. part. 3. quæſt. 40.* quia tempore † neceſſitatis, vtpote legem non habentis, *c. quanto. 4. ext. de conſuetud. Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 26. gl. 1. num. 14. cum ſeqq.* cibaria ſunt communia: *l. 2. §. iidem agitatum eſt. in fin. ff. ad l. Rhod. de iact. gl. c. ſicut hi. 8. verb. commune. diſtinct. 47. Archidiacon. c. omnes. num. 7. diſt. 1. Auguſt. Bero. c. cum tu. num. 36. ext. de vſur.* cum DEVS omnia in vſum hominum condiderit: *l. in pecudum. 25. ff. de vſur.* qui vero vtitur re communi, potius ſuo iure vti quàm furti conſilium inire videtur. *l. merito. 52. ff. pro ſoc. Io. de Anan. d. c. ſi quis. 3. num. 2. & 3. Fortun. Garſi. l. 1. §. ius naturale. num. 3. ff. de iuſt. & iur. Couarr. c. peccatum. part. 2.*
44 *§. 1. num. 3. de reg. iur. in 6.* Pro † declaratione autem huius ſeptimi priuilegij obſeruandum eſt primò, pertinere hanc excuſationem ſolummodo ad eum vel eam, qui quæue famis cauſſa furatur: non verò qui vel quæ ad famem leniendam lenocinium exercet, aut adulterium committit *l. palam. 43.*

Tt y §. non

*§. non eſt ignoſcendum. ff. de rit. nupt. Hippol. de Marſil. conſil. 13. num. vlt. Dec. in d. l. quæ propter. 123. num. 4. Cagnol. num. 2 ff. de reg. iur. late Petr. Royz. in deciſ. Lituan. 3. num. 241. cum ſeqq.* Cuius rei diuerſitatis rationes varias varij excogitarunt: *vt videre licet in gl. c. quoniam. verb. neceſſitatem. diſtinct. 48. & apud Panorm. d. c. ſi quis propter. 3. num. 5. in fin. Dec. d. l. quæ propter. 123. num. 4.* mihi videtur ea cæteris paulò probabilior, quam *ex Io. à Medina. in tract. de reſtit. quæſt. 19. coll. vlt.* refert Menoch. *conſil 31. num. 31.* cum diues teneatur inopi ſuccurrere: *c. paſce. diſtinct. 81.* & neceſsitas faciat eſculenta & poculenta communia: *d. §. ibidem agitatum eſt.* quod propter hanc neceſsitatem, dominus teneatur aſſentiri eſurienti, vtentique ijs ad finem deſtinatum: *l. in pecudum. 28. ff. de vſur. §. in pecudum. verſ. cum omnes fructus. Inſtit. de rer. diuiſ. l. fiſtulam. 19. §. pen. ff. de ſeruit. vrban. præd. Dyn. c. in re communi. 56. num. 2. de reg. iur. in 6.* proinde furtum fieri dici non poſsit: *d. l. merito. ff. pro ſoc. §. ſed & ſi credat aliquis. Inſtit. de obligat. quæ ex del. Anchar. d. c. ſi quis propter. 3. num. 1. Io. de Anan. num. 2. & 3.* non autem deſinit eſſe adulterium propter vxoris vel etiam viri conſenſum *l. athletas. 4. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. & omnino videas. Couarr in d. c. peccatum. part. 2. §. 1. num. 5. cum ſeqq. qui alias plures diuerſitatis rationes recenſet ac examinat.* Ex qua
45 † eadem ratione aliquatenus apparet, quod nec famis cauſſa permiſſum eſt homicidium facere vel incendia, *Fr. Marc. deciſ. 145. num. 21. part. 2.* Deinde hoc priuilegium † obti-
46 net ſolummodo eo caſu, quando famis & nuditatis neceſsitate extrema, ſumma & ineuitabili ad furtum eſculentorum, poculentorum & veſtium quis compellitur. *d. c. ſicut hi. diſtin. 47. gl. & DD. in d. c. cum quis propter.* Neceſsitas autem extrema tunc dicitur, quando imminet vitæ periculum, cui aliter quàm per hanc acceptionem ſubueniri non poteſt, *ita ex Thom. Aquin. in ſecunda ſecundæ quæſt. 66. artic. 7. refert Couarr. in d. c. peccatum. part. 2. §. 1. num. 3. Cagnol. d. l. quæ propter. num. 4.*
47 *Petr. Royz. d. deciſ. 3. num. 287.* Tertiò † hæc neceſsitas ad excuſationem ſubtrahentium eſculenta & poculenta ita admittitur, ſi is qui furatus fuit non ſemetipſum in hanc neceſ-

ſitatem

ſitatem coniecit. Si enim eſſet robuſto corpore & non vellet laborare, ludo autem & potationibus operam dando res ſuas dilapidaret, tum eſculenta & poculenta non furaretur impune: quia beneficia data paupertati, non competunt illi, qui ad eam ex culpa ſua peruenit. *l. pen. ff. de iur. dot. l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud. credit. late Felin. c. quæ in Eccleſiarum. 7. num. 67. ext. de conſtit. Hippol. de Marſil. in practic. criminal. §. ordine. num. 13. & in tract. Bannitorum. verb. Delictis. num. 52. cum ſeq.* imò cæteris requiſitis concurrentibus, æquè ac alij fures, poſſet ſuſpendi. *Io. Bolognet. l. 1. in pr. nu. 129. ff. de offic. eius cui man-*
48 *dat. eſt iuriſdict.* Hæc tamen † tertia limitatio reſtringitur, vt locum habeat in ijs, qui operam dando rei illicitæ ſibiipſi inopiam accerſiuerunt: ſecus ſi quis rei honeſtæ, quam paupertas nonnunquam comitari ſolet, *auth. habita. verſ. de diuitibus facti pauperes. C. ne filius pro patr.* incumberet. Et hinc excuſari poſſunt milites in bello iuſto verſantes, qui propter famem depellendam prædantur neceſſaria ad eſum, *Angel. l. 2. §. cum in eadem. num. 3. ff. ad l. Rhod. de iact. Io. de Anan. d. cap. 3. num. vlt. ext. de furt. Hier. Schurpf. conſil. 55. num. 6. cum ſeq.*
49 *Cent. 3.* Quartò declarandum † eſt hoc priuilegium, vt procedat, ſaltem quoad præſentem neceſsitatem: ſi enim quis hodie eſuriens tantam copiam alimentorum furaretur, quæ ipſi alendo per aliquot ſeptimanas ſatis eſſe poſsint, impune ferre non deberet. *Deuter. 23. verſ. 24. c. ſcriptum eſt. 6. quæſt. 3. d. c. diſcipulos. d. c. ſi quis propter. c. vn. §. fin. de pac. tenenda. & eius violat. i. vſib. feud. Ludouic. Roman. in l. ſi verò. §. de viro in principali fallent. 54. ff. ſolut. matrim. & ſing. 234. Rip. in l. damnum. num. 3. ff. de damn. infect. Cæpol. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 20. num. 3. Cagnol. d. l. quæ propter. num. 5. & 6. Plot. l. ſi quando. num 814. C. unde vi. vel iuxta Colonienſem editionem in tract. de in lit. iurand. §. 49. num. 32. Petr. Royz. deciſ. Lituan. 3. num. 297. ac conſentit textus & gl. lib. 2.* Landtr. *art. 68. ac conſtitutio Caroli V.* in der
50 peinlichen Halßgerichtß ordnung / *cap. 167.* Quod tamen † limitatur, niſi iter neceſſariò per ſolitudinem facturus, largiorem cibum ſubripuiſſet. *Petr. Royz. d. deciſ. 3. num. 298. cum ſeqq.* deinde limitatur, vt ſi exceſſus non admodum magnus

ſit, arbitrariè puniatur. *text. eſt in d. c. ſi quis propter. 3. vbi gl. & DD. ext. de furt.* In quam ſententiam Curia Electoralis apud VVitebergenſes ante multos annos reſpondit Præfecto & Senatui Iſlebienſi in hæc verba: Iſt ein Schmiedegeſelle neben andern zweyen ſeines handwergs von Oſterrode nach Goßlar verreiſet/ vnd daſelbſt auff dem wege von den Stollbergiſchen feinden ſeiner Kleider beraubet / vnd vber das im Kopff vnd rücken vbel verwundet worden / alſo/ das er ſich heilen laſſen / vnd alles das ſeine verzehren müſſen / vnd er iſt endtlich / wie er widerumb gewandert/zu Sangerhauſen in eines Beckers hauß/das offen geſtanden / kommen / vnd hat allein Armuts halben / weil er ſonſt nichts zuuerzehren gehabt/ an geringſchätzigen Kleidern/ einem brotmeſſer / vnd zweyen brotwecken / ſouiel als zweene gülden vnd einen groſchen geſtolen / So mag er derowegen nicht am leibe / ſondern mit zeitlichem gefengnuß auff acht tage / oder dergleichen willkürlichen wol geſtrafft werden / V. R. W. Quod ſi æſtimatio ingens procul dubio grauius poſſet puni-
51 ri Peinliche Halßgerichtß ordnung/ *cap. 166.* Ergo † ſi quis ex nulla neceſsitate, ſed potius lucri cupiditate, frumentum, farinam, farcimina, lardum, pernas, carnes fumo duratas, veſtes, &c. furto ſubtrahat, & earum rerum æſtimatio quinque aureos Vngaricos adæquet, ac ætas furis aliaque non obſtent, æque ſuſpendendus venit, atque ſi pecuniam vel alias res fuiſſet furatus. *c. 1. §. ſi quis quinq. de pac. tenend. & eius*
52 *violat.* & ita ſæpe ſcio iudicatum. Quod ſi quis † cibum ſufficientem habeat, nihilominus tamen luxuriæ cauſſa, eſculenta & poculenta delicatiora furaretur: etſi propriè loquendo furtum facere non cenſeatur, & ideo pœna ordinaria affici non debeat: *l. 1. verb. lucri faciendi gratia. ff. de furt. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex delict.* eum tamen, pro diuerſitate perſonarum & ætatis ac æſtimatione rerum ablatarum, arbitraria pœna afficiendum eſſe non eſt dubium. *l. hodie 13. ff. de pœn. & facit in argumentum conſtitutio Caroli V.* in der Peinlichen Halßgerichtß ordnung/ *d. cap. 166.* In quam rem placuit hîc inſerere ſententiam, quam Doctores Curiæ Electoralis apud VVitebergenſes nobili cuidam ante aliquot annos dederunt:
Auff

Auff die frage ſo jhr vns vberſchickt vnd gebeten habt / euch deß Rechten darüber zuberichten / Sprechen wir verordente Doctores des Churfürſtlichen Sächſiſchen Hoffgerichts zu Wittemberg vor Recht / Iſt G. H. in ewrem Keller / als er daraus diebliſcher weiſe / Bier entragen wollen / ergriffen worden / vnd hat bekandt vnd außgeſagt / das er mit N. aus ewerem Keller zwo groſſe kannen Biers durch ein loch geſtolen / deßgleichen das er mit bemeltem N. vnd den andern Dreſchern / ſo in ewerer frage benandt / zuuor dergleichen geſtolen bier trincken / auch etzliche geſtolene öpffel vnd birn / helffen verzehren / Item / das er mit demſelben N. zwey Hüner todtgeſchlagen / vnd letzlich das er die wache gehalten / als der Wildenhirte eine kanne bier aus dem Bottich geholet / So mag er derenthalben ferner mit peinlicher ſcharffer fragen nicht angegriffen werden / Sondern wird derwegen mit zeitlichem Gefengnus / als viertzehen tage lang / billich geſtrafft / vnd folgends auff einen gewöhnlichen Vrfrieden deſſelben entlediget / V. R. W.

53 Quintò † intelligendum eſt hoc priuilegium, vt locum habeat ſaltem in eo, qui cibum vel potum vel veſtes, ad ſubleuandam illam ſuam neceſsitatem furto ſubtrahit. *gl. c. fraternitas. 11. verb. ex inopia. 12. quaſt. 2. text. d. c. ſi quis propter. 3. ibiq; gl. Anton. de Butr. Panormit. ext. de furt. Fortun. Garſ. d. l. 1. §. ius naturale. num. 31. ff. de iuſt. & iur. Domin. Sot. lib. 5. de iuſt. & iur. quaſt. 3. art. 4.* non autem in eo, qui alia furatur, puta pecuniam vel gemmas vel alias res, vt ijs venditis, ſibi victum & veſtitum comparet. *d. c. ſi quis propter. Petr. Royz. d. deciſ. 3 nu. 306. cum ſeqq.* Nec mihi quis obijciat *l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* vbi patri licet filium ſanguinolentum vendere famis cauſſa: in venditione autem, precium non in eſculentis & poculentis, ſed in pecunia numerata conſiſtit. *§. item precium. Inſtit. de emt. & vendit.* Reſpondeo enim ex effectu patriæ poteſtatis id proficiſci: *late Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt. cap. 6. effect. 1. per tot.* ita vt matri, quæ filium in poteſtate ſua non habet, *§. fœminæ. Inſtit. de adopt.* hæc filij venditio non concedatur. *Sebaſt. Medic. in tract. de reg. iur. reg. 9. incip. Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitio limitat. 29. Petr. Gregor. Toloſan. lib. 25. ſyntagmat. cap. 7.*

54 *num.2.* Octauum † priuilegium eſt, quod quamuis clerico in ſacris ordinibus conſtituto, non liceat tabellionis officio fungi: *c. ſicut. 8. ext. ne cleric. vel monach. ſecul. Bart. l. vniuerſos. C. de decur. lib. X.* tamen hoc fallit, ſi clericus non habeat vnde ſe alat: tum enim tabellionis officium gerere poteſt, & non punitur. *c. clericus. diſtinct. 91. Archidiac c. multorum. 27. q. 2. quem locum corrupte adducit Anton. de Butr. in d. c. ſicut. 8. num. 5. & hanc opinionem etiam ſequitur Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij num. 8. in limit. 7. ff. de iuſt. & iur. cui ſubſcribit Io. Ber. Diaz. reg. 657.*
55 *incip. Sacerdos.* Nonum † priuilegium eſt, quod alimenta ius noſtrum in tacita oppignoratione & in executione regulariter non complectatur. Si enim veſtis quæ pars alimentorum habetur, *l. verbo victus. 43. ff. de verb. ſignific.* in expreſſa generali obligatione non continetur: *l. obligatione. 6. ff. de pign. Bart. l. 1. nu. vlt. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* ergo multo minus in tacita: cum tacitum non plus operetur quam expreſſum *arg. l. Papinianus. 8. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſtam. iuncta l precibus. ſecundum communem intellectum C. de impuber. & alijs ſubſtit. Iaſ. l. cum quid. num. 6. ff. ſi cert. pet. Et hanc ſententiam expreſſe amplectitur Bald. l. certi. 5. num. 9. C. locat. Neguſant in tract. de pignor. memb. 4. ſecunda part. princip. num. 151. verſ. Quinto limita*
56 *regulam.* vnde etiam † ad veſtimentorum, quibus conductor quotidie vtitur, poſſeſsionem adipiſcendam locatori ædium interdictum Saluianum non datur. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. q. 19. num. 139. cum ſeq. Sebaſt. Medic. in l. fin. gl. 1.*
57 *part. 2. num. 156. ff. de ll.* Sic in executione † primo non ſunt capienda, quæ ad neceſſariam huius vitæ ſuſtentationem requiruntur, *l. executores. 7. auth. agricultores. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. vel non. Chil. Konig in proceſſ. cap. 103. num. 6.* Simili-
58 ter ſi † eius, cui legati erant in alimenta aurei annui triginta, bona publicentur, hoc commodum ad fiſcum non pertinet *l. eas. 8. l. legatum. 10. ff. de cap. minut. l. is cui 11. ff. de aliment. vel cib. legat. l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab.* Quibus textibus accedit ratio, quod conditionalia, & quæ poſt confiſcationem deberi incipiunt, non contineantur in publicatione ante facta. *c. felicis recordationis. 5. §. cum autem fuerint abſoluendi.*

*verſ.*

*verſ. de poſtmodum acquiſitis repetitio non negetur. de pœn. in 6. l. ſi mandauero. 22. §. is cui bona. ff. mandat. gl. l. non ad ea. 89. verb. præſens. ff. de condit. & demonſtrat. Ar. Pinel. in rubr. C. de bon. matern. part. 1. num. 3.* Alimenta autem ſint conditionalia, & debeantur non ſemel ſed ſingulis annis. *per ea quæ dixi ſupra lib. 1. cap. 15. num. 71. Et hanc ſententiam tenent Spec. in tit. de execut. ſent. §. ſequitur videre. num. 11. Alber. de Roſat. in tract. de ſtatut. part. 3. q. 11. Franc. Lucan. de priuil. fiſc. part. 2. tit. de publicat. bonor. num. 5. Caſtrenſ. conſil. 212. incip. Omiſſo ordine. num. 3. vol. 2. Nell. à S. Geminian. de bannit. part. 1. ſecundi temp. quæſt. 36. num. 104. Iaſ. l. ſi ſtipulatas fuerim. 76 §. cum ſtipulamur. num. 6. ff. de verb. oblig. Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt. c. pen. effect. 17. num. 69. cum ſeq. Cordub. de Lar. in l. ſi quis a liberis §. ſed vtrum. num. 6. ff. de liber. agnoſc. Io. Baptiſt. Pontan. de alim. cap. 2. num. 16. Atq; ita iudicatum fuiſſe teſtatur Ægid. Boſſ. in tract. ma-*

59 *lefic. tit. de bonor. publicat. num. 72.* Decimum † priuilegium eſt, quod vectigalia de alimentis non ſoluantur. *l. in lege. 203. ff. de verb ſignific. & textus adhuc melior in l. vniuerſi 5. C. de vectigal. & commiſſ. gl. in c. ſuper quibuſdam 26. verb. pedagia ext. de verb. ſignific. gl. l. ſi publicanus. 4. §. de rebus verb. munificium. ff. de publican. & vectigal. Franc. Lucan. in d. tract. de priuileg. fiſc. part. 1. caſ. 38. Io. de Imol. in conſil. 84. incip. Viſa locatione. num. 2. Guid. Pap. deciſ. 4. in princ. Bertach. in tract. de gabell part. 2. octauæ partis princip. quæſt. 1. Ægid. Thomat. de collect. §. 4. incip. Subijciunt hoc loco moderni. num. 26. Franc. Perſon. in eod. tractat. num. 100. Stephan. Ranchin. part. 1. concluſ. 320.* idque præcipuè procedit in alimentis pauperum. *l. priuilegia. 12. C. de SS. Eccleſ. Petr. Gerard. ſing. 73. Ægid. Thomat. de collect. d. §. 4. num. 25.*

60 Ampliatur † hoc priuilegium vt locum habeat, inſpecta prima portantis intentione: licet enim poſtea mutato propoſito vendat, adhuc tamen gabellam dare non tenetur. *l. cætera. 41. §. ſed ſi parauit. ff. de legat. 1. Bertach. in d. quæſt. 1. num. 2. & 3. Rol. à Vall. conſil 71. num. 19. vol. 4. Franc. Perſon. d. tractat.*

61 *nu. 104.* In qua † tamen ampliatione diligenter obſeruandum eſt, quod ſcribunt noſtri, iuramentum purgationis ab eo, qui prætendit ſe initio ſui vſus cauſſa comparaſſe, & nunc

mutato conſilio vendere, exigi poſſe, vt iuret ſe primo ſui vſus cauſſa comparaſſe. *l. fin. §. ſic vbi depoſita. verb. conſcientia. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Alber. de Roſat. in tract. de ſtatut. part.*
62 *1. queſt. 79.* Secundò † ampliatur, vt etiam procedat in annulis & veſtibus, quas quis vſus ſui cauſſa portat. *d. l. vniuerſi. Bertach. d. part. 2. octauæ part. princip. quæſt. 2. Franc. Lucan. in d. tract. de priuileg. fiſc. part. 4. quæſt. 36. Franc. Marc. deciſ. 285. num. 4. part. 1. Franc. Perſon. d. tract. num. 103. Ioſeph. Ludouic. in Commun. opin. concluſ. 15. verſic. Infertur decimo octauo.* Tertiò
63 † ampliatur vt has res, cum certi iuris ſit ob eas vectigal non ſolui, publicano profiteri non ſit opus. *l. interdum. 16. §. Diuus quoq;. vbi Bart. num. 2. ff. de publican. & vectigal. Rauenn ſing. 862. & omnino Fr. Perſonal. de Gabell. num. 106. & ſeq. vbi multos*
64 *DD. allegat.* Quartò † ampliatur, vt etiam conſuetudine contrarium induci nequeat, propterea quod eiuſmodi conſuetudo ſit contra ius Canonicum: *clem. præſenti. de cenſib.* & per conſequens irrationabilis. *Crauett. conſil. 96. num. 3. Et hanc ampliationem* COMMVNEM *eſſe teſtatur Roland. à Vall. conſ. 34 num. 20. cum ſeq. vol. 3. Franc. Perſon. d. tract. de Gabell. nu. 105. & MAGIS COMMVNEM Ioſeph. Ludouic. d. concl. 15. illatione 16.* Sed non immeritò quis dubitet, an domini locorum vel etiam publicani vbiuis curent hanc Communem opinionem, cum iuxta Baldi *in l. ex hoc iure. num. vlt. in fin. ff. de iuſt. & iur.* querelam, pellem populi excorient, & vix precario dimittant ſpiritum: & non omnes in hanc ſententiam ire, ex eo colligatur, dum inueſtigant noſtri, quomodo in ſoluenda gabella de alimentis legatis facienda ſit æſtimatio: *Roderic. Suarez. in l. quoniam. ampliat. 3. num. 9. & 10. C. de inoff. teſtam. vbi alios Doctores adducit.* imo conſuetudine contrarium induci poſſe expreſſe aſſerat Ruinus *conſil. 112. incip.*
65 *Circa primum num. 8. vol. 5.* Limitatur † autem vt procedat tantum in ijs rebus, quas proprij vſus *d. l. vniuerſi.* id eſt ſui victus cauſſa quis parat. *d. l. in leg. 203. ff. de verb. ſignific.* Ergo ſi verbi cauſſa piſtor emat frumentum vel farinam, vnde panes venales conficiat, aut ſi ſutor corium comparet, ex quo calceos venum exponendos conſuat, neuter ſui vſus cauſſa compa-

comparaſſe dicetur. *d. l. in lege. 203.* quo referri poteſt hiſtoria legatorum Florentinorum de mercibus, quas ſub ſpecie ſuppellectilis ſecum vehebant, vectigal ſoluere recuſantium. *Paul. Iouii. lib. 28. Alberic. Gentil. lib. 2. de legation. cap. 20. in fin.* Neq; obſtat argumentum Franciſci Marci, *deciſ. 162. nu. 3. & 4. part. 2.* deſumtum ex textu *c. eijciens. §. oſtendam. diſt. 88.* vbi traditur, eum qui rem comparat, non vt ipſam integram & immutatam vendat, ſed vt materia ſibi ſit inde aliquid operandi, non eſſe negociatorem. Nam reſpondetur plus eſſe in concluſione quam in præmiſsis. Etſi enim concedatur, eum qui rem emit, vt arte ſua illi aliam formam circumdet, non eſſe comparandum nundinatoribus templo Hieroſolymitano à Chriſto eiectis: *Matth. 21. verſ. 12. Luc. 19. verſ. 45.* non tamen propterea ſequitur eum ſui victus cauſſa comparaſſe.

66 Quod ſi autem † dubitatio incidat, vtrum quis ſui vſus, an verò mercimonij exercendi cauſſa emerit, ſtatur ementis iuramento. *gl. d. clem. præſenti. verb. non negociandi. de cenſib. per c. fin. vbi Cardin. & Imol. ext. de iis quæ vi metuúue cauſſ. per c. fin. ext. de iureiur. & huic opinioni adhærent Geminian. c. quanquam. nu. 7. de cenſib. in 6. Mart. Laudenſ. in tract. de fiſco quæſt. 231. Barthol. de Capua ſingul. 40. Rip. de priuil. peſt. cap. 5. num. 266. Anton. de Petruc. in repetit. l. 1. effect. 72. verſic. Decimo admittitur. num. 360. ff. de iureiur. Franc. Marc. deciſ. 286. num. 1. part. 1. & deciſ. 41. num. 5. part. 2. Seraph. de Seraph. de effect. iurament. priuil. 14.*

67 Secundò † limitatur, vt ſi ex certo agro vel prædio alimenta legata ſint, nihilominus tributum inde magiſtratui ſolui debeat: quia priuatorum vel conuentionibus, vel teſtamentis iuri publico præiudicij quicquam creari non poteſt. *l. inter. 42. l. ius publicum. 38. ff. de pact. l. neq; ex prætorio. 27. l. neq; pignus. 45. §. priuatorum. ff. de reg. iur. l. quod bonis. 15. §. frater. ff.*

68 *ad l. Falcid.* quod † onus agnoſcere debet non alimentarius, ſed dominus aut vſufructuarius iſtius prædij. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 74. ff. de liber. agnoſc. per l. qui quatuor. 30. §. qui hortos. ff. de legat. 3. qui textus, cum caſuum diuerſitate oſtenſa, facile caueri poſſit, ego meliorem, vt mihi videtur, addo, nempe l. vſufructu. 7. §. quoniam. ( aliàs ibi incipit l. hactenus.*

*num. 8.) ff. de vſufruct. vbi textus manifeſte tradit, vſufructuario vtrumq; incumbere, vt præſtet tam alimenta ex ea re legata, quam tri-*
69 *butum.* Hanc † opinionem etſi ex ſententia Cordubæ de Lara *in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 74.* Vlpianus *in l. ſi pendentes. 27. §. ſi quis cloacarij. ff. de vſufruct.* frangit, apertè aſſerens, onera tributorum & functionum præſtationes ad vſufructuarium pertinere: tamen à priori ſententia non propterea diſcedendum eſſe puto: partim quod vſufructuarius ab alimentario ingenti diſtet diſcrimine: *vt dicetur. j. hoc lib. cap. pen.* partim quia qui omnes omnino fructus, quotquot ij ſint, ex re percipit, & quidém ſuo iure, diſtingui debet ab eo, qui tantum aliquos fructus percipit, ac quidem nomine atque ex manu veri domini. Nam in priore caſu fructuarium ſequuntur onera tributorum & functionum: *d. §. ſi quid cloacarij. l. neq; ſtipendium. 13. ff. de impenſ. in res dot. fact. l. quæro. 28. ff. de vſufr. leg. Bald. conſil. 255. incip. Confirmans conſilium meum. verſ. ſecunda ratio eſt. vol. 2.* in poſteriore autem caſu non item. *arg. l. cum in plures. 60. §. vehiculum. ff. locat. l. in ſumma. 6.*
90 *C. de pignor.* Sin † autem ſtatutum iubeat ex alimentorum legato gabellam ſoluere, diſtinguit Bart. *in l. 1. num. 5. ff. de alim. vel cib. legat. quem ſequuntur Salyc. l. acceptam. num. 11. C. de vſur. Anchar. c. indicante. 4. num. 7. ext. de teſtament. Bertach. tract. de Gabella part. 7. quæſt. 16.* aut gabella imponitur rebus, quas hæres habet neceſſe præſtare, & tunc hæres debet ſoluere gabellam: *d. l. cum in plures. 60. §. penult. ff. locat.* aut imponitur perſonæ legatarij non contemplatione rei, & tum ſoluit legatarius gabellam, vtpote ipſius perſonæ inhærentem. *arg. c. priuilegium. de reg. iur. in 6.* Neque putet quis, quaſi textus *d. §. penult.* contra huius diſtinctionis prius membrum poſsit retorqueri, hoc medio: Dominus regulariter debet ſoluere gabellam. *d. l. cum in plures. 60. §. penult.* ſed legatarius eſt rei legatæ dominus. *l. à Titio. 64. in fin. ff. de furt.* Ergo legatarius debet ſoluere gabellam. Nam reſpondendum eſt ad
71 minorem: vel enim † legatur certum indiuiduum, veluti ager Cornelianus: vel legatur genus, quod Dialectici ſpeciē ſolent appellare, veluti ager. In primo caſu, ſi teſtator ſit
iſtius

iſtius indiuidui dominus, & deinde integrum pure legauerit, cum in legatarium recta via tranſit dominium: adeo vt adita hæreditate, retro ipſius fuiſſe, videatur: *l. & eleganter. 7. §. item ſi ſeruum legatum. ff. de dol. l. liber homo. 13. §. ſi ſeruus. ff. ad l. Aquil. l. ſeruum. 44. §. 1. verſ. vbi legatarius non repudiauit. ff. de legat. 1. Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 70.* non verò ſi legetur vel alternatiuè, *l. huiuſmodi. 84. §. Stichum. 8. ff. d. tit. Bart. l. ſi quando. §. hæres. num. 3. ff. eod.* vel ſub conditione, *l. ſi quis à multis. 14. §. fin. verſ. vel exiſtente conditione legati dominium fuerit tranſlatum. ff. de noxal. act. l. ſi fundum. 105. ff. de condit. & demonſtr. l. arboribus. 12. §. fin. (aliàs eſt l. ſi fur. 14.) verſ. exemplo rei ſub conditione legatæ quæ interim hæredis eſt. ff. de vſufr.* vel ſaltem quædam pars, *l. ſi quis. 23. ff. de leg. 1. Ant. Gomeſ. in var. reſolut. tom. 1. cap. 12. num. 21.* vel indiuiduum legatum non ſit teſtatoris. *l. ſi hæredis. 48. l. ſi quis inquilinos. 112. §. 1. ff. de legat. 1. l. non dubium. 14. §. fin. ff. de legat. 3.* In ſecundo caſu, nempe quando legatur genus aliquod, dominium in legatarium ipſo iure non tranſit. Si enim rei in genere legatæ dominium, legatarius ipſo iure nanciſceretur: nihil opus eſſet de electione tam anxie quærere: *l. legato generaliter. 37. vbi gl. & DD. ff. de legat. 1. Io. Robert. lib. 2. ſentent. cap. 14.* cum fine obtento non neceſſe ſit quærere de medijs. *l. item veniunt. 20. §. petitam. verſ. à quo denunciatum. ff. de petit. hæredit. l. Gallus. 29. §. ſi eius qui filium. verſic. ſed cum teſtamentum. ff. de lib. & poſthum.* præceptor ac ſocer meus *D. Matth. VVeſenbec. §. ſupereſt. num. 1. Inſtit. de perpet. & temp. action.* & de rerum legatarum dominio in legatarium tranſeunte videndus eſt Mich. Graſs. *d. §. legatum. quæſt. 69.* Quia igitur legatum alimentorum complectitur non cibum & potum, quem teſtator in ſuo dominio habuit, (alioquin ita penus diceretur legata. *tot. tit. ff. de pen. leg. dixi ſ. hoc libr. cap. 1. num. 6.*) ſed cibum & potum in genere, vel certam ſummam pecuniæ annuatim in cauſſam alimentorũ præſtandam: *ſ. lib. 1. c. 15. num. 71.* ideo minor, ſi ad alimenta legata
72 accommodetur, vera non eſt. Nolo autem † inter hæc alimentorum priuilegia recenſere, quod ludum aliàs vetitum, inſtruendi conuiuij cauſſa, exercere liceat: *l. quod in conuiuio*

*conuiu-*

*conuiuio. ff. de aleator. Angel. Aretin. in tract. malefic. verb. Mettidore num. 17. vbi Auguſt. de Arimin. inueſtigat, num ea ludendi licentia clericis etiam ſit permiſſa. per c. à crapula. ext. de vit. & honeſt. cleric. c. non oportet. diſtinct. 44. Steph. Forcat. in penu iur. cap. 28. Chil. König. cap. 57. num. 2. verſ.* Aber hie werden außgezogen/ cum hæc priuilegia potius ad adiuuandam vitam ſobriam, quam ad conuiuiorum augendam luxuriam collineent: quod commemoratione omnium & ſingulorum priuilegiorum hactenus enumeratorum demonſtrare, non eſſet difficile.
73 Potius pro † totius huius capitis ampliatione addo, generali clauſula. *Non obſtantibus, &c.* non derogari hiſce priuilegijs: *arg. l. libertis. 18. §. poſthumis. ff. de alim. vel cib. leg. Ludou. Roman. conſil. 436 incip. Quod indultum Petri, num. 20. Phil. Dec. conſil. 165. Viſo tenore priuilegij. num. 5.* vt nec cæteris commiſerationis cauſſa conceſsis: *l. 1. C. quand. Imp. int. pup. Innoc. c. ſignificantibus. 38 num. 5. ext. de offic. & poteſt. iud. deleg. Alex. conſil. 122. incip. Viſo puncto. num. 10. vol. 4.* neque ijs, quæ corpori iuris ſunt inſerta. *gl. l. 2. §. omnes. & in l. hæres abſens. in pr. vbi Bart. ff. de Iudic. auth. qua in prouincia. C. vbi de crimin. agi oport. Phil. Dec. d. conſil. 165. num. 4.* Similiter ad reſtrictionem totius
74 huius capitis obſeruandum eſt, hæcce priuilegia † præcipuè competere præſentibus & futuris alimentis, non autem præteritis: cum ab illis potius quàm ab his vita noſtra pendeat. *l. de alimentis. 8. C. de tranſaction. ita expreſſe ſcribit Alciat. conſil. 70. incip. Hæc cauſſa quæ controuertitur. num. 18. lib. 5. & Franc. Sarmient. tract. de reditib. Eccleſiaſt. part. 3. cap. 5. num. 5. Menoch. de præſumt. lib. 1. præſumt. 35. num. 31.* Quod ſi tamen eorundem priuilegiorum ratio & neceſsitas in præteritorum alimentorum repetitione cernatur, tum eò illa extendenda eſſe cenſet Alciat. *d. l. de alimentis. 8. num. 20.* de quo tamen non ſine cauſſa dubito, *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 1. nu. 17.*

# DE ALIMENTIS TRANSIGERE, PACISCI, COMPROMITTERE, EAVE CEDERE, AN ET QVATENVS LICEAT.

## Caput VIII.

### SVMMARIVM.

1. *De alimentis quatenus tranſigere liceat, primus Marcus Antoninus philoſophus introduxit.*
2. *Qua in re diſtinguenda ſunt alimenta futura à præteritis.*
3. *De alimentis futuris ex vltima voluntate debitis non licet ſine prætore tranſigere. & ratio num. 4. & 7. examinatis aliorum rationibus. num. 5. 6. & 8.*
9. *Ampliatur vt hæc tranſactio ſine prætore non valeat, ſiue ij qui debent alimenta velint tranſigere inuicem: ſiue ij quibus debentur. num. 10. neq; ſi alimentarius ſit diues. num. 11. & 12. neq; ſi dubitetur virū alimenta ex vltima voluntate debeantur. nu. 13. neq; ſi renuncietur huic iuri prohibitiuo. num. 14. & 15. neq; ſi accedat vel longi temporis curſus. num. 16. vel rei alicuius traditio. num. 17.*
18. *Limitatur, vt liceat tranſigere ſine prætore de alimentis relictis, ſi alimentarij conditio fiat melior: vel ſi teſtator permiſerit num. 19. 21. etiam helluoni. num. 20. vel ſi tranſactio iuramento fuerit firmata. num. 22. & 24. quamuis Doctores hac de re diſſentiant num. 23. quorum rationes ponderantur num. 28. 29. 30. 31. 32. 33.*
25. *Nec reuocatur hoc iuramentum propter egeſtatem ſuperuenientem num. 26. & 27.*
34. *Contractus ratione ciuili improbatus firmatur iuramento. num. 35. 36. 37. ſecus ſi ſit improbatus ratione naturali vel diuina num. 38.*
39. *Si is cui alimenta ſub conditione legata ſunt conditionem non impleat, caret legato & num. 40.*
41. *De alimentis ſub conditione caſuali relictis ante conditionis exiſtentiam, an ſine prætore recte tranſigatur.*
42. *Super alimentis minimis ſine prætoris auctoritate iuxta quorundam opinionem tranſigitur: contrarium videtur verius. num. 43.*

44. Cu-

44. *Cuiuſnam iudicis auctoritas adhibenda. & num. 45.*
46. *Hæc poteſtas non poteſt alteri mandari.*
47. *Quænam in cauſſæ cognitione verſentur, remiſſiue.*
48. *Pactum gratuitum æque minus ac tranſactio in alimentis futuris & teſtamento relictis admitti probatur ſex argumentis. & nu. ſeq. licet contrarium aliqui ſentiant. num. 50. quorum fundamentis reſpondetur num. 51. cum aliquot ſeqq.*
49. *Tranſigendi vocabulum bifariam capitur.*
58. *Compromittere de alimentis futuris in vltima voluntate relictis non licet: ratio num. 59. neq; in arbitros neq; in arbitratores nu. 60. etſi iudicis accedat conſenſus. num. 61. & ne quidem iuramento addito. num. 62.*
63. *Ius alimentorum percipiendorum cedi non poteſt.*
64. *Imò ne quidem commoditas locari aut vendi: reſpondetur rationi contrariæ. num. 65. limitatur quatuor modis. num. 67. 68. 69. 70. quæ limitationes declarantur num. 71. & 72.*
66. *Ius perſonale non vno modo accipitur.*

1 DE alimentis quatenus tranſigere permiſſum ſit, † ſapientiſsimus ille Imp. Marcus Antoninus Philoſophus ( huic enim Diui Marci appellatio præcipuè tribuitur. *Galen. in libr. de Theriaca ad Piſon. cap. 3. Iacob. Rauard. lib. 3. var. cap. 10. num. 9.*) oratione in ſenatu recitata declarauit, quam SCtum ſecutum fuiſſe apparet *ex l. eleganter. 23. §. ſi poſt rem. in fin. ff. de condict. indeb.* cuius orationis & SCti expoſitio, non tantum extat, *in l. cum hi. 8. ff. de tranſact. & l. de alimentis. 8. C. eod.* ſed etiam Interpretes noſtri ad *d. l. cum hi. & l. de alimentis.* tam exactè perſecuti ſunt, quæ huc pertinent omnia, vt diligens lector, quod deſiderare poſsit, non habeat. Cum itaque vberior explicatio inde peti poſsit: igitur vt rem totam in
2 pauca conferam, repetenda † hic eſt diſtinctio inter alimẽta præterita & futura: de præteritis licitum eſt tranſigere:
3 *l. de alimentis. 8. C. de tranſact.* in futuris † verò ſubdiſtinguitur: aut enim debentur ex teſtamento, codicillis vel donatione cauſſa mortis, & tum tranſactio, non niſi prætoris cognitione ac decreto interueniente, permiſſa eſt: aut debentur ex alia cauſſa, puta ex contractu, & in his æque ac in præteritis tranſactiones, etiam prætore non adito, celebrari poſſunt.

*d. l.*

*d. l. cum hi. 8. §. hæc oratio. ff. de tranſact. Iaſ. l. quæ de legato. 46. num. 24. ff. de leg. 1. Panorm. conſil. 518. incip. Videtur primo. num. 1. vol. 2. Cephal. conſil. 518. incip. Controuerſia num. 58. & 61.* Cæterum quia litium, quibus vix alia capitalior Reip. peſtis vlla reperitur, finiendarum cauſſa, tranſactiones inuentæ ſunt: *l. fratris. 10. C. de tranſact.* & propterea videbatur harum libertas nequaquam coanguſtanda: *facit l. item. 4. §. 1. verſ. non*
4 *tamen. ff. de alien. mut. iud. cauſ. fact.* operæ † precium erit cogitare, cur Antoninus Philoſophus Senatum Romanum oratione ſua induxerit, vt ne de futuris alimentis ex vltima voluntate debitis, niſi prætoris decreto interueniente tranſigere liceret, SC^to caueretur. Nam primæ diſtinctionis ratio, cur nempe aliud in præteritis alimentis, & aliud in futuris conſtitutum ſit, ex lib. 1. cap. 1. num. 17. intelligitur, *& addi poteſt Bald. Alciat. d. l. de alimentis. num. 2.* Ideo ſic cautum fuit ob concurrentem duplicem fauorem & alimentorum & vltimæ voluntatis. *Bart. in tract. de aliment. num. 34. & in l. cum hi. 8. in pr. num. 6. ff. de tranſact. Petr. de Bellapert. l. de alimentis. 8.*
5 *C. eod.* Qua reſponſione † dum aliqui contenti non ſunt, alias excogitarunt ſibi rationes: nam Bellamera *in conſil. 43. incip. Factum ſecundum. num. 2. ex But. & Gul. de Cun. in d. l. cum hi.* hanc rationem ſubeſſe putat, quia ex teſtamento quæritur ſine labore & induſtria perſonæ, ideo lex præſumit, quod legatarius de facili permitteret ſe decipi: ſed ſi ex contractu inter viuos quæritur, ibi interuenit labor & induſtria perſonæ, & ſicut fuit diligens in acquirendo & ſtipulando, ſic præſumitur diligens in tranſigendo. Quam rationem quo minus admittam, mouet me textus *in d. l. cum hi. 8. §. 1. verſ. plane de alimentis.* Si enim verum eſſet, vt de alimentis ſine labore & induſtria acquiſitis, non niſi Prætoris accedente auctoritate tranſigi poſſet: tum hoc etiam obtineret inter viuos ex liberali & ſpontanea voluntate donatis. Sed conſequens eſt falſum. *per d. verſ. plane.* Ergo & antecedens. Vt igitur iſta ratio ſola, id ad quod allegatur non euincit: ita cum priore ornatus cauſſa, coniungi poteſt & ſolet, *prout fit à Bartol. in d. tract. de aliment. num. 34. & Petr. Gregor. lib. 28. ſyntagm. cap.*

*cap.2.num. 20. & 21. quibus conſentit Ariſtot. lib.4. Ethic. ad Nicomach. c. 2. iuxta Lambini diſtinct. aliàs eſt in cap. 1. videntur (inquiens) liberaliores eſſe qui ſuas facultates non quaeſiuerunt, ſed ab a-*
6 *lijs partas acceperunt.* Aliqui † putant hoc fieri ſolummodo, vt voluntas teſtatoris ſeruetur. *Fr. Duaren. lib. 1. diſputat. cap. 44.* Sane ſi hanc rationem D. Marcus & Senatus ob oculos habuiſſent, certe non permiſiſſent *in d. l. cum hi. 8. §. eam tranſactionem.* vt quod in teſtamento menſtruatim datum eſſet, liceret tranſactione mutare, vt diebus ſingulis ſolueretur. *Menoch. de arbitr. iudic. quaeſt. lib.2. cent.2. caſ. 170. num. 5. in*
7 *fin.* Tenendum itaque eſt † hoc fieri propter vtriuſque fauorem & alimentorum & vltimae voluntatis: ita vt ſi horum alterum deſit, aliter obtinere incipiat, & alterum ſolum ad hanc prohibitionem non ſufficiat. *Io. Robert. lib. 4. ſent. cap. 19. Menoch. d. caſ. 170. num. 1. & 2. Borcholt. tit. ff. de tranſact. cap. 3. num. 36. idemq́ ante trecentos & amplius annos ſenſit Godeſcalc. de VVildeshuſen ordinis praedicatorum in ſumma ſua. §. Alimenta. cap.*
8 *2. argument. l. conſenſu. in princ. C. de repud.* qua † ratione ceſſat Cannoni *lib.5. comment. cap.7. num.5.* impugnatio, ſiquidem ea tum aliquid valere poſſet, ſi diceremus fauore alimentorum tantum, hanc prohibitionem introductam fuiſſe. Theſis autem principalis huius cap. quod de alimentis futuris teſtamento relictis ſine praetore, non liceat tranſigere, amplia-
9 tur, primò † vt ne quidem hoc permiſſum ſit, ſi pluribus alimenta debeantur, & hi inter ſe cauſſam alimentariam velint componere. *text. eſt in d. l. cum hi. 8. §. ſi vni. ff. de tranſact. l. voluntas. 4. vbi gloſſ. in fin. C. de fideicommiſſ. Bartol. in tract. de alim. num.38. Cord. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. parens. num.55. ff. de liber.*
10 *agnoſc.* Secundò † ampliatur vt idem obtineat, ſi plures ad alimenta praeſtanda teſtamento ſint obſtricti: quia neque his de forma vel modo praeſtandi inſcio praetore tranſigere licet. *Bart. in l. ſolent. 3. num.15. vbi apoſtill. ff. de aliment. vel cibar. leg.*
11 Tertiò licet † alimentarius ſit locuples, cui abunde ſuppetat vnde ſe alere poſsit, ita vt periculum famis in eo non ſit extimeſcendum, attamen non poteſt ſine praetore tranſigere, *text. eſt. in d. l. cum hi. 8. §. eam tranſactionem. verſ. nihil autem intereſt.*

12 *intereſt.* Quibus † etſi refragari videntur *Odofred. & Fulgoſ. in d. l. cum hi. 8. §. ſi in annos ſingulos. ff. de tranſact. & Tiraq. in tr. de Nobilit. cap. 37. num. 122. per d. §. ſi in annos ſingulos.* dum putant nobilibus cæteriſque hominibus honeſtioris vitæ, de alimentis teſtamento relictis ſine prætoris auctoritate tranſigere permiſſum eſſe: tamen, præterquam quod ſ. allegati DD. ipſi dubitant, expreſſe contrarium deciſum eſt *in d. l. cum hi. 8. §. eam tranſactionem. verſ. nihil autem intereſt.* cum quo *d. §. ſi in annos ſingulos.* conciliare eſt facilimum, ſi prius id, quod IC. præſupponit, & deinde verba *d. §. ſi in annos.* conſideremus. Nam certum eſt, ſi pauperi annuum quid, ſine non addito, legetur, quod hoc ad alimenta cenſeatur relictum, ſecus ſi diuiti, *l. codicillis. 18. in princ. & ibi Bart. ff. de ann. legat. & pluribus probaui ſ. lib. 1. cap. 15. num. 73.* Quo præſuppoſito, intelligimus cur dicat IC. ſi quid annuum homini diuiti legetur, de eo ſine prætore tranſigi poſſe: quia nimirum non cenſetur in cauſſam alimentorum relictum: ſecus ſi vel pauperi annuum aliquid relinquatur, vel exprimatur, in cauſſam alimentorum relinqui. Et hanc interpretationem quia ipſe textus euincit, ideo eam probant Alberic. de Roſat. Bart. Bald. & Caſtr. imò Iaſ. *in d. §. ſi in annos.* teſtatur eam *MAGIS COMMVNITER* ab omnibus receptam eſ-
13 ſe. Quartò † ampliatur, vt ſi ambigatur, vtrum alimenta ex teſtamento debeantur necne, de hoc dubio ſine prætore tranſigi nequeat. *d. l. cum hi. 8. §. ſi cum lis. ff. de tranſact. Io. Bapt. Plotus. in l. ſi quando. num. 166. in fin. C. vnde vi. vel in edition. Co-*
14 *lonienſ. tract. de in lit. iur. §. 4. num. 50. in fin.* Quintò † ampliatur, vt nec valeat tranſactio, licet partes diſpoſitioni *d. l. cum hi. 8.* expreſſe renunciauerint. *Bart. in d. l. cum hi. in princ. nu. 7.*
15 *Fulgoſ. num. 5.* Quod vt concedo, ita † rationes quibus huius rei ſtabiliendæ ergò vtuntur, vix ſufficientes eſſe arbitror. Nam quod primò præſupponunt, iuri prohibitiue loquenti, renunciari non poſſe, *ad quod Fulgoſ. in d. num. 5. & in l. de his. 6. num. 7. ff. de tranſact. allegat gl. in l. 1. C. ne fideiuſſor dot.* id certe dubio non caret: ſiquidem *l. 1. verſ. ne pro vllo fœmina. ff. ad SC. Velleian. l. 1. ff. de fer. l. fin. C. eod.* & aliæ leges

 multæ,

multæ, prohibitiuè quidem loquuntur, ijs tamen nihilominus renunciari poſſe, extra omnem controuerſiam eſt, prout latius Deo volente in tract. de Renunciat. dicam. Sic nec altera ratio, qua nititur Fulgoſ. *d.num.5.* nempe formæ renunciari non poſſe, ſi ſimpliciter intelligatur, admittenda eſt: quia formæ nonnunquam renunciari poteſt *d.l.1.de fer. c.tuis.39. in fin. ext. de teſtib. gl. c. de cauſſis.4. ver. conſenſu partium. ext. de offic. & poteſt. iud. deleg.* Melior itaque ratio eſt, quia publica hic vertitur vtilitas, partim vt exitum inueniant vltimæ voluntates, partim ne alimenta facile intercipiantur: iuri autem publicam vtilitatem concernenti renunciare nemini licet, *l. ius publicum.38.ff. de pact.* quamuis ea ſaltem per conſequentiam aliquam, atque ita ſecundariò ſequatur, vt in dote euenit.*l.1.ff.ſolut. matrim.*cuius priuilegijs ob publicam vtilitatem, quæ ſecundariò in dote vertitur, mulieres renunciare nequeunt. *Io. Bolognet. d.l.1. num.190.ff. ſolut. matrim. & in caſu l. ad perſonas egregias.15. & ibi Alex. num. 4. in fin. ff. de iureiur.* Et ſi de tali forma, publicam vtilitatem reſpiciente, Fulgoſij altera ratio accipiatur, quemadmodum textus *l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & l. teſtandi.13. C. de teſtam.* ab eo allegati, ab hac ſententia non penitus abhorrent, tum ferri poteſt. An iuramento renunciari *d. l. cum hi. 8.* vel an hæc tranſactio iureiurando fulciri poſsit, dicam paulo poſt
16 in limitationibus. Sextò ampliatur † vt nec eiuſmodi tranſactioni contra legis prohibitionem factæ, ex curſu longi temporis quicquam roboris accedat. *Vaſq. lib. 2. illuſtr. controuerſ. cap. 64. num. 17. & 21. quam ſententiam etiam ſequitur Cordub. de Lar. in l. ſiquis à liberis. §. parens. num. 54. ff. de liber. agnoſc. vbi corrupte citat cap. 44. cum allegare debuiſſet cap. 64.* Septi-
17 mò † ampliatur, vt nec rei traditione confirmetur, *d. l. cum hi. 8. §. ſi eidem alimenta. cum §. ſeq.* Licet enim conuentiones inualidæ rei traditione confirmentur: *l. iuriſgentium. 7. §. ſed cum nulla. ff. de pact.* tamen id verum eſt in ijs, quibus lex vel SC. non reſiſtit. *d. l. iuriſgent. 7. §. ait prætor.* Et hæc traditio adeo pro nihilo ducitur, vt ne quidem futuris alimentis imputari poſsit: pone, ego cum ex teſtamento paterno debe-

rem

rem Titio in cauſſam alimentorum, ſingulis annis decem aureos, cum eo agente annum ætatis vigeſimum ſextum, non tantum transegi, vt acceptis centum aureis me illo debito liberaret: ſed etiam eos ipſi in pecunia parata tradidi; Sane Titius iſte, non obſtante tranſactione & traditione facta, nihilominus à me poterit ſingulis annis decem petere: nec ego, ſi pecunia diſsipata ſit, potero excipere, vt ex iſtis centum aureis, quos à me recepit, decem in huius anni alimenta reputet: ſed cogor ipſi denuò decem numerare, & iſtos centum condicere. *l. & poſt. 7. in fin. d. l. cum hi. 8 §. ſi quis de alimentis. verſ. ſane ſi is. ff. de tranſact. l. eleganter. 23. §. item ſi. ff. de condict. indeb.* idque confirmatur etiam ratione, quia alimentorum petitioni compenſatio opponi non poteſt. *Pontan. de aliment. cap. 19. num. 2.* Extendit porro Corduba de Lara. *in l. ſi quis à liberis. §. parens num. 57.* (quid autem num. 56. velit, alijs inueſtigandum relinquo, cum apud Ruin. *conſil. 80. num. 9. vol. 1.* id quod ipſe vult, non inueniatur, imo iſtud conſilium tot numeros non habeat.) *ff. de lib. agnoſc.* hanc doctrinam ad dotem, quaſi etiam de ea non liceat ſine prætoris auctoritate tranſigere: quia verò id totum pendet ex vulgato illo axiomate, quod dos locum alimentorum obtineat, poterit hoc determinari ex ijs; quæ paulo inferius cap. 10. dicentur. His addendæ ſunt aliquot limitationes: & primo quidem, tranſactio de alimentis futuris teſta-
18 mento relictis, ſine prætore auctore facta rata habetur, † ſi alimentarij tranſigentis conditio facta ſit melior. *d. l. cum hi. 8. §. eam tranſactionem. Bart. tract. de alim. num. 37.* Quia enim oratio D. Marci noluit alimenta per tranſactionem intercipi: inde recte colligitur, tranſactionem, qua alimenta non intercipiuntur, ſed vel ampliora vel commodiore tempore aut loco præſtantur, prohibitam non eſſe: ſic ſi impuberi controuerſia fiat an inter liberos ſit, iudicium in tempus pubertatis differtur *l. 1. ff. de Carbon. edict.* attamen ſi pupillo commodius ſit, illam controuerſiam agi ante pubertatem, id admittitur. *l. 3. §. duæ autem. ff. de Carbon. edict. Cardin. Alban. in addit. ad Bart. l. non omnis, 19. num. 7. ff. ſi cert. pet.* quod pari

 ratio-

ratione in minore euenit, qui ſtipulari non poteſt vt ipſe obligetur, ſed vt alios ſibi obliget, & ita meliorem ſuam conditionem faciat, poteſt. *§. 1. Inſtit. de auctor. tut. §. pupillus. Inſt. de inutil. ſtipul. l. non eo minus. 13. C. de procur. Roman. conſil. 316. incip. Circa propoſitam conſultationem num. 2. & conſil. 453. incip. Viſa principali. in pr. qui in vtroq; loco. d. §. eam. eleganter ad quæſtiones ſuas accommodat, plura more ſuo allegat Tiraq. in ll. connub. gl. 6. num. 65. cum mult. ſeqq.* Hæc autem limitatio extenditur vt adhuc procedat, licet illa conditio melior, fortunæ caſibus magis ſit expoſita quàm prius alimentorum debitum: batur non tantum textu *l. cum hi. 8. §. fin. verſ. licet ruinæ. ff. de tranſact.* ſed & ratione, quia eiuſmodi caſus aduentitij computandi non ſunt, *l. Iulianus. 6. ff. qui & à quib. manumiſſ.* Se-
19 cundò fallit, ſi à teſtatore † tranſactio permiſſa ſit. *Dec. l. de alimentis. 8. in fin. C. de tranſact.* Nam res pupillares præcipue immobiles non poſſunt alienari, niſi etiam interueniat cauſſæ cognitio & decretum: *tot. tit. ff. de rebus eorum qui ſub tut. & tit. C. de præd. minor. ac uberius dicam Deo volente in tract. de tutelis:* attamen ſi pater in teſtamento alienationem permittat, eas res, quarum alienationem pater permiſit, etiam prætore non adito valide diſtrahere tutor poteſt. *l. ſi prædium. 3. C. quando decret. op. non eſt. Hippol. de Marſil. in tractat. de Bannit. verb. Bona. num. 70.* Deinde quemadmodum D. Marcus permotus fuit etiam hac cauſſa, ne vltimæ voluntates ad nihilum reciderent, vt paulò ante dictum fuit. ſic eadem ratione motus fuit Prætor, vt legatorum & fideicommiſſorum ſub conditione vel ex die datorum nomine cautionem exigeret. *tot. tit. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. ſeruand.* Veruntamen teſtator prohibere poteſt, ne hæres iſta cautione oneretur. *l. auia. 77. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. l. 2. C. vt in poſſeſſ. legat.* Dicet aliquis, præſentem noſtram limitationem *ex d. l. 2.* non iuuari, cum prætorem ad cautionem exigendam ſolus fauor vltimæ voluntatis: D. Marcum autem ad tranſactionem cohibendam, fauor & teſtamentorum & alimentorum, quemadmodum ſupra probatum fuit, impulerit: & quoties eiuſdem diſpoſitionis duæ ſunt rationes, ſublata altera, non ob

id ceſ-

id ceſſat diſpoſitio, altera remanente. *§. Affinitatis. & ibi Ang. Aret. num. 1. Inſtit. de nupt.* Huic reſpondeo, orationem D. Marci recitatam quidem fuiſſe, in fauorem alimentorum, at non vt teſtatoribus formam eorum conſtituendorum præſcriberet: ſed vt ea quoquo modo iam conſtituta, ſecundum voluntatem teſtatoris effectui traderet & conſeruaret: longe autem aliud eſt, loqui de rerum iam conſtitutarum conſeruatione, quam de ijs conſtituendis. *l. patre. 8. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* Deinde poteſt etiam reſponderi *ad d. §. affinitatis.* eum huc recte accommodari non poſſe, quia regula inde deſumta, procedit in eiuſmodi cauſsis, quarum vnaquæque per ſe ſola prohibitioni ſatis eſt, *prout textus d. §. affinitatis. manifeſte oſtendit*: cuius contrarium in hac oratione D. Marci euenit, *vt ſ. num. 4. & 7. dictum fuit.* Quæ noſtra li-
20 mitatio amplianda eſt, † vt teſtator de alimentis à ſe relictis tranſactionem permittere poſsit legatario, etiam helluoni. *arg. l. fin. in princ. ff. vt legat. vel fideicommiſſ. ſeruand. cauſſ.* quod certe eſt mirabile, *ſecundum Iaſ. in l. nemo poteſt. 56. in lect. 2. nu. 125. ff. de leg. 1.* Neque obeſt quod ita futurum ſit, vt deinceps is alimentis careat: quia cum teſtator ipſi nihil omnino potuerit legare, vel legatum rurſum adimere: *l. 4. in fin. & paſſim tot. tit. ff. de adim. leg.* multo magis dicendum eſt, potuiſſe aliquid legari, quo legatarius non admodũ diu vti queat: *quæ ſententia ſatis aperte probatur in d. l. cum hi. 8. §. plane. verſ. ſed & ſi non fuerint perpetuo relicta, &c. ff. de tranſact.* Denique
21 pro † confirmatione huius ſecundæ limitationis vltra cæteros omnes induco text. *l. 3. ff. de alim. vel cibar. leg.* vbi expreſſe habetur, quod diuiſio teſtatoris & iudicis æquiparentur, *ibiq; hoc peculiariter notat Bart. nu. 1.* De diuiſione autem idem eſt iudicium in hac materia, quod de tranſactione. *d. l. cum hi. 8. §. ſed ſi pluribus fundis. ff. de tranſact.* Tertiò iſta prohi-
22 bitio non habet locum, quando † tranſactio de futuris alimentis teſtamento relictis interpoſita, tranſigentium iuramento firmatur. Illud quidem negare non poſſum plurimos DD. contrariam ſententiam tueri, nempe tranſactionem iſtã iuramento addito non corroborari. *Bart. in d. l. cum hi. 8. in pr.*

*num.7. Fulgoſ.num.5. Bald. in l.pactum.3.num.vlt. C.de collat. Fulgoſ.l. qui fidem.num.1.ff. de tranſact. Angel. conſil. 94.incip. Cum his & quaſtio. in fin. verſ. ad quintum de iuramento. Anchar.Bonon. conſil. 375.incip. In ſupra dicta quittatione. Io. de Roias in epitom. omn. ſucceſſ. cap.21. num.43. & nouiſſime Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. 116. & ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* ſed Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam. in pr. num. 136. & 151. C. de reuoc. donat.* & Petr. Peckius *lib.5. de teſtam. coniug. cap.25. num.3.* pro vtraque opinione tam affirmatiua quàm negatiua, adducunt quaſdam auctoritates, at non aperiunt, cui ſententiæ ipſi ſubſcribant. Multi verò, quos iam iam adducam, apertè ſententiam affirmatiuam, nimirum, tranſactionem de futuris alimentis in teſtamento relictis, ſine prætore auctore celebratam, iuramento confirmari, amplectuntur. Quas

23 † diſſenſiones Lud. Romanus *in d. l de alimentis. 8 num. 5. C. de tranſact.* duplici conatur diſtinctione ſopire: primò quod ſententia affirmatiua procedat de iure Canonico, negatiua de iure ciuili: deinde quod affirmatiuæ ſententiæ locus ſit, quando alimentarius habet de quo viuat: negatiuæ verò, quando ſubeſt periculum, ne poſt tranſactionem fame pereat. Quod autem neutra diſtinctio difficultatem tollat, rem diligenter conſideranti patet. Nam certum eſt, in eo diſputationis cardinem præcipuè verti, vtrum iure Canonico tranſactionem contra D.Marci prohibitionem celebratam, iuramentnm fulciat ac confirmet, vt ex lectione DD. apparet: atque ita prima diſtinctio, id quod maximè in dubium vocatur, tanquam certum & indubitatum præſupponit. Longe minus ad rem facit altera: cum enim cuiuslibet Doctoris verba intelligi debeant iuxta ea quæ allegat: & Specul. *in tit. qui filij ſint legitimi. num.12.* ac Dominicus de S. Gemin. *in c. 2. num.6. de pact. lib. 6* quos ambos Lud. Romanus *d. num. 5.* pro confirmatione ſuæ ſententiæ adducit, loquantur de eo caſu, quando tranſigitur de alimentis iure naturæ debitis, puta inter parentes & liberos, de qua re nos j. cap. vlt. huius libri agemus: hîc autem diſceptetur de tranſactione alimentorum, non iure naturæ ſed teſtamento, debitorum: quilibet

bet videt, eam diſtinctionem extra terminos noſtros loquentem, huc non quadrare. Veriorem igitur † arbitror
24 ſententiam affirmatiuam, nempe quod tranſactio de alimentis futuris, teſtamento relictis, ſine prætoris cognitione & auctoritate inita, iuramento firmetur. *per c. cum contingat. 28. ext. de iureiur. c. quamuis. 2. de pact. in 6. & c. licet. 2. de iureiur. eod. lib. & hanc tuetur Bart. in l. ſi quis pro eo. 57. num. ult. ff. de fideiuſſ. quem ſequitur Panorm. in d. c. cum contingat. 28. num. 30. Iaſ. in d. l. de alimentis. 8. num. 3. C. de tranſact. & in d. l. cum hi. 8. in prin. nu. 11. ff. eod. Phil. Dec. conſil. 349. incip. Viſis his quæ ſupra accuratè. num. 4. Crauetta conſil. 852. incip. Sententia iuridica. nu. 5. eandemq́; opinionem tenet Anchar. Bonon. ſibi ipſi contrariùs in c. acceſſorium. num. 6. in fin. de reg. iur. in 6. Ant. de Butri. in d. c. cum contingat. num. 10. & ibi quoq; Immola in 10. membr. nu. 92. Petr. Phil. Corn. in auth. ſacramenta puberum. num. 78. C. ſi aduerſ. vendit. Curt. ſen. in d. l. de alimentis. 8. num. 5. C. de tranſact. Bertrand. conſil. 206. incip. Viſo caſu mihi exhibito. vol. 7. Corraſius in repet. l. admonendi. in præfat. num. 52. ff. de iureiur. Seraphin. de Seraphin. de priuil. iuramen. priuil. 101. num. 11. Petr. Coſtal. in d. l. cum hi. 8. in pr. ff. de tranſact. quibus nouiſſime ſubſcribit Andr. Fachineus libr. 3. controuerſ. iur. cap. 21. & hanc ſententiam VERIOREM eſſe ait Phil. Dec. in d. l. de alimentis. num. 12. & RECEPTIOREM Alciat. ibid. eod. num. 12. atq; COMMVNEM aſſerunt. Couarr. in c. quamuis. part. 2. § 6. num. 4. de pact. in 6. Hier. Gig. de penſion. quæſt. 43. num. 9. & 10. Alciat. in d. c. cum contingat num. 285. (ſecundum nouiſſimam editionem Baſilienſ.) & conſil. 50. incip. Dubijs de quibus. num. 4. lib. 1. Sichard. in d. l. de alimentis. num. 9. C. de tranſact.
25 Etſi † autem hanc communem opinionem *Io. de Imol. in d. nu. 92. in fin. Corn. d. auth. Sacramenta puberum. num. 78. in fin. Alciat. d. c. cum contingat. num. 286. & Couarr. d. num. 4.* reſtringunt, vt non procedat, quando tranſigendo iurans in extremam incidit egeſtatem & inopiam, putantque hoc caſu iurantem vinculo religionis non teneri, & abſolutionem à iuramento concedendam: *per ea, quæ notat Archidiac. in c. animaduertendum. 22. q. 2. & per text. c. paſce. diſtinct. 86. & Frid. Senenſ. conſ. 60. incip. Quod pactum. in fin.* tamen hæc reſtrictio an admitti poſ-

ſit vel debeat, dubito: hoc ferè pro certo auſim affirmare, eam, ex locis per ipſos adductis, non probari. Nam quod Archidiaconum attinet, primò nihil allegat, quo à ſe dicta confirmet: at non debemus credere Doctori licet magno, niſi dicta ſua per authenticã ſcripturam probet, *vt ipſe Archidiac. in c. nolite.el.2.per text.ibi: probatam in ſcripturis.11.q.3. fatetur:* Secundò ſi recte aſpiciamus Archidiac. *in d. c. animaduertendum.* videbimus, eum in longe alijs terminis loqui: non tantum quia ibi agit de iuramento propria temeritate emiſſo, ex quo nemini aliquod ius accreſcit, puta ſi quis iurat ſe non velle mercaturam exercere, vel ſe non velle operas ſuas cuiquam locare, &c. cum in noſtro caſu iuramentum alimentorum debitori ſit datum, qui propterea ex eo liberationem adeptus eſt; ſed etiam quia Archidiac. dicit in ſuo caſu, iurantem poſſe contrauenire propria auctoritate: quod in noſtro caſu non concedendum, ſed abſolutionem impetrandam

26 eſſe, Alc. & Couarr. ipſi agnoſcunt. Æque † nihil iuuatur iſta reſtrictio ex d. c. paſce. cuius verba hæc ſunt: *paſce fame morientem: quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non paniſti, occidiſti.* Ex quo certe quod ipſi volunt, non efficitur; hoc ſaltem inde colligitur, eum qui homini egeno non dat eleemoſynam, homicidij videri reum. Quod ſi quis itaque inde inferat, igitur eum, qui iurauit, in ſumma famis neceſsitate conſtitutum, non obſtante iuramento, alimenta adhuc poſſe petere: huic reſpondeo, me id quidem concedere: at in accommodatione ad præſentem reſtrictionem, puto committi fallaciam ſecundum non cauſſam vt cauſſam: quandoquidem alimentorum in iſto caſu petitio conceditur, non propterea quia mediante iuramento antea inuicem tranſegerunt, ſed quia vterque eſt homo, inter quos natura cognationem quandam conſtituit. *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* ac quia Deus præcepit, vt quilibet egenti ſuccurrat. *Luc. 6. verſ. 38. Pſalm. 41. in pr. Prouerb. 5. verſ. 16. cum alijs ſimilibus locis*; atque ita ab eo cum quo tranſactum eſt, non aliter, quàm ab alio quouis homine alimenta *per d. c. paſce.* petere poterit. Quia verò in tranſactione de alimentis ex teſtamento debitis,

tis, non fuit de hac eleemoſynæ petitione iuratum: igitur
27 etiam non video, quorſum abſolutione à iuriſiurandi obligatione, opus habeat. Sic denique † multo minus ad rem facit Frid. Senenſ. *conſil. 60. in fin.* quia loquitur de tranſactione facta inter liberos & parentes: qui ad alimenta ſibi inuicem præſtanda non ex teſtamento, ſed ex natura obſtringuntur: qui obligationum fontes quanto diſcrimine diſtent quilibet intelligit ac proinde vno verbo reſpõderi poteſt, ex ſeparatis non recte fieri illationẽ *l. vult. ff. de calumn. cum vulgat.*

Nunc ex hoc diuerticulo in viam redeundo, reſtat, vt
28 expendamus, quibúſnam † rationibus moueantur ij qui à communi opinione deſciſcunt. Et primo quidem *Bart. in d. l. cum hi. num. 7. & Fulgoſ. num. 5. vt & in d. l. qui fidem. num. 1.* ita argumentantur; Legi formam prohibitiue introducenti renunciari non poteſt. Sed oratio D. Marci formam tranſactionis prohibitiue loquendo introducit. Ergo, &c. Reſpondeo ad Maiorem diſtinguendo formam, quæ principaliter vel primario ob publicam vtilitatem introducta eſt, ab ea, quæ præcipuè priuatorum vtilitatem, licet etiam ſecundario publicum commodum, reſpicit: iam ſi maior accipiatur de priore forma concedo eam quidẽ, ſed tum nihil pertinet ad minorem: ſiquidem orationem ſuam D. Marcus præcipuè ob priuatorum vtilitatem recitauit. *d. l. cum hi. § in pr. ff. de tranſact.* ſin maior accipiatur de poſteriore forma: tum maiorem nego: quia formæ ob priuatam vtilitatem introductæ renunciari poteſt, *vt s. hoc cap. num. 15. dixi.* Poſtea maior vera non eſt, quando iuramentum renunciationi accedit, *per c. ſignificante. 7. ext. de pignor. Fr. Curt. d. l. de alimentis. 8. num. 6. Bertrand. d. conſil. 206. vbi adducit exemplum de inſinuatione donationis. 500. aureos excedentis, cui formæ etiam prohibitiue concepta, vt nempe donatio aliter non valeat, iureiurando renunciari poteſt, quæ ſententia* COMMVNIOR *eſt, vt teſtatur doctiſſimus ille Io. Guter. l. nemo poteſt. num. 341. ff. de legat. 1. quæ omnia vlterius nunc non perſequor, reſeruaturus ad tract. de Renunciat.* Huic
29 affinis eſt illa ratio, qua † vtitur Ang. *in d. conſil. 94. incip. cum lis & quæſtio. circa fin.* quod talis tranſactio fiat obſtante legis

prohibitione & propterea non poſsit iureiurando confirmari *per l. non dubium. 5. C. de ll. quem text. contra communem opinionem allegat etiam Carol. Molin. in addit. vlt. ad Phil. Dec. in d. l. de alimentis. 8.* Reſpondetur igitur *d. l. non dubium.* nimis craſſe & ſine omni diſtinctione non eſſe intelligendam: nam etiam iure ciuili contractus, ſi per ſe conſiderentur, inutiles & nullos, iuramento corroborari poſſe, oſtendit *auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend.* Igitur *d. l. non dubium.* procedit, quando contractus eſſet nullus propter aliquam turpitudinem, aut malos mores, adeo vt iuramentum obſeruare turpe eſſet. *Alex. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. num. 55. ff. de verb. oblig. (vbi tamen corrupte allegat Angelum, ſiquidem ſub num. 54. dicit eſſe conſil. 82. ſed ſub num. 55. dicit eſſe conſil. 92. tamen in meo Angel. neutrum eſt.) ſequitur Dec. d. conſil. 345. incip. Viſis his quæ ſupra.* & adhuc clarius reſpondet Baldus *in l. pactum dotali. 3. quæſt. 19. num. 14. C. de collat.* diſtinguendo inter ius ciuile & Canonicum, ita vt contra ll. ciuilium prohibitionem, iuramentum nihil operetur iure ciuili, *per d. l. non dubium C. de ll.* ſecus iure Canonico: *quam Baldi diſtinctionem ſequitur Iaſ. in l. is cui bonis. 6. num. 19. ff. de verb. obligat. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 16. ff. eod. Schneid. §. aliæ. nu. 87. Inſtit. de donat.* vel etiam poteſt dici *d. l. non dubium.* loqui de prohibitione legis principaliter in fauorem Reipubl. inducta. *Couarr. in c. quamuis. part. 2. §. 1. num. 1. in fin. de pact. in 6.* cumque orationis D. Marci prohibitio in fauorem Reipubl. principaliter non ſit facta: ſequitur vt nec *d. l. non dubium.* huc trahenda

30 ſit. Idem reſpondemus † Anchar. Bonon. *d. conſil. 375.* putanti iniquitatem huic tranſactioni ſubeſſe, cum ſit facta contra orationem D. Marci: & proinde eam non poſſe corroborari iuramento. Primò enim nego quicquam iniquitatis huic tranſactioni ſubeſſe, cum nec bonos mores ciuiles, ſi *d. l. non dubium.* ex Couarr. mente interpretemur, nec naturales lædat: ſiquidem lege naturæ nullibi prohibitum reperitur de alimentis teſtamento relictis tranſigere. *Gul. Mayner in l. quandiu. 89. num. 119. & ſeqq. ff. de Reg. iur.* Quod idem Anchar. *in cap. acceſſorium. num. 6. in fin. de reg. iur. in 6.* ſibi ipſi in

hoc

hoc contrarius confirmat: intrepide aſſerens hanc tranſactionem *contra d. l. cum hi.* non eſſe contra bonos mores. Deinde poſito, ſed non conceſſo, huic tranſactioni propterea aliquid iniquitatis ineſſe, quod ſit facta contra legis prohibitionem: tamen iudicando & conſulendo illationem de iuramento non receptum iri arbitror: quia iuramentum quod non continet turpitudinem aliquam contra legem naturæ aut diuina præcepta, & ita impleri poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſeruandum eſſe, iure Canonico cautum reperitur. *d. c. cum contingat.* Quod ius, vbi de peccato agitur, etiam in foro ciuili, poſthabito iure Cæſareo, obſeruandum eſt. *Panorm. in c. clerici. 8. num. 2. ext. de iudic. gl. cap. 1. verb. adiuuantur. & ibi Panorm. num. 5. extr. de noui oper. nunc. gl. §. hactenus. verb. generata. Inſtit. de gradib. cognat. facit Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 300.* Denique Baldus *in d. l. pactum dotali. nu.*
31 *17. C. de collat.* vtitur hoc fundamento: † Iuramentum quod non habet tres comites veritatem, iudicium & iuſticiam, non eſt validum *c. animaduertendum. 22. q. 2. c. etſi. 26. extr. de iureiur.* Sed iuramentum tranſactioni alimentorum additum non habet iſtos tres comites. Ergo, &c. Minorem probari ait, quia iudicium vel diſcretionem abeſſe inde colligi, quod ita iurans in opprobrium & (vt ipſius verbo vtar) exterminium famis incidat. Reſpondeo igitur negando minorem: nec enim iſta probatio admittenda eſt: iurans poteſt poſt iuramentum in magnas aduerſitates incidere, Ergo iuramento iudicium non adfuit. Quia iudicium quod in iuramento requiritur, non conſideratur ex caſibus, qui poſtea euenire poſſunt aut non: ſed ex diſcretione animi, vtrum rem eam ſatis intelligat, & ponderarit, ne forſitan dum de fundo Tuſculano agitur, iurans de fundo Cornelio intelligat. *gl. d. c. etſi. 26. verb. & iudicio. ext. de iureiur. Domin. Soto de iuſt. & iur. lib. 8. q. 1. art. 3. D. VVeſenb. præceptor & ſocer meus honorandus in l. pacta. 6. num. 6. C. de pact.* Etenim ſi hoc iudicium ex caſibus penderet, ſequeretur ab omnium hominum iuramentis iudicium abeſſe: cum omnes homines cuiuſcunq; conditionis & dignitatis ſint, varios fortunæ caſus experiantur.

antur.

antur. *l. vlt. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Deinde dici poteſt, quod in iſta probatione committatur fallacia cauſſæ: ſi enim iurans in extremam incideret paupertatem, non principaliter hoc fieret ob iuramentum, ſed ex eo quia dilapidaſſet id, quod ex tranſactione accepiſſet, vel ex álijs quam-
32 plurimis caſibus *d. l. vlt.* Quæ autem † contra communem nouiſsime Cordub. de Lara *in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. 116. & ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* attulit, ea certe tanti non ſunt, vt aliquem vel tantillum mouere poſsint aut debeant: imò mirari ſatis non poſſum, qua ratione factum fuerit, vt Corraſium, Innocent. Panormit. Imol. Bart. & Alciat. in hanc ſententiam adducat, quaſi illi ſcripſerint, tranſactionem de futuris alimentis factam, quamuis iurata ſit, non valere: cum Corraſ. Panorm. Imol. & Alciat. *in locis ſ. alleg.* expreſſe contrarium adſtruant: & apud Innoc. *in d. c. cum contingat.* ne ſyllabam de hac noſtra quæſt. inueniamus, vt & apud Barbat. (hunc enim per Bart. intelligendum eſſe arbitror) cuius etiam non magna eſt auctoritas. *Menoch. conſil. 37. num. 176. con-*
33 *ſil. 84. nu. 66.* Illud † forte nonnullis aliquem colorem habere videbitur, dum *ſub num. 117.* diſtinguit inter rem iuratam & fidem iurantis, vel quod ad idem recidit, *ſub num. 118.* inter ipſam pactionem, & fidem contrahentis. Quæ quemadmodum nonnullis caſibus diſtinguenda ſunt, ita ad euertendam communem opinionem in noſtra præſente diſputatione, apte accommodari poſſe nego. Etenim iuramentum, à contractu ſuper quo iuratur, diſtinguendum eſſe, vt acceſſorium à principali, nemo non videt: *de quã diſtinctione videndus eſt Chriſtoph. Port. in §. extraneis num. 14. Inſtit. de hæred. qual. & differ. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum. num. 38. C. ſi aduerſ. vendit. & Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 305. cum ſeqq.* Cum itaque in controuerſiam veniat, non an iſta duo diſtingui queant, ſed vtrum hæc de alimentis futuris teſtamento relictis contra orationem D. Marci inita tranſactio, per iuramentum corroboretur: an vero ſolummodo iuramentum valeat, tranſactione illa interim irrita permanente: quam diſceptationem etiam tractauit Andr. Fachin. *lib. 3. contro-*

*uerſ.*

*uerſ iur. cap. 11.* ideo ſciendum, quod Fortun. Garc. *d. tract.*
34 *de vltim. fin. iur. num. 310.* in ea ſit ſententia, ſi † contractui à iure ciuili improbato iuramentum addatur, ſeruandam quidem iuriſiurandi religionem, contractum verò inutilem permanere, & nihil virium ex iureiurando acquirere. Quam theſin etſi generaliter veram putet Fortun. Garc. motus ea ratione, quod in quibuſdam text. illa firmitudo præcipuè de iuramento vtpote de ſuo ſubiecto, non autem de conuentione vel contractu legibus prohibito prædicetur, *vt in auth. ſacramenta puberum. in pr. C. ſi aduer. vendit. c. cum contingat. 28. ibi, ſeruare debent huiuſmodi iuramenta. extr. de iureiur.* tamen id non eſſe perpetuum, indubitato euincitur: *ex c. quamuis. 2. de pact. in 6. vbi expreſſe habetur: quamuis pactum patri factum à filia lex ciuilis improbet: ſi tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit: cum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Qui text. quanto eſt manifeſtior, tanto magis miror de Fortun. Garc. in ſuam ſententiam eum pertrahere conante: in quo cum duo ſint, quæ ipſius ſententiæ vehementer obſtant, nempe primo verba, *omnino ſeruari debebit,* & deinde, *firmatum:* operæ precium eſt, videre, quomodo ea declinet. Et quidem *num. 311.* putat illa verba, *omnino ſeruari debebit,* referri oportere non ad pactum, ſed ad iuramentum. Sane neſcio quid ſit vim inferre textui, ſi hoc non eſt: prouoco ad omnes eos, qui Grammaticen & præcipuè eam partem, quam ab ordinandis componendiſque orationis dictionibus, Syntaxin appellant, didicerunt: quorum neminem puto eſſe qui non videat, interpretationem Fortunij Garc. verba ita ordinantis, *iuramento ſeruari debebit,* apertè contra regulas Syntaxeos peccare: & aliam conſtructionem textum non admittere quàm hanc: *pactum omnino ſeruari debebit.* Neque iſtum errorem tegere poſſunt verba ſequentia, *cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum*, quaſi ea magis ad iuramentum congruant: quia contrarium verius eſt. Pacto namque, prout ex ſua natura nempe duorum pluriumúe in idem placitum conſenſu, *l. 1. ff. de pact.* conſideratur, melius quadrat, vt paciſcentes

ſcentes damnet vel alijs noceat, quam iuramento, de cuius natura eſt, inuocare DEVM teſtem rei à te geſtæ. *Cicer. 3.*
35 *offic.* Minus illum † iuuat dum *num. 312.* ſe macerat in torquendo uocabulo *firmatum*: namq; differentia gloſſæ *in l. id quod pauperibus. 24. C. de Epiſcop. & cleric.* interpretantis ratum de iure, firmum de facto, perpetuo vera non eſt: ſiquidem ratum etiam de facto creberrime vſurpatur. *l. hec ita 5. ff. de ſponſal. l. non tantum. 5. ff. rem ratam haberi. & alijs locis plurimis*: & econtra firmum, de iure. *l. conſulta. 23. ibi, firma nunc quoq; dicimus. & l. ſancimus. 27. in pr. C. de teſtam. cum ſimil.* ſic
36 ſtipulatio pœnalis & compromiſſum † quam longe à iuramento diſtent, inde ſaltem æſtimari poteſt, quod *in §. alteri. Inſtit. de inut. ſtipulat. cum concordant.* duæ ſint ſtipulationes plane diuerſæ etiam quoad rem promiſſam: ſiquidem aliud eſt principale debitum, aliud intereſſe. *§. non ſolum. Inſtit. de verb. oblig.* quemadmodum & in compromiſſo, parere arbitrio à pœnæ obligatione differt: at *in d. c. quamuis* non ſunt duo iuramenta, neque aliud promittitur pacto, & aliud iuramento aſſeritur: vnde ad præſens inſtitutum nihil faciunt.
37 Neque etiam † illa opinio confirmari poteſt, vt putat Fortun. Garc. *num. 310.* ex c. debitores. 6. ext. de iureiur. Si enim, cum vſuræ de iure diuino iuxta Canoniſtarum ſententiam ſint prohibitæ, & per conſequens pactum de Vſuris etiam ſit nullum & inutile: iuramentum autem ibi impleri debere diſponatur, ſi (inquam) quis conetur inde colligere, quod iuramentum validum ſit, pactum autem principale inualidum: huic reſpondeo diſtinguendo inter accipere, & inter promittere vel dare vſuras: cum enim hoc poſterius nuſquã in ſacris literis prohibitum inueniamus, nihil impedimento eſt, quin valeat pactũ eius, qui ad ſoluendas vſuras ſe obſtringit, licet alter contra ius & fas accipiat. *gl. vlt. d. c. debitores.* Hinc porro fit, vt qui vſuras mediante iuramento promiſit, eas à ſe ſolutas, ab accipiente repetere quidem poſſit, at non quod promiſſio vſurarũ iuramento vel corroborata vel non corroborata fuerit, ſed quia accipiens contra Canonicas ſanctiones turpiter accepit, *vt not. DD. in d. c. debitores.* Ex ratione

38 tionē † itaque *d.c.quamuis*.ita diſtinguendum eſt: aut pactum eſt contra ll. naturæ vel diuinas, idque iuramento non corroboratur: imò etiam ipſum iuramentum, quoad impletionem, ſecus quoad vltionem diuinam, eſt inutile & inefficax. *c. in malis. 5. c. vnusquisq;.8.vbi gl. verb. inhoneſtum. c. non peierabis. cum ſeqq. 22. quæſt. 4*. aut pactum factum eſt contra prohibitionem legis ciuilis, non principaliter ob publicum ſed ob priuatum commodum iurantis introductam: & hoc, firmatur iuramento *d. c. quamuis*. Cum igitur hæc oratio diui Marci, quemadmodum & SC. ſubſecutum neque legis diuinæ, neque naturalis, ſed iuris ſcripti Romani pars ſit: *§. Senatusconſultum. & §. ſed & quod Principi. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ac propterea ea tranſactio non vergat in ſalutis æternæ diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum: omnino communem opinionem vt veriorem tenendam arbitror. Et hæc de tertia iſta limitatione dixiſſe, ſufficiat. Pro

39 quarta † limitatione adduci poteſt id, quod ſcribit Alberic. de Roſat. *in l.pater Seuerinam.101.§.fin.num. vlt. ff. de condit. & demonſt.* quod is cui ſub conditione teſtamento alimenta relicta ſunt, conditioni etiam ſine prætoris authoritate non parendo, alimenta perdat. Quod vt verum arbitror: ita dubito an *per d. §.fin.* probari poſsit: primo quia ibi non deſinit legatum, ſed tantum onus vel grauamen eius, ipſo legato annuo interim ſaluo permanente: quam ob cauſſam cum legatarij conditio fiat melior, commodius poſſet textus *d.l. pater Seuerinam. 101. §. fin.* pro confirmatione primæ limitationis induci. Deinde quia ibi non legitur, quaſi legatarius conditioni parere noluerit, ſed per hæredem ſtat, quo minus legato adiecta conditio à legatario impleatur. Quæ ab hac limitatione quam longe remota ſint, quilibet videt. Igitur ego mallem hanc limitationem ſtabilire ex limit.2. ſuperius declarata. Teſtator enim dum alimenta relinquit Sempronio, ſub conditione, ſi cum hærede habitet, confert certe in ipſius liberam voluntatem, tam habitare cum hærede & accipere alimenta, quàm alibi commorari & commodo alimentorum carere, idque ex natura huius conditionis poteſta-

poteſtatiuæ. *l. vlt. C. de neceſſar. ſeru. hæred. inſtit. l. vnic. §. ſin autem aliquid. in pr. C. de caduc. tollend.* Cui deciſioni etſi vehemen-
40 ter † refragari videtur text. *d. l. cum hi. 8. §. 1. verſ. ſed etſi conditionis implendæ gratia. ff. de tranſact.* tamen facilis eſt reſponſio, quod ibi ſermo fiat de conditione impoſita hæredi alimentorum debitori, puta ſi hæres ſit ſub conditione alimentorũ dandorum inſtitutus. *gl. in d. §. 1. verb. ſunt.* nos vero in hac limitatione loquimur de eo caſu, quando conditio legatario alimenta ab hærede percipienti imponitur. Quæ duo cum longiſsime inuicem diſtent, ideo iſte text. nobis non obſtat. Cuius obiectionis occaſione obiter ſaltem placuit hoc admonere, *d. verſ. ſed etſi conditionis.* aliter quam ab Accurſ. & Bart. fit, eſſe interpretandum, nempe vt IC. velit, licet teſtator non ſpontanea voluntate, ſed conditionis dandorum Pamphilo alimentorum ab alio dudum defuncto teſtatore ſibi impoſitæ implendæ ergò, iſti Pamphilo alimenta iam teſtamento reliquerit, attamen adhuc non permiſſum eſſe tranſactionem inconſulto prætore. Quæ expoſitio non tantum magis conuenit textui: ſiquidem iuxta hunc intellectũ hic poſterior teſtator implet conditionem: ſed etiam ita ceſſat contrarietas *ex l. ſi quis ſub conditione. 8. ff. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* quam Accurſ. *d. l. cum hi. verb. idem dicendum.* & Bart. *num. 3.* perſentiſcunt. Sed ſiue hoc ſiue illo modo accipiatur, ſatis eſt eum non pugnare cum hac noſtra limit. Plus du-
41 bitationis apud me habet illa quæſtio, an † alimenta, ſub conditione, quæ non ex voluntate alimentarij, ſed ex fortunæ caſu pendet, legata, vel ante conditionis euentum tranſigendo vel poſt repudiando ſine prætoris auctoritate legatarius à ſe abdicare poſsit? eoque magis hæreo, cum ab alijs eam tactam non inueniam. Forte dicendum eſt, neutro caſu id licere. Videtur enim hoc probari poſſe ex Plot. *quem etiam ſupra hoc cap. num. 13. adduxi, in tract. de in lit. iur. §. 4. nu. 50. in fin.* Deinde mouet me ipſa oratio D. Marci, quæ cum velit, ne alimenta teſtamento relicta intercipiantur: & iſti caſus non reperiantur excepti: non immerito ſtandum arbitrarer regulæ in illa oratione fundatæ, per vulg. Præterea corro-

bito ſaluo, liberatur: cumque ita manifeſte appareat, vocabulum tranſactionis in oratione D. Marci, non in ſpecie, ſicut venditioni, remiſsioni pignoris, opponitur, ſed generaliter prout iſtas & alias conuentiones complectitur, accipi: hinc concludo, etiam pactum, quo alimenta debitori gratis & nihilo recepto remittuntur, ſine prætore ex mente & ſententia orationis D. Marci, ratum non eſſe. Imo ex eo quod nec pignus ſine prætoris cognitione remitti aut liberari poteſt, ita præterea pro communi opinione argumentor: Si ea fuit mens D. Marci, vt nec pignus in cauſſam alimentariam nexum, ſine cauſſæ cognitione liberari poſſet, multo minus voluit concedere, vt ipſum debitum principale alimentorum pacto aliquo gratuito remitteretur. Sed antecedens eſt verum. Ergo & conſequens. Copulatum probatur ex eo quia cui non licet quod minus eſt, multo minus licebit quod eſt maius. *l. ſi cui. 5. in fin. ff. de ſeru. export l. moris. 9. in pr. verſ. ſi tamen apud legatum. ff. de pœn.* pignus autem remittere minus eſſe inde conſtat, quia eo liberato principale debitum alimentorum nihilominus adhuc eſſet ſaluum & integrum *l. poſtquam. 3. ff. de pact.* Denique poteſt etiam bonum argumentum duci à cauſſa finali iſtius orationis *in d. l. cum hi. 8. §. quid ergo. verſ. noluit oratio alimenta per tranſactionem intercipi.* His omnibus addo rationem, qua vtitur Godeſc. de VVildeshuſen ordinis prædicatorum, qui vixit anno Chriſti 1292. is *in ſumma ſua. §. Alimenta. cap. 2. in fin.* eandem opinionem confirmat. *arg. l. præſes. 12. C. de tranſact.* vbi cum facilius tranſactio quàm pactio permittatur: tranſactio autem de alimentis legatis non niſi prætore auctore admittatur, efficitur pactionem de legatis alimentis ſine prætore initam multo minus ſubſiſtere. Ex quibus etſi non tantum communis opinio confirmatur, ſed etiam ad argumenta, quæ à contrariæ ſententiæ defenſoribus afferuntur, reſponſiones ſumi poſſunt: tamen in gratiam ſtudioſorum breuiter ea argumenta adducam, iiſque annitar reſpondere. Et qui-
50 dem † alimenta futura teſtamento relicta per pactum gratuitum nihilo accepto, ſine prætoris auctoritate factum valide

lide & iure remitti, cenſuerunt ex veteribus *Iacob. de Ra. vt tradit Alber. de Roſat. l. de his. 6. num. 4. & d. l. cum hi. 8. in pr. nu. 2. ff. de tranſact. & Fulgoſ. in d. l. de his. 6. num. 5. & 6. & d. l. cum hi. 8. in pr. num. 4.* ex recentioribus *Franc. Connan. lib. 5. Comment. cap. 7. num. vlt. in fin. & Hug. Donell. in l. de alimentis. 8. num.*
51 *8. cum ſeqq. C. de tranſact.* Primum † itaque argumentum quo vtuntur *præcipuè Alberic. in d. l. de his. 6. & Fulgoſ.* eſt tale: Oratio D. Marci loquitur de tranſactione. Ergo non eſt extendenda ad pactum. Rationem conſequentiæ addunt, quia tranſactio & pactum differunt, quod patet ex titulorum diuerſitate in ff. & C. Reſpondeo primò, tranſactio in ratione conſequentiæ accipitur ſtricte & in ſpecie, quo ſignificatu opponitur pacto: ſed in antecedente accipitur in genere, *quemadmodum ex d. l. cum hi. 8. §. ſi vni. paulo ante probauimus.* & ita argumentum confectum eſt ex quatuor terminis, ac proinde non cohæret. Deinde poſito, (abſque veritatis tamen præiudicio) probari poſſe, orationem D. Marci de tranſactione non tam late, ſed ſpecialiter accepta, quæ pacto, venditioni & alijs conuentionibus opponitur, loqui: tum prætereà reſpondeo eſſe fallaciam à dicto ſecundum quid: nondum enim ſimpliciter & abſolute ſequeretur, quod ipſi volunt, iſtam prohibitionem de tranſactione loquentem, omnino non eſſe extendendam ad pactum, ſed ſaltem hoc inde efficeretur, iſtam extenſionem non fieri vi verbi, tranſactionis. Interim manet firmum, ex mente & ratione hoc fieri
52 poſſe, *per l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. cum ſimil.* Alterum † argumentum, quod, quia eo omnes vtuntur, videtur eſſe præcipuum, tale eſt: In pacto gratuito ceſſat ratio, ob quam oratio D. Marci eſt introducta: Ergo in pacto gratuito locum ſibi non vendicat iſta oratio. Antecedens probant *ex d. l. cum hi. 8. in pr.* vbi dicitur, D. Marcum ideo orationem illam recitaſſe, quod alioqui contenti modico præſenti, &c. ſed in pacto gratuito nihil datur, alias non eſſet gratuitum. Ratio conſequentiæ nititur illo vulgari axiomate, ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex. Reſpondeo per diſtinctionem inter cauſam legis impulſiuam & inter cauſſam finalem: nam vt concedo

cedo

tedo ceſſante cauſſa finali legis, ipſam legem ceſſare: ita nego idem eſſe in cauſſa impulſiua: *idq́ manifeſte probatur in l. 1. § ſexum. ff. de poſtul. vbi licet improbitas C. Afraniæ occaſionem dederit edicto ne liceret mulieribus poſtulari: non tamen ceſſat in mulieribus verecundis, quaſi his licitum ſit poſtulare: cui declarationi bene ſuffragatur §. 1. Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. in quo cum recenſeantur cauſſæ quibus Auguſtus ad ius de fideicommiſſis conſtituendum fuerit motus, vt quod hæredes nonnunquam per ſalutem Principis eſſent rogati, &c. nemo profecto dixerit, ius fideicommiſſi ceſſare, ceſſante illa per Principis ſalutem rogatione. plura ſumere licet ex Nicol. Euerh in Topic. loc. 80. A ceſſat. ration. num. 4.* Quod autem *d. l. cum hi. 8. in pr.* non cauſſam finalem, ſed impulſiuam contineat, ipſa verba manifeſte indicant: ſiquidem narrat quid ab aliquibus factum fuerit, & qua occaſione impulſus M. Antoninus Philoſophus iſtam orationem in ſenatu recitarit. Cum igitur antecedens de cauſſa impulſiua: ratio autem conſequentiæ de cauſſa finali loquatur, rurſum hoc argumentum, vtpote ex quatuor terminis confectum, non cohærere quilibet animaduertit.

53 Neque quicquam † ad rem pertinet, quod iactitant, idem factum eſſe in Senatus conſulto Velleiano: præſupponunt enim quaſi Senatus Romanus eò reſpexerit, vt ne fœminæ lædantur, ſicut non obſcure ex Hugone Donell. *d. l. de alim. 8. nu. 10.* perſpicitur. De omni autem læſione à fœminis auertenda, Senatui in mentem non veniſſe, ſed ſolummodo vt interceſsiones vel obligationes viribus carerent ex tit. ff. & C. ad SC. Velleia. tam certum eſt, vt probatione non ſit opus. Cum itaque SC. non in genere de omni læſione mulierum, ſed tantum in ſpecie de obligationibus alieno nomine ſuſceptis agat, & ſolutione vel numeratione, obligationes non inducantur: *§. is quoq. in fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. obl.* ſed quæ antea inductæ ſunt perimantur: *§. 1. Inſtit. quibus mod. toll. obl.* ideo SC. iſtud ſaluis verbis & ſententia ad numerationem porrigi non potuit: atque ita ſi Dialecticorum more reſpondendum eſſet, dicerem, eſſe fallaciam ſecundum non cauſſam vt cauſſam: nam mulier numerans, auxilio SC. Velleiani deſtituitur, non quia plus vel minus læditur, ſed quia Senatus

tantum proſpexit, ne fœminæ aliorum obligationes in ſe deriuarent: numerando autem obligatio diſſoluitur non con-
54 trahitur. Poſtea Connanus videtur etiam ita † velle argumentari: Cuique liberum eſt omnia quæ habet diſsipare, donare, aut alea ludere, denique egere. Ergo licitum etiam eſt legatario de non petendis alimentis paciſci. Cuius conſecutionis ratio quia conſiſtit in vulgato illo axiomate, quemlibet eſſe rei ſuæ moderatorem & arbitrum, ideo reſpondendum eſt, illud non ſimpliciter ſed ſecundum quid verum eſſe: non enim procedit, quando per leges libera diſpoſitio vel dilapidatio cohibetur, *vt probatur ex definitione dominij, quam tradit Bart. in l. ſi quis vi. 17. §. differentia. num. 4. ff. de acquir. poſſ. & probat Schneid. §. ſingulorum. num. 2. & ſeqq. Inſtit. de rer. diuiſ. & multi alij DD.* ſiue ea prohibitio ſit ſpecialis, vt fit in rebus minorum, & multis alijs caſibus: ſiue generalis, vt quando aut Reipub. aut tertij alicuius interſit, ne res noſtras diſsipemus. *bonus text. in §. vlt. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in l. cætera. 41. ff. de legat 1. Ioan. Hannib. l. nemo poteſt. 55. num. 182. ff. eod.* Quia itaque alimenta legata per tranſactionem vel donationem aut alios modos alienare, partim ſpecialiter prohibitum eſt per D. Marcum, partim per generalem prohibitionem id non licet, cum, vt teſtamenta exitum inueniant, publicè interſit: *l. vel negare. 5. teſtam. quemadm. aper.* ideo iſtud axioma recte & ordine huc accommodari non poteſt.
55 Quod præterea Connanus argumentum † ab abſurdo ita ducit, ſi neque ius neque fas eſſet de alimentis ſine prætore paciſci, tum non liceret legatum ſine prætore repudiare: quia ea de re *ſ. hoc noſtro cap. num. 41.* dixi, ideo nolo score ociose
56 hic repetere. Paciſcendi libera † facultas, quam Donell. *in d. l. de alimentis. num. 12.* vrget, communem opinionem non infirmat: quia illam libertatem non obſtare, quin iure ciuili certis caſibus infringi poſsit, documento eſt tranſactio: quæ licet æque ac pactum, ſit iuris gentium, *l. iuris gentium. 7. in pr. ff. de pact.* & propterea vnicuique permiſſa: *D. VVeſenb. præceptor & ſocer meus honorandus ad tit. ff. de tranſact. num. 4.* tamen de alimentis legatis per orationem D. Marci non licere

tranſigere

57 tranſigere in confeſſo eſt. Quæ † denique Donell. *ſub.nu.13.14. & 15.* affert haberent ſane aliquid momenti, ſi iſtam prohibitionem à Diuo Marco tantum alimentorum fauore introductam eſſe diceremus: quia verò *ſ. hoc cap. num.4. & 7.* oſtenſum eſt, tam alimentorum quàm vltimarum voluntatum fauore factam eſſe: ideo communi opinioni negocium non faciunt.

58 Reſtat nunc vt etiam dicam, an † de alimentis liceat compromittere. Hanc quæſtionem mouet tam Albert. Galeottus *in ſua Margarit. cap.12.num.6.* quàm Specul. *tit.qui filij ſint legit. num. 27. in fin.* quorum ille ſententiam affirmatiuam amplectitur, propterea quod de alimentis compromittere non reperiatur prohibitum. *l. nec non.28.§. 2. ff. ex quib. cauſſ. maior.* hic verò nihil decidit, ſed ſolummodo lectorem remittit *ad tit. de arbitr.& arbitrat.§.reſtat.num.3.* quem locum ſi quis inſpiciat, illi vſuuenit, quod Demiphoni Terentiano, vt incertior ſit multo quam dudum: quia pro affirmatiua & negatiua opinione quædam fundamenta adducit quidem, ſed non apparet quam partem ipſe veriorem arbitretur, *quemadmodum apoſtill. ibi agnoſcit.* vnde fit, vt ab Alberico & Iaſ. tam pro affirmatiua ſententia adducatur, *in l. de alimentis.8.num.2. C. de tranſact.* quàm pro negatiua *in d. l. cum hi. 8. in pr. Alberic. num.4. Iaſ.num.1. ff. de tranſact.* Tollendæ itaque dubitationis cauſſa, diſtinguenda ſunt alimenta per teſtamentum vel quam aliam vltimam voluntatem conſtituta, ab alijs ex contractu vel alio modo debitis: in his vt regulariter tranſigere licet, ita & compromittere. In illis ſubdiſtinguitur, vt de præteritis liceat compromittere, de futuris vero non itē. *quam ſententiam negatiuam tenent Alber. de Roſat. in d. l. cum hi. 8. in pr. num.4. Iaſ.num.4. Gul. de Tulalt. in l. ſocietatem.§.arbitrorum.num.65. ff. pro ſocio. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de arbitr.& compromiſſ.q.23. Io.de Roias in Epitom.omn. ſucceſſ.cap. 21.num.68. Dominus praeceptor & ſocer meus ad tit.C.de recept. arbitr.num.8.in fin. Cordub. de Lar. in d.l. ſi quis à liberis. §.parens.num.50. 51. ff. de*

59 *liber. agnoſc.* Rationem † DD. tradunt hanc, qua non licet tranſigere: compromiſſum autem eſt quædam tranſactio.

*l. Pomponius.13.§.recepiſſe.ff. de recept. qui arbitr. recep. gl.in §. 1. verb.conuentum in Authent. vt different. iudic. collat.9. Bart. l.1.§. aduocatos.num. vlt.ff.de var. & extraord.cognition.Cordub. de Lar. d. §.parens. num. 50.* Quæ ratio quia mihi non videtur omni dubio carere, ideo magis mihi placet hæc: cum prætori vel præſidi prouinciæ vel iudici ordinario huius tranſactionis cognitio in ſpecie ſit commendata,& propterea delegari nequeat: *d. l. cum hi. 8.§. ſed nec mandare. ff. de tranſact.*ſequitur vt multo minus in arbitrum ea poteſtas priuatorum voluntate queat transferri, *per not. Bart. in l.prætor. 4.ff. de tut. & curat. dat. ab his. Alciat. d. l. de alimentis.8.nu. 7.* quam rationem procul dubio intelligit Gul.de Tulalt. *in d.nu.65.*vbi ſcribit compromitti de alimentis teſtamento relictis ideo non poſſe, quod iſta cognitio ſpectet ad maiores iudices. Cum igitur non quidem verbis, ſed,quod perinde eſt, *l. nominis. 6. §. verbum.ff. de verb. ſignific.* ſententia & ratione legis, de alimentis compromittere ſit prohibitum: apparet, negandam eſſe rationem Galeotti. *d. c.12.num.6.* Limitatur autem huius quæ-
60 ſtionis deciſio primò † vt vera ſit in arbitratore, non autem in arbitro,& in hunc compromitti poſſe: *cuius reſtrictionis auctorem eſſe Hubertum de Bobio refert Alberic. de Roſat. in d. l. de alimentis. eamq́ amplectitur Bapt. de S. Blaſ. d. quæſt. 23. in fin. & Iaſ. d. l. de alimentis.num.2. Blanc.de compromiſſ.quæſt. 4.num. 19.* differentiæ ratione hac addita: quia arbitria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Sed haud ſcio an hæc limitatio vera ſit: vt enim dubitem, mouet me primò Curtius ſen. *in d. l. de alimentis. 8. num.11. C.de tranſact.per rationes ibi ab eo adductas.* deinde,quod arbitrium non minus quam arbitramentum ſit contractus quædam ſpecies.*l.Pomponius.13.§.recepiſſe.ff.de recept.qui arbitr. recep. Bart.l.1.§. aduocatos. num.5.ff.de var.& extraord.cognit.*Tertiò quod *d. l.1.ff. de recept. qui arbitr.recep.* nihil huc faciat: ſimilitudo enim illa, quam arbitria cum iudicijs habent,conſiſtit tantum in forma vel modo procedendi, vt nempe coram ijs, non aliter quam coram iudice,libellus ſit offerendus, lis conteſtanda, teſtes producendi, &c. *§. omnium. in pr. Inſtit.*

*Inſtit. de action. Accurſ. & Odofred. in d.l.1. Bald. l.1. num.8. C.eod.* non autem in poteſtate illa Senatuſconſulto introducta, de qua hic quærimus: quandoquidem ne quidem iuriſdictionem arbitri nanciſcuntur. *l.priuatorum.3. C.de iuriſdict. omn. iudic. Bald. d.l.1. num. 9. C. de arbitr.* Cæterum ſi ex ſtatutorum diſpoſitione compromiſſa fiant, tum forte poſſet hæc limitatio admitti. *per rationem quam habet Blanc. d. q. 4 num.19. in fin.*

61 Præterea † limitatur negatiua noſtra ſententia, vt non procedat, quando compromiſſum factum eſt auctoritate & conſenſu iudicis: *tale enim compromiſſum valere tradit Io. de Roias in d.epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. nu. 69.* Sed cum Doctoribus non aliter credatur, quam ſi ea quæ aſſerunt aut ll. aut rationibus probent. *§. 1. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat.3. & c. nolite.86. verſ. probatam in ſcripturis. & ibi Archidiac. 11.quæſt.3.* Io. de Roias autem *in d.num.69.* nihil omnino pro confirmatione ſuæ limitationis in medium proferat: fit vt de eius veritate nonnihil dubitem: imo vt falſam arbitrer, ſuadet *d. §. ſed nec mandare.* Si enim expreſſus iudicis iuſſus vel delegatio non poteſt hanc cognitionem ad alium transferre, multo minus poterit eius confirmatio vel nudus aſſenſus. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Ratio conſequentiæ in copulato eſt, quia delegantis ea eſt mens & propoſitum, quod velit ſuam poteſtatem alteri communicare: *l. legati.13. ff. de offic. proconſ. l. 1. ff. de offic. eius cui mand.* confirmans vero cenſetur tantum velle actum, vt eſt geſtus conſeruare. *text. l. ſi donatæ res. 36. §. ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor.* deinde probatur, quia etiamſi in confirmatione vel conſenſu addita eſſet clauſula. *ſupplentes defectum, &c.* tamen quia compromiſsi vitium oritur ex inhabilitate compromittentium, iſta clauſula nihil operaretur. *Panorm. in c. 1. num. 5. extr. de tranſact. Ruin. conſil. 107. incip. Viſo proceſſu. num.9. vol.5. qua de re plura dicam DEO volente in tract. de Ratihabition.* Aſſumtum probatur *ex d. l.cum hi.8. §. ſed nec mandare.* Et contra hanc ſecundã limit. expreſſe tenet apoſtill. ad Speculat. *in d.tit. de arbitr. & arbitrat. §. reſtat.*

62 *num. 3.* Tertiò limitatur vt † non procedat in compromiſſo iurato, *ita expreſſe ſentit Alciat. in conſil. 50. incip. Dubiis de quibus. num.*

prohibitione & propterea non poſsit iureiurando confirmari *per l. non dubium. 5. C. de ll. quem text. contra communem opinionem allegat etiam Carol. Molin. in addit. vlt. ad Phil. Dec. in d. l. de alimentis. 8.* Reſpondetur igitur *d. l. non dubium.* nimis craſſe & ſine omni diſtinctione non eſſe intelligendam: nam etiam iure ciuili contractus, ſi per ſe conſiderentur, inutiles & nullos, iuramento corroborari poſſe, oſtendit *auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vend.* Igitur *d. l. non dubium.* procedit, quando contractus eſſet nullus propter aliquam turpitudinem, aut malos mores, adeo vt iuramentum obſeruare turpe eſſet. *Alex. in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. num. 55. ff. de verb. oblig. (vbi tamen corrupte allegat Angelum, ſiquidem ſub num. 54. dicit eſſe conſil. 82. ſed ſub num. 55. dicit eſſe conſil. 92. tamen in meo Angel. neutrum eſt.) ſequitur Dec. d. conſil. 345 incip. Viſis his quæ ſupra.* & adhuc clarius reſpondet Baldus *in l. pactum dotali. 3. quæſt. 19. num. 14. C. de collat.* diſtinguendo inter ius ciuile & Canonicum, ita vt contra ll. ciuilium prohibitionem, iuramentum nihil operetur iure ciuili, *per d. l. non dubium C. de ll.* ſecus iure Canonico: *quam Baldi diſtinctionem ſequitur Iaſ. in l. is cui bonis. 6. num. 19. ff. de verb. obligat. Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 16. ff. eod. Schneid. §. aliæ. nu. 87. Inſtit. de donat.* vel etiam poteſt dici *d. l. non dubium.* loqui de prohibitione legis principaliter in fauorem Reipubl. inducta. *Couarr. in c. quamuis. part. 2. §. 1. num. 1. in fin. de pact. in 6.* cumque orationis D. Marci prohibitio in fauorem Reipubl. principaliter non ſit facta: ſequitur vt nec *d. l. non dubium.* huc trahenda
30 ſit. Idem reſpondemus † Anchar. Bonon. *d. conſil. 375.* putanti iniquitatem huic tranſactioni ſubeſſe, cum ſit facta contra orationem D. Marci: & proinde eam non poſſe corroborari iuramento. Primò enim nego quicquam iniquitatis huic tranſactioni ſubeſſe, cum nec bonos mores ciuiles, ſi *d. l. non dubium.* ex Couarr. mente interpretemur, nec naturales lædat: ſiquidem lege naturæ nullibi prohibitum reperitur de alimentis teſtamento relictis tranſigere. *Gul. Mayner in l. quandiu. 89. num. 119. & ſeqq. ff. de Reg. iur.* Quod idem Anchar. *in cap. acceſſorium. num. 6. in fin. de reg. iur. in 6.* ſibi ipſi in

hoc

hoc contrarius confirmat: intrepide aſſerens hanc tranſactionem *contra d. l. cum hi.* non eſſe contra bonos mores. Deinde poſito, ſed non conceſſo, huic tranſactioni propterea aliquid iniquitatis ineſſe, quod ſit facta contra legis prohibitionem: tamen iudicando & conſulendo illationem de iuramento non receptum iri arbitror: quia iuramentum quod non continet turpitudinem aliquam contra legem naturæ aut diuina præcepta, & ita impleri poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſeruandum eſſe, iure Canonico cautum reperitur. *d. c. cum contingat.* Quod ius, vbi de peccato agitur, etiam in foro ciuili, poſthabito iure Cæſareo, obſeruandum eſt. *Panorm. in c. clerici. 8. num. 2. ext. de iudic. gl. cap. 1. verb. adiuuantur. & ibi Panorm. num. 5. extr. de noui oper. nunc. gl §. hactenus. verb. generata. Inſtit. de gradib. cognat. facit Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 300.* Denique Baldus *in d. l. pactum dotali. nu.*
81 *17. C. de collat.* vtitur hoc fundamento: † Iuramentum quod non habet tres comites veritatem, iudicium & iuſticiam, non eſt validum *c. animaduertendum. 22. q. 2. c. etſi. 26. extr. de iureiur.* Sed iuramentum tranſactioni alimentorum additum non habet iſtos tres comites. Ergo, &c. Minorem probari ait, quia iudicium vel diſcretionem abeſſe inde colligi, quod ita iurans in opprobrium & (vt ipſius verbo vtar) exterminium famis incidat. Reſpondeo igitur negando minorem: nec enim iſta probatio admittenda eſt: iurans poteſt poſt iuramentum in magnas aduerſitates incidere, Ergo iuramento iudicium non adfuit. Quia iudicium quod in iuramento requiritur, non conſideratur ex caſibus, qui poſtea euenire poſſunt aut non: ſed ex diſcretione animi, vtrum rem eam ſatis intelligat, & ponderarit, ne forſitan dum de fundo Tuſculano agitur, iurans de fundo Cornelio intelligat. *gl. d. c. etſi. 26. verb. & iudicio. ext. de iureiur. Domin. Soto de iuſt. & iur. lib. 8. q. 1. art. 3. D. VVeſenb. præceptor & ſocer meus honorandus in l. pacta. 6. num. 6. C. de pact.* Etenim ſi hoc iudicium ex caſibus penderet, ſequeretur ab omnium hominum iuramentis iudicium abeſſe: cum omnes homines cuiuſcunq; conditionis & dignitatis ſint, varios fortunæ caſus experiantur.

antur. *l. vlt. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Deinde dici poteſt, quod in iſta probatione committatur fallacia cauſſæ: ſi enim iurans in extremam incideret paupertatem, non principaliter hoc fieret ob iuramentum, ſed ex eo quia dilapidaſſet id, quod ex tranſactione accepiſſet, vel ex alijs quam-
32 plurimis caſibus *d. l. vlt.* Quæ autem † contra communem nouiſsime Cordub. de Lara *in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. 116. & ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* attulit, ea certe tanti non ſunt, vt aliquem vel tantillum mouere poſsint aut debeant: imò mirari ſatis non poſſum, qua ratione factum fuerit, vt Corraſium, Innocent. Panormit. Imol. Bart. & Alciat. in hanc ſententiam adducat, quaſi illi ſcripſerint, tranſactionem de futuris alimentis factam, quamuis iurata ſit, non valere: cum Corraſ. Panorm. Imol. & Alciat: *in locis ſ. alleg.* expreſſe contrarium adſtruant: & apud Innoc. *in d. c. cum contingat.* ne ſyllabam de hac noſtra quæſt. inueniamus, vt & apud Barbat. (hunc enim per Bart. intelligendum eſſe arbitror) cuius etiam non magna eſt auctoritas. *Menoch. conſil. 37. num. 176: con-*
33 *ſil. 84. nu. 66.* Illud † forte nonnullis aliquem colorem habere videbitur, dum *ſub num. 117.* diſtinguit inter rem iuratam & fidem iurantis, vel quod ad idem recidit, *ſub num. 118.* inter ipſam pactionem, & fidem contrahentis. Quæ quemadmodum nonnullis caſibus diſtinguenda ſunt, ita ad euertendam communem opinionem in noſtra præſente diſputatione, apte accommodari poſſe nego. Etenim iuramentum, à contractu ſuper quo iuratur, diſtinguendum eſſe, vt acceſſorium à principali, nemo non videt: *de qua diſtinctione videndus eſt Chriſtoph. Port. in §. extraneis num. 14. Inſtit. de hæred. qual. & differ. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum. num. 38. C. ſi aduerſ. vendit. & Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 305. cum ſeqq.* Cum itaque in controuerſiam veniat, non an iſta duo diſtingui queant, ſed vtrum hæc de alimentis futuris teſtamento relictis contra orationem D. Marci inita tranſactio, per iuramentum corroboretur: an vero ſolummodo iuramentum valeat, tranſactione illa interim irrita permanente: quam diſceptationem etiam tractauit Andr. Fachin. *lib. 3. contro-*

*uerſ.*

*uerſ iur. cap. 11.* ideo ſciendum, quod Fortun. Garc. *d. tract.*
34 *de vltim. fin. iur. num. 310.* in ea ſit ſententia, ſi † contractui à iure ciuili improbato iuramentum addatur, ſeruandam quidem iuriſiurandi religionem, contractum verò inutilem permanere, & nihil virium ex iureiurando acquirere. Quam theſin etſi generaliter veram putet Fortun. Garc. motus ea ratione, quod in quibuſdam text. illa firmitudo præcipuè de iuramento vtpote de ſuo ſubiecto, non autem de conuentione vel contractu legibus prohibito prædicetur, *vt in auth. ſacramenta puberum. in pr. C. ſi aduer. vendit. c. cum contingat. 28. ibi, ſeruare debent huiuſmodi iuramenta. extr. de iureiur.* tamen id non eſſe perpetuum, indubitato euincitur: *ex c. quamuis. 2. de pact. in 6. vbi expreſſe habetur: quamuis pactum patri factum à filia lex ciuilis improbet: ſi tamen iuramento non vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit: cum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Qui text. quanto eſt manifeſtior, tanto magis miror de Fortun. Garc. in ſuam ſententiam eum pertrahere conante: in quo cum duo ſint, quæ ipſius ſententiæ vehementer obſtant, nempe primo verba, *omnino ſeruari debebit,* & deinde, *firmatum:* operæ precium eſt, videre, quomodo ea declinet. Et quidem *num. 311.* putat illa verba, *omnino ſeruari debebit,* referri oportere non ad pactum, ſed ad iuramentum. Sane neſcio quid ſit vim inferre textui, ſi hoc non eſt: prouoco ad omnes eos, qui Grammaticen & præcipuè eam partem, quam ab ordinandis componendisque orationis dictionibus, Syntaxin appellant, didicerunt: quorum neminem puto eſſe qui non videat, interpretationem Fortunij Garc. verba ita ordinantis, *iuramento ſeruari debebit,* apertè contra regulas Syntaxeos peccare: & aliam conſtructionem textum non admittere quàm hanc: *pactum omnino ſeruari debebit.* Neque iſtum errorem tegere poſſunt verba ſequentia, *cùm non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum,* quaſi ea magis ad iuramentum congruant: quia contrarium verius eſt. Pacto namque, prout ex ſua natura nempe duorum pluriumúe in idem placitum conſenſu, *l. 1. ff. de pact.* conſideratur, melius quadrat, vt paci-

ſcentes

ſcentes damnet vel alijs noceat, quam iuramento, de cuius natura eſt, inuocare DEVM teſtem rei à te geſtæ. *Cicer. 3. offic.*
35 Minus illum † iuuat dum *num. 312.* ſe macerat in torquendo uocabulo *firmatum:* namq; differentia gloſſæ *in l. id quod pauperibus. 24. C. de Epiſcop. & cleric.* interpretantis ratum de iure, firmum de facto, perpetuo vera non eſt: ſiquidem ratum etiam de facto creberrime vſurpatur *l. hæc ita 5. ff. de ſponſal. l. non tantum. 5. ff. rem ratam haberi. & alijs locis plurimis:* & econtra firmum, de iure. *l. conſulta. 23 ibi, firma nunc quoq; dicimus. & l. ſancimus. 27. in pr. C. de teſtam. cum ſimil.* ſic
36 ſtipulatio pœnalis & compromiſſum † quam longe à iuramento diſtent, inde ſaltem æſtimari poteſt, quod *in §. alteri. Inſtit. de inut. ſtipulat. cum concordant.* duæ ſint ſtipulationes plane diuerſæ etiam quoad rem promiſſam: ſiquidem aliud eſt principale debitum, aliud intereſſe. *§. non ſolum. Inſtit. de verb. oblig.* quemadmodum & in compromiſſo, parere arbitrio à pœnæ obligatione differt: at *in d. c. quamuis* non ſunt duo iuramenta, neque aliud promittitur pacto, & aliud iuramento aſſeritur: vnde ad præſens inſtitutum nihil faciunt.
37 Neque etiam † illa opinio confirmari poteſt, vt putat Fortun. Garc. *num. 310.* ex c. debitores. 6. ext. de iureiur. Si enim, cum vſuræ de iure diuino iuxta Canoniſtarum ſententiam ſint prohibitæ, & per conſequens pactum de Vſuris etiam ſit nullum & inutile: iuramentum autem ibi impleri debere diſponatur, ſi (inquam) quis conetur inde colligere, quod iuramentum validum ſit, pactum autem principale inualidum: huic reſpondeo diſtinguendo inter accipere, & inter promittere vel dare vſuras: cum enim hoc poſterius nuſquã in ſacris literis prohibitum inueniamus, nihil impedimento eſt, quin valeat pactũ eius, qui ad ſoluendas vſuras ſe obſtringit, licet alter contra ius & fas accipiat. *gl. vlt. d. c. debitores.* Hinc porro fit, vt qui vſuras mediante iuramento promiſit, eas à ſe ſolutas, ab accipiente repetere quidem poſsit, at non quod promiſsio vſurarũ iuramento vel corroborata vel non corroborata fuerit, ſed quia accipiens contra Canonicas ſanctiones turpiter accepit, *vt not. DD. in d. c. debitores.* Ex ratione

38 tione † itaque *d.c.quamuis.* ita diſtinguendum eſt: aut pactum eſt contra ll. naturæ vel diuinas, idque iuramento non corroboratur: imò etiam ipſum iuramentum, quoad impletionem, ſecus quoad vltionem diuinam, eſt inutile & inefficax. *c. in malis. 5. c. vnusquisq;.8.vbi gl. verb. inhoneſtum. c. non peierabis. cum ſeqq. 22. quaſt. 4.* aut pactum factum eſt contra prohibitionem legis ciuilis, non principaliter ob publicum ſed ob priuatum commodum iurantis introductam: & hoc, firmatur iuramento *d. c. quamuis.* Cum igitur hæc oratio diui Marci, quemadmodum & SC. ſubſecutum neque legis diuinæ, neque naturalis, ſed iuris ſcripti Romani pars ſit: *§. Senatuſconſultum. & §. ſed & quod Principi. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ac propterea ea tranſactio non vergat in ſalutis æternæ diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum: omnino communem opinionem vt veriorem tenendam arbitror. Et hæc de tertia iſta limitatione dixiſſe, ſufficiat. Pro
39 quarta † limitatione adduci poteſt id, quod ſcribit Alberic. de Roſat. *in l.pater Seuerinam.101.§.fin.num. vlt. ff. de condit. & demonſt.* quod is cui ſub conditione teſtamento alimenta relicta ſunt, conditioni etiam ſine prætoris authoritate non parendo, alimenta perdat. Quod vt verum arbitror: ita dubito an *per d. §.fin.* probari poſsit: primo quia ibi non deſinit legatum, ſed tantum onus vel grauamen eius, ipſo legato annuo interim ſaluo permanente: quam ob cauſſam cum legatarij conditio fiat melior, commodius poſſet textus *d. l. pater Seuerinam. 101. §. fin.* pro confirmatione primæ limitationis induci. Deinde quia ibi non legitur, quaſi legatarius conditioni parere noluerit, ſed per hæredem ſtat, quo minus legato adiecta conditio à legatario impleatur. Quæ ab hac limitatione quam longe remota ſint, quilibet videt. Igitur ego mallem hanc limitationem ſtabilire ex limit. 2. ſuperius declarata. Teſtator enim dum alimenta relinquit Sempronio, ſub conditione, ſi cum hærede habitet, confert certe in ipſius liberam voluntatem, tam habitare cum hærede & accipere alimenta, quàm alibi commorari & commodo alimentorum carere, idque ex natura huius conditionis

poteſta-

bito ſaluo, liberatur: cumque ita manifeſte appareat, vocabulum tranſactionis in oratione D. Marci, non in ſpecie, ſicut venditioni, remiſsioni pignoris, opponitur, ſed generaliter prout iſtas & alias conuentiones complectitur, accipi: hinc concludo, etiam pactum, quo alimenta debitori gratis & nihilo recepto remittuntur, ſine prætore ex mente & ſententia orationis D. Marci, ratum non eſſe. Imo ex eo quod nec pignus ſine prætoris cognitione remitti aut liberari poteſt, ita præterea pro communi opinione argumentor: Si ea fuit mens D. Marci, vt nec pignus in cauſſam alimentariam nexum, ſine cauſſæ cognitione liberari poſſet, multo minus voluit concedere, vt ipſum debitum principale alimentorum pacto aliquo gratuito remitteretur. Sed antecedens eſt verum. Ergo & conſequens. Copulatum probatur ex eo quia cui non licet quod minus eſt, multo minus licebit quod eſt maius. *l. ſi cui. 5. in fin. ff. de ſeru. export l. moris. 9. in pr. verſ. ſi tamen apud legatum. ff. de pœn.* pignus autem remittere minus eſſe inde conſtat, quia eo liberato principale debitum alimentorum nihilominus adhuc eſſet ſaluum & integrum *l. poſtquam. 3. ff. de pact.* Denique poteſt etiam bonum argumentum duci à cauſſa finali iſtius orationis *in d. l. cum hi. 8. §. quid ergo. verſ. noluit oratio alimenta per tranſactionem intercipi.* His omnibus addo rationem, qua vtitur Godeſc. de VVildeshuſen ordinis prædicatorum, qui vixit anno Chriſti 1292. is *in ſumma ſua. §. Alimenta. cap. 2. in fin.* eandem opinionem confirmat. *arg. l. præſes. 12. C. de tranſact.* vbi cum facilius tranſactio quàm pactio permittatur: tranſactio autem de alimentis legatis non niſi prætore auctore admittatur, efficitur pactionem de legatis alimentis ſine prætore initam multo minus ſubſiſtere. Ex quibus etſi non tantum communis opinio confirmatur, ſed etiam ad argumenta, quæ à contrariæ ſententiæ defenſoribus afferuntur, reſponſiones ſumi poſſunt: tamen in gratiam ſtudioſorum breuiter ea argumenta adducam, iiſque annitar reſpondere. Et qui-
50 dem † alimenta futura teſtamento relicta per pactum gratuitum nihilo accepto, ſine prætoris auctoritate factum va-

lide & iure remitti, cenſuerunt ex veteribus *Iacob. de Ra. vt tradit Alber. de Roſat. l. de his. 6. num. 4. & d. l. cum hi. 8. in pr. nu. 2. ff. de tranſact. & Fulgoſ. in d. l. de his. 6. num. 5. & 6. & d. l. cum hi. 8. in pr. num. 4.* ex recentioribus *Franc. Connan. lib. 5. Comment. cap. 7. num. vlt. in fin. & Hug. Donell. in l. de alimentis. 8. num.*
51 *8. cum ſeqq. C. de tranſact.* Primum † itaque argumentum quo vtuntur *præcipuè Alberic. in d. l. de his. 6. & Fulgoſ.* eſt tale: Oratio D. Marci loquitur de tranſactione. Ergo non eſt extendenda ad pactum. Rationem conſequentiæ addunt, quia tranſactio & pactum differunt, quod patet ex titulorum diuerſitate in ff. & C. Reſpondeo primò, tranſactio in ratione conſequentiæ accipitur ſtricte & in ſpecie, quo ſignificatu opponitur pacto: ſed in antecedente accipitur in genere, *quemadmodum ex d. l. cum hi. 8. §. ſi vni. paulo ante probauimus.* & ita argumentum confectum eſt ex quatuor terminis, ac proinde non cohæret. Deinde poſito, (abſque veritatis tamen præiudicio) probari poſſe, orationem D. Marci de tranſactione non tam late, ſed ſpecialiter accepta, quæ pacto, venditioni & alijs conuentionibus opponitur, loqui: tum præterea reſpondeo eſſe fallaciam à dicto ſecundum quid: nondum enim ſimpliciter & abſolute ſequeretur, quod ipſi volunt, iſtam prohibitionem de tranſactione loquentem, omnino non eſſe extendendam ad pactum, ſed ſaltem hoc inde efficeretur, iſtam extenſionem non fieri vi verbi, tranſactionis. Interim manet firmum, ex mente & ratione hoc fieri
52 poſſe, *per l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. cum ſimil.* Alterum † argumentum, quod, quia eo omnes vtuntur, videtur eſſe præcipuum, tale eſt: In pacto gratuito ceſſat ratio, ob quam oratio D. Marci eſt introducta: Ergo in pacto gratuito locum ſibi non vendicat iſta oratio. Antecedens probant *ex d. l. cum hi. 8. in pr.* vbi dicitur, D. Marcum ideo orationem illam recitaſſe, quod alioqui contenti modico præſenti, &c. ſed in pacto gratuito nihil datur, alias non eſſet gratuitum. Ratio conſequentiæ nititur illo vulgari axiomate, ceſſante ratione legis, ceſſat ipſa lex. Reſpondeo per diſtinctionem inter cauſam legis impulſiuam & inter cauſſam finalem: nam vt concedo

cedo ceſſante cauſſa finali legis, ipſam legem ceſſare: ita nego idem eſſe in cauſſa impulſiua: *idq́ manifeſte probatur in l. 1. § ſexum ff. de poſtul. vbi licet improbitas C. Afraniæ occaſionem dederit edicto ne liceret mulieribus poſtulari: non tamen ceſſat in mulieribus verecundis, quaſi his licitum ſit poſtulare: cui declarationi bene ſuffragatur §. 1. Inſtit. de fideicommiſſ. hered. in quo cum recenſeantur cauſſæ quibus Auguſtus ad ius de fideicommiſſis conſtituendum fuerit motus, vt quod hæredes nonnunquam per ſalutem Principis eſſent rogati, &c. nemo profecto dixerit, ius fideicommiſſi ceſſare, ceſſante illa per Principis ſalutem rogatione. plura ſumere licet ex Nicol. Euerh in Topic. loc. 80. A ceſſat. ration. num. 4.* Quod autem *d. l. cum hi. 8. in pr.* non cauſſam finalem, ſed impulſiuam contineat, ipſa verba manifeſte indicant: ſiquidem narrat quid ab aliquibus factum fuerit, & qua occaſione impulſus M. Antoninus Philoſophus iſtam orationem in ſenatu recitarit. Cum igitur antecedens de cauſſa impulſiua: ratio autem conſequentiæ de cauſſa finali loquatur, rurſum hoc argumentum, vtpote ex quatuor terminis confectum, non cohærere quilibet animaduertit.

53 Neque quicquam † ad rem pertinet, quod iactitant, idem factum eſſe in Senatus conſulto Velleiano: præſupponunt enim quaſi Senatus Romanus eò reſpexerit, vt ne fœminæ lædantur, ſicut non obſcure ex Hugone Donell. *d. l. de alim. 8. nu. 10.* perſpicitur. De omni autem læſione à fœminis auertenda, Senatui in mentem non veniſſe, ſed ſolummodo vt interceſsiones vel obligationes viribus carerent ex tit. ff. & C. ad SC. Velleia. tam certum eſt, vt probatione non ſit opus. Cum itaque SC. non in genere de omni læſione mulierum, ſed tantum in ſpecie de obligationibus alieno nomine ſuſceptis agat, & ſolutione vel numeratione, obligationes non inducantur: *§. is quoq. in fin. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig.* ſed quæ antea inductæ ſunt perimantur: *§. 1. Inſtit. quibus mod. toll. obl.* ideo SC. iſtud ſaluis verbis & ſententia ad numerationem porrigi non potuit: atque ita ſi Dialecticorum more reſpondendum eſſet, dicerem, eſſe fallaciam ſecundum non cauſſam vt cauſſam: nam mulier numerans, auxilio SC. Velleiani deſtituitur, non quia plus vel minus læditur, ſed quia Senatus

 tantum

tantum proſpexit, ne fœminæ aliorum obligationes in ſe deriuarent: numerando autem obligatio diſſoluitur non contrahitur.
54 Poſtea Connanus videtur etiam ita † velle argumentari: Cuique liberum eſt omnia quæ habet diſsipare, donare, aut alea ludere, denique egere. Ergo licitum etiam eſt legatario de non petendis alimentis paciſci. Cuius conſecutionis ratio quia conſiſtit in vulgato illo axiomate, quemlibet eſſe rei ſuæ moderatorem & arbitrum, ideo reſpondendum eſt, illud non ſimpliciter ſed ſecundum quid verum eſſe: non enim procedit, quando per leges libera diſpoſitio vel dilapidatio cohibetur, *vt probatur ex definitione dominij, quam tradit Bart. in l. ſi quis vi. 17. §. differentia. num. 4. ff. de acquir. poſſ. & probat Schneid. § ſingulorum. num. 2. & ſeqq. Inſtit. de rer. diuiſ. & multi alij DD.* ſiue ea prohibitio ſit ſpecialis, vt fit in rebus minorum, & multis alijs caſibus: ſiue generalis, vt quando aut Reipub. aut tertij alicuius interſit, ne res noſtras diſsipemus. *bonus text. in §. vlt. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & in l. cætera. 41. ff. de legat 1. Ioan. Hannib. l. nemo poteſt. 55. num. 182. ff. eod.* Quia itaque alimenta legata per tranſactionem vel donationem aut alios modos alienare, partim ſpecialiter prohibitum eſt per D. Marcum, partim per generalem prohibitionem id non licet, cum, vt teſtamenta exitum inueniant, publicè interſit: *l. vel negare. 5. teſtam. quemadm. aper.* ideo iſtud axioma rectè & ordine huc accommodari non poteſt.
55 Quod præterea Connanus argumentum † ab abſurdo ita ducit, ſi neque ius neque fas eſſet de alimentis ſine prætore paciſci, tum non liceret legatum ſine prætore repudiare: quia ea de re ſ. *hoc noſtro cap. num. 41.* dixi, ideo nolo ocioſe
56 hic repetere. Paciſcendi libera † facultas, quam Donell. *in d. l. de alimentis. num. 12.* vrget, communem opinionem non infirmat: quia illam libertatem non obſtare, quin iure ciuili certis caſibus infringi poſsit, documento eſt tranſactio: quæ licet æque ac pactum, ſit iuris gentium, *l. iuris gentium. 7. in pr. ff. de pact.* & propterea vnicuique permiſſa: *D. VVeſenb. præceptor & ſocer meus honorandus ad tit. ff. de tranſact. num. 4.* tamen de alimentis legatis per orationem D. Marci non licere
tranſigere

57 tranſigere in confeſſo eſt. Quæ † denique Donell. *ſub. nu. 13. 14. & 15.* affert haberent ſane aliquid momenti, ſi iſtam prohibitionem à Diuo Marco tantum alimentorum fauore introductam eſſe diceremus: quia verò *ſ. hoc cap. num. 4. & 7.* oſtenſum eſt, tam alimentorum quàm vltimarum voluntatum fauore factam eſſe: ideo communi opinioni negocium non faciunt.

58 Reſtat nunc vt etiam dicam, an † de alimentis liceat compromittere. Hanc quæſtionem mouet tam Albert. Galeottus *in ſua Margarit. cap. 12 num. 6.* quàm Specul. *tit. qui filij ſint legit. num. 27. in fin.* quorum ille ſententiam affirmatiuam amplectitur, propterea quod de alimentis compromittere non reperiatur prohibitum. *l. nec non. 28. §. 2. ff. ex quib. cauſſ. maior.* hic verò nihil decidit, ſed ſolummodo lectorem remittit *ad tit. de arbitr. & arbitrat. §. reſtat. num. 3.* quem locum ſi quis inſpiciat, illi vſuuenit, quod Demiphoni Terentiano, vt incertior ſit multo quam dudum: quia pro affirmatiua & negatiua opinione quædam fundamenta adducit quidem, ſed non apparet quam partem ipſe veriorem arbitretur, *quemadmodum apoſtill. ibi agnoſcit.* vnde fit, vt ab Alberico & Iaſ. tam pro affirmatiua ſententia adducatur, *in l. de alimentis. 8. num. 2. C. de tranſact.* quàm pro negatiua *in d. l. cum hi. 8. in pr. Alberic. num. 4. Iaſ. num. 1. ff. de tranſact.* Tollendæ itaque dubitationis cauſſa, diſtinguenda ſunt alimenta per teſtamentum vel quam aliam vltimam voluntatem conſtituta, ab alijs ex contractu vel alio modo debitis: in his vt regulariter tranſigere licet, ita & compromittere. In illis ſubdiſtinguitur, vt de præteritis liceat compromittere, de futuris vero non itẽ. *quam ſententiam negatiuam tenent Alber. de Roſat. in d. l. cum hi. 8. in pr. num. 4. Iaſ. num. 4. Gul. de Tulals. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. num. 65. ff. pro ſocio. Bapt. de S. Blaſ. in tract. de arbitr. & compromiſſ. q. 23. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 68. Dominus praeceptor & ſocer meus ad tit. C. de recept. arbitr. num. 8. in fin. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. 50. 51. ff. de*
59 *liber. agnoſc.* Rationem † DD. tradunt hanc, qua non licet tranſigere: compromiſſum autem eſt quædam tranſactio.

*l. Pomponius.13.§.recepiſſe.ff. de recept. qui arbitr. recep. gl.in §. 1. verb.conuentum in Authent. vt different. iudic. collat.9. Bart. l.1.§. aduocatos.num. vlt.ff.de var. & extraord.cognition.Cordub. de Lar. d. §.parens. num. 50.* Quæ ratio quia mihi non videtur omni dubio carere, ideo magis mihi placet hæc: cum prætori vel præſidi prouinciæ vel iudici ordinario huius tranſactionis cognitio in ſpecie ſit commendata,& propterea delegari nequeat: *d. l. cum hi. 8.§. ſed nec mandare. ff. de tranſact.*ſequitur vt multo minus in arbitrum ea poteſtas priuatorum voluntate queat transferri, *per not. Bart. in l.prætor. 4.ff. de tut. & curat. dat. ab his. Alciat. d. l. de alimentis.8.nu.7.* quam rationem procul dubio intelligit Gul.de Tulalt. *in d.nu.65.*vbi ſcribit compromitti de alimentis teſtamento relictis ideo non poſſe, quod iſta cognitio ſpectet ad maiores iudices. Cum igitur non quidem verbis, ſed,quod perinde eſt, *l. nominis. 6. §. verbum.ff. de verb. ſignific.* ſententia & ratione legis, de alimentis compromittere ſit prohibitum; apparet, negandam eſſe rationem Galeotti. *d. c.12.num.6.* Limitatur autem huius quæ-
60 ſtionis deciſio primò † vt vera ſit in arbitratore, non autem in arbitro,& in hunc compromitti poſſe: *cuius reſtrictionis auctorem eſſe Hubertum de Bobio refert Alberic. de Roſat. in d. l. de alimentis. eamq́ amplectitur Bapt. de S. Blaſ. d. quæſt. 23. in fin. & Iaſ. d. l. de alimentis.num.2. Blanc.de compromiſſ.quæſt. 4.num.19.* differentiæ ratione hac addita: quia arbitria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Sed haud ſcio an hæc limitatio vera ſit: vt enim dubitem, mouet me primò Curtius ſen. *in d. l. de alimentis. 8. num.11. C.de tranſact. per rationes ibi ab eo adductas.* deinde,quod arbitrium non minus quam arbitramentum ſit contractus quædam ſpecies.*l.Pomponius.13.§.recepiſſe.ff.de recept.qui arbitr. recep. Bart.l.1.§. aduocatos. num.5.ff.de var.& extraord.cognit.*Tertiò quod *d. l.1. ff. de recept. qui arbitr.recep.* nihil huc faciat: ſimilitudo enim illa, quam arbitria cum iudicijs habent,conſiſtit tantum in forma vel modo procedendi, vt nempe coram ijs, non aliter quam coram iudice,libellus ſit offerendus, lis conteſtanda, teſtes producendi, &c. *§. omnium. in pr. Inſtit.*

*Inſtit. de action. Accurſ. & Odofred. in d.l.1. Bald. l.1. num.8. C.eod.* non autem in poteſtate illa Senatuſconſulto introducta, de qua hic quærimus: quandoquidem ne quidem iuriſdictionem arbitri naniſcuntur. *l.priuatorum.3. C.de iuriſdict. omn. iudic. Bald. d.l.1. num. 9. C. de arbitr.* Cæterum ſi ex ſtatutorum diſpoſitione compromiſſa fiant, tum forte poſſet hæc limitatio admitti. *per rationem quam habet Blanc. d. q. 4 num.19. in fin.*

61 Præterea † limitatur negatiua noſtra ſententia, vt non procedat, quando compromiſſum factum eſt auctoritate & conſenſu iudicis: *tale enim compromiſſum valere tradit Io. de Roias in d.epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. nu. 69.* Sed cum Doctoribus non aliter credatur, quam ſi ea quæ aſſerunt aut ll. aut rationibus probent. *§. 1. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat.3. & c.nolite.86. verſ. probatum in ſcripturis. & ibi Archidiac. 11.quæſt.3.* Io. de Roias autem *in d.num.69.* nihil omnino pro confirmatione ſuæ limitationis in medium proferat: fit vt de eius veritate nonnihil dubitem: imo vt falſam arbitrer, ſuadet *d. §. ſed nec mandare.* Si enim expreſſus iudicis iuſſus vel delegatio non poteſt hanc cognitionem ad alium transferre, multo minus poterit eius confirmatio vel nudus aſſenſus. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Ratio conſequentiæ in copulato eſt, quia delegantis ea eſt mens & propoſitum, quod velit ſuam poteſtatem alteri communicare: *l. legati.13. ff. de offic. proconſ. l. 1. ff. de offic. eius cui mand.* confirmans vero cenſetur tantum velle actum, vt eſt geſtus conſeruare. *text. l. ſi donatæ res. 36. §. ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor.* deinde probatur, quia etiamſi in confirmatione vel conſenſu addita eſſet clauſula. *ſupplentes defectum, &c.* tamen quia compromiſſi vitium oritur ex inhabilitate compromittentium, iſta clauſula nihil operaretur. *Panorm. in c. 1. num. 5. extr. de tranſact. Ruin. conſil. 107 incip. Viſo proceſſu. num.9. vol.5. qua de re plura dicam, Deo volente in tract. de Ratihabition.* Aſſumtum probatur *ex d. l.cum hi.8.§. ſed nec mandare.* Et contra hanc ſecundã limit. expreſſe tenet apoſtill. ad Speculat. *in d.tit. de arbitr. & arbitrat. §. reſtat. num. 5.*

62 Tertiò limitatur vt † non procedat in compromiſſo iurato, *ita expreſſe ſentit Alciat. in conſil. 50. incip. Dubijs de quibus. num.*

*num.3. vol.5.* moueturque hac ratione, quia tranſactio, non obſtante legis prohibitione, per iuramentum corroboratur. Quod poſterius de iurata tranſactione, etſi non repudio, ſed potius amplector, *prout apparet ex huius cap.num.22.& ſeqq.* tamen propter rationis conſequentiæ incertitudinem, quam etiam Alciat. nuſquam probat, aſſenſum ſuſpendo: idque ego magis cum *ex Io. Andr. ad.clem. vnic. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* referat Angelus *in conſil. 218. incip. Viſa narratione facti. in fin.* quod vbicunque nullitas cauſſatur à defectu iuriſdictionis & poteſtatis arbitro attributæ, etiam iuramento addito non obſtante, poſsit nullitas allegari: *quod dictum ſingulariſſime notandum eſſe, & immortalitate dignum cenſet Hippol. de Marſil. in tract.de Bannit. verb. ſententia. §.4.num.8.* Defectum autem poteſtatis in eiuſmodi arbitro tam manifeſtum eſſe puto *ex d. §. ſed nec mandare.* vt de eo dubitare vix quiſquam poſsit. Atque ita non tres limitationes, ſed potius tres ampliationes & vnam limitationem inde colligerem, vt nimirum theſis negatiua procedat non tantum, quando in arbitratorem ſed etiam in arbitrum ſit compromiſſum: deinde etſi accedat iudicis auctoritas vel conſenſus: & tertio licet iuramentum ſit additum: fallat autem quando ſtatutum compromiſſum facere iubet. *per fundamenta iam allata.* De
63 ceſsione † vt ſine ambagibus agam, conſtituo hanc theſin, ius alimenta capiendi, cedi non poſſe, quia cohæret perſonæ: *l. dominus.57. §. vlt.ff. de vſufr.* & alia ſunt alimenta huius alia illius, *ſ. hoc lib. cap. 2. num. 22. cum.ſeqq. Bart. l.cum Titio. 55. num.2. ff. ad l. Falcid. Bald.l. 1.num. 7. verſ. Modo ego quæro. C. de priuileg. Curt.ſen. conſil.57. incip. Summa totius quæſtionis.nu. 2. Fab. de Mont.in tract. de emt. & vendit.q.21. quartæ quæſt.princip. num.53. Iaſ. in repet. l.ſi conſtante.num.234. ff. ſolut.matrimon. Tiraq.de retract. proxim. §.26. gl.1.nu.72. Petr.Gregor.Toloſan. lib. 25. Syntagm. cap.6. in pr. Cordub. de Lar.in d. l. ſiquis à liberis. §. parens. num. 59. ff. de liber. agnoſc.* Ego præterea moueor hac ratione, quod quæ in facto conſiſtunt, non poſsint in alium transferri: *c.fin.ext.de offic. & pot.iud. deleg. facit textus & quæ ibi notat Bald. in l.vn.§. ne autem. num. 1. C.de Caduc. toll.* & alimentorum

*16. Filijs diuitibus æque ac pauperibus debetur legitima ſed non alimenta.*
*17. Alimentis iure naturæ debitis non poteſt renunciari, at legitimæ poteſt.*
*19. Legitima ſtatuto tolli poteſt; alimenta vero non.*
*20. Ab alimentis itaq; ad legitimam non recte argumentamur. num. 24. & 45.*
*25. Alimenta in locum legitimæ nonnunquam ſuccedunt cum ſeqq.*
*30. Et tunc debentur vna vice in pecunia numerata. & num. 31. 33. 34. 40. limitatur num. 37. 38. 39. Negatiuæ opinioni num. 32. adductæ reſpondetur num. 41.*
*38. Filiabus quibus aliunde alimenta non ſuppetunt, ex feudo debentur alimenta, & quomodo num. 30.*
*42. Alimenta quæ debentur liberis ex parentum defunctorum bonis, loco legitimæ in duobus præcipue differunt ab ijs alimentis, quæ parentes viui liberis debent præſtare & num. 43.*
*44. Alimenta loco legitimæ debita tranſeunt ad hæredes.*

ORDINIS ratio exigit, vt nunc aliquid dicatur de ijs præſtationibus, quæ cognationem quandam cum alimentis videntur habere: inter quas primò ſe offert legitima, vtpote iure naturæ introducta. *per text. l. cum ratio. 2. in pr. ff.*
1 *de bon. damnat.* Et † quidem à multis tradi video, legitimam in locum alimentorum ſuccedere. *Bart. l. Titio. 70. §. Titio genero. num. 6. ff. de condit. & demonſtr. Bald. l. fratres. 27. num. 9. C. de inoffic. teſtam. l. lege duodecim. 14. num. 1. C. de legit. hæred. & in l. de his. 6. lectur. 2. in fin. ff. de tranſact. Iaſ. conſil. 106. incip. Circa primum dubium. num. 4. vol. 4. Roderic. Suarez. in l. quoniam in prioribus. in declar. l. Regn. limit. 2. nu. 3. C. de inoffic. teſtam. Andr. Gaill. lib. 2. practic. obſer. cap. 122. num. 4. Claud. de Battand. in tract. de legit. cap. 3. num. 3. cap. 8. num. 13. Ripa in l. in quartam. num. 132. ff.*
2 *ad l. Falcid.* Quam † ſententiam quia falſam eſſe tradit Andr. Gaill. *lib. 2. pract. obſer. cap. 95. num. 15.* nulloque iure probari ait Corn. *conſil. 150. incip. Circa præſentem conſultationem. num. 12. vol. 2. Dec. l. iura. 8. num. 8. in fin. ff. de reg. iur.* ideo breuiter præcipuos recenſebo caſus, in quibus alimenta à legitima differunt, & deinde explicabo, an & quando alimenta in legiti-
3 mæ locum ſuccedant. Ac primò † alimenta longe pluribus

perſonis debentur, quam legitima, id quod ex ijs liquere ſatis arbitror, quæ libr. 1. ſ. dicta ſunt. Filijs enim ſpurijs, inceſtuoſis, luſtralibus, nepotibus ex fratre, itemque præceptoribus & alijs alimenta deberi, ibi declaratum fuit: quibus legitimæ petendæ ius nullum competere certum eſt. *§. Primum itaq; illud. in Authentic. de hæred. & Falcid. coll. 1. auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Ruin. conſil. 5. incip. In themate narratur. num. 15. vol. 3. Bero. c. Raynutius. num. 221. extr. teſtam. Georg. Natt. in c. quamuis. num. 28. de pact. in 6.*

4 Huic † affinis videtur ea differentia, quæ à cauſa efficiente ſumitur. Nam alimenta debentur liberis ex iure naturali primæuo: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur.* Legitima vero debetur liberis ex iure gentium, *vt eſt textus in l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damn. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 28. num. 70.* Deinde legitima deſcendentibus ex naturali ratione debetur, ſiue in teſtamento aliquid de ea re diſponatur, ſiue non: aſcendentibus vero & collateralibus iure ciuili, vt habet COMMVNIS opinio: *Mich. Graſſus in §. legitima. q. 2.* atque ita ſemper ex lege, vnde & nomen inuenit. *Battand. de legitim. cap. 2.* At alimenta debentur non tantum ex iuris diſpoſitione, ſed etiam ex contractibus, ex teſtamentis, & delictis, *prout lib. 1. ſ. declaratum fuit.*

5 Præterea † ingens eſt diuerſitas in eo, quod alimenta ex fructibus rerum regulariter debentur, neque proprietatem, niſi certis quibuſdam caſibus, expetunt, *prout ſ. hoc libr. 2. cap. 2. traditum fuit.* cum viciſsim legitima, niſi in rerum ipſarum omni grauamine conditionis, temporis, vel alterius cuiuſpiam oneris, carentium proprietate, conſtitui nequeat. *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoffic. teſtam.* multo minus in ſolo rei alicuius reditu, aut fructibus, licet ad alimenta ſufficientibus. *Roder. Suarez. in d. l. quoniam. in prioribus ampliat. 3.* Quartò a-

6 lia † eſt æſtimandi ratio legitimam, & alia alimenta. Hæc enim pro conditione & vitæ genere diuerſo, diuerſimode dantur: ſiquidem aliter alendus eſt nobilis, aliter ruſticus: ſic aliter Doctor quam artifex manuarius: aliter æger quam ſanus: *vt vberius explicatum fuit ſ. hoc lib. cap. 2.* quæ vel dignitatis,

tatis, vel valetudinis, vel ſexus, vel alia perſonarum diſcri-
mina, legitimam nec augent nec minuunt. *auth. nouiſſima. C.*
*de inoffic. teſtam. l. maximum. 4. C. de lib. præter. §. Sed hæc quidem*
*vetuſtas. Inſtit. de exhæred. lib. Bero. d. c. Raynutius nu. 221.* Quin-
7 tò legitima † filijs viuo patre non debetur, neque eius ratio-
ne ipſis quicquam iuris in bonis patris, antequam is diem
obeat, competit: *l. 1. §. ſi impubere. ff. de collat. bonor. Porcellin.*
*de inuent. confect. cap. 5. num. 25. Cacheran. deciſ. 172. incip. Quoni-*
*am. num. 15,* tantum abeſt, vt actione aliqua eam petere fas ſit.
*Bart. d. §. ſi impubere. Io. le Cirier de primogen. lib. 1. quæſt. 14. num.*
*31. & ſeq. Mynſing. obſer. 25. cent. 4.* Neque ad rem pertinet,
quod filij, etiam patre adhuc ſuperſtite, bonorum pater-
norum domini eſſe dicantur: *l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſthum.*
quia hoc non accipi oportet de vero & pleno dominio, ne
contra notiſsima iuris principia, vnius rei duo vel plures in
ſolidum ſint domini: *l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus ff. commod.* ſed
de dominio improprio, *vt vult Iaſ. in d. l. in ſuis. num. 17.* vel
8 καθ' ἐλπίδα, *vt Alciat. lib. 2. parerg. cap. 25.* Cuius † opinionem,
vt hoc obiter inſeram, etſi probarunt Mynſing. *d. obſer. 23. &*
*ad rubr. Inſtit. de rer. diuiſ. num. 19. & §. ſui autem. num. 3. Inſtit. de*
*hæred. qual. & diff. ac Pard. Prat. in lexic. iuris ver. Dominium di-*
*uiditur.* & alij quidam DD. recentiores: tamen vereor, vt
iſtud filij dominium καθ' ἐλπίδα, aut ſperatum, iure admitti
poſsit. Certum enim eſt cuiuſquam hominis, nedum patris,
mortem vel caſum ſperare, improbum ac nefas à iure no-
ſtro cenſeri. *l. ſi in emtione. 34. §. liberum hominem. in fin. ff. de con-*
*trah. emt. l. inter. 83. §. ſacram. verſ. & caſum. ff. de verb. oblig.* Ne-
que putet aliquis diſtinguendo inter ſpem mortis paternæ,
& ſpem bonorum paternorum, rationem allatam vitari re-
futarique poſſe: quia hanc non minus illa improbatam à
iure eſſe, totus tit. ff. & C. ad SC. Macedon. indicat: cum
bonorum conſequendorum ſpem filius aliter concipere non
poſsit, niſi patre è medio ſublato, atque ita liberi, qui vo-
lunt conſequens, nempe bona patris, eiuſdem mortem, tan-
quam neceſſarium antecedens, vt velint neceſſe ſit. *arg. l. 1. ff.*
*de iuriſdict. omn. iud. cum ſimil.* imo hanc ipſam filiorum ſpem

hæreditatis paternæ, manifeſto improbat text. *in l. 1. §. Si impubere. verſ. præmatura eſt enim. &c. ff. de collat. bon.* Aut igitur hæc dominij ſpecies, quam Alciat. καθ' ἐλπίδα appellat, vtpote iuri contraria, planè reijcienda eſt, aut † ita interpretanda, vt eam non quidem de ſpe filij, *quamuis hoc etiam faciat Berengar. Fernand. in l. in quartam. cap. 1. num. 128. ff. ad l. Falcid.* ſed de ſpe patris & legum intentione intelligamus: ſiquidem nemo ignorat votum illud, & ſpem parentum, vt bona ſua liberis obueniant, iuri maxime eſſe conſentaneam. *l. de emancipatis. 13. §. cum enim & pater. C. de legit. hæred. l. nam etſi. 15. in pr. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto. 7. in fin. ff. vnde lib. in Auth. de trient. & ſemiſſ. in pr. & ibi gl. in verb. debitum vocant. collat. 3. & §. ergo ſanciendum. verſ. quid enim legalius eſt proprio filio ad paternam ſucceſſionem? in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 6.*

10 Multò † minus ferri poteſt ſententia opinantium, filio in bonis patris, eo etiam viuo, competere obligationem, ſed non actionem, vt in obligationibus in diem. *l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. Alberic. de Roſat. in l. in bonis. 9. ff. de liber. agnoſc.* Præterquam enim quod ea iure non probatur, neque l. cedere diem, quicquam ad rem facit: refutatur ex eo, quod de eiuſmodi obligationibus etiam inter viuos diſponi poſſit, eæque alijs cedi. *l. ſpem. 3. C. de donat.* quod in filio admittendum non eſt. *Bart. in l. fin. lect. 1. num. 18. C. de pact.* Etſi itaq; 11 vt † ad rem redeam, ob hoc dominium vel improprium vel ab intentione iuris, ac ſpe patris καθ' ἐλπίδα, dictum, legitimam viuente patre, petere non poteſt: ne quidem, quando pater ciuiliter eſt mortuus per ingreſſum monaſterij, vt eſt COMMVNIS, imo *MAGIS* COMMVNIS opinio. *Salic. in auth. ſi qua mulier. quæſt. 11. num. 12. & ibi apoſtill. C. de SS. Eccleſ. in qua ſententia tandem etiam acquieſcere videtur. Io. de Anan. c. referente. num. 16. extr. de delict. puer.* diuerſum tamen in alimentis obtinet. *c. ex litteris. 2. §. cum autem. de conuerſ. infidel. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. ff. de liber. agnoſc. l. ſeruus. 18. ff. de ann. legat. quam ad hoc propoſitum allegat gl. in auth. ſi qua mulier. verb. moriatur, & ibi Salic. num. 12. C. de SS. Eccleſ. Anton. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem index num. 21. ff. de lib. agnoſc. Cucch. in tract.*

*tract. de legitim. rit. Legitima nullum grauamen admittit num. 95. Berengar. Fernand. d. l. in quartam. cap. 1. num. 93. Bero. c. Raynutius. num. 221. ext. de teſtam.* Imo dominium iſtud, quod filius viuo patre habet, præcipuè in eo conſiſtit, quod non minus quam pater ex bonis paternis, neceſsitate vrgente, ali debet. *Io. le Cirier. d. lib. 1. quæſt. 14. num. 33. Schneidvv. in §. ſui autem. nu. 4.*
12 *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Sextò † longe aliter petuntur alimenta futura (de his enim iam tantum loquor) quàm legitima. Nam hanc filius iudicio ordinario petere debet. *text. eſt in l. ſi quis ſuo. 33. ibi: iudiciorum ſtrepitu. C. de inoffic. teſtam. vbi Bald. num. 5. Caſtrenſ. num. 6. Iaſ. num. 3. Paul. de Mont. Pic. in d. l. in quartam. num. 161.* cum de alimentis ſummariè cognoſcatur. *d. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc. Rod. Suarez in comment. ad. ll. fori, l. 8. tit. de las herencias. nu. 31. lib. 3.* Quod hoc loco ſemel dixiſſe ſufficere, neque omnia, quæ in petendis alimentis, partim ex ſua propria, partim ex proceſſus ſummarij natura, ſpecialia ſunt, ſingulatim recenſere opus eſſe arbitror: quia ex libr. ſeq. ea peti poſſunt. Etſi autem Bereng. Fernand. *in d. l. in quartam. cap. 3. num. 49.* putet, libe-
13 ris † legitimam ſummariè, ſimpliciter, & de plano adiudicandum eſſe, quando conſtat quod ſit de liberis. *per d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc.* tamen non ſatis cauſſæ eſt, cur à text. *d. l. ſi quis ſuo. 33. cum ibi notat.* recedamus: præſertim cum Bereng. Fern. allegans §. ſi vel parens. hoc argumento ab alimentis ad legitimam ſumto, vtatur: quod in hoc caſu non procedere iam oſtendimus: & ita petat principium. Neque verendum eſt, ne, ſi aliud diceremus, filij interim, dum ordinario iudicio legitimam perſequuntur, fame contabeſcant: quia, quomodo filijs inopia laborantibus de alimentis, & litis expenſis eo caſu proſpiciatur, ſatis dictum
14 eſt ſ. *lib. 1. cap. 14. num. 39. cum aliquot ſeqq.* Septimum † diſcrimen eſt in modo præſtandi: nam alimenta præſtantur annuatim, menſtruatim, aut etiam ſingulis diebus, *prout declaratum fuit in huius libri cap. 4.* at legitimam non niſi ſemel, & vna vice præſtari oportet. *d. l. quoniam in prioribus. 32. ibi: vel dilationibus. l. ſcimus. 36. §. cum autem. verſ. omnem dilationem,*

*crimenemq́; moram. C. de inoffic. teſtam. Cagnol. l. fin. num. 292. . C de*
15 *pact.* Octauum † diſcrimen ſumi poteſt ab adiunctis ali-
mentorum: quæ ne ſingula cum legitima conferam, quod fa-
cere laborioſum magis quam ingenioſum eſſet: neminem
autem eſſe puto, qui non intelligat, conditiones, ſub qui-
bus alimenta relinqui poſſe dictum eſt, legitimæ quam ma-
xime aduerſari *per text. d. l. quoniam in ſuperioribus. 32. C. de in-*
16 *offic. teſtam.* Nonò † differunt etiam contrarijs: etſi enim ex
ijs cauſsis, quæ ad exhæredationem ſufficiunt, *recenſenturq́;
in §. aliud capitulum. in Authent. vt de appellat. cognoſc. collat. 8.*
alimenta iuſte denegantur: *gl. in l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis
ex his. verb. detulerat. ff. de liber. agnoſc. quam ſententiam apud v-
triuſq; iuris DD. C o m m v n e m eſſe teſtatur Ant. Gomez. tom.
1. var. reſolut. cap. 11. num. 13. in fin.* tamen alimentorum præſta-
tio deſinit, quando filius vel pater ex bonis ſuis, aut labore
induſtriáue ſua, aut aliunde ſemetipſum exhibere poteſt.
*text. eſt in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius poſſit. ff. de liber. a-
gnoſc.* cum è diuerſo legitima non minus diuiti, quàm pau-
peri filio aut patri debeatur. *d. l. ſcimus. 36. §. repletionem. ibi:
ſi quid ex alijs cauſſis lucratus. C. de inoffic. teſtam. Auguſt. Bero. d. c.
Raynutius. num. 221. extr. de teſtam. Cucch. in tract. de legit. rubr.
legit. null. grauam. admitt. num. 95. Pet. Gregor. lib. 44. Syntagm. c.
5. num. 11. idq́; A b O m n i b v s tradi affirmat Tiraq. de iure pri-
mig. quæſt. 75. num. 8.* atque ad hanc differentiam pertinet illud;
quod legitima non deſinit cum vita, ſed tranſit etiam ad
ſucceſſores. *§. prohibemus. verſ. & inſuper proprietatem. in Auth. de
trient. & ſemiſſ. collat. 3.* Alimenta autem cum vita alimenta-
rij, regulariter expirant. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. quod*
17 *paulo poſt explicabitur vberius.* Sic † alimentis iure naturæ
debitis, ne quidem per iuramentum, teſtamento autem
relictis, ſine prætoris auctoritate renunciari non poteſt. *l.
cum hi. 8. ff. de tranſact. Alex. conſil. 178. incip. Videtur forſan. nu.
3. vol. 6.* At legitimæ etiam teſtamento aſsignatæ, vt priuata
auctoritate ſine prætore renunciari poſsit, iura admittunt.
*l. ſi quando. 35. §. illud. verſ. ſed hoc ita. C. de inoffic. teſtam. Pontan.
in tract. de aliment. cap. 6. num. 1. quod latius D e o volente expli-*
*cabo*

18 *cabo in tractat. de Renunciation.* Similiter legitima † non auſertur ei, cui debetur, ob non impletam conditionem forte à teſtatore additam, ſiquidem ea, qualiſcunque etiam ſit, iure repudiatur: *d. l. quoniam in prioribus.* quod diuerſum eſt in alimentis legatis, vt paulo poſt dicetur. Sic etſi ſtatutum
19 † legitimam ex COMMVNI opinione tollere poteſt. *Alciat. de præſumt. reg. 1. præſumt. 8. num 3.* tamen in alimentis id non recipitur. *Cagnol. in l. iura. 8. num. 8. ff. de reg. iur. cum alijs, quæ paulo inferius num. 29. adducentur.* Ex quibus omnibus non tantum intelligi poſſe arbitror, falſiſsimum eſſe vulgare illud theorema, quo dicitur legitimam in locum alimentorum
20 ſuccedere, ſed etiam, non † recte argumentum duci ab alimentis ad legitimam. Cuius argumentationis fundamentum, quia ex illo falſo theoremate ſumitur, *prout patet ex Bart. in l. Titio. 70. §. Titio genero num. 6 ff. de condit. & demonſtr. Ripa in l. in quartam. num. 132. ff. ad l. Falcid. & alijs locis:* ideo conſiderandum eſt, vnde Doctores noſtri theorema illud hauſe-
21 rint. Quod cum † inquiro, animaduerto eos moueri *per §. hac nos. & §. prohibemus, in Authent. de trient. & ſemiſſ. collat. 3. quos ambos text. pro fundamento ad hoc propoſitum Cyn. l. ſancimus. C. de nupt. Thom. Grammat. conſil. ciuil. 145. incip. Allegationes. num. 16. Roder. Suarez. in repet. l. quoniam in prioribus. in declarat. l. Regn. limit. 2. num. 3. C. de inoffic. teſtam. alijq́; quos ibi adducit,*
22 *allegant.* Verum † ſi dd. §§. recte tueamur, apparebit, id quod volunt Doctores noſtri, ex ijs non tantum non probari, ſed etiam refutari. Nam *ex d. §. hac nos, verſ. & natura primo curata. quemadmodum & ex d. §. prohibemus. verſ. filijs forte fame peremtis. & verſ. cotidianum habeant cibum, &c.* nihil aliud extrui poteſt, quam vt intelligamus quid nam Iuſtinianum impulerit, vt legitimæ quotam auxerit: atque ita alimenta ſunt legitimæ auctæ cauſſa, non quidem finalis, *vt ſentire videtur Franc. de Porcell. in tract. de inuentar. confect. cap. 5. num. 4. & 28.* ſed impulſiua. *Oldendorp. claſſ. 5. act. 2. §. quæ ſint communia. num. 5. id quod etiam probat Marc. Mant. ſing. 647. incip. Solet dici.* Cum enim filijs etiam locupletibus, & ſic alimentorum cauſſa ceſſante, nihilominus legitima debeatur: *d. §.*

*repletionem.* efficitur quod alimenta ſint tantum cauſſa impulſiua. *arg. l. 1. §. ſexum. vbi Bart. & gl. verb. cauſſam. ff. de poſtul. Ant. de Butr. in c. poſt translationem. num. 36. ext. de renunciat. vbi ait, vtrum cauſſa impulſiua, an vero finalis ſit, æſtimandum eſſe ex natura materiæ, late Euerhard. in Topic. tit. 80. A ceſſat. ration. num. 4. & 5.* Vnde infero errore labi eos, qui promiſcuè ab alimentis ad legitimam arguunt: cum id æque admittendum non ſit, ac ſi quis bonarum legum & malorum morum eandem eſſe rationem, & ab his ad illas argumentum indiſtinctè duci licere, ideo putet, quod iuxta vetus verbum, *teſte Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 17.* bonæ leges ex malis moribus procreentur. Quatenus autem à cauſſa impulſiua argumentari liceat, diſcendum eſt in Dialecticorum ſcholis. At
23 † Io. de Platea *in d. §. publica autem.* & Iaſ. *in d. conſil. 106. nu. 4.* pro confirmatione adducunt *l. quisquis. 5. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt.* quod ab ipſis fit procul dubio ea ratione, cum ibi dicatur, vt filiæ habeant Falcidiam ad mediocrem alimoniam, &c. Falcidia autem pro legitima accipiatur: hinc effici putant legitimam in locum alimoniæ ſuccedere. Verum etſi quidem non eo inficias, Falcidiam nonnunquam pro legitima vſurpari, *vt tradit gl. & Bart. in Authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam. & gl. in l. quoties. 10. C. famil. erciſ. & eſt text. in l. qua nuper. 31. C. de inoffic. teſtam. quem ad hoc peculiariter notat Gouean. lib. 2. var. lect. cap. 1. num. 3.* tamen iſtam interpretationem à d. §. ad filias. alienam eſſe, ibique Falcidiam pro legitima non accipi, ita probo: Qui legitimam accipiunt, illi reuera ſunt hæredes. *l. omnimodo. 30. C. de inoffic. teſtam.* Sed filiæ in iſto caſu non ſunt hæredes matris, *quemadmodum d. §. ad filias. & §. vxores. verſ. omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas, &c. in d. l. quisquis. 5. oſtendunt.* Ergo filiæ in iſto caſu legitimam non accipiunt. Cæterum ſi d. l. quiſquis. 5. diligenter inſpexerimus, apparebit hanc eius eſſe ſententiam, quod Impp. propter crimen læſæ Maieſtatis à patre commiſſæ, liberos vtriuſque ſexus à ſucceſsione bonorum paternorum, & maternorum penitus excludant, alimentis tantum humanitatis ergo conceſsis: diuerſo tamen modo: nempe filijs ſolummodo ad indigen-

digentiam, vt pœnæ loco, vix ſpiritum & oſſa trahant: filiabus verò ex bonis maternis ad quandam decentiam, *proue ſ. attigi lib. 1. cap. 1.* in qua definienda, ne quid ambiguitatis ſupereſt, conſtituerunt Impp. vt Falcidiam fiſcus, vtpote ſucceſſor, filiabus, quotquot earum ſint, largiatur. Ex qua interpretatione, quam ipſe textus manifeſto arguit, patet, *d. §. ad filias*, non tantum non probare id, ad quod à Plat. & Iaſ. allegatur, quod nimirum legitima in locum alimentorum ſuccedat, ſed planè contrarium, nempe alimenta locum legitimæ obtinere: quod pro confirmatione ſecundæ partis
24 huius capitis inprimis eſt obſeruandum. Neque etiam † eiuſmodi promiſcua argumentatio eo fulciri poteſt, quod tam legitima, quam alimenta, iuris naturæ eſſe perhibeantur: quia non tantum in aſcendentibus, collateralibus, & cæteris, quibus alimenta certis quibuſdam caſibus debentur, non vſque adeo hoc verum eſt: ſed etiam in ipſis deſcendentibus diſcrimen ſubeſt, cum his alimenta debeantur de iure naturali & formali, quia debentur quatenus vitæ ratio exigit: legitima vero de iure naturali, non formali, quia poteſt per ius ciuile augeri & minui. *Bald. in l. vlt. §. ipſum autem filium. nu. 1. C. de bon. quæ liber.* Ex qua diuerſitate & alijs ſupra relatis manifeſtum fieri poteſt, quantum huic argumento ab alimentis ad legitimam ducto tribuendum ſit.

25 Ad alteram huius cap. partem deueniendo, dico, † nonnunquam alimenta in locum legitimæ ſuccedere, quod fit, quando vel per legum aut ſtatuti conſtitutionem, vel hominis, iure municipali approbatam diſpoſitionem, quidam ex
26 liberis legitimam nanciſci non poſſunt: vt ſi † Maioratus à patre vel matre inſtituatur, tunc etſi bona ſemper apud maiorem natu remaneant, alimenta tamen loco legitimæ cæteris filijs nihilominus præſtari debent. *Lud. de Molin. lib. 2.*
27 *de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 5.* Sic † ſtatutum, quod vel filias à legitima excludit, & ſolummodo maſculos ad ſucceſſionem admittit, vel omnia bona paterna ad ſolum primogenitum, cæteris excluſis, defert, ad alimenta trahendum non eſt, quæ, non obſtante iſta diſpoſitione, nihilominus li-

beris excluſis debentur. *text. eſt in l. quiſquis. 5. §. filij. in fin. & §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt. Bald. in l. 1. §. ius naturale. num. 8. de iuſt. & iur. & conſil. 21. incip. Sint contentæ. num. 2. & conſil. 465. incip. Statuto ciuitatis Mantuæ. num. 3. vol. 3. & hoc poſterius conſilium extat etiam apud Angelum. conſil. 359. incip. Præſuppoſito ſtatuto. Caſtrenſ. conſil. 274. incip. Præſuppoſita validitate. vol. 2. Curt. iun. conſil. 10. incip. Viſa ac diligenter conſiderata. num. 7. Zabarell. conſil. 66. incip. In dubio. num. 2. Signorol. de Homod. in conſil. 37. incip. Factum ſic proponitur: quædam mulier nomine Blandexia. nu. 5. Decius l. principalibus. 33. num. vlt. ff. ſi cert. pet. Palat. Rub. in c. per veſtras notab. 3. §. 24. in conſtituenda. num. 7. extr. de donat. inter vir. & vxor. Aym. Crauett. conſil. 189. incip. Quando fœmina. num. 1. & 2. Io. le Cirier de primogen. lib. 2. quæſt. vlt. num. 13. & ſeqq. Burſat. conſil. 132. num. 18. Io. de Roias in Epitom. ſucceſſ. cap. 21. num. 11. copioſe Tiraquell. de iure primigen. quæſt. 4. num. 33. Rub. Alex. de inoffic. teſtam. cap. 16. num. 8. vel quod idem eſt in repet. l. pater filium. num. 160. ff. de inoffic. teſtam. Mich. Graſſ. §. legitima quæſt. 42. num. 3. vbi de* MAGIS COMMVNI *teſtatur.* Con-
28 firmatur † ratione, quia cum iura naturalia ſint fortiora accidentalibus: *l. qui habent. 3. in pr. & ibi Bart. ff. de teſtam. tutel.* & ius filiorum minorum, in conſequendis alimentis, ſit naturale. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ius autem primogeniti cæteros excludentis, ex iure ciuili acceſſerit: ſequitur quod ius filiorum minorum, hoc reſpectu ſit fortius quàm primogeniti: præſertim cum primogenitus volens ſuis fratribus negare alimenta, de lucro captando agat: minores vero victum petentes, de vitando damno. *Io. le Cirier de primogen. lib. 2. quæſt. 16. num. 11.* Quibus † omnibus etiam
29 accedit hæc ratio, cum nec ſtatutum, nec conſuetudo, per directum alimenta deſcendentibus debita, tollere nequeat, vt eſt COMMVNIS opinio, à qua nemo diſceſsionem facit. *teſte Couarr. in Epitom. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 4.* multo minus per ius primogenituræ velut per indirectum, poterit hoc efficere. *c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. l. vlt. in fin. C. de vſur. rei iudic. l. cætera. 41. §. item quæri poteſt. vbi Iaſ. num. 10. ff. de leg. 1.* Quemadmodum autem hæc certa, & indubitata ſunt:

ita

30 ita quæſtionis eſt, vtrum † in his alimentis, quæ loco legitimæ dari debent, & ſolent, ſufficiat præbere cibum & potum, aliaque quæ ad hanc vitam ſuſtentandam requiruntur: an vero is, ad quem bona omnia deuoluuntur, neceſſe habeat ſuis fratribus & ſororibus ſingulis, fundum aliquem, ex quo ſe alere poſsint, non tantum quoad vſumfructum, ſed etiam iure dominij tradere? Cuius inquiſitionis vtilitas, inde apparet, quod ſi tantum cibus, potus & reliqua præſtentur, nihil inde emolumenti ad nutritorum filios redire poteſt: quod certè fiet, ſi dicamus, ſingulis ſingulos fundos dominij iure alimentorum loco tradi oportere. Et quidem
31 † quod fundus aliquis, qui ad ſuſtentandam vitam ſatis ſit, pleno iure dari debeat, videtur velle *Panorm. in c. licet. 6. nu. 10. Phil. Franc. in rubric. de teſtam. in 6. num. 63. circa fin. apertius Ioan. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 7. ext. de donat. inter vir. & vxor. Roderic. Suarez. in repet. l. quoniam in priorib. in declarat. l. Regn. limit. 1. num. 12. C. de inoffic. teſtam. Didac. Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 9. & 10. cum*
32 *alijs ibi allegatis.* Verum † contrarium ſuadet ipſa natura alimentorum, quæ eſt, vt ne quidem pecuniæ ad alimenta deſtinatæ dominium in alimentarium tranſeat; ſed eo mortuo ad alentem redeat. *text. eſt in l. ſolent. 3. §. 1. verſ. debebit autem is. ff. de alim. vel cibar. leg.* & breuiter, alimenta cum perſona deſinunt. *l. cum hi. 8. §. modus. verſ. Conſtat enim. ff. de tranſact. & hanc partem in terminis tenet Tiraq. de iur. primigen. quæſt. 74. num. 6.* Et quod hæc alimenta à primogenito cæteris fratribus debita, nihil ſingulare habeant, ſed iuxta naturam vulgatam alimentorum æſtimentur, confirmatur ex eo, quod hæc, æque ac cætera non debeantur fratri, qui aliunde ſeipſum alere poteſt. *Martin. Laudenſ. in tractat. de primogenit. nu. 54. per l. ſiquis à liberis. in gl. verb. liberorum. ff. de liber. agnoſc. & hunc ſequitur Tiraq. in tract. de iur. primigen. quæſt. 4. num. 35. vbi recte emendat locum corruptum Laudenſis, ſiquidem nulla ibi habetur gl. ad verb. liberorum. & ideo reponit §. ſed ſi filius. atq; ita etiam allegat Tib. Decian. conſil. 9. incip. Ex hoc teſtamenti tenore. num. 44.*

vol.

*l. Pomponius.13.§.recepiſſe.ff. de recept. qui arbitr. recep. gl.in §. 1. verb.conuentum in Authent. vt different. iudic. collat.9. Bart. l.1.§. aduocatos.num. vlt.ff.de var. & extraord.cognition.Cordub. de Lar. d. §.parens. num. 50.* Quæ ratio quia mihi non videtur omni dubio carere, ideo magis mihi placet hæc: cum prætori vel præſidi prouinciæ vel iudici ordinario huius tranſactionis cognitio in ſpecie ſit commendata,& propterea delegari nequeat: *d. l. cum hi. 8.§. ſed nec mandare. ff. de tranſact.* ſequitur vt multo minus in arbitrum ea poteſtas priuatorum voluntate queat transferri, *per not. Bart. in l.prætor. 4.ff. de tut. & curat. dat. ab his. Alciat. d. l. de alimentis.8.nu. 7.* quam rationem procul dubio intelligit Gul.de Tulalt. *in d.nu.65.* vbi ſcribit compromitti de alimentis teſtamento relictis ideo non poſſe, quod iſta cognitio ſpectet ad maiores iudices. Cum igitur non quidem verbis, ſed, quod perinde eſt, *l. nominis. 6. §. verbum.ff. de verb. ſignific.* ſententia & ratione legis, de alimentis compromittere ſit prohibitum: apparet, negandam eſſe rationem Galeotti. *d. c.12.num.6.* Limitatur autem huius quæ-
60 ſtionis deciſio primò † vt vera ſit in arbitratore, non autem in arbitro,& in hunc compromitti poſſe: *cuius reſtrictionis auctorem eſſe Hubertum de Bobio refert Alberic. de Roſat. in d. l. de alimentis. eamq́; amplectitur Bapt. de S. Blaſ. d. quæſt. 23. in fin. & Iaſ. d. l. de alimentis. num.2. Blanc.de compromiſſ.quæſt. 4.num. 19.* differentiæ ratione hac addita: quia arbitria redacta ſunt ad ſimilitudinem iudiciorum. *l. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.* Sed haud ſcio an hæc limitatio vera ſit: vt enim dubitem, mouet me primò Curtius ſen. *in d. l. de alimentis. 8. num.11. C.de tranſact. per rationes ibi ab eo adductas.* deinde, quod arbitrium non minus quam arbitramentum ſit contractus quædam ſpecies. *l.Pomponius.13.§.recepiſſe.ff.de recept.qui arbitr. recep. Bart.l.1.§. aduocatos. num.5.ff.de var.& extraord.cognit.* Tertiò quod *d. l. 1. ff. de recept. qui arbitr. recep.* nihil huc faciat: ſimilitudo enim illa, quam arbitria cum iudicijs habent, conſiſtit tantum in forma vel modo procedendi, vt nempe coram ijs, non aliter quam coram iudice, libellus ſit offerendus, lis conteſtanda, teſtes producendi, &c. *§. omnium. in pr. Inſtit.*

*Inſtit. de action. Accurſ. & Odofred. in d.l.1. Bald. l.1. num.8. C.eod.* non autem in poteſtate illa Senatuſconſulto introducta; de qua hic quærimus: quandoquidem ne quidem iuriſdictionem arbitri nanciſcuntur. *l.priuatorum.3. C.de iuriſdict. omn. iudic. Bald. d.l.1. num. 9. C. de arbitr.* Cæterum ſi ex ſtatutorum diſpoſitione compromiſſa fiant, tum forte poſſet hæc limitatio admitti. *per rationem quam habet Blanc. d. q. 4 num.19. in fin.*

61 Præterea † limitatur negatiua noſtra ſententia, vt non procedat, quando compromiſſum factum eſt auctoritate & conſenſu iudicis: *tale enim compromiſſum valere tradit Io. de Roias in d.epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. nu. 69.* Sed cum Doctoribus non aliter credatur, quam ſi ea quæ afferunt aut ll. aut rationibus probent. *§. 1. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat.3. & c. nolite.86. verſ. probatam in ſcripturis. & ibi Archidiac. 11. quæſt.3.* Io. de Roias autem *in d.num.69.* nihil omnino pro confirmatione ſuæ limitationis in medium proferat: fit vt de eius veritate nonnihil dubitem: imo vt falſam arbitrer, ſuadet *d. §. ſed nec mandare.* Si enim expreſſus iudicis iuſſus vel delegatio non poteſt hanc cognitionem ad alium transferre, multo minus poterit eius confirmatio vel nudus aſſenſus. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Ratio conſequentiæ in copulato eſt, quia delegantis ea eſt mens & propoſitum, quod velit ſuam poteſtatem alteri communicare: *l. legati.13. ff. de offic. proconſ. l. 1. ff. de offic. eius cui mand.* confirmans vero cenſetur tantum velle actum, vt eſt geſtus conſeruare. *text. l. ſi donatæ res. 36. §. ſponſus. ff. de donat. int. vir. & vxor.* deinde probatur, quia etiamſi in confirmatione vel conſenſu addita eſſet clauſula. *ſupplentes defectum, &c.* tamen quia compromiſsi vitium oritur ex inhabilitate compromittentium, iſta clauſula nihil operaretur. *Panorm. in c. 1. num. 5. extr. de tranſact. Ruin. conſil. 107. incip. Viſo proceſſu. num.9. vol.5. qua de re plura dicam* DEO *volente in tract. de Ratihabition.* Aſſumtum probatur *ex d. l.cum hi.8. §. ſed nec mandare.* Et contra hanc ſecundã limit. expreſſe tenet apoſtill. ad Speculat. *in d.tit. de arbitr. & arbitrat. §. reſtat.*

62 *num. 3.* Tertiò limitatur vt † non procedat in compromiſſo iurato, *ita expreſſe ſentit Alciat. in conſil. 50. incip. Dubijs de quibus.*

*num.*

*16. Filijs diuitibus æque ac pauperibus debetur legitima ſed non alimenta.*
*17. Alimentis iure naturæ debitis non poteſt renunciari, at legitima poteſt.*
*19. Legitima ſtatuto tolli poteſt: alimenta vero non.*
*20. Ab alimentis itaq; ad legitimam non recte argumentamur. num. 24. & 45.*
*25. Alimenta in locum legitimæ nonnunquam ſuccedunt cum ſeqq.*
*30. Et tunc debentur vna vice in pecunia numerata. & num. 31. 33. 34. 40. limitatur num. 37. 38. 39. Negatiuæ opinioni num. 32. adductæ reſpondetur num. 41.*
*38. Filiabus quibus aliunde alimenta non ſuppetunt, ex feudo debentur alimenta, & quomodo num. 30.*
*42. Alimenta quæ debentur liberis ex parentum defunctorum bonis, loco legitimæ in duobus præcipue differunt ab ijs alimentis, quæ parentes viui liberis debent præſtare & num. 43.*
*44. Alimenta loco legitimæ debita tranſeunt ad hæredes.*

ORDINIS ratio exigit, vt nunc aliquid dicatur de ijs præſtationibus, quæ cognationem quandam cum alimentis videntur habere: inter quas primò ſe offert legitima, vtpote iure naturæ introducta. *per text. l. cum ratio. 2. in pr. ff. de bon. damnat.*
1 Et † quidem à multis tradi video, legitimam in locum alimentorum ſuccedere. *Bart. l. Titio. 70. §. Titio genero. num. 6. ff. de condit. & demonſtr. Bald. l. fratres. 27. num. 9. C. de inoffic. teſtam. l. lege duodecim. 14. num. 1. C. de legit. hæred. & in l. de his. 6. lectur. 2. in fin. ff. de tranſact. Iaſ. conſil. 106. incip. Circa primum dubium. num. 4. vol. 4. Roderic. Suarez. in l. quoniam in prioribus. in declar. l. Regn. limit. 2. nu. 3. C. de inoffic. teſtam. Andr. Gaill. lib. 2. practic. obſer. cap. 122. num. 4. Claud. de Battand. in tract. de legit. cap. 3. num. 3. cap. 8. num. 13. Ripa in l. in quartam. num. 132. ff.*
2 *ad l. Falcid.* Quam † ſententiam quia falſam eſſe tradit Andr. Gaill. *lib. 2. pract. obſer. cap. 95. num. 15.* nulloque iure probari ait Corn. *conſil. 150. incip. Circa præſentem conſultationem. num. 12. vol. 2. Dec. l. iura. 8. num. 8. in fin. ff. de reg. iur.* ideo breuiter præcipuos recenſebo caſus, in quibus alimenta à legitima differunt, & deinde explicabo, an & quando alimenta in legiti-
3 mæ locum ſuccedant. Ac primò † alimenta longe pluribus

perſonis debentur, quam legitima, id quod ex ijs liquere ſatis arbitror, quæ libr. 1. s. dicta ſunt. Filijs enim ſpurijs, inceſtuoſis, luſtralibus, nepotibus ex fratre, itemque præceptoribus & alijs alimenta deberi, ibi declaratum fuit: quibus legitimæ petendæ ius nullum competere certum eſt. *§. Primum itaq; illud. in Authentic. de hæred. & Falcid. coll. 1. auth. ex complexu. C. de inceſt. nupt. Ruin. conſil. 5. incip. In themate narratur. num. 15. vol. 3. Bero. c. Raynutius. num. 221. extr. teſtam. Georg.*
4 *Natt. in c. quamuis. num. 28. de pact. in 6.* Huic † affinis videtur ea differentia, quæ à cauſſa efficiente ſumitur. Nam alimenta debentur liberis ex iure naturali primæuo: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur.* Legitima vero debetur liberis ex iure gentium, *vt eſt textus in l. cum ratio. 7. in pr. ff. de bon. damn. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 28. num. 70.* Deinde legitima deſcendentibus ex naturali ratione debetur, ſiue in teſtamento aliquid de ea re diſponatur, ſiue non: aſcendentibus vero & collateralibus iure ciuili, vt habet COMMVNIS opinio: *Mich. Graſſus in §. legitima. q. 2.* atque ita ſemper ex lege, vnde & nomen inuenit. *Battand. de legitim. cap. 2.* At alimenta debentur non tantum ex iuris diſpoſitione, ſed etiam ex contractibus, ex teſtamentis, & delictis, *prout lib. 1. s. declaratum fuit.* Præterea †
5 ingens eſt diuerſitas in eo, quod alimenta ex fructibus rerum regulariter debentur, neque proprietatem, niſi certis quibuſdam caſibus, expetunt, *prout s. hoc libr. 2. cap. 2. traditum fuit.* cum viciſsim legitima, niſi in rerum ipſarum omni grauamine conditionis, temporis, vel alterius cuiuſpiam oneris, carentium proprietate, conſtitui nequeat. *l. quoniam in prioribus. 32. C. de inoffic. teſtam.* multo minus in ſolo rei alicuius reditu, aut fructibus, licet ad alimenta ſufficientibus. *Roder. Suarez. in d. l. quoniam. in prioribus ampliat. 3.* Quartò a-
6 lia † eſt æſtimandi ratio legitimam, & alia alimenta. Hæc enim pro conditione & vitæ genere diuerſo, diuerſimode dantur: ſiquidem aliter alendus eſt nobilis, aliter ruſticus: ſic aliter Doctor quam artifex manuarius: aliter æger quam ſanus: *vt vberius explicatum fuit s. hoc lib. cap. 2.* quæ vel dignitatis,

tatis, vel valetudinis, vel ſexus, vel alia perſonarum diſcrimina, legitimam nec augent nec minuunt. *auth. nouiſſima. C. de inoffic. teſtam. l. maximum. 4. C. de lib. præter. §. Sed hæc quidem vetuſtas. Inſtit. de exhered. lib. Bero. d. c. Raynutius nu. 221.* Quin-
7 tò legitima † filijs viuo patre non debetur, neque eius ratione ipſis quicquam iuris in bonis patris, antequàm is diem obeat, competit: *l. 1. §. ſi impubere. ff. de collat. bonor. Porcellin. de inuent. confect. cap. 5. num. 25. Cacheran. deciſ. 172. incip. Quoniam. num. 15.* tantum abeſt, vt actione aliqua eam petere fas ſit. *Bart. d. §. ſi impubere. Io le Cirier de primogen. lib. 1. quæſt. 14. num. 31. & ſeq. Mynſing. obſer. 25. cent. 4.* Neque ad rem pertinet, quod filij, etiam patre adhuc ſuperſtite, bonorum paternorum domini eſſe dicantur: *l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſthum.* quia hoc non accipi oportet de vero & pleno dominio, ne contra notiſsima iuris principia, vnius rei duo vel plures in ſolidum ſint domini: *l. ſi vt certo. 5. §. ſi duobus ff. commod.* ſed de dominio improprio, *vt vult Iaſ. in d. l. in ſuis. num. 17.* vel
8 *καθ' ἐλπίδα, vt Alciat. lib. 2. parerg. cap. 25.* Cuius † opinionem, vt hoc obiter inferam, etſi probarunt Mynſing. *d. obſer. 25. & ad rubr. Inſtit. de rer. diuiſ. num. 19. & §. ſui autem. num. 3. Inſtit. de hæred. qual. & diff. ac Pard. Prat. in lexic. iuris ver. Dominium diuiditur.* & alij quidam DD. recentiores: tamen vereor, vt illud filij dominium *καθ' ἐλπίδα*, aut ſperatum, iure admitti poſsit. Certum enim eſt cuiuſquam hominis, nedum patris, mortem vel caſum ſperare, improbum ac nefas à iure noſtro cenſeri. *l. ſi ſpemtione. 34. §. liberum hominem. in fin. ff. de contrah. emt. l. inter. 83. §. ſacram. verſ. & caſum. ff. de verb. oblig.* Neque putet aliquis diſtinguendo inter ſpem mortis paternæ, & ſpem bonorum paternorum, rationem alteram vitari refutarique poſſe: quia hanc non minus illa improbatam à iure eſſe, totus tit. ff. & C. ad SC. Macedon. indicat: cum bonorum conſequendorum ſpem filius aliter concipere non poſsit, niſi patre e medio ſublato, atque ita liberi, qui volunt conſequens, nempe bona patris, eiuſdem mortem, tanquam neceſſarium antecedens, vt velint neceſſe ſit. *arg. l. 2. ff. de in iſtit. act. omn. in d. cum ſimilib.* imo hanc ipſam filiorum ſpem

 hære-

hæreditatis paternæ, manifeſto improbat text. *in l. 1. §. Si impubere. verſ. præmatura eſt enim. &c. ff. de collat. bon.* Aut igitur hæc dominij ſpecies, quam Alciat. καθ' ἐλπίδα appellat, vtpote iuri contraria, planè reijcienda eſt, aut † ita interpretanda, vt eam non quidem de ſpe filij, *quamuis hoc etiam faciat Berengar. Fernand. in l. in quartam. cap. 1. num. 128. ff. ad l. Falcid.* ſed de ſpe patris & legum intentione intelligamus: ſiquidem nemo ignorat votum illud, & ſpem parentum, vt bona ſua liberis obueniant, iuri maxime eſſe conſentaneam. *l. de emancipatis. 13. §. cum enim & pater. C. de legit. hæred. l. nam etſi. 15. in pr. ff. de inoffic. teſtam. l. ſcripto. 7. in fin. ff. vnde lib. in Auth. de trient. & ſemiſſ. in pr. & ibi gl. in verb. debitum vocant. collat. 3. & §. ergo ſanciendum. verſ. quid enim legalius eſt proprio filio ad paternam ſucceſſionem? in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. collat. 6.*

9

10 Multò † minus ferri poteſt ſententia opinantium, filio in bonis patris, eo etiam viuo, competere obligationem, ſed non actionem, vt in obligationibus in diem. *l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. Alberic. de Roſat. in l. in bonis. 9. ff. de liber. agnoſc.* Præterquam enim quod ea iure non probatur, neque l. cedere diem, quicquam ad rem facit: refutatur ex eo, quod de eiuſmodi obligationibus etiam inter viuos diſponi poſsit, eæque alijs cedi. *l. ſpem. 3. C. de donat.* quod in filio admittendum non eſt. *Bart. in l. fin. lect. 1. num. 18. C. de pact.* Etſi itaq;

11 vt † ad rem redeam, ob hoc dominium vel improprium vel ab intentione iuris, ac ſpe patris καθ' ἐλπίδα, dictum, legitimam viuente patre, petere non poteſt: ne quidem, quando pater ciuiliter eſt mortuus per ingreſſum monaſterij, vt eſt COMMVNIS, imo *MAGIS COMMVNIS* opinio. *Salic. in auth. ſi qua mulier. quæſt. 11. num. 12. & ibi apoſtill. C. de SS. Eccleſ. in qua ſententia tandem etiam acquieſcere videtur. Io. de Anan. c. referente. num. 16. extr. de delict. puer.* diuerſum tamen in alimentis obtinet. *c. ex litteris. 2. §. cum autem. de conuerſ. infidel. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. ff. de liber. agnoſc. l. ſeruus. 18. ff. de ann. legat. quam ad hoc propoſitum allegat gl. in auth. ſi qua mulier. verb. moriatur, & ibi Salic. num. 12. C. de SS. Eccleſ. Anton. Cordub. in d. l. ſi quis à liberis. §. idem index num. 21. ff. de lib. agnoſc. Cucch. in tract.*

*tract. de legitim. tit. Legitima nullum grauamen admittit num. 95. Berengar. Fernand. d. l. in quartam. cap. 1. num. 93. Bero. c. Raynutius. num. 221. ext. de testam.* Imo dominium iſtud, quod filius viuo patre habet, præcipuè in eo conſiſtit, quod non minus quam pater ex bonis paternis, neceſsitate vrgente, ali debet. *Io. le Cirier. d. lib. 1. quæſt. 14. num. 33. Schneidvv. in §. ſui autem. nu. 4.*
12 *Inſtit. de hæred. qualit. & differ.* Sextò † longe aliter petuntur alimenta futura (de his enim iam tantum loquor) quàm legitima. Nam hanc filius iudicio ordinario petere debet. *text. eſt in l. ſi quis ſuo. 33. ibi: iudiciorum ſtrepitu. C. de inoffic. teſtam. vbi Bald. num. 5. Caſtrenſ. num. 6. Iaſ. num. 3. Paul. de Mont. Pic. in d. l. in quartam. num. 161.* cum de alimentis ſummariè cognoſcatur. *d. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc. Rod. Suarez. in comment. ad. ll. fori, l. 8. tit. de las herencias. nu. 31. lib. 3.* Quod hoc loco ſemel dixiſſe ſufficere, neque omnia, quæ in petendis alimentis, partim ex ſua propria, partim ex proceſſus ſummarij natura, ſpecialia ſunt, ſingulatim recenſere opus eſſe arbitror: quia ex libr. ſeq. ea peti poſſunt. Etſi autem Bereng. Fernand. *in d. l. in quartam. cap. 3. num. 48.* putet, libe-
13 ris † legitimam ſummariè, ſimpliciter, & de plano adiudicandum eſſe, quando conſtat quod ſit de liberis. *per d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc.* tamen non ſatis cauſſæ eſt, cur à text. *d. l. ſi quis ſuo. 33. cum ibi notat.* recedamus: præſertim cum Bereng. Fern. allegans §. ſi vel parens. hoc argumento ab alimentis ad legitimam ſumto, vtatur: quod in hoc caſu non procedere iam oſtendimus: & ita petat principium. Neque verendum eſt, ne, ſi aliud diceremus, filij interim, dum ordinario iudicio legitimam perſequuntur, fame contabeſcant: quia, quomodo filijs inopia laborantibus de alimentis, & litis expenſis eo caſu proſpiciatur, ſatis dictum
14 eſt ſ. *lib. 1. cap. 14. num. 39. cum aliquot ſeqq.* Septimum † diſcrimen eſt in modo præſtandi: nam alimenta præſtantur annuatim, menſtruatim, aut etiam ſingulis diebus, *prout declaratum fuit in huius libri cap. 4.* at legitimam non niſi ſemel, & vna vice præſtari oportet. *d. l. quoniam in prioribus. 32. ibi: vel dilationibus. l. ſcimus. 36. §. cum autem. verſ. omnem dilationem.*

*criminemq́; moram. C. de inoffic. teſtam. Cagnol. l. fin. num. 292. . C de*
15 *pact.* Octauum † diſcrimen ſumi poteſt ab adiunctis alimentorum: quæ ne ſingula cum legitima conferam, quod facere laborioſum magis quam ingenioſum eſſet: neminem autem eſſe puto, qui non intelligat, conditiones, ſub quibus alimenta relinqui poſſe dictum eſt, legitimæ quam maxime aduerſari *per text. d. l. quoniam in ſuperioribus. 32. C. de in-*
16 *offic. teſtam.* Nonó † differunt etiam contrarijs: etſi enim ex ijs cauſsis, quæ ad exhæredationem ſufficiunt, *recenſenturq́; in §. aliud capitulum. in Authent. vt de appellat. cognoſc. collat. 8.* alimenta iuſte denegantur: *gl. in l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis ex his. verb. detulerat. ff. de liber. agnoſc. quam ſententiam apud vtriuſq; iuris DD.* COMMVNEM *eſſe teſtatur Ant. Gomez. tom. 1. var. reſolut. cap. 11. num. 13. in fin.* tamen alimentorum præſtatio deſinit, quando filius vel pater ex bonis ſuis, aut labore induſtriáue ſua, aut aliunde ſemetipſum exhibere poteſt. *text. eſt in d. l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius poſſit. ff. de liber. agnoſc.* cum è diuerſo legitima non minus diuiti, quàm pauperi filio aut patri debeatur. *d. l. ſcimus. 36. §. repletionem. ibi: ſi quid ex alijs cauſſis lucratus. C. de inoffic. teſtam. Auguſt. Bero. d. c. Raynutius. num. 221. extr. de teſtam. Cucch. in tract. de legit. rubr. legit. null. grauam. admitt. num. 95. Pet. Gregor. lib. 44. Syntagm. c. 5. num. 11. idq́;* AB OMNIBVS *tradi affirmat Tiraq. de iure primig. quæſt. 75. num. 8.* atque ad hanc differentiam pertinet illud; quod legitima non deſinit cum vita, ſed tranſit etiam ad ſucceſſores. *§. prohibemus. verſ. & inſuper proprietatem. in Auth. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.* Alimenta autem cum vita alimentarij, regulariter expirant. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. quod*
17 *paulo poſt explicabitur vberius.* Sic † alimentis iure naturæ debitis, ne quidem per iuramentum, teſtamento autem relictis, ſine prætoris auctoritate renunciari non poteſt. *l. cum hi. 8. ff. de tranſact. Alex. conſil. 178. incip. Videtur forſan. nu. 3. vol. 6.* At legitimæ etiam teſtamento aſsignatæ, vt priuata auctoritate ſine prætore renunciari poſsit, iura admittunt. *l. ſi quando. 35. §. illud. verſ. ſed hoc ita. C. de inoffic. teſtam. Pontan. in tract. de aliment. cap. 6. num. 1. quod latius* DEO *volente expli-*

cabo

18 *cabo in tractat. de Renunciation.* Similiter legitima † non au-
fertur ei, cui debetur, ob non impletam conditionem for-
te à teſtatore additam, ſiquidem ea, qualiſcunque etiam ſit,
iure repudiatur: *d. l. quoniam in prioribus.* quod diuerſum eſt
in alimentis legatis, vt paulo poſt dicetur. Sic etſi ſtatutum
19 † legitimam ex COMMVNI opinione tollere poteſt. *Alciat.
de præſumt. reg. 1. præſumt. 8. num 3.* tamen in alimentis id non
recipitur. *Cagnol. in l. iura. 8. num. 8. ff. de reg. iur. cum alijs, quæ
paulo inferius num. 29. adducentur.* Ex quibus omnibus non
tantum intelligi poſſe arbitror, falliſsimum eſſe vulgare il-
lud theorema, quo dicitur legitimam in locum alimentorum
20 ſuccedere, ſed etiam, non † recte argumentum duci ab ali-
mentis ad legitimam. Cuius argumentationis fundamen-
tum, quia ex illo falſo theoremate ſumitur, *prout patet ex Bart.
in l. Titio. 70. §. Titio genero num. 6 ff. de condit. & demonſtr. Ripa
in l. in quartam. num. 132. ff. ad l. Falcid. & alijs locis:* ideo conſi-
derandum eſt, vnde Doctores noſtri theorema illud hauſe-
21 rint. Quod cum † inquiro, animaduerto eos moueri *per §.
hæc nos. & §. prohibemus. in Authent. de trient. & ſemiſſ. collat. 3.
quos ambos text. pro fundamento ad hoc propoſitum Cyn. l. ſancimus.
C. de nupt. Thom. Grammat. conſil. ciuil. 145. incip. Allegationes.
num. 16. Roder. Suarez. in repet. l. quoniam in prioribus. in declarat.
l. Regn. limit. 2. num. 3. C. de inoffic. teſtam. alijq́; quos ibi adducit,
allegant.*
22 Verum † ſi dd. §§. recte tueamur, apparebit,
id quod volunt Doctores noſtri, ex ijs non tantum non pro-
bari, ſed etiam refutari. Nam *ex d. §. hæc nos, verſ. & natura
primo curata. quemadmodum & ex d. §. prohibemus. verſ. filijs forte
fame peremtis. & verſ. cotidianum habeant cibum, &c.* nihil aliud
extrui poteſt, quam vt intelligamus quid nam Iuſtinianum
impulerit, vt legitimæ quotam auxerit: atque ita alimenta
ſunt legitimæ auctæ cauſſa, non quidem finalis, *vt ſentire vi-
detur Franc. de Porcell. in tract. de inuentar. confect. cap. 5. num. 4.
& 28.* ſed impulſiua. *Oldendorp. claſſ. 5. act. 2. §. quæ ſint commu-
nia. num. 3. id quod etiam probat Marc. Mant. ſing. 647. incip. So-
let dici.* Cum enim filijs etiam locupletibus, & ſic alimen-
torum cauſſa ceſſante, nihilominus legitima debeatur: *d. §.*

*repletionem*. efficitur quod alimenta ſint tantum cauſſa impulſiua. *arg. l. 1. §. ſexum. vbi Bart. & gl. verb. cauſſam. ff. de poſtul. Ant. de Butr. in c. poſt translationem. num. 36. ext. de renunciat. vbi ait, vtrum cauſſa impulſiua, an vero finalis ſit, æſtimandum eſſe ex natura materia, latè Euerhard. in Topic. tit. 80. A ceſſat. ration. num. 4. & 5.* Vnde infero errore labi eos, qui promiſcuè ab alimentis ad legitimam arguunt: cum id æque admittendum non ſit, ac ſi quis bonarum legum & malorum morum eandem eſſe rationem, & ab his ad illas argumentum indiſtinctè duci licere, ideo putet, quod iuxta vetus verbum, *teſte Macrob. lib. 3. Saturnal. cap. 17.* bonæ leges ex malis moribus procreentur. Quatenus autem à cauſſa impulſiua argumentari liceat, diſcendum eſt in Dialecticorum ſcholis. At
23 † Io. de Platea *in d. §. publica autem.* & Iaſ. *in d. conſil. 106. nu. 4.* pro confirmatione adducunt *l. quisquis. 5. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt.* quod ab ipſis fit procul dubio ea ratione, cum ibi dicatur, vt filiæ habeant Falcidiam ad mediocrem alimoniam, &c. Falcidia autem pro legitima accipiatur: hinc effici putant legitimam in locum alimoniæ ſuccedere. Verum etſi quidem non eo inficias, Falcidiam nonnunquam pro legitima vſurpari, *vt tradit gl. & Bart. in Authen. vnde ſi parens. C. de inoffic. teſtam. & gl. in l. quoties. 10. C. famil. ercíſ. & eſt text. in l. quæ nuper. 31. C. de inoffic. teſtam. quem ad hoc peculiariter notat Gouean. lib. 2. var. lect. cap. 1. num. 3.* tamen iſtam interpretationem à d. §. ad filias. alienam eſſe, ibique Falcidiam pro legitima non accipi, ita probo: Qui legitimam accipiunt, illi reuera ſunt hæredes. *l. omnimodo. 30. C. de inoffic. teſtam.* Sed filiæ in iſto caſu non ſunt hæredes matris, *quemadmodum d. §. ad filias. & §. vxores. verſ. omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas, &c. in d. l. quisquis. 5. oſtendunt.* Ergo filiæ in iſto caſu legitimam non accipiunt. Cæterum ſi d. l. quiſquis. 5. diligenter inſpexerimus, apparebit hanc eius eſſe ſententiam, quod Impp. propter crimen læſæ Maieſtatis à patre commiſſæ, liberos vtriuſque ſexus à ſucceſsione bonorum paternorum, & maternorum penitus excludant, alimentis tantum humanitatis ergo conceſsis: diuerſo tamen modo: nempe filijs ſolummodo ad indigen-

digentiam, vt pœnæ loco, vix ſpiritum & oſſa trahant: filiabus verò ex bonis maternis ad quandam decentiam, *prout ſ. attigi lib. 1. cap. 1.* in qua definienda, ne quid ambiguitatis ſupereſſet, conſtituerunt Impp. vt Falcidiam fiſcus, vtpote ſucceſſor, filiabus, quotquot earum ſint, largiatur. Ex qua interpretatione, quam ipſe textus manifeſto arguit, patet, *d. §. ad filias,* non tantum non probare id, ad quod à Plat. & Iaſ. allegatur, quod nimirum legitima in locum alimentorum ſuccedat, ſed planè contrarium, nempe alimenta locum legitimæ obtinere: quod pro confirmatione ſecundæ partis
24 huius capitis inprimis eſt obſeruandum. Neque etiam † eiuſmodi promiſcua argumentatio eo fulciri poteſt, quod tam legitima, quam alimenta, iuris naturæ eſſe perhibeantur: quia non tantum in aſcendentibus, collateralibus, & cæteris, quibus alimenta certis quibuſdam caſibus debentur, non vſque adeo hoc verum eſt: ſed etiam in ipſis deſcendentibus diſcrimen ſubeſt, cum his alimenta debeantur de iure naturali & formali, quia debentur quatenus vitæ ratio exigit. legitima vero de iure naturali, non formali, quia poteſt per ius ciuile augeri & minui. *Bald. in l. vlt. §. ipſum autem filium. nu. 1. C. de bon. quæ liber.* Ex qua diuerſitate & alijs ſupra relatis manifeſtum fieri poteſt, quantum huic argumento ab alimentis ad legitimam ducto tribuendum ſit.

25 Ad alteram huius cap. partem deueniendo, dico, † nonnunquam alimenta in locum legitimæ ſuccedere, quod fit, quando vel per legum aut ſtatuti conſtitutionem, vel hominis, iure municipali approbatam diſpoſitionem, quidam ex
26 liberis legitimam nanciſci non poſſunt: vt ſi † Maioratus à patre vel matre inſtituatur, tunc etſi bona ſemper apud maiorem natu remaneant, alimenta tamen loco legitimæ cæteris filijs nihilominus præſtari debent. *Lud. de Molin. lib. 2.*
27 *de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 5.* Sic † ſtatutum, quod vel filias à legitima excludit, & ſolummodo maſculos ad ſucceſſionem admittit, vel omnia bona paterna ad ſolum primogenitum, cæteris excluſis, defert, ad alimenta trahendum non eſt, quæ, non obſtante iſta diſpoſitione, nihilominus li-

beris excluſis debentur. *text. eſt in l. quisquis. 5. §. filij. in fin. & §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt. Bald. in l. 1. §. ius naturale. num. 8. de iuſt. & iur. & conſil. 21. incip. Sint contenta. num. 2. & conſil. 465. incip. Statuto ciuitatis Mantuæ. num. 3. vol. 3. & hoc poſterius conſilium extat etiam apud Angelum. conſil. 359. incip. Præſuppoſito ſtatuto. Caſtrenſ. conſil. 274. incip. Præſuppoſita validitate. vol. 2. Curt. iun. conſil. 10. incip. Viſa ac diligenter conſiderata. num. 7. Zabarell. conſil. 66. incip. In dubio. num. 2. Signorol. de Homod. in conſil. 37. incip. Factum ſic proponitur: quædam mulier nomine Blandexia. nu. 5. Decius l. principalibus. 33. num. vlt. ff. ſi cert. pet. Palat. Rub. in c. per veſtras notab. 3. §. 24. in conſtituenda. num. 7. extr. de donat. inter vir. & vxor. Aym. Cranett. conſil. 189. incip. Quando fœmina. num. 1. & 2. Io. le Cirier de primogen. lib. 2. quæſt. vlt. num. 13. & ſeqq. Burſat. conſil. 132. num. 18. Io. de Roias in Epitom. ſucceſſ. cap. 21. num. 11. copioſe Tiraquell. de iure primigen. quæſt. 4. num. 33. Rub. Alex. de inoffic. teſtam. cap. 16. num. 8. vel quod idem eſt in repet. l. pater filium. num. 160. ff. de inoffic. teſtam. Mich. Graſſ. §. legitima quæſt. 42. num. 3. vbi de* MAGIS COMMVNI *teſtatur.* Con-
28 firmatur † ratione, quia cum iura naturalia ſint fortiora accidentalibus: *l. qui habent. 3. in pr. & ibi Bart. ff. de teſtam. tutel.* & ius filiorum minorum, in conſequendis alimentis, ſit naturale. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* ius autem primogeniti cæteros excludentis, ex iure ciuili accesſerit: ſequitur quod ius filiorum minorum, hoc reſpectu ſit fortius quàm primogeniti: præſertim cum primogenitus volens ſuis fratribus negare alimenta, de lucro captando agat: minores vero victum petentes, de vitando damno. *Io. le Cirier de primogen. lib. 2. quæſt. 16. num. 11.* Quibus † omnibus etiam
29 accedit hæc ratio, cum nec ſtatutum, nec conſuetudo, per directum alimenta deſcendentibus debita, tollere nequeat, vt eſt COMMVNIS opinio, à qua nemo diſceſsionem facit, *teſte Couarr. in Epitom. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 4.* multo minus per ius primogenituræ velut per indirectum, poterit hoc efficere. *c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. l. vlt. in fin. C. de vſur. rei iudic. l. cætera. 41. §. item quæri poteſt. vbi Iaſ. num. 10. ff. de leg. 1.* Quemadmodum autem hæc certa, & indubitata ſunt: ita

30 Ita quæſtionis eſt, vtrum † in his alimentis, quæ loco legiti-
mæ dari debent, & ſolent, ſufficiat præbere cibum & potum,
aliaque quæ ad hanc vitam ſuſtentandam requiruntur: an ve-
ro is, ad quem bona omnia deuoluuntur, neceſſe habeat ſu-
is fratribus & ſororibus ſingulis, fundum aliquem, ex quo ſe
alere poſsint, non tantum quoad vſumfructum, ſed etiam
iure dominij tradere? Cuius inquiſitionis vtilitas, inde ap-
paret, quod ſi tantum cibus, potus & reliqua præſtentur,
nihil inde emolumenti ad nutritorum filios redire poteſt:
quod certè fiet, ſi dicamus, ſingulis ſingulos fundos domi-
nij iure alimentorum loco tradi oportere. Et quidem
31 † quod fundus aliquis, qui ad ſuſtentandam vitam ſatis ſit,
pleno iure dari debeat, videtur velle *Panorm. in c. licet. 6. nu.*
*10. Phil. Franc. in rubric. de teſtam. in 6. num. 63. circa fin. apertius*
*Ioan. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 7. ext.*
*de donat. inter vir. & vxor. Roderic. Suarez. in repet. l. quoniam in*
*priorib. in declarat. l. Regn. limit. 2. num. 12. C. de inoffic. teſtam. Di-*
*dac. Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 15.*
*Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 9. & 10. cum*
32 *alijs ibi allegatis.* Verum † contrarium ſuadet ipſa natura a-
limentorum, quæ eſt, vt ne quidem pecuniæ ad alimenta de-
ſtinatæ dominium in alimentarium tranſeat; ſed eo mortuo
ad alentem redeat. *text. eſt in l. ſolent. 3. §. 1. verſ. debebit autem*
*is. ff. de alim. vel cibar. leg.* & breuiter, alimenta cum perſona
deſinunt. *l. cum hi. 8. §. modus. verſ. Conſtat enim. ff. de tranſact. &*
*hanc partem in terminis tenet Tiraq. de iur. primigen. quæſt. 74. num.*
*6.* Et quod hæc alimenta à primogenito cæteris fratribus
debita, nihil ſingulare habeant, ſed iuxta naturam vulga-
tam alimentorum æſtimentur, confirmatur ex eo, quod hæc,
æque ac cætera non debeantur fratri, qui aliunde ſeipſum
alere poteſt. *Martin. Laudenſ. in tractat. de primogenit. nu. 54.*
*per l. ſiquis à liberis. in gl. verb. liberorum. ff. de liber. agnoſc. & hunc*
*ſequitur Tiraq. in tract. de iur. primigen. quæſt. 4. num. 35. vbi recte*
*emendat locum corruptum Laudenſis, ſiquidem nulla ibi habetur gl.*
*ad verb. liberorum. & ideo reponit §. ſed ſi filius. atq; ita etiam alle-*
*gat Tib. Decian. conſil. 9. incip. Ex hoc teſtamenti tenore. num. 44.*

*vol.*

*vol. 1.* Ex quo eodem fonte fluit id, quod tradit Anton. Gomez. *in comment. ad ll. Tauri. l. 40. num. 75.* quod potius ad matrem diuitem, quam ad fratrem Maioratus poſſeſſorem, hoc alendi onus ſpectet, per rationes, quas nolo tranſſcribere: quibus conceſsis, ſequitur nullum fundum cæteris liberis
33 iure proprietatis loco alimentorum deberi. In qua † ſententiarum varietate, quam difficile ſit, vnam, altera iure repudiata, eligere: aut aliquo alio modo veritatem eruere, quilibet intelligit: præſertim quando pro vtraque parte militant rationes, & præſtantiſsimorum DD. auctoritates. Vt igitur breuibus me expediam, puto tali caſu fundos, aut prædia iure dominij vel proprietatis in vicem alimentorum dari iure non poſſe. Mouet me, quia ſi aliud diceremus, fieret fraus ſtatuto aut conſuetudini. Finge enim, in loco, vbi tale viget ſtatutum, eſſe aliquem, qui habeat agros mille, & tres ſaltem liberos: quo mortuo, ſi is cui illa bona ex ſtatuto, cæteris excluſis, obuenirent, reliquis cogeretur quoſdam agros pleno iure loco alimentorum aſsignare: & is rurſum poſt ſe tres liberos relinqueret, quorum ille, qui vocabatur ad ſucceſsionem, ſimiliter ſuis fratribus quoſdam agros iure dominij tradere deberet: & ſic deinceps: quæſo quid tandem ex iſtis agris primogenito futurum erit reliquum? Cum igitur ne fraus fiat legi, hoc non ſit admittendum, *per l. contra legem. 29. ff. de ll. cum ſimil.* & tamen proprietas cæteris liberis adimenda non ſit: quandoquidem naturalis ratio liberis non tantum fructum quendam bonorum paternorum, ſed hæreditatem, à qua proprietas ſeparari non poteſt, *l. nihil. 24. ff. de verb. ſignific.* addicit: *l. cum ratio. 7. in princ. ff. de bon. damnat.* (quæ iuris naturalis addictio hanc ſententiam bene corroborat: ſi enim hominis priuati teſtamentaria aſsignatio ita accipitur, vt bonorum in teſtamento ad alimenta relictorum dominium, in legatarium ita tranſeat, vt is etiam poſt mortem ſuam ad ſuos hæredes porro tranſmittat, non vero ad teſtatoris hæredes redeat, *vt eſt COMMVNIS opinio, teſte Couarr. in Epitom. libr. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. cum alijs, quæ ī lib. 1. cap. 15. num.*

*num.64. adduxi*: quanto magis hoc eſt dicendum in ea aſsignatione, quam lex naturæ facit?) ideoque eam ſententiam de iure puto veriorem, vt huiuſmodi perſonis ex ſtatuto ad ſuccedendum inhabilibus, non quidem fundus vnus, vel plures, dominij & ita pleno iure tradantur: ſed potius certa pecuniæ ſumma pro conditione eorum bonorum, à quibus excluſæ ſunt, ad ſe alendas loco legitimæ numeretur. Pro
34 qua † ſententia commodiſsime allegari poſſunt ea, quæ Lud. de Molin. *lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 10.* adducit: partim quia non in ſpecie de fundi, ſed rei (quæ ſua ſignificatione, tam res mobiles quam immobiles, corporales & incorporales complectitur. *l. 5. & 23. ff. de verb. ſignif. l. 1. in pr. ff. ſi cert. pet. cum ibi not.*) proprietate loquitur: partim quia auctoritates ab ipſo adductæ hanc opinionem confirmant. Nam Cyn. *in d. l. ſancimus. Palat. Rub. in d. §. 24. num. 7. Roder. Suarez. d. num. 12.* &, qui hunc allegat, Couarruuias *d. §. 6. num. 15.* hac ratione nituntur: cum legitima, quæ debetur filio, ſit eius patrimonium, quod eſt tranſmiſsibile ad hæredes, ergo etiam illud, quod pro alimentis datur, tranſmitti debere: ex qua argumentatione firmiter vix poteſt inferri, res immobiles vel fundos dandos eſſe. Cætera quæ allegat Lud. de Molin. *d. num. 10. nempe Alex. conſ. 131. lib. 1. Franc. Aret. l. vn. ad fin. C. quand. non petent. part. Io. Hannibal. in repet. Rubr. ff. ſolut. matr. num. 146. Rol. à Vall. conſ. 74. num. 53. & ſeq. vol. 1.* ea præſentem quæſtionem, vt non impugnant, ita nec adiuuant. Si itaq; priores auctoritates ſecundum allegatam rationem, vt omnino fieri debet, intelligantur, hanc meam ſententiam bene confirmant. Ne ve-
35 ro † in dubium vocetur, an hæc alimenta, vel id, quod eorum loco datur, vicem legitimæ obtineat: ideo hoc Roder. Suarez. *in d. num. 12.* probat ex eo, quod nec ſtatutum aliter legitimam tollere queat, niſi tantumdem excluſo ſuperſit, ex quo ſe alere poſsit: *quod confirmat Andr. Gaill. lib. 2. practic. obſer. cap. 122. num. 12. & ſeqq.* Multo minus aduerſabitur Panorm. *in d. c. licet. 6. num. 10. de vot. & Phil. Franc.* quia iſtam aſsignationem ita declarant, vt ſeruata principatus integritate

36 tate cæteris ſubueniendum eſſe dicant. Et videmus † hanc ſententiam placuiſſe etiam iuſticiæ & ſapientiæ laude celeberrimorum regi Ioſaphato, qui filio primogenito regnum quidem contulit: cæteris verò aurum, argentum & alias res precioſas dedit. *2. Paralipom. cap. 21. verſ. 3.* Neque obſtat, quod ibidem dicitur, ciuitates munitas ſecundo genitis datas eſſe: quia inde non euincitur iure dominij hoc factum eſſe, aut regno Iudæ quicquam deceſsiſſe: ſed potius traditas ſolummodo habitandi cauſſa, vel etiam vt ibi præfecti officio fungerentur. Quia enim occaſione huius aſsignationis, illas vrbes à regno Iuda diſceſsionem feciſſe nuſquam legimus: ideo nec temere id affirmandum eſt. Simile legimus apud Xenoph. *lib. 8.* Κύρου παιδείας *in edition. Leuvend. fol. 185.* Cyrum Cambyſi primogenito filio regnum reliquiſſe: alterum verò Tanaoxaren, tantum Medorum & Armeniorum Caduſiorumque ſatrapam conſtituiſſe. Verum ea, quæ ha-
37 ctenus dixi, ita † reſtringenda eſſe arbitror, vt vera ſint in ijs perſonis, quæ ſe, ſuasque res tueri ipſæ poſſunt: ſecus in ijs quæ vel ob ætatem minorem, vel ſexum, vel morbum, tutela, vel quadam cura opus habere videantur, eaque tutela ad horum alimentorum debitorem ſpectet. Ecce enim, iure feudali fœminæ à ſucceſsione feudorum remouentur, & ſoli maſculi vocantur. *c. vnic. §. ad filias de ſucceſſion. fratr. c. vnic. in pr. de natur. ſucceſſ. feud.* Verum ſi pater tot bona allodialia, ex quibus filiæ ali nequeant, non reliquerit, tum conſuetudines iſtæ feudales iuxta regulam paulo ante num. 23. traditam, ita interpretantur, vt in legitimæ locum alimenta ſuccedant, eaque ex bonis feudalibus præſtanda ſint. *Hieron. Schurpff. conſil. 24. incip. Quod prædictæ deciſiones. num. 1. & 2. volum. 1. Sequitur Ioach. à Beuſt. in repet. l. admo-*
38 *nendi. num. 874. ff. de iureiurand.* Ex qua † regula ſimul intelligi poteſt, cur quando feuda ad dominum redeunt, aut huius conceſsione & benignitate, alijs plane extraneis obueniunt, ad hos nihilominus, prioris poſſeſſoris filias egentes alendi neceſsitas ſpectet, atque ita cur hoc onus cum feudo tranſeat. *Dn. præceptor & ſocer meus in conſil. 50. num. 31. Scabini Lipſenſes in ſententijs, post* Landtr. *tit.* Von tei-

lung

ſtung der Brüder vnd Mitgiffe der Schweſtern aus dem Lehn/ §. Fürder auff das weiter ſchreiben / *&c. mihi fol. 536.* Atta-
39 men † quia fratres ſuarum ſororum proximi agnati ſunt & tutores: *lib. 1.* Landtr. *art. 23. & art. 49.* Weichbildt/ Fachs *diff. 15. Reinhart. different. 43.* ideo pro hiſce alimentis aliquam pecuniæ ſummam ſororibus præ manu dare fratres non coguntur: ſed iuxta limitationem prædictam ſatis eſt, ſi cibus, potus, veſtes & cætera, quæ vitæ ſuſtentatio exigit, præſtentur: Sin autem vna earum nubat, & ſic fratris tutela vel cura opus amplius non habeat, vtpote quæ cum omnibus ſuis bonis in mariti tutelam tranſit: *lib. 1.* Landtr. *art. 31. & lib. 3. artic. 45. §.* Der Man iſt auch Vormund ſeines Weibes/ etc. tunc iſta alimenta ſecundum principalem huius quæſtionis deciſionem, vna vice in pecunia numerata, bonorum, à quibus excluſa fuit, habita ratione, pro ſua parte aſsignanda ſunt. *ſententia poſt* Weichbild / *ſub tit.* Wie die Töchter aus dem Lehngut ſollen beſtatt werden / etc. §. Deßgleichen wo Jungfraw K. gedechte / etc. *ac omnino Lipſenſes in ſententijs poſt* Landtrecht/ *tit.* Was zu Gerade / Morgengab / Mußtheil vnd Erbe gehört/ *& D. Schneidvv. §. fuerat. num. 99. Inſtit. de action.* Et hoc
40 † poſterius, nimirum quando bona, ex quibus alimenta tantum, loco legitimæ debentur, alijs quam nutriendarum perſonarum tutoribus obueniunt, quod tali caſu non ſufficiat menſtruatim aut dietim, cibum, potum, lectum, & alia præbere: ſed neceſſe ſit certam pecuniæ ſummam, quæ alimentorum vice fungatur, ſemel erogare, apertè probat *l. quiſquis. 5. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſtat. de quo text. in hoc c. num. 23. non-*
41 *nihil dixi.* Ea † autem, quæ ex Laudenſe, Tiraquello, Deciano & Antonio Gomez. in contrarium allata ſunt, vna reſponſione abſolui poſſunt: ſi hæc alimenta, quæ legitimæ per ſtatutum, vel alium quem modum ſublatæ, ſuccedunt, atq; ex aſcendentium defunctorum bonis, iure naturæ deſcendentibus debentur, diſtinguamus ab ijs, quæ liberis à viuis pa-
42 rentibus præſtare oportet. Hæc † enim ambo pari iure cenſenda non eſſe, ex conſideratione *d. l. quiſquis. §. ad filias.* apparet. Nam parentes viui ſuo officio ſatisfaciunt, quando liberis

ris dietim de cibo & potu alijſque ad hanc vitam neceſſarijs proſpiciunt, COMMVNIS eſt opinio. *Vital. Nemauſ. in tract. de collat. quæſt. 8. num. 14. Io. Guter. de contract. iurat. cap. 4. num. 14. & 15.* At poſt parentum mortem, alimenta regulariter vna vice exſoluenda ſunt: *d. §. ad filias.* niſi perſonarum, tam ad quas bona peruenerunt, quam earum, quibus præſtanda inde ſunt alimenta, diuerſitas, diuerſum ſuadeat, vt paulo ante declaratum fuit. Deinde alimenta, quæ parentes adhuc ſuperſtites liberis ſubminiſtrant, tantum ex reditibus bonorum debentur. *Io. Garſias in tract. de Expenſ. cap. 4. num. 18. cum alijs quæ ſuperius cap. 2. huius libri adducta ſunt:* ſed quæ loco legitimæ præſtantur, fructibus contenta non ſunt, ſed ipſa bona & ita proprietatem poſtulant. *d. §. ad filias. ibi: Falcidi-*
43 *am ex bonis, &c.* Quæ † vtraque diſcrimina limito, vt non procedant, quando veriſimiliter metus ſubeſt, ne à filio, cui alimenta debentur, publica turbetur tranquillitas, huic enim non niſi cibus & potus & alia ad tuendum corpus neceſſaria danda ſunt: multo minus ipſa bonorum proprietas concedenda. *d. l. quiſquis. §. filij vero. verſ. hæreditarij criminis*
44 *exempla metuuntur. & d. §. ad filias. C. ad l. Iul. Maieſt.* Ex † qua proprietate inferri poteſt vlterius, quod hæc alimenta ad ſucceſſores eorum qui nutriti ſunt, tranſeant: *Couarru. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 15. Marc. Anton. Cucch. in auth nouiſſima. verb. nec vſufructu defraudari liberi. §. poteſt præterea non ab re quæri. num. 6. C. de inoffic. teſtam. Lud. de Molin. d. cap. 15. num. 10.* cæteris cum eorum vita deſinentibus. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact.* Cum igitur ex his conſtet, vtrorumque alimentorum parem rationem non eſſe: præfati vero DD. dum ea, quæ de primo genere dicuntur, quaſi eadem vtrobique eſſet ratio, ad poſterius accommodant, falſo nitantur præſuppoſito: neganda eſt, vt cum Dia-
45 lecticis loquar, ratio conſequentiæ. Quia † itaque hæc alimenta, de quibus in ſecunda huius capitis parte actum fuit, in locum legitimæ ſuccedunt, imò huius naturam quaſi induunt & ſequuntur, *prout* COMMVNITER *receptum eſſe teſtatur Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 2.* efficitur,

citur, quod à legitima ad alimenta argumentum duci liceat: non quidem ſimpliciter ad omnia, ſed tantum ad ea, quæ in locum legitimæ debentur: quæ quia ſingulatim examinat Lud. de Molin. *d. cap. 15.* poterit lector, qui velit, inde petere.

# DE ALIMENTORVM ET DOTIS COGNATIONE.

## Caput X.

### SVMMARIVM.

1. *Dos & alimenta iuxta quorundam opinionem comparantur, ita vt hinc inde ſine diſcrimine argumentum ducatur.*
2. *Aliqui verò hoc negant: & diſceptant num alimenta doti, an dotem alimentis præferre oporteat. num. 3. quibuſdam hoc. num. 4. quibuſdam illud aſtruentibus. num. 6. & 8.*
7. *Hæ diſtinctiones reijciuntur, & num. 9.*
10. *Ab aliquibus hæc argumentatio penitus improbatur.*
11. *Ab aliquibus admittitur ſi nulla poteſt dari diuerſitatis ratio: quod verum eſt ſiue affirmatiue ſiue negatiue argumentemur. num. 12.*
13. *Aliquot igitur recenſentur diſcrimina inter dotem & alimenta: quorum primum ſumitur à cauſſa efficiente remota.*
14. *Secundò; Plures ſunt obſtricti ad danda alimenta, quam dotem.*
15. *Tertiò: alimenta ex ſua natura præſtantur dietim, vel menſtruatim: dos non item.*
16. *Quartò: Alimenta regulariter debentur ex fructibus: aliud in dote.*
17. *Quintò: Dos tranſit ad hæredes mulieris: non autem alimenta.*
18. *Sextò: Alimenta dantur ad alendum priuatum: dos ad augendam Remp. prole.*
19. *Septimò: Dotis & alimentorum non eſt par neceſſitas.*
20. *Octauò: Dos confertur, alimenta vero non.*
21. *Nonò: Alimenta non debentur filijs diuitibus: ſecus in dote. cuius diuerſitatis rationes duæ à Croto allatæ expenduntur num. 22. & 23. & affertur alia ratio. num. 24.*
25. *Decimò: differunt in præſumtionibus & appellationibus. num. 26. & 27.*

28. *Quando & quatenus doti cum alimentis conueniat.*
29. *Primo quando dos datur filia ſpuria.*
30. *Deinde in vtriſque plerunque conſideratur eius cui debentur dignitas.*
31. *Tertio dos pauperi fœminæ debita etiam cenſetur cauſſa pia æque ac alimenta.*
32. *Quarto quando ſtatuto prohibetur, ne dos detur filiabus: tum alimenta nihilominus debentur.*
33. *Eorum in quibus dos & alimenta tam differunt quam conueniunt; vſus & num 34.*
35. *Interdum dos ſuccedit in locum alimentorum: interdum alimenta in locum dotis.*

EAM cognationem, quæ alimentis cum dote intercedit, nunc explicaturus, agnoſco magnam huic quæſtioni ſubeſſe difficultatem, propter diuerſitates opinionum: ſi-
1 quidem noſtrorum Doctorum aliqui † cenſent, quod dos & alimenta æquiparentur: *gl. 1. l. ob æs. 12. C. de præd. minor. quem ſequitur Salic. in l. qui liberos. num. 2. ff. de rit. nupt. Alex. in addit. ad Bartol. in l. cum is. 32. §. mulier ſi in ea. & ibi Iaſ. iſtam gl. ſingularem appellat. ff. de condict. indeb. Steph. Bertrand. conſil. 82. incip. Quoniam reperio. nu. 7. part. 1. vol. 3. Cornel. Benincaſ. de priuil. paupert. q. 7. ſpecial. 2. num. 14. Cacher. deciſ. 124. incip. in quæſtione propoſita. num. 3. Burſat. conſil. 32. num. 67. Menoch. lib. 4. præſumt. 115. num. 17. Nicol. Euerhard. in Topic. loc. 71. A dote ad alim. in pr.* ac plane eiuſdem iuris eſſe cenſeantur: *Damhoud. in Enchirid. parium. §. Dos. & tit. 1. patrocin. pupillor. cap. 9. num. 27.* & quod ab alimentis ad dotem, & è contra argumentum recte ducatur: *Damhoud. in Enchirid. parium. §. alimenta & dos. Menoch. de arbitr. iud. q. lib. 2. cent. 5. caſ. 460. num. 5. quam ſententiam* COMMVNEM *aſſerit Ruin. conſil. 199. incip. Viſis & bene ponderatis. nu. 9. vol. 2. ſequitur Petrus Ant. de Petr. in tract. de fideicommiſſ. prohibit. q. 8. nu. 480.* ac vtraq; cauſſa ſit æque fauorabilis. *Cynus in l. neq; mater. 14. in fin. C. de iur. dot. & l. non omni. 16. in fin. C. de admin. tut. Bart. l. cum de in rem verſo. 7. num. 1. ff. de vſur. Panorm. conſil. 50. incip. Videtur primò. num. 2. vol. 2. Tib. Decian. conſil. 42. incip. Quia per ſupra ſcriptos. nu. 37. vol. 2. Burſat. conſil. 130. nu. 41. Tiraq. de iure primigen. q. 62. num.*

*num.5.Rol. à Vall.conſil.74.num.42.& ſeqq.vol.1.Rickius in tract.de vn. prol.cap. 7. num.111.Cucchius l.quoties.num.92.C.de precib.Imp.*
2 *offer.* Quidam vero † ſtatuunt non pari iure cenſenda eſſe vtraque, & æquiparationem iſtam non vſquequaque veram eſſe: *Bald. de Bartolin. in tract. de dot. part. 6.priuil.15.in fin. Ruin. conſil.124.incip. Videtur.num.7.vol.1.* neque ſimpliciter hinc inde arguere licitum eſſe. *Alex.l.1.num. 11.& ſeqq. ff. ſol.matrim.& ibidem Camill.Viſitarin. num.103. idem Alex. in l. mulier. 22. §. cum proponeretur.num.vlt ff. ad SC. Trebell.Curt.ſen.conſil. 27.incip. Magnificus vir.nu.36.Cacher.d.deciſ.124.nu.15. Bero.conſil. 165. incip. In cauſſa ſpurietatis.nu.31.vol.2.Guliel.Mayner.in l.in ambiguis. 85 in prin.num. 13.ff.de reg.iur. Cardin. Alban. in addit. ad Bart. l.*
3 *cum de in rem verſo. nu. 2. ff. de vſur.* At hic † rurſum DD. in diuerſas ſententias abeunt: dum enim par de vtroque ius eſſe nolunt concedere, diſceptant vtrum alimenta doti, an
4 dos alimentis ſit præferenda. Quidam enim † putant dotis cauſſam potiorem eſſe: *Raph. Fulgoſ. conſil.228. incip. Anton. de Morando. num.4. Panorm.c.3.num.1.extr.de arbitr. Bald. de Bartolin. in l.1. num.158. ff.ſolut. matrim.ibidemq́; Camill.Viſitarin.nu.118. Andr.Gaill.lib.2.obſ. c.95.nu.15.Conſtant.Roger.in tract. de dot. §.2.nu.4. & 5.* imo dotem in locum alimentorum ſuccedere. *Bald.conſil.456. incip. Recolo.num.10. vol.5. Panorm.in c. cum haberet.num.5.ext.de eo qui duxit in matrim. Palat. Rub. in c. per veſtras.notab. 2.num. 18.ext. de donat. int. vir.& vxor. Anton.de Petruc.l.1.nu.105.ff.de iureiur. Mar. Socin. ſen. conſil. 25 incip. Dominus Franciſcus.num.21.vol.1. Alex. conſil. 7. incip. Viſis. num. 2. conſil.208.incip. Viſo ſummario.num.7.vol. 2. Cephal. conſil. 668. in-*
5 *cip. Dubitant. num. 6.* Quidam † verò contra diſputant, alimenta plus fauoris mereri. *Bulgar. de Bulgarin. in l. 1. num.27. ff. ſolut. matrim. Cephal. conſil.485.nu.87. & ſeq. lib. 4. Grat.conſ. 148. incip. Mature.num.3.vol.2. & propterea ſub num.2. cenſet argumentum de dote ad alimenta affirmatiue tantum validum eſſe. Menoch.lib. 4. præſumt.191. num.2. Cucch. d. l. quoties. num.91. C. de*
6 *precib. Imp. offer.* Quarum † diſſenſionum componendarum ergò, Gul.Mayner. *in l. quoties idem ſermo. 67. num. 146. & ſeq. ff.de reg. iur.* diſtinguit inter alimenta filijs ſpurijs debita, &

ea, quæ filijs naturalibus ac legitimis præſtantur: vt illa ſint
7 dote fauorabiliora, hæc verò non item. Quæ † diſtinctio quam parum ad tollendam omnem hanc controuerſiam poſſit: inde ſaltem, ne omnia hic adducam, liquere poteſt, quod etiam filiarum naturalium ac legitimarum alimenta dote ſint potiora, cum dos ſtatuto tolli poſsit, alimenta nequaquam. *Campeʒ. de dot. part. 5. q. 26. num. 4. quod j. latius expli-*
8 *cabitur.* Alij † dicunt argumentum de alimentis ad dotem procedere affirmatiue, nempe, Titius tenetur dare alimenta, Ergo tenetur etiam dare dotem. *Natta conſil. 547. incip. Vigenſe bello. num. 11. Menoch. lib. 4. præſumt. 189. num. 29. 66. Io. Bo-*
9 *lognet. l. 1. num. 94. ff. ſolut. matrim.* Quam † argumentationem multis caſibus non procedere, ſufficiat iam ſaltem hoc attuliſſe, quod filius tenetur matrem quidem alere: *d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. ff. de liber. agnoſc.* ſed ei ad ſecundas nuptias aſpiranti, dotem dare non compellitur. *l. tutor. 13. §. fin. ff. de admin. tut. Alex. l. à filia. 62. num. 8. ff. ad SC. Trebell. Iaſ. auth. res quæ. num. 9. C. commun. de legat.* Sic frater tenetur alere ſororem vterinam: *l. qui filium. 4. ff. vbi pup. educ. deb. authent. licet. C. de natural. liber.* dotare vero non item. *l. cumplures 12. §. cum tutor. ff. de admin. tut. Camill. Viſitarin. l. 1. num. 150. ff. ſol. matr. Natta conſil. 410. incip. Totum controuerſiæ. num. 15. Palæot. tract. de ſpurijs. cap. 49. num. 1. & eſt* C O M M V N I S *opinio. Io. Bapt. Pontan. tract. de alim. cap. 10. num. 3.* Quod cum animaduerterint
10 † alij, hunc arguendi modum omnino reiecerunt: *vt Iaſ. in auth. res quæ. num. 7. in fin. C. Commun. de leg. Menoch. lib. 4. præſumt.*
11 *189. num. 68.* alij † tantum limitarunt, vt procedat, quando non datur diuerſitatis ratio. *Rip. in d. l. 1. num. 79. ff. ſolut. matrim.* quod argumentum, ſi iſta limitatio addatur, C O M M V N I T E R à DD. receptum eſſe tradit Corraſius *in l. qui liberos.*
12 *num. 113. ff. de rit. nupt.* Quæ † reſtrictio vt in ſe vera eſt, ita neque dum omnem dubitandi anſam præcidit: ſiquidem ſimiliter dici poteſt argumentari licere negatiue ab alimentis ad dotem, niſi diuerſitatis oſtendi poſsit ratio: verbi gratia, filiæ delictum ob quod exhæredari poſſet, in patrem committenti, non debentur alimenta, *vt eſt* C O M M V N I S *opinio,*

*teſte Eman. Soarez in theſaur. commun. opin. lit. A.num.164. & vlterius confirmabitur paulo inferius*: inde recte me inferre credo: Ergo iſti filiæ etiam dos non debet dari, *& ita negatiue arguit Euerhard. in Topic.loc.70. ab alim. ad dot. num. 3.* Cui argumentationi ſi καθ' ὑπαρξιν, vt Ariſtoteles loquitur, opponas: filiæ locupleti denegantur quidem alimenta. *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi filius. ff. de liber. agnoſc.* ſed non ſequitur, quod etiam dos à patre ipſi non danda ſit. *Anton. de Padill. in auth. res quæ. num. 77. C. commun. de legat.* quia contrarium diſpoſitum inuenimus *in l. vlt. C. de dot. promiſſ. Alex. d. conſil. 7. num. 11. vol. 2. vbi procul dubio voluit allegare d. l. vlt. C. de dot. promiſſ. non autem vt in excuſis exemplaribus habetur l. vlt. C. de don. propt. nupt.* Statim ego replicauero, diuerſam hic ſubeſſe rationem: atque ita argumentum tam affirmatiue, quam negatiue ab alimentis ad dotem, & vice verſa duci poteſt, ſi ſcilicet nulla diuerſitatis
13 ratio ſit impedimento. Vt igitur † adoleſcentum ſtudia hac in parte non nihil adiuuem, breuiter adducam præcipuos modos, quibus alimenta & dos inuicem diſcriminantur: vt intelligamus, vnde iſtæ rationes diuerſitatis præcipue ſint ſumendæ. Et prima quidem differentia peti poteſt â cauſſa efficiente remota; dotem enim filiarum non iure naturali, ſed poſitiuo introductam eſſe: *gl. l. obligamur. 52. §. lege. ff. de oblig. & act. Campez. de dot. part. 1. q. 5.* educationem vero liberorum ex iure naturali deſcendere, nemo eſt, qui neſciat. *l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſtit. & iur. §. 1. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. quam ſententiam tradunt, Bulgar. de Bulgarin. l. 1. num. 27. ff. ſolut. matrimon. Bero. in c. in præſentia. num. 431. ext. de probat.*
14 Secunda † differentia ſumi poteſt à cauſſa efficiente propinqua: quod nempe plures ad alimentorum, quam dotis præſtationem obligentur. Nam *vt iam num. 9. dixi*, frater ſorori vterinæ dotem dare non cogitur, quam tamen alere tenetur: idem obtinet in filio erga matrem. *Bulgarin. d. l. 1. num. 27. Alex. num. 12. & 13. ff. ſolut. matrim. Claud. de Seiſell. l. 1. §. ius naturale. num. 10. ff. de iuſt. & iur. Ant. Guib. de dot. cap. 3. num.*
15 *16.* Tertiò † differunt etiam forma vel modo præſtandi: nam alimenta annuatim vel menſtruatim ſoluuntur, *vt*

*ſupra cap. 4. huius libri declaratum fuit:* dos vero vna vice perſoluenda eſt*: Cucch. in l. quoties. num. 93. C. de precib. Imp. offer.* adeo, vt ne quidem pater pro alimentis aſsignare poſſet marito, loco dotis congrua alimenta: *vt vult Bald. Nouell. in d. tract. de dot. part. 6. priuil. 15. quem locum à verbo ad verbum, Baldi mentione non facta, deſcripſit Guliel. Benedict. in repet. c. Raynutius. verb. dotem. num. 16. ext. de teſtam.* quam ampliationem tamen nunc in medio relinquo, cum Io. Campez. *in tract. de dot. part. 1. queſt. 17. num. 2. in fin.* contrarium velle videatur: & eam
16 examinare præter meum eſſet inſtitutum. Quarta † differentia conſpicitur ex eo, quod alimenta tantum ex fructibus rerum debentur, *vt ſ. hoc lib. c. 2. dictum fuit.* quibus dos non eſt contenta: ſiquidem ipſarum rerum dotalium dominium tam ad vxorem pertinet: *l. in reb. 30. C. de iur. dot.* quam ad maritum, conſtante adhuc matrimonio. *l. doce ancillam. 9. C. de rei vindic. & latius explicant Io. Garſias de expenſis & meliorat. cap. 13. Io. Vandus lib. 2. variar. quæſt. 3. Corraſ. lib. 5. miſcell. cap. 14.* Hinc
17 ſua ſponte ſequitur quinta † differentia, quod dos regulariter ad filios & hæredes mulieris tranſit ex Mart. opinione, quæ vſu obſeruatur: *teſte Accurſ. in l. dos. 4. C. ſolut. matrimon. & iure videtur verior Antonio Fabro. lib. 1. coniect. cap. 16.* cum defuncto alimentario, alimenta penitus deſinant. *l. cum hi. 8. §.*
18 *modus. ff. de tranſact.* Sextò † differunt fine, quia alimenta conſtituuntur ad alendum eum, cui debentur: at dos datur præterea ad augendam Rempublicam ſobole. *l. 1. ff. ſolut. matrim. Salic. auth. res quæ. num. 5. C. commun. de legat. Camill. Viſitarin. in d. l. num. 118. & 122. ff. ſolut. matrim. & hoc etiam videtur velle Fulgoſ. d. conſil. 228. incip. Antonius de Morando. num. 4.*
19 Septimò differunt, quia dotis † non eſt ea neceſsitas, quæ alimentorum: ſiquidem poſſumus viuere ſine donatione propter nuptias, & ſine dote: quod ſine alimentis fieri eſt impoſsibile: *Bulgarin. d. l. 1. num. 27. ff. ſolut. matrim.* vnde fit, vt qui alimenta denegat, dicatur necare: *l. necare. 4. ff. de liber. agnoſc.* quod de eo, qui dotem denegat, dici neutiquam poteſt. *Iaſ. d. authent. res quæ. num. 7. Cuchus l. quoties. num. 92. C. de pre-*

de precib. Imp. offer. Pari ratione non admiſerim, vt quæ famis neceſsitate vrgente permiſſa ſunt, puta furtum alimentorum, venditio filiorum, &c. ad dotis dandæ neceſsitatem accom-
20 modentur. Pro octaua † differentia allegari poteſt, dotem datam cæteris cohæredibus, in diuiſione bonorum paternorum vel maternorum, conferri oportere: tot. tit. C. de collat. & tot. tit. ff. de dot. collat. alimenta vero non item, vt ſ. hoc libr. cap. 7. num. 31 probatum fuit.

21 Nonò differunt contrarijs: nam † alimenta non debentur filijs vel filiabus habentibus, vnde ſe alant: l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. ſed dos etiam filiæ locupleti danda eſt. l. vlt. C. de dot. promiſſ. Alex. conſil. 169. incip. Viſis inſtrumentis. num. 4. vol. 7. Bald. de Bartolin. d. l. 1. nu. 158. ff. ſol. matrim. Conſtant. Rogerius d. §. 2. num. 4. & 5. Sebaſt. Medic. l. fin.
22 gl. 2. part. 3. num. 128. priuil. 10. ff. de ll. Cuius differentiæ † cauſſam quamuis Crotus. d. l. 1. num. 74. ff. ſolut. matrim. hanc aſsignet, cum obligatio alimentorũ habeat tractum ſucceſſiuum, dotis autem obligatio tractum momentaneum: quod ideo propter maius onus ex obligatione alimentorum cauſatum, lex voluerit aliquo modo mitigare dictam obligationem, per quam pater filijs alimenta præſtare cogitur, & ſtatuerit, quod illa non debeantur, ſi aliunde victum quærere poſſunt: per l. pecuniæ ſortem. 8. in fin. ff. de alim. & cib. legat. tamen eam, vix ac ne vix quidem, admitti poſſe, inde patet: quia falſum eſt, quod onus ex obligatione alimentorum cauſatum, maius ſit eo, quod ex obligatione dotis oritur: quandoquidem plane contrarium verum eſſe, oſtenditur: primo quia dos regulariter vna vice exoluenda eſt, ſed alimenta dietim & menſtruatim, quorum iſtud longe grauius eſt, quam hoc. §. fideiuſſores ita. in fin. Inſtit. de fideiuſſ. §. plus autem. Inſtit. de action. l. ſi cui. 12. §. minus ſoluit. ff. de verb. ſignif. Deinde quia qui præſtat alimenta, nihil de bonis ſuis diminuit, cum ex fructibus ſolummodo debeantur: è contrario autem dotis datio proprietatem transfert, vt paulo ante ex l. doce ancillam. 9. C. de rei vindic. & l. in rebus. 30. C. de iur. dot. dictum eſt. Quod d. l. pecuniæ. 8. in fin. ff. de alim. & cib. legat. attinet: tantum abeſt,

vt hanc diuerſitatis rationem approbet, vt etiam plane eam improbet. Cum enim *d. l.pecuniæ.quemadmodum.& totus tit.* loquatur de alimentis legatis, quæ propter legatarij diuitias non expirant: *Ioſeph. Ludou. in deciſ. Peruſ. 46. num. 8.* ſequitur iſtum textum, cum his alimentis, quæ ob facultates alimentarij deſinunt, & de quibus iam loquimur, hac in parte, nihil habere commune. *per l. Papinianus. 20. ff. de minor. l. fin. ff. de calumn.* Accedit, quod text. *d. l. pecuniæ. 8. ff. de alim. vel cib. legat.* non diſtinguat inter dotis & alimentorum debitorem, prout adducit Crotus *d. num. 74.* ſed inter alimentorum varios diſtributores: ſiquidem alij eorum ſunt teſtatoris hæredes, in quos rerum, ex quibus alimenta eroganda ſunt, dominium tranſit, *§. fin. Inſtit. de hæred. qualit. & differ. l. hæres. 37. ff. de acquir. hæred.* quorum ius non momentarium eſt, ſed perpetuum: *per l. ei qui. 88. ff. de hæred. inſtit.* alij vero nudi miniſtri & executores, quibus alimentorum diſtribuendorum cura à teſtatore commiſſa eſt, & horum ius non eſt perpetuum, ſed cum morte alimentariorum expirat. *per c. cum ceſſante. ext. de*
23 *appellat.* Altera † ratio diuerſitatis, quam Crotus *d. l. 1. nu. 74.* affert, quaſi filia, cum genus mulierum ſit auariſsimum. *l. ſi ſtipulata. ff. de donat. inter vir. & vxor.* velit in bonis patris ſibi, etiam locupleti, dotem conſtitui: refutatur ex eo, quod ſi fœminini ſexus, auaritia, vt aliud in alimentis, aliud vero in dote conſtitueretur, in cauſſa fuiſſet: ſequeretur, quod tantum filijs, non autem filiabus diuitibus alimenta à patre denegari poſſent, quæ diſtinctio iure non probatur. Mal-
24 lem † igitur horum iurium diuerſitatem, ex ipſarum rerum diuerſitate oriri: cum enim alimenta naturaliter taxata ſint. *Iaſ. in l. qui quartam. 15. §. ſi quis vnam. num. 3. ff. de leg. 1.* Cauſſæ vero, in quibus pecunia opus habent coniuges, non ſint definitæ, neque definiri poſsint: conſtitutum eſt, vt opes filia-
25 rum, patrum dotandi officium, non tollant. Decimum † diſcrimen conſtituit de vtriſque in iudicio agendi diuerſitas. Ne enim omnes iudiciarij proceſſus partes enumerem, ſaltem duo afferam: alterum de præſumtionibus, alterum vero de appellationibus. Nam extraneus ſimpliciter dotans puel-

puellam aliquam, præſumitur animo donandi feciſſe. *l. vn. §. accedit. C. de rei vxor. act.* quæ præſumtio in alimentis non admittitur: ſiquidem in dubio animo repetendi aluiſſe præſumitur. *l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt. Camill. Viſitarin. in d. l. 1. nu. 104. & Marian. Socin. num. 164. ff. ſolut. matrimon. Ruin. conſil. 171. incip. Conſideratis. num. 3. in fin. vol. 1. & dicentur ĵ. lib. 3. cap. 5. plu-*
26 *ra.* Quæ tamen diſcrepantia debet limitari, vt procedat, † quo ad præſumtiones donationis inducendæ: ſecus, quo ad præſumtiones donationis tollendæ. Ex quibus enim coniecturis alimentorum donatio ceſſat: ex iiſdem etiam ceſſat præſumtio dotis donatæ, veluti, ſi adminiſtrator eum, cuius bona tuetur, alat, cenſetur hoc feciſſe non animo donandi, ſed ex bonis adminiſtratis detrahendi. *l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt.* pariter ceſſat donatio, ſi adminiſtrator dotem conſtituat. *not. in l. fin. Bald. num. 12. Salic. num. 3. C. de dot. promiſſ.*
27 *Ruin. d. conſil. 171. num. 4. & 6.* Sic certum † eſt, quod à ſententia in fauorem alimentorum lata non liceat appellare: *l. fin. ff. de appell. recip. & ĵ. lib. 3. latius explicabitur.* attamen à iudice dotem dare iubente, prouocare fas ſit. *l. vlt. C. de ſentent. quæ ſine cert. quant. profer. Lud. Roman. in d. l. 1. lect. 1. num. 4. Crot. num. 66. Viſitarin. num. 85. Anton. Cordub. l. ſi quis à liberis. § idem iudex. num. 25. ff. de liber. agnoſc. Petr. Ant. dè Petr. in tractat. de probib. fideicommiſſ. q. 8. num. 481.* Veruntamen non poſſum diſſimulare, quod æquitas exigat, vt etiam in dote non admittatur appellatio, quando mulier, quæ repetit dotem, tanta laborat paupertate, vt non habeat de quo ſe ſuſtentet: cum enim hoc quoque caſu res dilationem non recipiat, omnino dicendum videtur, vt etiam non permittatur appellare. *d. l. fin. ff. de appell. recip. vel non. atq; ita in terminis ſcribit Bald. Nouell. in d. l. 1. num. 485. cum ſeq. ff. ſolut. matr. iiſdemq; verbis in tract.*
28 *de dote. pars. 9. priuil. 7.* His diſcriminibus ſubiungo † nunc caſus, in quibus alimenta & dos æquo iure cenſentur, vel etiam *vt ſ. num. 4. dictum fuit,* dos in alimentorum locum ſuccedit. Quod vt melius intelligamus, in memoriam reuocanda eſt dotis diſtinctio, quam *ſ. lib. 1. cap. 3. num. 70.* attigi: dos enim nonnunquam conſtituitur ſecundum facultates paren-

tum, & mulieris, ſponſique vitæ conditionem, ac natales: *text.in l.quæro.60. l.cum poſt.69. §. gener. verſ. dotis enim quantitas.ff. de iur. dot.* nonnunquam verò tantum ad ſufficientiam alimentorum, omni facultatum paternarum, vel dignitatis ac natalium conſideratione poſthabita. *Io. Bolognet.d. l. 1.nu.*
29 *113.& 129.ff.ſolut. matrim.* Quia autem † ad hanc poſteriorem ſpeciem referenda eſt dos illa, quam filiabus ſpurijs, pater naturalis præſtare debet, & vterinis ſororibus frater: *Camill. Viſitarin. d. l.1. num.119. & 124. ff.ſolut. matrim.* poteſt ab alimentis ad hanc dotem,& econtra rectiſsime argumentum duci. *Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap.15. num. 62.63.* Atque ita poſſunt, imo debent intelligi ea, quæ ſuperius de dotis in alimentorum locum ſucceſsione dicta ſunt. Tritum eſt enim & vulgatum inter noſtros axioma, Doctorum dicta ſecundum ea, quæ allegant, accipi oportere: *Bart. in l. non ſolum.9.§.ſi liberationis.num.7. & ibi apoſtill. ff. de lib. legat.* at Panorm. *in d. c. cum haberet. & in d. conſil.50. num. 2. volu. 2.* Alex. *in d. conſil. 208. num.7. vol. 2.* & alij expreſſe de dote ſpuriarum loquuntur: ideo ipſorum dicta contra authorum κατά τι loquentium, mentem, non ſunt ἁπλῶς & generatim accipienda, neque ad priorem ſpeciem dotis trahenda. *Atq; hanc concordiam confirmant Natta d. conſil. 410. incip. Totum controuerſiæ.num.16. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matth. ſil. ſingul. 146. num.1.2. & 3. Rol. à Vall. d. conſil.74. num.42. & ſeqq. vol.1. Cacher. deciſ.107. num.6. Io. de Rotas in Epitom. ſucceſſ. cap. 21. num. num.27. Nic. Boer. deciſ.127. num. 7. Menoch. conſil. 60. incip. Longo ſtudio.num.10.* Et ſane ſi rem recta velimus putare via, hæc dos cum altera dotis ſpecie, quæ filiabus naturalibus & legitimis datur, nihil habet commune: niſi quod ea, quæ antea perſonæ cælibis nutritioni inſeruiebant, nunc in nuptam impendantur: in cæteris omnibus, alimentorum naturam retinet: hinc finitur morte æquè ac alimenta, *vt ſ. cap. 12 num. 51. dicam:* atque ita impropriè, ac abuſiuè dos appellatur.
30 Deinde † obſeruandum eſt, quod dos propriè ſic dicta cum alimentis conueniat, in ineunda vtriuſque quantitate. Si enim dentur alicui alimenta, quantitate non adiecta, certitudo eorum, non minus ex circumſtantijs charitatis, facul-

facultatum ac dignitatis, eruenda eſt: *l. ſi cui. 14. ff. de ann. leg. l. pen. ff. de alim. vel cib. legat.* quam in dote *l. quoties. 60. l. cum poſt. 69. §. gener. ff. de iur. dot. Anton. Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. num. 24. ff. de liber. agnoſc. Io. Cephal. conſil. 668. incip. dubitant. num. 5. & ſeqq. Menoch. qui omnino videndus eſt in conſil. 251. incip. Nona nunc ſe offert. num. 11. & ſeqq.* Præterea dos, † quæ pauperi alicui fœminæ promiſſa eſt, non

31 minus cauſſa pia cenſetur, ac alimenta pauperi debita. *Iaſ. l. cum is. 32. §. ſi mulier. ff. de condict. indeb. Curt. in l. & quæ à Diuo. num. 18. C. de edend. Ripa l. generaliter. num. 170. C. de reuoc. don. Contard. in l. diffamari. cap. 5. num. 115. C. de ingen. manumiſſ.*

32 Denique † alimenta in dotis locum ſuccedunt, quando filiæ vel ſtatuto, vel alia ratione non tantum à legitima: *vt dixi cap. præced. num. 25.* ſed & à dote excluduntur. *Lud. Roman. l. 1. lectur. 1. num. 16. ff. ſolut. matrim. Ludou. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 8. Ioſeph. Ludou. deciſ. Peruſ. 21. incip. Auguſtinus de Compagnis. num. 53. Io. Baptiſt. Pontan. tract. de alim. cap. 2. num. 19. & eſt elegans text. in auth. contra cum rogatus. in fin. C. ad SC. Trebell. quem ad hoc propoſitum commode inducit Iaffred. de-*

33 *ciſ. 210. incip. Statutum excludens.* Quia † igitur ex hactenus enumeratis mediocriter intelligi poteſt dos & alimenta, in quibus diſcrepent, & rurſum quando & quatenus conueniant: ideo facillime hinc colligere quilibet poterit, quatenus argumentatio vel ab alimentis ad dotem, vel vice verſa, à dote ad alimenta procedat: exempli cauſſa, ſi quis ita argumentetur: dotem poteſt tollere ſtatutum, Ergo & alimenta: Eum falli ex primo diſcrimine patet: quemadmodum ex ſecundo, apparet ratio, cur rectè argumentemur, Titius debet Semproniæ dotem, Ergo & alimenta, *prout arguit Tiber. Decian. conſil. 16. num. 85. vol. 1.* malè verò & inſcitè, ſi inferremus, Titius debet Semproniæ alimenta, Ergo & dotem: niſi verſaremur in eo caſu, in quo vel legitimam, vel dotem filiæ petere fas non eſſet: tum enim à quo Sempronia alenda eſſet, ab eo etiam dotem petere poſſet, *atq; ita procedunt, quæ ſcribit Tiraq. de iure primigen. quæſt. 62. num. 4. & 5.* cuius limitationis rationem ſuppeditant ea, quæ iam *nu. præcedente.* diximus.

mus. Quam argumentandi rationem in ſingulis cauſsis oſtendere, cum videatur puerile: omiſſa reliquorum diſcriminum accommodatione, hoc ſaltem admonuiſſe ſufficiat,
34 argumentandi iudicium pariter † informari modis illis, in quibus alimentis cum dote conuenit, verbi gratia, paulo ante *num.31*. dixi, quod dos, quæ pauperi alicui debetur, pro pia cauſſa, prout & alimentorum debitum, habeatur, per ibi allegata: hinc quilibet animaduertet, ad dotem quarumlibet puellarum, ab alimentis non recte argumentum duci: *qua ratione intelligendus eſt Claud. Cantiunc. in Topic. tit. ab alimentis ad dot.* Iſtud denique ſilentio præterire non poſſum,
35 quod eo † caſu, qui traditus fuit *num. 29*. dos in locum alimentorum ſuccedat: at caſu, qui traditur *num.32*. ſuccedant alimenta in locum dotis. Quod eò ſcire prodeſt, quia cum veriſsima ſit iuris regula, ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur: *§. fuerat. ibiq. notat Fabr. num.17. & Iaſ. num. 5. Inſtit. de act.* efficitur, quod dos filiarum ſpuriarum, in effectu nihil aliud ſit, quam alimenta; atque ſecundum horum naturam æſtimetur, & ab his, ad iſtam dotem rectiſsime argumentum ducatur: ac viciſsim, quod ad ea alimenta, de quibus *num. 32*. dictum eſt, cum in effectu nihil aliud ſint, quam dos vel legitima, à dote & legitima arguendo, rectè procedamus.

# DE VSVFRVCTV, VSV, ET REDEMTIONE CAPTIVORVM.

## Caput XI.

### SVMMARIVM.

1. *Alimentis cum vſufructu conuenit primo quia nonnunquam pro vſufructu legato tantum alimenta dantur.*
2. *Tam vſufructus quam alimenta regulariter proprietatem ſaluam debent relinquere.*

*3. Vtraq;*

3. *Vtraq; morte finiuntur.*
4. *Et neutra cedi poſſunt.*
5. *Vſusfructus legatum non ſemper pinguius eſt legato alimentorum.*
6. *Vſusfructus ſemper complectitur ius reale: aliud eſt in alimentis.*
7. *Fructuarius ipſe colligit fructus: alimentarius vero percipit alimenta ex manu hæredis,*
8. *Cautionem de vtendo boni viri arbitrio debet præſtare vſufructuarius: non autem alimentarius.*
9. *Alimentorum eſt quædam naturalis certitudo: fructuum non item.*
10. *Iuri accreſcendi locus eſt in vſufructu: non autem in alimentis.*
11. *Vſusfructus perit maxima & media capitis diminutione: alimenta vero non.*
12. *Fundo ex quo vſusfructus debetur abſorpto, deſinit vſusfructus, diuerſum eſt in alimentis.*
13. *Alimenta multis gaudent priuilegijs: quibus vſusfructus caret.*
14. *Vſui cum alimentis etiam aliquatenus conuenit: nihilominus tamen differunt. num. 15.*
16. *Redemtio captiuorum etiam habet quandam cognationem cum alimentis.*
17. *Aduocatorum ſalaria an vicem alimentorum obtineant.*

LEGITIMAM & dotem hoc loco attigi propter cognationem quam cum alimentis habent. Quam quia etiam in vſufructu, vſu & redemtione captiuorum licet animaduertere, ideo de his quoque quatenus præſentis inſtituti ratio
1 poſtulat, videndum eſt. Et primo † quidem inter vſumfructum & alimenta, quandam eſſe cognationem inde elucet, quod vxori, cui maritus, liberos ſuos hæredes inſtituens, vſumfructum omnium bonorum reliquit, dentur non omnes fructus ſed tantum, quantum ad vitam ſuſtentandam ſatis eſt *: prout ī. lib. 1. cap. 15. num. 39. cum ſeq. remiſſiue dixi.* deinde
2 † quia alimenta regulariter ex fructibus ſalua rerum proprietate præſtanda ſunt, *vt hoc lib. 2. cap. 2. traditum fuit:* quod quam affine ſit vſuifructui, patet ex huius definitione *in l. 1. ff. de vſufr. & §. 1. Inſtit. eod.* hinc dicunt noſtri quod in vſufructu conſiſtat commoditas alimentorum. *Fr. Marc. deciſ. 819. num.*
3 *3. part. 1.* præterea † vt vſusfructus cum morte vſufructuarij expirat *: §. finitur. Inſtit. de vſufr. l. vſumfructum. 5. in fin. ff. de vſufr. leg.*

*leg.* idem eſt in alimentis. *l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact.*
4 Poſtremò † vt ius vtendi fruendi alteri cedi non poteſt. *d. §. finitur:* ita nec ius alimenta percipiendi. *de qua ceſſione quæ ſ. c. 8. dicta ſunt, hic non repeto, quibus addo teſtimonium Menoch. de præ-*
5 *ſumt. lib. 4. præſumt. 159. nu. 1. & 19.* Etſi † igitur Baldus *in conſ. ſuo quod eſt inter Alex. conſ. 70. incip. Conſiderandum. nu. 2. vol. 4.* dicat legatum vſusfructus, eſſe pinguius legato alimentorum, tanquam tenuiore: *quem ſequitur Marc. Mant. lib. 2. obſer. c. 16. in fin. vbi corrupte allegat conſil. 67. cum ſit. 70.* tamen hoc ſaltem procedit eo caſu, quo alimenta ex amplo, & fructuoſo prædio, cuius reditus multo maiores eſſent, quam qui in vnius hominis alimenta annuo ſpacio inſumi poſſent, debentur: *Ang. conſ. 338. incip. Ser Simon. nu. vlt. Franc. Mantic. lib. 9. tit. 5. nu. 2.* ſecus ſi alimenta ex prædio, cuius reditus, homini etiã frugaliter viuenti, ad ſe alendũ annuatim non ſufficerent, data eſſe fingamus: quia ex huiuſmodi prædio mallem mihi legata alimenta, quã vſumfructũ *per ea quæ dixi ſ. hoc lib. c. 2. nu. 17.* Primò † differunt
6 quod vſufructuario ius quoddam reale in fundo, ex quo vſusfructus debetur, ſemper competat: *l. 3. §. dare. ff. de vſufr. l. quoties 20. ff. de ſeruit.* adeo quidẽ vt vſusfructus ſine iure reali in aliquo prædio inueniri nequeat: *Cæpol. de ſeruit. vrban. præd. c. 12. nu. 4. verſ. item octaua eſt.* imò vſusfructus ſit pars dominij. *l. 4. ff. de vſufr. Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib. 5. c. 23. nu. 1. & 2.* Vnde etiam euenit, vt actionem realem vſufructuario, contra quemcunq; fundi ſeruientis poſſeſſorem, prætor concedat. *tot. tit. ff. ſi vſusfr. pet. & §. eque. cum ibi not. per Fabr. Ang. Iaſ. & alios. Inſt. de act.* Alimentario autẽ ius reale ſemper non competere, ex eo elucet, quod propter alimenta actio realis perpetuo non datur *vt dicam ſ. lib. 3.* Quæ licet nonnunquam intentari poſſit, non tamen hoc fit principaliter, quia alimenta petuntur, ſed quia vel per teſtamentum ex certo fundo relicta ſunt: *l. 1. C. commun. de legat.* vel pignoris iure fundus pro ijs obligatus eſt: quæ ambo vt ſeparabilia accidentia, poſſunt adeſſe & abeſſe ideoque principaliter non conſiderantur. *l. neq. 10. C. de probat. gl. cap. 2. verb. nullius. ext. de translat. Epiſcop.* Se-
7 cundò † differunt in modo percipiendi: Vſufructuarius enim

ipſe

ipſe ſuo iure de agro, grege, &c. fructus colligit: *§. is verò. Inſtit. de rer. diuiſ. l. arboribus. 12. §. Iulianus. ff. de vſufr. Bart. in l. fundi. 38. in princ. per illum text. ff. de vſufr. legat. Corn. conſil. 248. incip. Circa hunc. num. 11. vol. 1.* at alimenta de manu hæredis percipiuntur *l. ſolent. 3. ff. de alim. vel cib. leg. gl. l. Caius. 12. verb. neq; in perſonam. ff. de annu. legat. Bald. conſil. 239. incip. Teſtator ita dixit. num. 2. volum. 1. eiusq; frater Angel. conſil. 357. Dominus Gregorius. num. 8. (quæ loca forſitan allegare voluit Pariſius in apoſtilla. 2. ad Bart. in l. cum hi. 8. §. ſi in ſingulos annos. ff. de tranſact. ſiquidem nec apud Angel. conſil. 245. incip. Simon. nec apud Bald. conſil. 207. vol. 2. quicquam hac de re inuenio) Cuman. conſil. 30. in-*
8 *cip. Statuto cauetur. num. 4.* Ex hac † differentia ceu ex fonte promanat tertia, nempe eum cui legatus eſt vſusfructus debere præſtare cautionem de vtendo boni viri arbitratu: *tot. tit. ff. vſufruct. quemad. cau.* ita vt ſine ea fructus contra hæredis voluntatem perceptos ſuos non faciat: *l. vxori. 24. ff. de vſufr. leg. Andr. Gail. lib. 2. obſer. cap. 47. num. 6. & 7.* imo iuxta COMMVNEM opinionem per teſtatorem remitti non poſsit. *l. 1. C. de vſufruct. Clarus. §. teſtamentum. quæſt. 64.* quo ſatisdandi onere alimentarius non grauatur *ita ſcribit Ludouic. Gozadin. conſil. 47. incip. Primò quæritur an illuſtriſſimus. num. 11. allegans ad hoc Baldum in conſil. 207. vol. 3. ſequitur Cæſar de Vrſill. deciſ. 252. num. 4. attamen in d. conſil. 207. ego nihil inuenio, ſed hoc idem aſſerit Bald. in conſil. 237. incip. Titius in teſtamento. num. 1. & conſil. 239. incip. Teſtator ita dixit. num. 2. volu. 1. & dixi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 85.* Cæterum hic obſeruandum eſt: ſi maritus liberis ſuis hæredibus inſtitutis, vxorem ſuam omnium bonorum vſufructuariam, vel vt Doctores noſtri loquuntur maſſariam conſtituat: quia iſta mulier alimenta ex bonis non ex manu hæredis ſed ſua auctoritate percipit, atque ita ſecunda differentia ceſſat: efficitur vt etiam hæc tertia quæ ex priore ſequitur, hoc caſu locum non obtineat: ſiquidem huiuſmodi mulier debet cauere de vtendo boni viri arbitrio & quod plus eſt rationes reddere *Caualcan. deciſ. 44. num. vlt. part. 1. & Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 139.*
9 *num. 32.* Quartò † differunt etiam in eo, quod cuiusque homi-

hominis natura definitum eſt, quantum cibi & potus ad eius ſuſtentationem ſatis ſit: *Bald. in l. fin. §. idipſum. nu. 1. C. de bon. quæ liber.* at idem de vinea Corneliana aut fundo Tuſculano aſſerere volenti, quaſi natura ita ſit comparatum, vt quotannis pari vbertate fructus producat, reclamat ipſa experientia, quæ efficax eſt rerum magiſtra. *c. quam ſit. 6. in princ. & 
10 ibi gl. de elect. in 6.* Hinc † profluit quintum diſcrimen, quod propterea in alimentis non ſit locus iuri accreſcendi *vt ſ. lib. 1. cap. 15. num. 76. cum ſeqq. habetur:* quod in vſufructu ſibi omnino locum vendicat. *tot. tit. ff. de vſufr. accreſc. Bald. d. conſil. 
11 239. num. 2. Angel. d. conſil. 257. num. 8.* Sextò † differunt, quia vſusfructus perimitur maxima & media capitis diminutione. *§. finitur. Inſtit. de vſufr. l. corruptionem. 16. §. ſed neq; per omnem. C. eod.* alimenta vero nequaquam. *l. ſi in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. gl. l. computationi. 68. verb. Vlpianus aut ff. 
12 ad l. Falcid. Ang. d. conſil. 357. num. 7.* His † addi poteſt, quod etiam in eo differant, ſi fundus in quo vſusfructus conſtitutus eſt, terræmotu vel chaſmate perierit, deſinit vſusfructus: *§. fin. Inſtit. de vſufr. l. repeti. 5. §. rei mutatione. ff. quib. mod. vſusfr. amitt.* cuius contrarium in alimentis regulariter obtinet, *quemadmodum ſ. hoc lib. cap. ſeq. num. 132. declaratum eſt.* 
13 Denique † nuſquam proditum eſt, quod leges vſumfructum eo fauore proſecutæ fuerint, aut ei tot priuilegia indulſerint, quemadmodum in alimentis factum eſſe conſtat.

In vſus & alimentorum conuenientia ac diſcrepantia oſtendenda, etſi tanto plus laboris inſumendum eſſet, quanto maior eorum inuicem eſt ſimilitudo: cum vſus præter ſimilitudines, quas cum vſufructu communes habet, inſuper 
14 in eo † quam proxime ad naturam alimentorum accedat, quod æſtimatur ex quotidianis neceſsitatibus vtentis. *§. 1. Inſtit. de vſu & habitat. Crauett. conſil. 25. incip. Dubia plura. num. 27. & ſeq. Dn. præceptor & ſocer meus ad tit. ff. de vſufruct. num. 8.* vnde ſcribit Petr. de Bellapertic. *in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. num. 25. ff. ſi quis cautior.* quod vſus iure ſit introductus propter alimenta; quodque hæc cum vſu magnam habeant conformitatem, ait Curt. iun. *conſil. 14. in pr.* tamen quia ea quæ de

vſu-

vſufructu ab alimentis ſecernendo dicta ſunt, ſatis oſtendunt neque vſui cum alimentis per omnia conuenire: quarum diſtinctionum pleræque huc repetendæ ſunt: ideo id ſaltem maioris declarationis cauſſa addi poteſt, plurimum
15 intereſſe; † ex fundo vel grege vtrum vſum tantum habeas, an verò alimenta. Nam poſteriore caſu non tantum poteris fundi fructus, vt poma, pira, ex frumento panem confectum comedere, vel lacte aut caſeis vti: ſed etiam præterea cæteri fructus vendi debent, vt inde tibi emantur veſtes, lectus, calcei, ligna & reliqua, quæ huius vitæ neceſsitas poſtulat. *l. ius alimentorum. 3. in prin. ibi: reditum patrimonij in alimenta decernat. ff. vbi pupill. educ. vel morar. deb:* priore autem caſu, fundi vel gregis fructibus, eatenus tibi vti permiſſum eſt, quatenus ijs tu opus habes, ſine venditione aut vlla permutatione. *text. eſt in §. 1. & §. item is. Inſtit. de vſu & habitat. & melior text. in l. plenum. 12. §. præter habitationem. ff. eod.* Primò enim dum IC. enumerat quibusnam vti poſsit vſuarius, ſolummodo recenſet ea, quæ ex ipſo fundo, aut cæteris rebus in quibus vſus conſtitutus eſt, proueniunt: vt ſunt ex hortis poma, pira, folia, ex grege ouium ſtercus, & modicum lactis, item boum & equorum operæ: deinde ne quis putet his ita vti licere, vt ex equorũ locatione nonnihil pecuniæ conficiat, ideo *in §. equitij.*
16 id licere expreſſè negat. Quemadmodum † autem quilibet, etiam primo aſpectu intelligere poteſt, cognationem aliquam alimentis cum vſufructu & vſu intercedere: ita nonnullis mirum videri poſſet, cur in hunc cognatorum ordinem, redemtionem captiuorum referam. Vt igitur me breuibus expediam, huius comparationis fundamentum habetur *in l. ſi quis ad declinandam. 43. C. de Epiſcop. & cleric. authent. contra cum rogatus. in fin. C. ad SC. Trebell. facit auth. ſi captiui C. de Epiſcop. & cleric. bonus text. in c. aurum. 70. iunctis verbis proxime præcedent. Gratiani. 12. q. 2. Berous c. in præſentia. num. 432. ext. de probat.* Quia enim redemtio captiuorum non minus quam educatio ad ſaluandam vitam hominum pertinet, *Archidiac. d. cap. aurum.* ideo rectiſsimè inter cognata alimentorum refertur. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 88. num. 29.* Quæ æquiparatio cum in pietate conſiſtat. *d. l. ſi quis ad declinandam.*

*43. in pr.* ſiquidem huius intuitu alimenta quoque eiuſmodi fauorem merentur, & tot priuilegia. *l. Mela 14. in pr. & ibi Bart. ff. de alim. vel cibar. leg.* hinc coniecturam capere facilimum erit, quatenus ab alimentis ad redemtionem captiuorum argumentum ſumere liceat: nempe ab ijs ſolummodo, quæ inter pias cauſſas habentur, *quod explicatum fuit ſ. hoc lib.*
17 *2. cap. 7. num. 6.* Antequam † autem hanc cognatorum materiam concludam, admonendi ſumus. Aduocatorum ſalarium huc referri à Io. Bapt. Pont. *in tract. de Aliment. cap. 16. num. 5.* quod vtrum recte fiat, ſubſiſto. Vt enim concedo, ſalarium iſtud vel condictione *ex l. vn. C. de ſuffrag.* vel officio iudicis peti poſſe, *prout ad hoc allegat Speculat. in tit. de ſalar. aduocat. num. 4. cui addi poſſunt, quæ adducit Iac. Phil. Portius lib. 1. commun. opin. concluſ. 31. & Schneide. §. fin. num. 5. & 6. Inſtit. de mand.* ita de ratione conſequentiæ, nimirum an omne id, quod vel condictione ex lege, vel officio iudicis petitur, vicem alimentorum obtineat, non ſine cauſſa dubito. Si tamen Aduocato pauperi, qui aliunde ſe ſuſtentare non poſſet, ſalarium annuum relinquatur: hoc caſu admitti poſſet, vt alimentorum vicem obtineat, non quidem per iſtas rationes Pontani, ſed per textum manifeſtum *l. cum hi. 8. §. ſi in annos. 15. ff. de tranſact.*

# QVIBVS MODIS ALIMENTA DESINANT DEBERI.

## Caput XII.

### SVMMARIVM.

1. *Non omnia alimentorum contraria hoc loco recenſentur.*
2. *Duæ partes huius capitis.*
3. *Alimentis iure naturæ debitis renunciari non poteſt. ampliatur duobus modis num. 4. & 5. limitatur num. 12.*
5. *Neque debitoris neque creditoris iuramento valide renunciatur alimentis ex*

tis ex iure naturæ debitis. & num. 6. reſpondetur Pontano contrarium aſſerenti. numero 7. etiamſi aliquid detur renuncianti. num. 11.

8. Alimentis vel ex contractu vel ex vltima voluntate debitis iuramento renunciari poteſt.

9. Renunciatio generalis alimenta non complectitur.

10. In alterius præiudicium non poteſt renunciari alimentis.

12. Crimen exhæredatione dignum committenti iuſte denegantur alimenta: quod ampliatur tribus modis. num. 13. 14. 15.

16. De præſcriptione alimentorum.

17. Præſentibus & futuris alimentis ex legum diſpoſitione annuatim debitis non præſcribitur: ampliatur num. 18.

19. Penſionibus annuis quomodo præſcribatur.

20. Alimentorum legatum vnum vnam requirit præſcriptionem, multiplex multiplicem.

21. Vnitas vel pluralitas legatorum vnde ſit æſtimanda. & num. 22.

23. Alimenta præſcribuntur triginta annis. Muſtheil vno anno. nu. 24.

25. Iuri alimentorum petendorum, quod competit ciuitati, non præſcribitur, quando illa non eget.

26. Principis reſcripto alimenta iure debita tolli non poſſunt. neq; ſtatuto num. 27. neq; conſuetudine. nu 28. reſpondetur Vaſquio contrarium aſſerenti. num. 29. Quatuor modis ampliatur. num. 30. cum ſeqq. duobus limitatur num. 35. 36.

37. Præcepto teſtatoris an & quatenus alimenta legibus debita poſſint tolli.

38. Generalis legatorum ademtio ad alimenta legata non pertinet: vt nec fideicommiſſum. num. 39.

40. Alimenta filio à patre prælegata, non adimuntur ex eo quod pater adhuc viuus eum emancipat, & certâ pecuniæ ſummâ donat.

41. Fundi vel prædij ex quo alimenta præſtare hæres iuſſus eſt, alienatio à teſtatore viuo facta legatum alimentorum non perimit.

42. Altera pars huius capitis incipit.

43. Gloria hominis defuncti quibus rebus ceu alimentis nutriatur.

44. Primus modus quo alimenta expirant eſt mors: ampliatur quinq; modis num. 45. 46. 47. 51. 52. & totidem modis limitatur. num. 55. 56. 60. 65. 66.

47. Ad legatarij filios non tranſeunt alimenta legata, non tamen propterea hæredes teſtatoris penitus ſunt liberati. num. 48.

49. Nepoti ex filio ſpurio poteſt quis legare: & quæ cautela ſit adhibenda num. 50.

51\. Dos filiarum ſpuriarum poſt earum mortem deſinit.

52\. Hoſpitali, cui alimenta legata ſunt, deſtructo, extinguitur legatum: quod declaratur bifariam.nu.53.54.

56\. Debitore alimentorum mortuo obligatio tranſit ad heredes.& num. 59. licet nominatim hoc onus mortuo fuerit iniunctum num.57. niſi reſpectu iuris cum perſona extincti danda fuiſſent alimenta. num.58.

60\. Praeteritorum alimentorum petitio tranſit ad defuncti heredes: etſi nondum vnum menſem iſtius anni expleuerit.num.62.63.etiamſi legata ſint alimenta ex certo fundo. num.64.

67\. Secundus modus quo alimenta expirant eſt conditionis defectus.

68\. Conditionum tria ſunt genera.

69\. Caſuali conditione deficiente, deficit alimentorum legatum: ſi ſcilicet nunquam euenerit, ſecus ſi euenerit quidem ſed poſtea ceſſauerit. num.70.

71\. Mulier, cui alimenta in caſum viduitatis legata ſunt, ſi vidua facta iterum nubat, non amittit legatum: fallit ſi praeterea teſtator exigat vt in viduitate maneat.num. 72. vel ſi maritus leget.num. 72.

74\. An alimentorum debitum reuiuiſcat, quando mulier iterum fit vidua non opus eſt quaerere.

75\. Poteſtatiua conditio, vt duo caſus principaliter conſiderentur, requirit. & num.83.

76\. Poteſtatiuae conditioni omnino non ſatisfaciens legato alimentorum etiam omnino caret: limitatur tribus modis. numero 80. 81. 82.

77\. Si plures coniunctim additae fuerint conditiones, omnibus eſt parendum, & num. 99. ſin ſeparatim, vni. num 78.

79\. Argumentum à contrario ſenſu hic locum non habet.

84\. Legatarius poteſtatiuae conditioni non ilico poſt mortem teſtatoris, ſed elapſis aliquot annis tandem ſatisfaciens, alimenta praeteriti temporis non conſequitur.

85\. An legatario conditionem poteſtatiuam per aliquot annos trahenti concedatur facultas vt poſtea eam impleat, & ita futura alimenta adipiſcatur: & deciditur, hoc concedi num.86. reſpondetur argumentis contrarijs. ſub num.87. limitatur bifariam nu. 88. 89.

90\. Maior eſt libertatis legatae quam alimentorum legatorum fauor.

91\. Legatario qui conditionem poteſtatiuam per aliquot annos impleuit, & poſtea

*& poſtea per aliquot annos ceſſauit, permittitur vt redeat ad conditionis impletionem & alimenta.*

92. *Conditione mixta ſiue ob fortunam non fauentem, ſiue ob legatarij voluntatem deficiente, legatum regulariter deficit: ſecus ſi conditio deficiat ex voluntate eius, in quem conditionis impletio eſt collata num. 93.*

94. *In alimentis vero ſub conditione mixta legatis, non nocet legatario ſi deficiat conditio ob fortunæ caſum: quod declaratur numero 95.*

96. *Conditio habitandi cum aliquo quomodo intelligatur.*

97. *Conditio viuendi cum aliquo.*

98. *Viduitatis conditioni quomodo ſatisfiat: & numero 99. 100. 101.*

100. *Sponſalibus contractis conditio viduitatis non læditur.*

101. *Multo minus monaſterij ingreſſu: omnium minime ceſſaret legatum alimentorum pure relictorum. num. 102. declaratur num. 103.*

104. *Sub conditione viduitatis caſus mortis continetur.*

105. *Alimenta vxori à marito legata ſub conditione ſi cum liberis eius ſteterit, vel ſi à filijs eius non diſceſſerit, deſinunt, ſi iterum nubat, licet vitricus ſit vir honeſtiſſimus num. 106. reſpondetur contrarium ſtatuentibus. num. 107.*

108. *Viduitatis conditio alimentorum legato appoſita an in alijs videatur repetita: quod declaratur num. 109. 110. 111.*

112. *Alimenta ſub conditione honeſte & caſte viuendi relicta amittit mulier ſtuprum in ſe admittens: an & ſi iterum nubat diſtinguitur num. 113.*

114. *Alimenta vxori à marito ſine conditione legata, implicatam habent, non conditionem viduitatis: (attinguntur fundamenta eorum qui contrarium ſentiunt, num 115.) ſed conditionem honeſte & caſte viuendi, num. 116.*

117. *Tertius modus quo alimenta deſinunt eſt, ſi terminus, ad quem data ſunt, decurrat.*

118. *Hic tertius modus à priore differt.*

119. *Dictiones donec, quandiu, quouſq; denotant quidem conditionem, at non inchoatiuam, ſed extinctiuam. & num. 120.*

121. *An alimentarius penitus legato excidat, an non.*

122. *Hic tertius modus pertinet tantum ad futura alimenta non ad præterita.*

123. *Caſum in quem alimentorum finis collata eſt, plene adimpletum eſſe neceſſe eſt.*
124. *Filius quem conſq; pater ali iuſſit, donec prabendam Eccleſiaſticam fuerit adeptus, non cadit legato, niſi prabenda fruatur.*
125. *Vxorem cui alimenta relicta ſunt donec iterum nubat, ſponſalia à legato non repellunt.*
126. *Alimenta in dubio cenſentur perpetua.*
127. *Pubertas cum de alimentis tractatur quomodo definiatur.*
128. *Vxor quam maritus defunctus ali iuſſerat, quamdiu dotem non receperit, an dotem ſponte oblatam recipiens legato careat.*
129. *Alimentarius voluntati teſtatoris non ſatisfaciens, an alimenta ante percepta reſtituere debeat.*
130. *Quartus modus quo alimenta deberi deſinunt, eſt paupertas debitorum.*
131. *Parentes ab vnoquoq; ſuorum filiorum alendi ſunt, quando omnes huic oneri pares non ſunt.*
132. *Quintus modus eſt rei ex qua alimenta praſtari debent interitus: qui modus ad rem propter quam alimenta legata ſunt, non pertinet, num. 133. & ſeq.*
135. *Sextus modus, eſt rei propter quam alimenta debentur oblatio: quod declaratur num. 136.*
137. *Septimus modus eſt alimentarij opulentia. reſtringitur num. 138. & 139.*

METHODI ratio exigit vt tandem de contrarijs etiam
2 aliquid ſubijciam. Quod † autem ſ. *in huius libri cap. 7. num. 2.* de priuilegijs admonui: idem nunc repeto: me ſolummodo hoc loco eos modos perſecuturum, qui alibi commodius non potuerunt explicari. Illud enim extra dubium eſſe arbitror, omnes limitationes ſupra lib. 1. propoſitas, ad hunc contrariorum ordinem referri poſſe & debere: ſiquidem ibi ſatis probatum fuit, ad alimenta danda patrem, cæterasque perſonas certis caſibus non obſtringi. Ne igitur quod eſt in Græcorum prouerbio *Eraſm. chil. 1. Cent. 5. adag. 38.* Cramben recoctam apponam: ea quæ ſuperius ſatis confirmata & declarata fuere, iterum hic non inculcabo. Ne vero
3 ro † aliquid conſulto prætermiſiſſe videar, hunc contrariorum locum *καθ' ἀφαίρεσιν ϗ θέσιν* tractabo, adducturus prius quoſdam

quoſdam modos quibus alimentorum debitum non perimitur. De renunciatione igitur vt primo loco dicam, conſtituo hanc theſin, alimentis † iure naturæ debitis renunciari
3 non poſſe. *l. ius agnationis 34. ff. de pact. l. iura ſanguinis. 8. ff. de reg. iur. Bart. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. vlt. ff. de liber. agnoſc. Alex. conſil. 178 incip. Videretur forſan. num. 3. vol. 6. Felin. c. ſi diligenti. 12. num. 5. ext. de for. compet. Crauett. conſil. 16. num. 2. conſil. 189. num. 3. Cacheran. deciſ. 124. num. 10. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. amplias. 9. num. 35. cum ſeq. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 147. num. 14. Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 2. part. 3. num. 132. ff. de ll. Io. Gadda. l. 3. num. 37. ff. de verb. ſignific.* Ampliatur primò † licet hæc renunciatio non ſit gratuita, ſed ali-
4 menta ſoluta fuerint, ceu per auerſionem: & recipiens liberauerit, vel vt vulgo loquimur, quittauerit eum, qui iure naturæ ad danda alimenta obſtrictus erat. *Io. Fab. §. 1. num. vlt. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Hippol. Bonacoſſ. in tract. de æquitat.*
5 *Canonic. concluſ. 2. dixi ſ. lib. 1. cap. 2 num. 22.* Secundò † ampliatur vt etiam non valeat renunciatio, licet iuramento ſit corroborata, ſiue iurauerit debitor ſiue creditor. Si enim pater iuret ſe non velle alere filium, tale iuramentum tanquam contra legem naturæ ac bonos mores & quidem naturales interpoſitum, non valet: *c. non eſt obligatorium. 58. de reg. iur. in 6. Alex. conſil. 158. incip. Viſo inſtrumento donationis nu. 17. vol. 2. Georg. Natan. in c. quamuis. num. 26. de pact. in 6.* cum iuramentum iniquitatis vinculum eſſe non debeat. *Io. de Selua in tract. de iureiur. part. 3. num. 10.* Idem iuris eſt ſi filius iuret ſe nolle patrem vel matrem alere. Quamuis enim Felinus *in d. c. ſi diligenti 12. num. 5.* in eam ſententiam ire videatur, vt ob tale iuramentum filius parentes ſuos alere non teneatur; propterea quod liberi parentibus obligentur non ex naturali inſtinctu ſed ſolummodo ex antidorali obligatione: *prout ſ. lib. 1. cap. 5. num. 7. dictum fuit*: tamen verior eſt ſententia contraria: *vt ex l. cum hi 8. ff. de tranſact. euincere conatur Cordub. de Lar. in d. §. parens. num. 49. & melius probatur c. inter cætera. 22. q. 4. & c. cum quidam. 12. §. illi vero. vbi Anton. de Butr. num. 8. Panorm. num. 6. Felin. num. 11. extr. de iureiur.* ex quibus apparet

*iureiurando neq; à collateralium alendorum onere quenquam ſe poſſe liberare : id quod inprimis notatu dignum arbitror & facit l. alia. 14. §. eleganter. ff. ſolut. matrim. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. parens. num. 46. & 80. ff. de liber. agnoſc.* Et quemadmodum debitoris iuramento ea vis non ineſt, vt hanc alimentorum neceſsitatem poſsit tollere : ita † nec effici poteſt iu-
6 ramento eius, qui debet ali. Nam licet filius iuret, ſe nihil quicquam à patre vel matre nomine alimentorum petiturum : attamen vrgente neceſsitate non obſtante tali iuramento petere poteſt ſibi ſubminiſtrari alimenta. primò quia ex iure naturæ hæc neceſsitas promanat, *c. ius naturale. diſt. 1. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſt. & iur.* quod ius eſt immutabile. *d. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. §. ſed naturalia quidem. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in hiſce noſtris terminis d. c. inter cætera. & d. cap. cum quidam. 12.* Deinde quia ita iurans ſemetipſum necaret : *l. necare. ff. de liber. agnoſc.* & verò iuramentum, vt eſſet iniquitatis vinculum, non ſit inſtitutum. *cap. 1. & ibi gl. verb. vinculum. ac Geminian. num. 9. de iureiur. in 6. Specul. tit. qui fil. ſint legit. num. 12. Bald. l. pactum. 3. num. vlt. C. de collat. Alber. de Roſat. d. l. ſi quis à liberis. in princ. num. 6. Frider. Senenſ. conſil. 60. incip. Quod pactum. in fin. Lud. Roman. l. 1. lect. 1. num. 23. ff. ſolut. matrim. Geminian. in c. quamuis. num. 6. de pact. in 6. Iaſ. auth. quod locum. nu. 8. C. de collat. Crauett. d. conſil. 189. num. 3. Marian. Socin. iun. c. ſi diligenti. num. 13. verſ. Septimo infertur. extr. de for. compet. Guid. Pap. ſing. 568. Didac. Couarr. in d. c. quamuis. part. 2. §. 6. num. vlt. Anton. Gomeſ. ad ll. Tauri. l. 22. num. 12. Io. Guter. d. c. quamuis. verb. omnino ſeruari. num. 5. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. ampliat. 25. num. 78. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. vlt. Guid. Pap. ſingul. 568. num. 5. Crot. l. ſtipulatio hoc modo concepta. num. 16. ff. de verb. oblig. Mayner. l. quamdiu. 89. nu. 119. ff. de reg. iur. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. nu. 19. Hartman. ab Epping. tit. 36. obſer. 3. circa fin. Franc. Turzan. in commun. opin. lit. P. verſ. An pater filio prodigo. num. 4. Sebaſt. Medic. in tract. de acceptilat. quæſt. 9. num. 7. Nicol. Reuſner. lib. 2. conſulta. quæſt. 2. num. 6.* Ex quibus duabus rationibus conficitur tertia, quod eiuſmodi iuramentum non habeat

tres illos comites, veritatem, iudicium & iuſticiam, & proinde non valeat. *c. etſi Chriſtus. 25. extr. de iureiur. Curt. ſen. l. de*
7 *alimentis. 8. num. 7. C. de tranſact.* Neque nos † mouere debet quod ſcribit Io. Bapt. Pontan. *in tract. de aliment. cap. 6. nu. 4.* Dominus de Rota iudicando approbaſſe contrariam themati noſtro opinionem, & filium poſſe alimentis iuramento renunciare, propterea quod periculum animæ præponderet cuicunque periculo corporis. Cum enim huic rationi tum demum locus ſit, quando iuramentum interpoſitum validum eſt obligatorium: & abſque detrimento ſalutis æternæ ſeruari poteſt: *c. cum contingat. 28. in fin. ext. de iureiur. d. c. quamuis. de pact. in 6.* & vero qui in extrema famis neceſsitate conſtitutus huiuſmodi iuramentum obſeruare vellet, ſemetipſum necaret, *d. l. necare.* vel ſi filia eſſet, ad meretriciam artem impelleretur; *Guid. Pap ſing. 568.* ac proinde æternam pœnam mereretur: *Galat. 5. verſ. 21.* efficitur, vt omnino negandum ſit præſuppoſitum, quo nititur Pontanus, quaſi eiuſmodi iuramentum ſine diſpendio ſalutis æternæ queat adimpleri. Deinde cum ille ipſe Gulielmus Caſſador, ex quo hæc deciſio Dominorum de Rota adducitur, agat de alimentis ex contractu debitis: cuiuis manifeſtum fit eam his, quæ ex iure naturæ debentur, non recte accommodari, *vulg. l. vlt. ff. de*
8 *calumniat. cum ſimilib.* Explorati † enim iuris eſſe reor, alimentis quæ neque ex iure naturæ ob ſanguinis propinquitatem neque ex vinculo coniugali debentur (de his autem in ſpecie dixi ſ. *lib. 1. cap. 10. num. 44. cum ſeqq.*) poſſe renunciari: *per regulam l. nihil tam naturale. 33. ff. de reg. iur.* præſertim accedente iuriſiurandi religione. *Bart. l. ſi quis pro eo. 57. num. vlt. ff. de fideiuſſor. per d. c. quamuis. de pact. in 6. Henric. de Bouer. ſing. 40. verb. iuramentum num. 17.* Vnde qui ex contractu alendus eſt hoc ius à ſe rurſum poſſe abdicare non eſt dubiũ. *Bapt. Pontan. de aliment. cap. 16. num. 9.* imò etiam qui in vltima voluntate iuſſus fuit ali, ſi iuret ſe hoc legatum non petiturum: ob iuramentum interpoſitum, prætoris autoritate, ſine qua ſimplicem renunciationem iura noſtra non admittunt, *l. cum hi. 8. ff. de tranſaction. Barthol. Brixienſis in Venerial. q. 73. num. 3.*

 non

non eſt opus, *per ea quæ dixi* 3. *hoc lib. cap.* 8. *num.* 22. *cum ſeqq.*
9 Vbi obſeruandum † eſt, in generali renunciatione alimenta non contineri: *arg. l. in obligatione.* 6 *ff. de pignor. l. libertis.* 18. *§. poſthumis. ff. de alim. vel cib. leg. Dec. l. iura ſanguinis. num.* 6. *ff. de reg. iur. Cranett. conſil.* 189. *num.* 1. *Maſcard. in tract. de probat. con-*
10 *cluſ.* 1264. *num.* 39. & deinde † neminem ſuis alimentis in tertij præiudicium poſſe renunciare. *l. ſi arrogator.* 22. *ff. de adopt. l. tranſactione.* 26. *C. de tranſact. Alex. conſil.* 178. *incip. Videretur forſan. num.* 4. *vol.* 6. *Natt. conſil.* 660. *incip. Nobiles Matthæus & Petrus. num.* 3. *vol.* 4. Multo minus quis poterit renunciare alimentis, quæ quis ſibi dari pactus eſſet, in hunc finem, vt inter pauperes diſtribueret: præterquam enim quod alterius conditionem deteriorem reddere iura nemini concedunt: *d. l. tranſactione.* 26. *l. non debet alteri per alterum.* 75. *cum l. ſeq. nemo poteſt mutare conſilium, &c. ff. de reg. iur.* obſtat etiam inſuper publica vtilitas. *Bart. Brixienſ. in quæſtion. Dominical. quæſt.* 4. *num.* 4. Quæ ambo nempe quod nonnulla iura non contineantur in generali renunciatione, ſed in ſpecie abdicari debeant: & deinde quod renunciationum ſtricta ſit natura, neque tertio præiudicium poſſint creare, copioſius DEO volente explicabo in tractat. de Renunciation. Hanc
11 theſin † autem ita confirmatam limitat Henricus de Bouer. *ſingul.* 40. *verb. Iuramentum. num. vlt.* vt vera ſit, niſi pro dictis alimentis daretur renuncianti aliquid annuum loco alimentorum: ita vt tunc illo mediante filius poſſet alimentis renunciare cum iuramento: cum & filia poſſit iurato renunciare hæreditati paternæ dote accepta: per quam renunciationem iuratam filia excluditur etiam à petitione ſupplementi legitimæ. *per d. c. quamuis. de pact. in* 6. Cæterum an hæc limitatio ſimpliciter accipienda ſit, non ſine cauſſa videor dubitare. Si enim filius cui pater annuos aureos, exempli cauſſa triginta, loco alimentorum promiſerat, mediocri valetudine vtens, ſuam potuiſſet vitam tolerare: poſtea vero in acutiſſimum & diuturnum morbum incideret, propter iuris naturalis ſanctionem non conſiderato iuramento, pater iſtius filij neceſſitudini etiam vltra illos aureos annuos obſtrictus eſſet ſubueni-

uenire. *Alb. Galeott. in Margarit. cap. 38. num. 13.* Neque proce-
dit ratiocinatio, filia iurato renuncians ſucceſsioni paternæ
non poteſt petere ſupplementum legitimæ. Ergo nec ali-
menta. Hanc enim conſecutionem falſam eſſe apparet ex ijs
22 quæ dixi *ſ. hoc lib. cap. 9. nu. 27. & ſeq.* Verùm † quia non
tantum verbis, ſed etiam facto renunciatio fieri poteſt: *l. poſt
diem. 7. ff. de l. commiſſor. c. inter. 20. & ibi gl. verb. renunciaſſe. ext.
de ſentent. & re iudic. ac latius explicabo* D E O *volente in tractat. de
Renunciat.* ideo ea potius admittenda videtur limitatio, vt a-
limentis iure naturæ debitis non poſsit renunciari verbis:
delinquendo autem & ita facto poſsit. Nam filius crimen ex-
hæredatione dignum in patrem committens, alimentorum
à patre petendorum ius amittit *l. vlt. in princ. vbi gl. verb. pro-
meruerit. C. de alend. liber. gl. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis ex his.
verb. detulerat. ff. de liber. agnoſc. Bart. in tract. de aliment. nu. 11.
Alex. l. 1. num. 32. vbi etiam Marian. Socin. iun. num. 231. ff. ſolut.
matrim. Anchar. cap. 2. num. 9. ext. de conuerſ. infidel. c. cum habe-
ret. num. 7. ibiq; Panorm. num. 50. ext. de eo qui dux. quam poll. per
adult. Iaſ. l. ius ciuile. num. 25. ff. de iuſt. & iur. atq; in auth. ſed ſi poſt.
num. 3. C. de inoff. teſtam. Dec. l. nuptias. 30. num. 15. ff. de reg. iur.
Io. Lup. in c. per veſtras notab. 3. §. 5. num. 12. ext. de donat. inter vir.
& vxor. Cacheran. deciſ. 124. num. 1. Zaſ. l. 1. §. huius ſtudij. num.
24. ff. de iuſt. & iur. Pyrrh. Angleberm. ad conſuetud. Aurelian. tit.
de ſucceſſion. cap. 25. Celſ. Hug. conſil. 38. incip. A quodam amico.
num. 13. Claud. de Battand. in tract. de legitim. artic. 8. num. 12. Io.
de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 22. num. 10. Petr. Gerard. ſing.
1. num. 1. Nicol. Euerhard. in Topic. loc. 70. Ab aliment. ad dot. num.
3. Petr. Duenn. reg. 360. incip. Filius durante lite. limit. 3. Didac.
Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 17. Lu-
douic. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 16. num. 1. & ſeqq.
vbi quædam de iure Hiſpanico affert quæ ego non refero. Cucch. in
auth. Nouiſſima. tit. legitima nullum grauamen admittit. num. 74. C.
de inoff. teſtam. Ac huius limitationis ſententia eſt* C O M M V N I S.
*Ant. Gomeſ. variar. reſolut. tom. 1. cap. 11. num. 13. Eman. Soarez. in
theſaur. commun. opin. lit. A. num. 164. Ludouic. de Molin. d. cap.
23 16. num. 1.* Hæc autem † limitatio extenditur vt procedat, non
tantum

tantum quando filius erga patrem talem cauſſam ingratitudinis committ[illegible] ſed etiam vice verſa, ita vt patri crimen exhæredationis [illegible] committenti filius poſsit denegare alimenta. *Rip. in l. generaliter. num.4. C. de Reuocand. donat. Aſcan. Clement. d. tract. de patr. poteſt. cap. 5 num.66. quam ſententiam*
14 *ſecutus ſum 3. lib.1. cap.5. num. 53.* Secundò extenditur † hæc limitatio, vt multo magis procedat, ſi frater aduerſus fratrem huiuſmodi delictum perpetret. Si enim tam enorme viſum fuit legibus noſtris ſcelus aliquod, vt vinculum, quod eſt inter patrem & filium, quoad alimentorum præſtationem diſrumpat, multo magis diſſuere eatenus poterit vinculū quod eſt inter fratres, *per ea quæ dixi 3. lib.1. cap. 9. num. 23.* Quod vero nonnulli ex Doctoribus noſtris hanc limitationem tertio ampliare conantur, quaſi ex omnibus cauſsis, ob quas exhæredandi facultatem iura concedunt, permiſſum ſit alimenta denegare: *Bald. Nouell. in d. l. 1. num.149. ff. ſolut. matrimon. Claud. Seiſell. l. 1. §. ius naturale. num.6. ff. de iuſt. & iur. Franc. Cremenſ. ſingul. 20. in pr. Io. Bap. Pontan. de aliment. cap.5. num. 2. cum ſeqq.* id ego promiſcue recipiendum non arbitrer. Cum enim textus *d. l. fin. C. de lib. alend. & d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. verſic. patrem detulerat.* quibus ſolis hæc limitatio nititur, loquantur de ijs caſibus in quibus principaliter pater, non verò in quibus primario DEVS offenditur: ideo reſtringenda eſt hæc limitatio ſolummodo ad eas cauſſas, in quibus pater vel filius immediate læditur, veluti ſi in furore non curetur, ſi manus violentas patiatur. *Et huc repetenda ſunt ea quæ*
15 *dixi 3. lib.1. cap.5. num.22. cum ſeqq.* Iam autem † incidit dubitatio, cum exhæredatio facta ex cauſsis, quæ *in §. aliud capitulum. in Auth. vt cum de appell. cognoſc.* enumeratis vel pares vel maiores ſunt, ex COMMVNI Doctorum calculo ſubſiſtat: *Laur. Kirchou. Centur. 3. concluſ. 31. incip. Exhæredari liberi poſſunt. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. de lib. & poſthum. num.5.* non immerito quæritur, an etiam ex ſimili vel maiori cauſſa alimentorum denegatio concedatur. Caccialupus *in l. frater à fratre. quæſt. 30. num. 108. & ſeq. ff. de condict. indeb.* non audet quicquam aſſeuerare: ſed ex

præcedentibus atque ijs quæ dixi ſ. *lib. ii. cap. 5. num. 20. & 55.* facile colligi poteſt, quid hac de re ſtatuendum ſit. Nihil autem attinet quærere, an exhæredato non ob delictum, ſed in eius commodum; *l. multi. 18. ff. de lib. & poſthum.* alimenta denegari poſsint. *quam quæſtionem attingit Io. Bapt. Pontan. de alim. cap. 5. num. 3. in fin.* Nam aut exhæredatus petit ab ipſo patre exhæredante alimenta, & tum quia nullum crimen commiſit exhæredatus, *d. l. multi. 18.* non poteſt ipſi vllum opponi: *vulg. l. vinu qui. ff. ſi cert. pet.* aut petit ab alio, veluti poſt mortem patris, à ſuo fratre, & tum multo minus ipſi, ſi nihil in bonis vnde ſe ſuſtentet, habeat, exhæredatio exprobrari poterit: cum etiam frater egenus & merito ſuo per patrem exhæredatus ab altero fratre ali debeat, *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 9. num. 9.*

16 Occaſione † huius renunciationis, non incommode quæri poteſt de præſcriptione, cum quandam ſpeciem alienationis præ ſe ferat. *l. alienationis. 28. ff. de verb. ſignific.* Et ante omnia repetendæ ſunt duæ alimentorum diſtinctiones: quarum prima diſcernit alimenta ex legis vel naturalis vel poſitiuæ prouiſione debita, ab ijs quæ vel ex contractu vel vltima voluntate debentur: altera ſeparat alimenta præterita à præſentibus & futuris, *quas ambas tradidi ſ. libr. 1. cap. 1.* Igitur vt ad rem præſentem eas accommodem, non opus eſt inueſtigare, num alimentis præteritis ex legum diſpoſitione debitis præſcribatur: cum regulariter non liceat neque filio qui ſemetipſum exhibuit, alimenta præterita à parentibus repetere, neque parentibus à filio: niſi quis eorum mutuam pecuniam in hunc vſum acceperit, *quemadmodum ĩ. in libr. 3. cap. 4. dicam:* in quo eodem loco *nempe cap. 5.* ſimul explicabo an repetitioni contra maritum vxori ſuæ ante dotis promiſſæ ſolutionem alimenta præbentem præſcribatur: ergo
17 vt † nunc tantum de præſentibus & futuris ex lege debitis dicam, veriſsimum arbitror, nullo præſcriptionis prætextu, patrem poſſe filio egeno alimenta præſentia vel futura denegare, neque liberos parentibus, neque coniuges ſibi, neq; fratrem locupletem fratri inopi. Nam quæ peccatum nutriunt

triunt non præſcribuntur. *c. 1. de conſuetud. in 6. Curt. iun. conſil. 158. incip. Præſupponitur in facto, illuſtriſſimos dominos Marchiones. num. 19. cum ſeq. Crauett. de antiquit. temp. part. 4. §. Materia. num. 77. Schurpf. conſil. 83. num. 11. Cent. 3.* Sed denegatio alimentorum liberis à parentibus, vel vice verſa, aut fratribus egenis facta nutrit peccatum. *1. Iohan. 3. verſ. 25. & 17. l. necare. 4. ff. de liber. agnoſc.* Ergo alimentorum denegatio non præſcribitur. Deinde in ſpecie, parentes contra liberos inopes nulla præſcriptione ſe tueri poſſe, probatur ex eo, quod nutritio liberorum ſit ex iure naturali: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. plura adduxi ſ. lib. 1. cap. 2.* & ab eius obligatione, nemo ſe temporis lapſu liberare queat. *c. vlt. vbi gloſſ. verb. iuri naturali. ext. de conſuetud. c. non debet. 8. §. fin. extr. de conſanguin. & affin. Pet. à Duenn. reg. 137. incip. Conſuetudo contra ius naturale.* Similiter in ſpecie à liberis diuitibus non poſſe parentes inopes à petitione alimentorum præſcriptionis prætextu remoueri, oſtendi poteſt *arg. cap. cum non liceat. 12. ext. de præſcript. iunctis iis quæ tradit Saluator noſter*
18 *apud Marc. cap. 7. verſ. 10. cum ſeqq.* Ampliatur † vt nec præſcriptio vlla remouere queat filios petentes alimenta ex bonis parentum antea defunctorum. *Petr. Gregor. Toloſan. libr.*
19 *44. Syntagm. cap. 5. num. 12.* De cæteris † alimentis ex hominis diſpoſitione debitis, antequam dicam, præmittendum eſt, COMMVNITER à noſtris interpretibus tradi, ac in Camera Imperiali obſeruari, quod in penſionibus annuis vniuſcuiusque anni propria ſit præſcriptio, & quot anni ſunt, tot cenſeantur præſcriptiones, eæque ad futuros annos ſe non extendant. *Mynſing. Cent. 3. obſeruat. 13. Andr. Gail. lib. 2. ob-*
20 *ſeruat. cap. 73. num. 1.* In cuius † præſuppoſiti applicatione quemadmodum omnes conſentiunt, vt quando alimentorum legatum eſt vnum, vna etiam præſcriptio ſufficiat, quæ omnem tollat obligationem: ſin vero multiplex, ſingulis annis peculiaris quædam adaptanda ſit præſcriptio: *l. cum notiſſimi. 7. §. in his. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Caſtr. l. ſi Stichum. 16. §. ſtipulatio. verſ. ſecunda eſt vtilitas. ff. de verb. obligat. Menoch.*
21 *conſil. 231. nu. 43.* ita † haud ſcio an ſatis explicatum ſit, vnde

æſtimanda ſit vnitas vel pluralitas legati. Aliquibus placere video, quaſi ad verba teſtatoris reſpiciendum ſit, ita vt ſi teſtator dicat, relinquo Titio alimenta, vnum cenſeatur legatum: ſin addat ſe annuatim illa præſtari velle, plura ſint legata. *Bald. l. 1. num. 13. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant. profer. Caſtr. d. l. ſi Stichum. 16. §. ſtipulatio. in fin. ff. de verb. oblig. Ruin. conſil. 34. incip. Legatum de quo agitur. num. 6. volu. 2. Balb. in tract. de præſcript. part. 4. quartæ part. princip. quæſt. 4. num. 5. Iacob. Æmilian. conſil. 156. incip. Dubium facere. nu. 12. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 41. ff. de liber. agnoſc. per l. vnic.*
22 *in princ. ff. quando dies vſusfruct. leg. cedat.* Quam † ſententiam indiſtinctè & ſimpliciter veram non arbitror, & non tam ad modum legandi vel verba teſtatoris, quam ad rem ipſam legatam reſpiciendum eſſe: *per d. l. cum notiſſimi. §. in his. vbi textus conſiderat, non quomodo aliquid legetur vel promittatur, ſed an datione per ſingulos annos vel menſes opus ſit*: eamq́ue opinionem tanto magis amplector, cum iure cautum eſſe videam, alimenta etiam ſine ſingulorum annorum mentione debita, annuatim & menſtruatim præſtanda eſſe. *l. pecuniæ. 8. in fin. ff. de alim. vel cib. legat. l. vlt. ff. de liber. agnoſc.* Ego igitur hanc diſtinctionem adhiberem, aut vna datione hæres vel alius debitor defungi poteſt, & tum vnum eſt legatum *l. damnas. 15. in princ. ff. de vſufruct. leg. d. l. vnic. in princ. ff. quand. dies legat. ced.* ac proinde vnica præſcriptio ſufficit: aut vna datione hæres ſe liberare nequit, vt quando alimenta Titio legata ſunt, quæ ad vitam legatarij in dubio durant *l. Mela.* } *14. in princ. ff. de alim. vel cibar. legat.* (tum enim impoſsibile eſt tantum aceruum cibi & potus, veſtium, calceorum, lignorum, medicamentorum, &c. præſtari: quo legatarius per totam vitam opus habeat: ſiquidem carnes, panes, potus corrumperentur: veſtes & calcei ijdem non ſemper homini conueniunt, ſed maiores pro ætate increſcente. *l. cum vnus. 10. §. fin. ff. d. t. de alim. vel cib. leg.*) & tum propter plures dationes, plures præſcriptionum termini requiruntur. *d. l. cum notiſſimi 7. §. in his. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Hier. Gigas de penſion. quæſt. 83.*
23 *num. 12.* In alimentorum † autem præſcriptione de iure

com-

communi requiruntur anni triginta: *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 42. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1371. num.*
24 *94. & 95.* modo non tradamus obliuioni quod † cibariorum quæ viduæ, ex mariti nobilis defuncti bonis ex iuris Saxonici diſpoſitione debentur, *prout expoſui ſupra lib. 1. cap. 11. num. 69. cum ſeqq.* petitio vltra annum non duret. *D. Zang. in tract.*
25 *de Except. part. 3. cap. 8. num. 71.* E contra ſi ciuitas † ius habeat petendi frumentum, vel alia cibaria à ciuitate vicina, & intra centum annos opus non habuerit, neque petierit, interim non currit præſcriptio. *l. hac autem iura. 16. ff. de ſeruit. vrb. præ. Bart. l. in filijs. 35. & ibi Alex. in addit. & Iac. Rebuff. C. de decurion. lib. X. idem Bart. l. cum ſcimus. 21. nu. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. X. l. Felin. c. cum acceſſiſſent. 8. nu. 26. ext. de conſt. Iaſ. l. fin. nu. 56. ff. de conſtit. princip. Mynſing. conſil. 19. num. 28.* Nunc videbo etiam an lege vel conſuetudine tolli poſsint alimenta ex iure naturæ ob ſanguinis neceſsitudinem debita: vbi iterum ample-
26 ctor ſententiam negatiuam, id fieri non poſſe, neque † Principis reſcripto. *Bald. in l. 1. in lectur. 1. num. 5. ff. de conſtit. princip. per clem. paſtoralis. circa fin. verſic. cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt. de re iudic. Marc. Mantua lib. 2. obſeruat. cap. 16. in fin. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. pri-*
27 *mogen. cap. 1. num. 11.* neque † lege municipali vel ſtatuto: *Angel. conſil. 359. incip. Præſuppoſito ſtatuto. num. 3. quod conſilium reperitur etiam inter ipſius fratris Baldi conſil. 465. incip. Statuto ciuitatis Mantuæ. vol. 3. Alberic. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in princ. num. 5. cum ſeq. & in tract. de ſtatut. part. 1. q. 40. in pr. Signor. de Homod. conſil. 37. incip. Factum ſic proponitur: Quedam mulier nomine Blandexia. num. 3. qui ad hoc adducit l. abdicatio. 6. C. de adoption. Marc. Mant. ſing. 562. Natta conſil. 201. num. 10. Dec. d. l. iura ſanguinis. num. 2. Cornel. Benincaſ. de priuil. paupertat. quæſt 7. ſpecial. 2. num. 20. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. cap. 122. num. 14. & ſeq. Brunor. à Sol. in quæſtion. legal. quæſt. 25. num. 21.*
28 neque † conſuetudine. *Panorm. c. vlt. num. 22. Roch. Curt. ſect. 5. num. 10. ext. de conſuetud. Io. Baptiſt. de aliment. cap. 2. num. 3. Brunor. à Sol. d. quæſt. 25. num. 19. atq; hac ſententia eſt* COMMV-

NIS

*NIS teſte Pauorm. in conſil. 92. incip. Illud indubitati iuris ſub num. 3. vol. 2. Hier. Cuchal. in addit. 3. ad Philip. Dec. l. iura. 8. verb. pactum. ff. de reg. iur. Didac. Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 4. Franc. Viuius in Commun. opin. §. Alimenta tenetur. num. 4. Eman. Soarez. in theſaur. earundem opin. lit. A. num. 169. Aſcan. Clementin. d. tract. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17. num. 11. Brunor. à Sol. in quæſt. legal. quæſt. 50. num. 1.* Quamuis
29 † enim Fernandus Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. part. 1. libr. 2. §. 20. num. 311.* pro more ſuo communem opinionem conetur labefactare: nihil tamen in medium affert, quod alicuius momenti eſſe videatur. Dum enim ita argumentatur: Quæ iure poſitiuo introducta ſunt, ea alio iure poſitiuo poſſunt tolli. Sed vt parentes liberos nutriant, inductum eſt iure poſitiuo. Ergo, &c. cuilibet apparet minorem eſſe falſiſsimam, ac proinde negandam. *per §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. vnic. §. ſileat. C. de rei vxor. act.* Quod ſi pro minoris confirmatione aliquis diceret, liberorum agnoſcendorum, alendorumq́ue neceſsitatem inductam eſſe per SC. non tantum Plancianum, ſed etiam aliud D. Hadriani temporibus factum: *l. 1. & l. 3. §. quia. ff. de liber. agnoſc.* ac præterea Principum conſtitutionibus iudicis officium, ceu remedium horum alimentorum conſequendorum fuiſſe oſtenſum. *l. ſi quis à liberis. 5. §. Item D. Pius. ff. d. tit. l. vlt. C. de alend. liber.* Huic reſponderem, ius naturale vtpote immutabile, *§. ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu.* propter accedentem iuris ciuilis approbationem, non deſinere eſſe ius naturale: *arg. l. probrum. 42. ff. de verb. ſignif.* alioquin nihil in legibus noſtris inueniretur, quod iuris naturalis vim adhuc habere, verè perhiberetur. In ijs autem quæ Vaſquius præterea pro confirmatione minoris ex iure Hiſpanico affert refutandis, non laboro: cum ipſi iamdudum reſponſum ſit per Io. de Roias *in Epitom. omn.*
30 *ſucceſſ. cap. 21 num. 38.* Ampliatur † primò negatiua & communis ſententia, vt etiam liberi ſtatuto vel conſuetudine à parentibus alendis liberari nequeant. *Alber. de Roſat. in tract. de ſtatut. part. 1. q. 40. in fin. vbi hanc ſententiam* COMMVNI-
31 TER *ſeruari aſſerit.* Ampliatur † ſecundò, vt nec per indi-

Eee rectum

rectum hoc fieri poſsit. Cum enim quid vna via prohibetur alicui, id alia non debet admitti *c. cum quid. 84. de reg. iur. in 6.* Hinc, vt in aduerſarijs præceptoris ac ſoceri mei piæ memoriæ inuenio, Collegium Facultatis Iuridicæ in Academia Ienenſi, reſpondit menſe Aprili Anno 1568. quæſtori S. in hæc verba: Auff vberſchickte Acten Heintzen vnd Caſpar K.K. ſampt jhren Kriegßvorwanten / Clägern an einem / vorſtenden des alten Andres K. beclagten andern theil / darüber jhr vnſere Rechts vnterrichtung gebeten / Sprechen wir vor Recht / weil von beclagten fürgebracht / das wenn Cläger vater der alte Andres K. inhalts der Clagen vnd angezogener gewonheit / mit ſeinen klagenden Kindern theilen ſolte / er groſſe noth vnd mangel leiden müſte / Do es nun demnach gewandt / welches euch von Ampts wegen zuerkündigen oblieget / So werden beyde part mit vnnötiger beweiſung billich verſchonet / vnd die Cläger / als jhrer forderung kegen dem Vater nicht befuget / dohin billich gehalten vnd gewieſen / das ſie des Vaters erbieten nach / die Güter mit jhme zugleich theilen / vnd den halben theil dauon empfangen / oder ſonſten dergeſtalt mit jhme ſich abfinden vnd vergleichen / damit er jhrer Anſprüche halben / in Armut vnd mangel nicht

82 gerathe / V. R. W. Tertiò ampliatur † illa negatiua & communis opinio, vt nec ſtatutum vel conſuetudo valeat inducens, ne filij naturales vel adulterini, vel inceſtuoſi à parentibus alantur: propterea quod ius naturale primæuum liberos alendos præcipiat. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Brunor. à Sol. in quæſtion. legal. quæſt. 50. num. 17. cum ſeqq. vbi ſub num. 24. in fin. & num. 25. hanc ampliationem* COMMVNEM *aſſerit: & poſſunt hic repeti ea quæ dicta fuerunt ſ. lib. 1. cap. 3. num.*

83 *11. cum ſeqq.* Quartò † ampliatur, vt nec ſtatutum vel conſuetudo parentes à nutritione liberorum, qui decimum octauum ætatis annum egreſsi ſunt, valide poſsit liberare: quia liberi non habentes de quo vitam tolerent, ſine ætatis diſcrimine iure naturæ à parentibus alendi ſunt, *vt probaui ſ. lib. 1. cap. 2. num. 40. cum ſeq. atque hanc ampliationem amplectuntur Petr. de Ancharan. in repetit. c. Canonum ſtatuta. quæſt. princip. 11. verſ. quæro etiam iuxta prædicta. ext. de conſtitut. quem ſequitur Io.*

*Bapt.*

*Bapt. de S. Seuerin. in l. omnes populi. num. 75. ff. de iuſtic. & iur. Didac. Couarr. in d §.6.num.5. verſ. Secundo ſtatutum quo caueatur.*

84 Neque † ab hac ſententia me deterrent ea, quæ ſcribit Vaſq. *d. §. 20. num. 305.* valere ſtatutum vel legem, qua caueretur, quod pater inuitus non compellatur alere filium maiorem octodecim annis, cum huius ætatis vir victum ſibi quærere poſsit, & hæc neceſsitas liberos alendi à iure poſitiuo deſcendat. Nam quod primam rationem attinet, quod vir annos octodecim natus, ſemetipſum queat alere, cum ea non ſit vniuerſalis neque perpetua: ſed morbus aut alij caſus, quibus vita humana etiam vltra decimum octauum annum producta, eſt expoſita, impedimento eſſe poſsint, quo minus adoleſcens eius ætatis ſibijpſi de neceſſarijs proſpiciat: efficitur vt nec vniuerſalis concluſio inde recte extruatur: præſertim cum de eiuſmodi adoleſcente, qui ſemetipſum alere nequeat præcipuè iam fiat ſermo. Filio enim qui tam per ætatem quam valetudinem ac vitæ conditionem dignitatemque ad ſe exhibendum eſt ſufficiens, non cogitur præbere alimenta pater, idque ex iure communi *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 79. cum ſeqq.* ita vt ſtatuto prohibitorio hac in parte non ſit opus. Ad alteram rationem Vaſquij, quaſi hæc neceſsitas liberos alendi à iure poſitiuo deſcendat, paulo ante *in hoc ipſo capite num. 29.* fuit reſponſum. Et hæc quarta ampliatio quemadmodum conuenit cum ea, quam quinto loco *ſ. lib. 1. cap. 2. num. 40.* attuli: ita poſſunt etiam cæteræ huc accommodari: veluti quod non valeat ſtatutum ſanciens filio legitimam ipſi à patre viuo datam dolo aut culpa perdenti, alimenta non eſſe præſtanda. *ſ. d. cap. 2. num. 22. cum ſeqq.*

85 *Brunor. à Sol. d. quæſt. 50 num. 27. & ſic de reliquis.* Quod ſi † ſtatutum fiat de filijs, qui ſibijpſi poſsint proſpicere, à patre non alendis: hoc ſtatutum omnino validum eſſet, quamdiu illi recte valerent, vt victum ſibi poſſent quærere: *Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 1. num. 25. Brunor. à Sol. d. quæſt. 50. num. 28.* quod poteſt locum primæ limitationis obtinere: quo referri poſſunt omnes illi caſus, in quibus alimenta filijs aut parentibus non deberi ſ. *lib. 1. cap. 2. cum ali-*

*quot ſeqq.* per modum limitationis diximus. Cum enim ex iuris communis diſpoſitione filio crimen exhæredatione dignum committenti, iuſte denegentur alimenta, *vt paulo ante in hoc cap. num. 12. dixi:* nihil obſtat, quin ſtatuto id poſsit repeti. *Brunor. à Sol. d. quæſt. 50. num. 34.* idem iudicium eſt de
36 cæteris. Secundò † limitatur theſis ſuperior, vt vera ſit in alimentis ad neceſsitatem naturæ explendam pertinentibus: hæc enim ſtatuto tolli non poſſunt: ſecus in ijs quæ ad dignitatem & ſplendorem alimentarij adhibentur. Quia enim illa ſolummodo ex iure naturæ introducta ſunt: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* hæc verò iuxta dignitatis gradum debita non item: cum ſi naturam ac primum ortum ſpectemus omnes homines ſint paris gradus & dignitatis: *l. Manumiſſiones. 4. verſ. vtpote cum iure naturali. ff. de iuſt. & iur. l. quod attinet. 33. in fin. ff. de reg. iur. §. 1. Inſtit. de libertin.* nihil cauſſæ ſubeſt, cur non hæc mutari aut tolli poſsint, illis in ſuo vigore remanentibus. *Fr. Sarmient. lib. 2. ſelect interpret. cap. 14. num. 6. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 52. cum ſeq.* Id quod obſeruandum eſt pro declaratione eorum quæ
37 dixi s. *hoc lib. cap. 2.* Hactenus † autem explicatis non omnino inconueniens eſſet quærere, an per præceptum teſtatoris alimentorum datio poſsit tolli. Quod itidem non fieri poſſe arbitror: Aut enim teſtator ipſe ex iure naturæ erat obſtrictus ad alendum eum, cui nunc alimenta dari prohibet: & ea prohibitio nullius eſt momenti, *per fundamenta adducta s. lib. 1. cap. 3. num. 28. cum ſeq.* ſi ſcilicet alendus ſe non poſſet aliunde exhibere: ſecus ſi tantum habeat de quo viuat. *Bertrand. d. conſil. 177. incip. Ponitur in facto quod honorabilis quondam vir Lucas. part. 1. ſecundi volum.* Aut teſtator quidem non erat obſtrictus, ſed hæres ab eo inſtitutus vel legatarius. Verbi cauſſa, Titius Mæuium, inter quos nulla erat ſanguinis coniunctio, ſibi hæredem inſtituit: & non tantum prohibuit ne Mæuij parentes vel fratres inopes ex bonis ſuis alantur: ſed etiam expreſſe cauit, vt Mæuius, ſi hoc mandato inſuperhabito parentes vel fratres ſuos inopes ex iſtis bonis alat, hæreditate excidat. Hac prohibitione non obſtante

poterit

poterit iſte Mæuius parentum vel fratrum ſuorum inopiæ ſuccurrere, *Bald.conſil.103. incip. Præmiſſis verbis teſtamenti. nu. 3. vol.5. vbi inquit quod hæc prohibitio ſit contra ius naturale.* & quidem ſine periculo hæreditatis perdendæ. Quando enim legibus interdictum vel probroſum hæredi vel legatario iniungitur, eſt ipſo iure nullum, inſtitutioni principali nihilominus firma remanente. *l. vnic. in fin. C. de his quæ pœn. nom.* Sed vt parentum vel fratrum bene meritorum cura abijciatur, eſt probroſum ac legibus diuinis interdictum. *1. Iohan. 3. verſ. 17.* Ergo illud mandatum eſt ipſo iure nullum; inſtitutione interim firma ſubſiſtente. *atq; ita ex facto reſpondit Hier. Grat. conſil. 35. incip. Diligenter conſideratis. num. 3. cum ſeqq. vol.*
38 *2.* Denique † hiſce modis negatiuis, quibus alimenta non deſinunt, accenſeri etiam poteſt ille caſus: ſi teſtator Titio alimenta relinqueret, & poſtea alijs alia legaret: demum autem vel alio teſtamento vel codicillis pro certa parte legata reuocaret, ſanciens vt legata antea à ſe data tantum pro tertia parte legatarijs præſtarentur, quod hæc reuocatio ad alimenta non pertineat. *ita eſt textus expreſſus in l. libertis. 18. §. poſthumis. ff. de alim. vel cib. legat. quam deciſionem vt valde notabilem commendant plurimi Doctores. Bart. tract. de aliment. num. 31. Angel. Aret. tract. de teſtam. gl. 45. num. 15. Lud. Roman. conſil. 436. incip. Quod indultum Petri. num. 20. Natt. conſil. 410. incip. Totum controuerſiæ pondus. num. 4. & conſil. 613. incip. Videtur dicendum. num. 5. Nic. Euerhard. in Topic. legal. loc. 59. incip. Ab alimentis ad piam cauſſam. Franc. Mantic. de coniectur. vlt. vol. lib. 12. tit. 2. num. 23. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 26. ff. de liber. agnoſc. & plures allegat Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 17. num. 33.*
39 Hinc † ſequitur, ſi fidei eius, cui alimenta & alia præterea legata relicta ſunt, committatur, legata reſtituere alteri, poſt certum aliquod ſpacium: vt alimentorum legatum in reſtitutionem non veniat. *ita per d. l. libertis. 18. §. poſthumis. ff. de alim. vel cib. legat. ſentit Ruin. l. Marcellus. §. quidam liberis. num. 8. ff. ad SC. Trebell. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 194. num. 14.* An autem textus *d. l. libertis. 18. §. poſthumis*, ad dotem, *quod facit Bald. Nouell. in l. 1. num. 484. ff. ſolut.*

*matrim.* item ad pias cauſſas, *Rauenn. ſing. 144. Tiraq. de priuil.*
*pia cauſſ. priuil. 19. Mantica d. tit. 2. num. 24.* rectè accommode-
tur necne, nunc non excutio, cum ea tractatio ad hanc ali-
40 mentorum materiam proprie non pertineat. Illud † con-
uenientius eſſe huic loco videtur, quod alimentorum lega-
tum filio à patre relictum non cenſeatur ademptum, ſi pater
adhuc viuus illum filium emancipet, eique det certam pe-
cuniæ ſummam, puta mille aureos: quam facti ſpeciem cum
copiosè & eleganter tractet Tiber. Decian. *conſil. 15. incip. Pa-*
*ter in teſtamento prælegauit. vol. 2.* ego ipſius rationes & funda-
41 menta non deſcribo. Neque † tandem alimentorum le-
gatum adimitur alienatione fundi vel prædij, ex quo alimen-
ta ſolui debent. Cum enim legatarius regulariter non ha-
beat actionem realem ad certorum quorundam panum do-
minium perſequendum: ſed perſonali actione petat, ſe ab
hærede ali oportere, *vt dicetur j. lib. 3.* atque fundus vel præ-
dium ex quo legatarius ali debet, pignori ſaltem ſupponatur:
*l. Lucius. 12. ff. de alim. vel cib. leg.* debitum autem principale
etiam pignore liberato nihilominus ſubſiſtat: *l. poſtquam. 3. ff.*
*de pact. Neguſant. tract. de pignor. membr. 3. ſextæ part. princip. nu.*
*37.* conſequens eſt, quod ex teſtatoris prædium vel fundum,
ex quo alimenta hæres præſtare debet, vendentis alienatio-
ne, alimentorum legatum non reuocetur: *atque ita in hiſce*
*noſtris terminis tenet Ludouic. Roman. ſingul. 435. incip. Quæritur*
*an teſtator viuens in fin. & ibi apoſtill.*

42 Hiſce † igitur modis, quibus alimenta ſemel deberi ce-
pta non deſinunt, ſic explicatis, ſubiungendi iam ſunt ij, qui
alimentorum debitum vel tollunt, vel quo minus naſcatur,
impediunt. Quia autem homo ſiue ex legis ſiue ex hominis
diſpoſitione ſit alendus, poſt mortem alimentis amplius o-
pus non habeat: *l. verbo victus. 43. verſ. quaq́; ad viuendum. ff.*
*de verb. ſignif.* ideo primo tractabo quod morte finiantur ali-
43 menta. Et quamuis † non eam inficias, quod vt Plauti *in*
*Capt. Sc. Inijcite.* verſum huc aſſumam, qui per virtutem peri-
tat non interit: cum tamen iſta qualis qualis vita, non ijs de
quibus in præſentia dum tractare inſtitui, alimentis nutria-
tur:

tur: ſed partim rebus fortiter & præclare ex virtutis præſcripto geſtis: *§. filij autem. verſ. in perpetuum per gloriam viuere. Inſtit. de excuſat. tutor. c. quam ſit graue. 9. extr. de exceſſ. prælat Plato in Menexemo.* partim hiſtoriarum monumentis: ( nam vt canit Horatius *lib. 4. Carmin. od. 9.*

*Vixere fortes ante Agamemnona*
*Multi, ſed omnes illachrymabiles*
*Vrgentur, ignotiq; longa*
*Nocte: carent quia vate ſacro.*

ob quam cauſſam quondam à communi conſilio Aſiæ decretum fuit, vt nomen eius, qui templum Dianæ incenderat, ne quis vllo tempore nominaret: *Gell. lib. 2. cap. 6. Valer. Maxi. lib. 8. cap. penult. in fin. Petr. Crinit. lib. 1. de honeſt. diſcipl. cap. 15.* )
44 ideo nihilominus † veriſsimum eſt, alimenta de quibus nunc ago, cum vita finiri. *text. eſt in l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. l. dominus. 57. § per fideicommiſſum. ff. de vſufr. l. 3. verſ. vt quiſq; ex libertis deceſſerit. l. Mela. 14. in princ. ff. de alim. vel cibar. leg. Bellamer. conſil. 21. incip. Vtrum poſſeſſor. num. 13. Bero. conſil. 165. num. 38. vol. 2. Cephal. conſil. 399. num. 12. & conſil. 485. nu. 131. Menoch. conſil. 184. num. 8. & conſil. 231. num. 79. Andr. Gail lib. 2. obſeruat. cap. 88. num. 13.* Cuius rei ratio eſt, non tantum quod mortuus cibo, potu alijsque ad hanc vitam tuendam rebus neceſſarijs amplius opus non habeat: ſed etiam quia alimentorum debitum eſt annuum: *vt dixi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 7. & cap. 15. num. 71.* cuius ea eſt natura, vt tacitam in ſe habeat conditionem, ſi legatarius viuat. *l. ſi in ſingulos. 4. ff. de ann. leg. l. patrimonij. 22. ff. de vſufr. leg. Bernard. Bombin. conſil.*
45 *17. num. 10.* Ampliatur † hoc thema primò vt non tantum procedat in alimentis ex vltima voluntate: *per d. §. modus & alios textus paulo ante allegatos. Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro legat. re ſing. verb. Coram vobis. num. 101. Io. de Roias in Epito. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 85.* ſed etiam ex contractu debitis. Etſi enim Iac. Venentus *in tract. de annua præſt. part. 2. quæſt. 29. num. vlt. cui ſimpliciter ſubſcribit Ant. Bard. de tempor. vtil. & contin. cap. 13. num. 4. in fin.* diſtinguat inter cauſſam lucratiuam & oneroſam: tamen iſtam diſtinctionem, vt non ſimpliciter

repudio, ſed in loco vſurpatam probo: *§. ſi res aliena. Inſtit. de legat. cum ſimil.* ita in hoc præſenti negocio non admittendam eſſe arbitror. Nam cum contractus, ſine diſtinctione cauſſæ vel lucratiuæ vel oneroſæ, ex materiæ ſubiectæ natura & durent & expirent: *l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. 7. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. ſeruand. cauſſ.* alimenta autem certæ perſonæ debita, cum ipſius vita de ſua natura deſinant: *d. l. verbo victus. Cephal. conſil. 157. nu. 3.* conſequens eſt, vt etiã ex contractu, cum vita eius, cui debentur, ceſſent, & ad hæredes eius non tranſeant. *ita expreſſe ſcribunt Bart. in d. l. ſi Stichum. 16. § ſtipulatio. num. 2. Alex. num. 6. in*
46 *fin. ff. de verb. obligat.* Secundò ampliatur † vt non tantum procedat, quando eſculenta & poculenta debentur, ſed etiam quando certa ſumma pecuniæ nomine alimentorum annuatim eſt danda. *l. Firmio. 26. §. vlt. in fin. ff. quand. dies legat.*
47 *ced.* Tertiò † ampliatur vt etiam alimenta deſinant, licet alimentarius defunctus filium ſuperſtitem relinquat, cuius alendi onus ad eundem teſtatorem, eiuſque hæredes redun-
48 det. *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 8. num. 6.* Quæ ampliatio † eſt intelligenda non quaſi teſtatoris hęredes penitus liberati ſint à ſpurij defuncti filijs alendis: ſed quod ſaltem hoc legatum ad hoſce nepotes non pertineat: interim liberum ipſis vt officio iudicis implorato ſibi de neceſſarijs proſpici petant,
49 *per ea quæ attuli ſ. d. cap. 8. num. 4.* Deinde † reſtringenda eſt hæc ampliatio, vt vera ſit, niſi teſtator eaſdem res, ſi filius ſpurius vitam cum morte commutet, nepotibus leget: cum enim filijs etiam ſpurijs ad alimentorum neceſsitatem legare, iure ſit permiſſum: *per ea quæ allegaui ſ. lib. 1. cap 3. num. 33. cum ſeqq.* & diuerſitatis ratio nulla in hoc caſu inter filium & nepotem oſtendi poſsit: conſequens eſt, vt huiuſmodi legatum ab auo factum ſubſiſtat: *l. fin. C. de natur. lib. Bart. l. fin. num. 7 ff. de his quib. vt indign. & conſil. 118. incip. Oducius Corneti. lib. 1. Panorm. 115 incip. Punctus quæſtionis talis eſt: Quidam Nanes Petri. num. vlt. vol. 2. Angel. tract. de teſtam. gl. 69. num. 3. Lud. Sard. in tract. de legitimat. part. 2. num. 175. Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 40. Cordub. de Lar. in l.*
*ſi quis*

*ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 74. ff. de liber. agnoſc.* etiam exiſtente legitima ſobole. *Ant. Gabriel. ibid. num. 41. Menoch.*
50 *conſil. 231. num. 80.* Huic † reſtrictioni tamen hanc cautelam adhibendam cenſent aliqui, vt ne teſtator ſignificet ſe intuitu filij ſui ſpurij hoc facere, ſed potius ob nepotis merita aliqua vel ſimilem cauſſam. *Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthesilan. ſing. 146. num. 9. Rip. l. 1. num. 69. ff. ſolut. matrim. qui ambo iiſdem plane verbis vtuntur: & plures allegat Cagnolus in l. ſi qua illuſtris. num. 7. C. ad SC. Orfician.* Quam cautelam accipiendam arbitror, quando teſtator nepoti ſuo ex filio ſpurio aliquid vltra alimentorum neceſsitatem vult legare: ſiquidem alendi ſunt liberi, etiam quorum nulla in parentes extant meri-
51 ta. Quartò ampliatur † hoc thema, vt etiam procedat in dote filiabus ſpurijs data: hæc enim cum alimentorum loco & quatenus neceſsitas expoſcit concedatur: *per c. cum haberet. extr. de eo qui dux. quam poll. & dixi ſ. lib. 1. cap. 3. num. 56.* æquum eſt vt mortua muliere hæc dos deſinat, *Io. Lup. in cap. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 4. extr. de donat. inter vir. & vx. Marian. Socin. iun. d. l. 1. nu. 185. ff. ſol. matr. Crauett. conſ. 186. nu. 16. Ant. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 39. Gabr. Paleot. de Nothis & ſpur. c. 51. nu. 5. Ludou. Syluest. in conſil. ſuo, quod eſt inter Fr. Marzar. conſ. 38. nu. 36. Steph. Ranchin. part. 1. concl. 61. Rip. conſ. 204. incip. Sententia. num. 1. Bero. conſil. 165. incip. In cauſſa ſpurietatis. num. 20. 35.*
52 *38. vol. 2. & dixi ſ. d. cap. 3. num. 67.* Quintò ampliatur † vt etiam procedat, ſi legatum ſit aliquid pro alimentis pauperum in certo aliquo hoſpitali commorantium: quod hoſpitale ſi deſtructum fuerit legatum quoque deſinit. *l. pater. 38. §. fidei. 6. ff. de legat. 3. Gemin. cap. licet canon. in princ. num. 7. de elect. lib. 6. Felin. c. cum dilecta. 22. num. 22. ext. de reſcript. Hippol. de Marſil. in l. vnic. num. 139. C. de rapt. virgin. & in tract. Bannitor. verb. Eccleſiæ. num. 136. Steph. Ranchin. part. 1. concluſ. 381.*
53 Quæ ampliatio † vera eſt, quando intuitu perſonarum ibi commorantium vel loci, alimenta relicta ſunt: ſecus ſi ſine perſonarum certarum, neque loci certi conſideratione, ſed ſimpliciter in vſum pauperum, eiuſmodi legatum datum fuerit. Hoc enim poſteriore caſu reditus in ſimilem pium vſum

tantum quando filius erga patrem talem cauſſam ingratitu-
dinis committit, ſed etiam vice verſa, ita vt patri crimen ex-
hæredatione [illegible]um committenti filius poſsit denegare ali-
menta. *Rip. in l. generaliter. num. 4. C. de Reuocand. donat. Aſcan. Clement. d. tract. de patr. poteſt. cap. 5 num. 66. quam ſententiam*
14 *ſecutus ſum 3. lib. 1. cap. 5. num. 53.* Secundò extenditur † hæc
limitatio, vt multo magis procedat, ſi frater aduerſus fratrem
huiuſmodi delictum perpetret. Si enim tam enorme viſum
fuit legibus noſtris ſcelus aliquod, vt vinculum, quod eſt in-
ter patrem & filium, quoad alimentorum præſtationem diſ-
rumpat, multo magis diſſuere eatenus poterit vinculũ quod
eſt inter fratres, *per ea quæ dixi 3. lib. 1. cap. 9. num. 23.* Quod
vero nonnulli ex Doctoribus noſtris hanc limitationem ter-
tio ampliare conantur, quaſi ex omnibus cauſsis, ob quas ex-
hæredandi facultatem iura concedunt, permiſſum ſit alimen-
ta denegare: *Bald. Nouell. in d. l. 1. num. 149. ff. ſolut. matrimon. Claud. Seiſſell. l. 1. §. ius naturale. num. 6. ff. de iuſt. & iur. Franc. Cremenſ. ſingul. 20. in pr. Io. Bap. Pontan. de aliment. cap. 5. num. 2. cum ſeqq.* id ego promiſcue recipiendum non arbitrer. Cum
enim textus *d. l. fin. C. de lib. alend. & d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. verſic. patrem detulerat.* quibus ſolis hæc limitatio niti-
tur, loquantur de ijs caſibus in quibus principaliter pater,
non verò in quibus primario DEVS offenditur: ideo reſtrin-
genda eſt hæc limitatio ſolummodo ad eas cauſſas, in quibus
pater vel filius immediate læditur, veluti ſi in furore non cu-
retur, ſi manus violentas patiatur. *Et huc repetenda ſunt ea quæ*
15 *dixi 3. lib. 1. cap. 5. num. 22. cum ſeqq.* Iam autem † incidit du-
bitatio, cum exhæredatio facta ex cauſsis, quæ *in §. aliud capitulum. in Auth. vt cum de appell. cognoſc.* enumeratis vel pares
vel maiores ſunt, ex COMMVNI Doctorum calculo ſubſi-
ſtat: *Laur. Kirchou. Centur. 3. concluſ. 31. incip. Exhæredari liberi poſſunt. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. de lib. & poſthum. num. 5.* non immerito quæritur, an et-
iam ex ſimili vel maiori cauſſa alimentorum denegatio con-
cedatur. Caccialupus *in l. frater à fratre. quæſt. 30. num. 108. & ſeq. ff. de condict. indeb.* non audet quicquam aſſeuerare: ſed ex
præce-

præcedentibus atque ijs quæ dixi ſ. *libr. ii. cap. 5. num. 20. &* *55.* facile colligi poteſt, quid hac de re ſtatuendum ſit. Nihil autem attinet quærere, an exhæredato non ob delictum, ſed in eius commodum; *l. multi. 18. ff. de lib. & poſthum.* alimenta denegari poſsint. *quam quæſtionem attingit Io. Bapt. Pontan. de alim. cap. 5. num. 3. in fin.* Nam aut exhæredatus petit ab ipſo patre exhæredante alimenta, & tum quia nullum crimen commiſit exhæredatus, *d. l. multi. 18.* non poteſt ipſi vllum opponi: *vulg. l. eius qui. ff. ſi cert. pet.* aut petit ab alio, veluti poſt mortem patris, à ſuo fratre, & tum multo minus ipſi, ſi nihil in bonis vnde ſe ſuſtentet, habeat, exhæredatio exprobrari poterit: cum etiam frater egenus & merito ſuo per patrem exhæredatus ab altero fratre ali debeat, *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 9. num. 9.*

16 Occaſione † huius renunciationis, non incommode quæri poteſt de præſcriptione, cum quandam ſpeciem alienationis præ ſe ferat. *l. alienationis. 28. ff. de verb. ſignific.* Et ante omnia repetendæ ſunt duæ alimentorum diſtinctiones: quarum prima diſcernit alimenta ex legis vel naturalis vel poſitiuæ prouiſione debita, ab ijs quæ vel ex contractu vel vltima voluntate debentur: altera ſeparat alimenta præterita à præſentibus & futuris, *quas ambas tradidi ſ. libr. 1. cap. 1.* Igitur vt ad rem præſentem eas accommodem, non opus eſt inueſtigare, num alimentis præteritis ex legum diſpoſitione debitis præſcribatur: cum regulariter non liceat neque filio qui ſemetipſum exhibuit, alimenta præterita à parentibus repetere, neque parentibus à filio: niſi quis eorum mutuam pecuniam in hunc vſum acceperit, *quemadmodum ſ. in libr. 3. cap. 4. dicam:* in quo eodem loco *nempe cap. 5.* ſimul explicabo an repetitioni contra maritum vxori ſuæ ante dotis promiſſæ ſolutionem alimenta præbentem præſcribatur: ergo

17 vt † nunc tantum de præſentibus & futuris ex lege debitis dicam, veriſsimum arbitror, nullo præſcriptionis prætextu, patrem poſſe filio egeno alimenta præſentia vel futura denegare, neque liberos parentibus, neque coniuges ſibi, neq; fratrem locupletem fratri inopi. Nam quæ peccatum nutriunt

triunt non præſcribuntur. *c. 1. de conſuetud. in 6. Curt. iun. con-
ſil. 158. incip. Præſuppoſitur in facto, illuſtriſſimos dominos Marchio-
nes. num. 19. cum ſeq. Crauett. de antiquit. temp. part. 4. §. Materia.
num. 77. Schurpf. conſil. 83. num. 11. Cent. 3.* Sed denegatio ali-
mentorum liberis à parentibus, vel vice verſa, aut fratribus
egenis facta nutrit peccatum. *1. Iohan. 3. verſ. 25. & 17. l. neca-
re. 4. ff. de liber. agnoſc.* Ergo alimentorum denegatio non
præſcribitur. Deinde in ſpecie, parentes contra liberos in-
opes nulla præſcriptione ſe tueri poſſe, probatur ex eo,
quod nutritio liberorum ſit ex iure naturali: *§. 1. Inſtit. de iur.
nat. gent. & ciuil. plura adduxi ſ. lib. 1. cap. 2.* & ab eius obliga-
tione, nemo ſe temporis lapſu liberare queat. *c. vlt. vbi gloſſ.
verb. iuri naturali. ext. de conſuetud. c. non debet. 8. §. fin. extr. de
conſanguin. & affin. Pet. à Duenn. reg. 137. incip. Conſuetudo contra
ius naturale.* Similiter in ſpecie à liberis diuitibus non poſ-
ſe parentes inopes à petitione alimentorum præſcripti-
onis prætextu remoueri, oſtendi poteſt *arg. cap. cum non li-
ceat. 12. ext. de præſcript. iunctis iis quæ tradit Saluator noſter*
18 *apud Marc. cap. 7. verſ. 10. cum ſeqq.* Ampliatur † vt nec præ-
ſcriptio vlla remouere queat filios petentes alimenta ex bo-
nis parentum antea defunctorum. *Petr. Gregor. Toloſan. libr.*
19 *44. Syntagm. cap. 5. num. 12.* De cæteris † alimentis ex ho-
minis diſpoſitione debitis, antequam dicam, præmittendum
eſt, COMMVNITER à noſtris interpretibus tradi, ac in Ca-
mera Imperiali obſeruari, quod in penſionibus annuis vniuſ-
cuiusque anni propria ſit præſcriptio, & quot anni ſunt, tot
cenſeantur præſcriptiones, eæque ad futuros annos ſe non
extendant. *Mynſing. Cent. 3. obſeruat. 13. Andr. Gail. lib. 2. ob-*
20 *ſeruat. cap. 73. num. 1.* In cuius † præſuppoſiti applicatione
quemadmodum omnes conſentiunt, vt quando alimento-
rum legatum eſt vnum, vna etiam præſcriptio ſufficiat, quæ
omnem tollat obligationem: ſin vero multiplex, ſingulis an-
nis peculiaris quædam adaptanda ſit præſcriptio: *l. cum no-
tiſſimi. 7. §. in his. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Caſtr. l. ſi Stichum.
16. §. ſtipulatio. verſ. ſecunda eſt vtilitas. ff. de verb. obligat. Menoch.*
21 *conſil. 231. nu. 43.* ita † haud ſcio an ſatis explicatum ſit, vnde
æſti-

æſtimanda ſit vnitas vel pluralitas legati. Aliquibus placere video, quaſi ad verba teſtatoris reſpiciendum ſit, ita vt ſi teſtator dicat, relinquo Titio alimenta, vnum cenſeatur legatum: ſin addat ſe annuatim illa præſtari velle, plura ſint legata. *Bald. l. 1. num. 13. C. de ſentent. quæ ſin. cert. quant. profer. Caſtr. d. l. ſi Stichum. 16. §. ſtipulatio. in fin. ff. de verb. oblig. Ruin. conſil. 34. incip. Legatum de quo agitur. num. 6. volu. 2. Balb. in tract. de præſcript. part. 4. quartæ part. princip. quæſt. 4. num. 5. Iacob. Æmilian. conſil. 156. incip. Dubium facere. nu. 12 Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 41. ff. de liber. agnoſc. per l. vnic.*
22 *in princ. ff. quando dies vſusfruct. leg. cedat.* Quam † ſententiam indiſtinctè & ſimpliciter veram non arbitror, & non tam ad modum legandi vel verba teſtatoris, quam ad rem ipſam legatam reſpiciendum eſſe: *per d. l. cum notiſſimi. § in his. vbi textus conſiderat, non quomodo aliquid legetur vel promittatur, ſed an datione per ſingulos annos vel menſes opus ſit*: eamque opinionem tanto magis amplector, cum iure cautum eſſe videam, alimenta etiam ſine ſingulorum annorum mentione debita, annuatim & menſtruatim præſtanda eſſe. *l. pecuniæ. 8. in fin. ff. de alim. vel cib. legat. l. vlt. ff. de liber. agnoſc.* Ego igitur hanc diſtinctionem adhiberem, aut vna datione hæres vel alius debitor defungi poteſt, & tum vnum eſt legatum *l. damnas. 15. in princ. ff. de vſufruct. leg. d. l. vnic. in princ. ff. quand. dies legat. ced.* ac proinde vnica præſcriptio ſufficit: aut vna datione hæres ſe liberare nequit, vt quando alimenta Titio legata ſunt, quæ ad vitam legatarij in dubio durant *l. Mela.] 14. in princ. ff. de alim. vel cibar. legat.* (tum enim impoſsibile eſt tantum acervum cibi & potus, veſtium, calceorum, lignorum; medicamentorum, &c. præſtari: quo legatarius per totam vitam opus habeat: ſiquidem carnes, panes, potus corrumperentur: veſtes & calcei ijdem non ſemper homini conueniunt, ſed maiores pro ætate increſcente. *l. cum vnus. 10. §. fin. ff. d. t. de alim. vel cib. leg.*) & tum propter plures dationes, plures præſcriptionum termini requiruntur. *d. l. cum notiſſimi. 7. § in his. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Hier. Gigas de penſion. quæſt. 83.*
23 *num. 12.* In alimentorum † autem præſcriptione de iure com-

communi requiruntur anni triginta: *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 42. cum ſeqq. Maſcard. de probat. concluſ. 1371. num.*
24 *94. & 95.* modo non tradamus obliuioni quod † cibariorum quæ viduæ, ex mariti nobilis defuncti bonis ex iuris Saxonici diſpoſitione debentur, *prout expoſui ſupra lib. 1. cap. 11. num. 69. cum ſeqq.* petitio vltra annum non duret. *D. Zang. in tract.*
25 *de Except. part. 3. cap. 8. num. 71.* E contra ſi ciuitas † ius habeat petendi frumentum, vel alia cibaria à ciuitate vicina, & intra centum annos opus non habuerit, neque petierit, interim non currit præſcriptio. *l. hac autem iura. 16. ff. de ſeruit. vrb. præ. Bart. l. in filijs. 35. & ibi Alex. in addit. & Iac. Rebuff. C. de decurion. lib. X. idem Bart. l. cum ſcimus. 21 nu. 2. C. de agricol. & cenſit. lib. X l. Felin. c. cum acceſſiſſent. 8. nu. 26. ext. de conſt. Iaſ. l. fin. nu. 56. ff. de conſtit. princip. Mynſing. conſil. 19. num. 28.* Nunc videbo etiam an lege vel conſuetudine tolli poſsint alimenta ex iure naturæ ob ſanguinis neceſsitudinem debita: vbi iterum ample-
26 ctor ſententiam negatiuam, id fieri non poſſe, neque † Principis reſcripto. *Bald. in l. 1. in lectur. 1. num. 5. ff. de conſtit. princip. per clem. paſtoralis. circa fin. verſic. cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exiſtunt. de re iudic. Marc. Mantua lib. 2. obſeruat. cap. 16. in fin. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. pri-*
27 *mogen. cap. 1. num. 11.* neque † lege municipali vel ſtatuto: *Angel. conſil. 359. incip. Præſuppoſito ſtatuto. num. 3. quod conſilium reperitur etiam inter ipſius fratris Baldi conſil. 465. incip. Statuto ciuitatis Mantuæ. vol. 3. Alberic. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in princ. num. 5. cum ſeq. & in tract. de ſtatut. part. 1. q. 40. in pr. Signor. de Homod. conſil. 37. incip. Factum ſic proponitur: Quædam mulier nomine Blandexia. num. 3. qui ad hoc adducit l. abdicatio. 6. C. de adoption. Marc. Mant. ſing. 562. Natta conſil. 201. num. 10. Dec. d. l. iura ſanguinis. num. 2. Cornel. Benincaſ. de priuil. paupertat. quæſt 7. ſpecial. 2. num. 20. Andr. Gail. lib. 2. obſeru. cap. 122. num. 14. & ſeq. Brunor. à Sol. in quæſtion. legal. quæſt. 25. num. 21.*
28 neque † conſuetudine. *Panorm. c. vlt. num. 22. Roch. Curt. ſect. 5. num. 10. ext. de conſuetud. Io. Baptiſt. de aliment. cap. 2. num. 3. Brunor. à Sol. d. quæſt. 25. num. 19. atq; hac ſententia eſt* COMMV-

NIS

NIS *teſte Panorm. in conſil. 92. incip. Illud indubitati iuris ſub num.
3. vol. 2. Hier. Cuchal. in addit. 3. ad Philip. Dec. l. iura. 8. verb. pa-
ctum. ff. de reg. iur. Didac. Couarr. in Epitom. lib. 4. Decretal. part.
2. cap. 8. §. 6. num. 4. Franc. Viuius in Commun. opin. §. Alimenta
tenetur. num. 4. Eman. Soarez. in theſaur. earundem opin. lit. A. num.
169. Aſcan. Clementin. d. tract. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17.
num. 11. Brunor. à Sol. in queſt. legal. quæſt. 50. num. 1.* Quamuis
29 † enim Fernandus Vaſq. *in tract. de ſucceſſ. part. 1. libr. 2. §. 20.
num. 311.* pro more ſuo communem opinionem conetur la-
befactare: nihil tamen in medium affert, quod alicuius mo-
menti eſſe videatur. Dum enim ita argumentatur: Quæ iure
poſitiuo introducta ſunt, ea alio iure poſitiuo poſſunt tolli.
Sed vt parentes liberos nutriant, inductum eſt iure poſitiuo.
Ergo, &c. cuilibet apparet minorem eſſe falſiſsimam, ac pro-
inde negandam. *per §. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. l. vnic. §.
ſileat. C. de rei vxor. act.* Quod ſi pro minoris confirmatione a-
liquis diceret, liberorum agnoſcendorum, alendorumque
neceſsitatem inductam eſſe per SC. non tantum Plancianum,
ſed etiam aliud D. Hadriani temporibus factum: *l. 1. & l. 3.
§. quia. ff. de liber. agnoſc.* ac præterea Principum conſtitutio-
nibus iudicis officium, ceu remedium horum alimentorum
conſequendorum fuiſſe oſtenſum. *l. ſi quis à liberis. 5. §. Item
D. Pius. ff. d. tit. l. vlt. C. de alend. liber.* Huic reſponderem, ius
naturale vtpote immutabile, *§. ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat.
gent. & ciu.* propter accedentem iuris ciuilis approbationem,
non deſinere eſſe ius naturale: *arg. l. probrum. 42. ff. de verb.
ſignif.* alioquin nihil in legibus noſtris inueniretur, quod iu-
ris naturalis vim adhuc habere, verè perhiberetur. In ijs
autem quæ Vaſquius præterea pro confirmatione minoris
ex iure Hiſpanico affert refutandis, non laboro: cum ipſi
iamdudum reſponſum ſit per Io. de Roias *in Epitom. omn.*
30 *ſucceſſ. cap. 21. num. 38.* Ampliatur † primò negatiua & com-
munis ſententia, vt etiam liberi ſtatuto vel conſuetudine à
parentibus alendis liberari nequeant. *Alber. de Roſat. in tract.
de ſtatut. part. 1. q. 40. in fin. vbi hanc ſententiam* COMMUNI-
31 TER *ſeruari aſſerit.* Ampliatur † ſecundò, vt nec per indi-

Eee rectum

rectum hoc fieri poſsit. Cum enim quid vna via prohibetur alicui, id alia non debet admitti *c. cum quid. 84. de reg. iur. in 6.* Hinc, vt in aduerſarijs præceptoris ac ſoceri mei piæ memoriæ inuenio, Collegium Facultatis Iuridicæ in Academia Ienenſi, reſpondit menſe Aprili Anno 1568. quæſtori S. in hæc verba: Auff vberſchickte Acten Heintzen vnd Caſpar K.K. ſampt jhren Kriegſzvorwanten / Clägern an einem / vorſtenden des alten Andres K. beclagten andern theil / darüber jhr vnſere Rechts vnterrichtung gebeten/Sprechen wir vor Recht/weil von beclagten fürgebracht/das wenn Cläger vater der alte Andres K. inhalts der Clagen vnd angezogener gewonheit / mit ſeinen klagenden Kindern theilen ſolte / er groſſe noth vnd mangel leiden müſte/ Do es nun demnach gewandt / welches euch von Ampts wegen zuerkündigen oblieget / So werden beyde part mit vnnötiger beweiſung billich verſchonet/ vnd die Cläger / als jhrer forderung kegen dem Vater nicht befuget / dohin billich gehalten vnd gewieſen / das ſie des Vaters erbieten nach / die Güter mit jhme zugleich theilen / vnd den halben theil dauon empfangen/ oder ſonſten dergeſtalt mit jhme ſich abfinden vnd vergleichen/ damit er jhrer Anſprüche halben / in Armut vnd mangel nicht

32 gerathe / V. R. W. Tertiò ampliatur † illa negatiua & communis opinio, vt nec ſtatutum vel conſuetudo valeat inducens, ne filij naturales vel adulterini, vel inceſtuoſi à parentibus alantur: propterea quod ius naturale primæuum liberos alendos præcipiat. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Brunor. à Sol. in quæſtion. legal. quæſt. 50. num. 17. cum ſeqq. ubi ſub num. 24. in fin. & num. 25. hanc ampliationem* C O M M V N E M *aſſerit: & poſſunt hic repeti ea quæ dicta fuerunt ſ. lib. 1. cap. 3. num.*

33 *11. cum ſeqq.* Quartò † ampliatur, vt nec ſtatutum vel conſuetudo parentes à nutritione liberorum, qui decimum octauum ætatis annum egreſsi ſunt, valide poſsit liberare: quia liberi non habentes de quo vitam tolerent, ſine ætatis diſcrimine iure naturæ à parentibus alendi ſunt, *vt probaui ſ. lib. 1. cap. 2. num. 40. cum ſeq. atq; hanc ampliationem amplectuntur Petr. de Ancharan. in repetit. c. Canonum ſtatuta. quæſt. princip. 11. verſ. quæro etiam iuxta prædicta. ext. de conſtitut. quem ſequitur Io.*

Bapt.

*Bapt. de S. Seuerin. in l. omnes populi. num. 75. ff. de iuſtic. & iur. Didac. Couarr. in d §. 8. num. 5. verſ. Secundo ſtatutum quo cauetur.*

84 Neque † ab hac ſententia me deterrent ea, quæ ſcribit Vaſq. *d. §. 20. num. 305.* valere ſtatutum vel legem, qua caueretur, quod pater inuitus non compellatur alere filium maiorem octodecim annis, cum huius ætatis vir victum ſibi quærere poſsit, & hæc neceſsitas liberos alendi à iure poſitiuo deſcendat. Nam quod primam rationem attinet, quod vir annos octodecim natus, ſemetipſum queat alere, cum ea non ſit vniuerſalis neque perpetua: ſed morbus aut alij caſus, quibus vita humana etiam vltra decimum octauum annum producta, eſt expoſita, impedimento eſſe poſsint, quo minus adoleſcens eius ætatis ſibijpſi de neceſſarijs proſpiciat: efficitur vt nec vniuerſalis concluſio inde recte extruatur: præſertim cum de eiuſmodi adoleſcente, qui ſemetipſum alere nequeat præcipuè iam fiat ſermo. Filio enim qui tam per ætatem quam valetudinem ac vitæ conditionem dignitatemque ad ſe exhibendum eſt ſufficiens, non cogitur præbere alimenta pater, idque ex iure communi *per ea quæ dixi s. lib. 1. cap. 2. num. 79. cum ſeqq.* ita vt ſtatuto prohibitorio hac in parte non ſit opus. Ad alteram rationem Vaſquij, quaſi hæc neceſsitas liberos alendi à iure poſitiuo deſcendat, paulo ante *in hoc ipſo capite num. 29.* fuit reſponſum. Et hæc quarta ampliatio quemadmodum conuenit cum ea, quam quinto loco *s. lib. 1. cap. 2. num. 40.* attuli: ita poſſunt etiam cæteræ huc accommodari: veluti quod non valeat ſtatutum ſanciens filio legitimam ipſi à patre viuo datam dolo aut culpa perdenti, alimenta non eſſe præſtanda. *s. d. cap. 2. num. 22. cum ſeqq.*

85 *Brunor. à Sol. d. quæſt. 50 num. 27. & ſic de reliquis.* Quod ſi † ſtatutum fiat de filijs, qui ſibijpſi poſsint proſpicere, à patre non alendis: hoc ſtatutum omnino validum eſſet, quamdiu illi recte valerent, vt victum ſibi poſſent quærere: *Ludouic. de Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 1. num. 25. Brunor. à Sol. d. quæſt. 50. num. 28.* quod poteſt locum primæ limitationis obtinere: quo referri poſſunt omnes illi caſus, in quibus alimenta filijs aut parentibus non deberi *s. lib. 1. cap. 2. cum ali-*

*quot ſeqq.* per modum limitationis diximus. Cum enim ex iuris communis diſpoſitione filio crimen exhæredatione dignum committenti, iuſte denegentur alimenta, *vt paulo ante in hoc cap. num. 12. dixi:* nihil obſtat, quin ſtatuto id poſsit repeti. *Brunor. à Sol. d. quæſt. 50. num. 34.* idem iudicium eſt de
36 cæteris. Secundò † limitatur theſis ſuperior, vt vera ſit in alimentis ad neceſsitatem naturæ explendam pertinentibus: hæc enim ſtatuto tolli non poſſunt: ſecus in ijs quæ ad dignitatem & ſplendorem alimentarij adhibentur. Quia enim illa ſolummodo ex iure naturæ introducta ſunt: *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* hæc verò iuxta dignitatis gradum debita non item: cum ſi naturam ac primum ortum ſpectemus omnes homines ſint paris gradus & dignitatis: *l. Manumiſſiones. 4. verſ. vtpote cum iure naturali. ff. de iuſt. & iur. l. quod attinet. 33. in fin. ff. de reg. iur. §. 1. Inſtit. de libertin.* nihil cauſſæ ſubeſt, cur non hæc mutari aut tolli poſsint, illis in ſuo vigore remanentibus. *Fr. Sarmient. lib. 2. ſelect. interpret. cap. 14. num. 6. Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 52. cum ſeq.* Id quod obſeruandum eſt pro declaratione eorum quæ
37 dixi s. *hoc lib. cap. 2.* Hactenus † autem explicatis non omnino inconueniens eſſet quærere, an per præceptum teſtatoris alimentorum datio poſsit tolli. Quod itidem non fieri poſſe arbitror: Aut enim teſtator ipſe ex iure naturæ erat obſtrictus ad alendum eum, cui nunc alimenta dari prohibet: & ea prohibitio nullius eſt momenti, *per fundamenta adducta s. lib. 1. cap. 3. num. 28. cum ſeq.* ſi ſcilicet alendus ſe non poſſet aliunde exhibere: ſecus ſi tantum habeat de quo viuat. *Bertrand. d. conſil. 177. incip. Ponitur in facto quod honorabilis quondam vir Lucas. part. 1. ſecundi volum.* Aut teſtator quidem non erat obſtrictus, ſed hæres ab eo inſtitutus vel legatarius. Verbi cauſſa, Titius Mæuium, inter quos nulla erat ſanguinis coniunctio, ſibi hæredem inſtituit: & non tantum prohibuit ne Mæuij parentes vel fratres inopes ex bonis ſuis alantur; ſed etiam expreſſe cauit, vt Mæuius, ſi hoc mandato inſuperhabito parentes vel fratres ſuos inopes ex iſtis bonis alat, hæreditate excidat. Hac prohibitione non obſtante

poterit

poterit iſte Mæuius parentum vel fratrum ſuorum inopiæ ſuccurrere, *Bald.conſil.103. incip. Præmiſſis verbis teſtamenti. nu. 3.vol.5. vbi inquit quod hæc prohibitio ſit contra ius naturale.* & quidem ſine periculo hæreditatis perdendæ. Quando enim legibus interdictum vel probroſum hæredi vel legatario iniungitur, eſt ipſo iure nullum, inſtitutioni principali nihilominus firma remanente. *l. vnic. in fin. C. de his quæ pœn. nom.* Sed vt parentum vel fratrum bene meritorum cura abijciatur, eſt probroſum ac legibus diuinis interdictum. *1.Iohan. 3. verſ. 17.* Ergo illud mandatum eſt ipſo iure nullum; inſtitutione interim firma ſubſiſtente. *atq; ita ex facto reſpondit Hier. Grat. conſil. 35. incip. Diligenter conſideratis. num.3. cum ſeqq.vol.*
38 *2.* Denique † hiſce modis negatiuis, quibus alimenta non deſinunt, accenſeri etiam poteſt ille caſus: ſi teſtator Titio alimenta relinqueret, & poſtea alijs alia legaret: demum autem vel alio teſtamento vel codicillis pro certa parte legata reuocaret, ſanciens vt legata antea à ſe data tantum pro tertia parte legatarijs præſtarentur, quod hæc reuocatio ad alimenta non pertineat. *ita eſt textus expreſſus in l. libertis. 18. §. poſthumis.ff. de alim.vel cib. legat. quam deciſionem vt valde notabilem commendant plurimi Doctores. Bart.tract. de aliment. num. 31. Angel. Aret. tract. de teſtam. gl. 45. num. 15. Lud. Roman. conſil. 436. incip. Quod indultum Petri. num. 20. Natt. conſil. 410. incip. Totum controuerſiæ pondus.num. 4. & conſil. 613. incip. Videtur dicendum.num. 5. Nic. Euerhard. in Topic. legal. loc. 59. incip. Ab alimentis ad piam cauſſam. Franc. Mantic. de coniectur.vlt.vol.lib. 12. tit.2.num.23. Cordub. de Lar.in l. ſi quis à liberis. §.vtrum.num.26. ff. de liber. agnoſc. & plures allegat Io. Baptiſt. Pontan. de aliment.*
39 *cap.17.num. 33.* Hinc † ſequitur, ſi fidei eius, cui alimenta & alia præterea legata relicta ſunt, committatur, legata reſtituere alteri, poſt certum aliquod ſpacium: vt alimentorum legatum in reſtitutionem non veniat. *ita per d. l. libertis. 18. §.poſthumis. ff.de alim.vel cib. legat.ſentit Ruin. l. Marcellus. §. quidam liberis. num. 8. ff. ad SC. Trebell. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 194. num. 14.* An autem textus *d.l. libertis.18.§.poſthumis*, ad dotem, *quod facit Bald. Nouell. in l. 1. num. 484. ff. ſolut.*

*matrim*. item ad pias cauſſas, *Rauenn. ſing. 144. Tiraq. de priuil.*
*piæ cauſſ. priuil. 19. Mantica d. tit. 2. num. 24.* rectè accommode-
tur necne, nunc non excutio, cum ea tractatio ad hanc ali-
40 mentorum materiam proprie non pertineat. Illud † con-
uenientius eſſe huic loco videtur, quod alimentorum lega-
tum filio à patre relictum non cenſeatur ademptum, ſi pater
adhuc viuus illum filium emancipet, eique det certam pe-
cuniæ ſummam, puta mille aureos: quam facti ſpeciem cum
copioſè & eleganter tractet Tiber. Decian. *conſil. 15. incip. Pa-*
*ter in teſtamento prælegauit. vol. 2.* ego ipſius rationes & funda-
41 menta non deſcribo. Neque † tandem alimentorum le-
gatum adimitur alienatione fundi vel prædij, ex quo alimen-
ta ſolui debent. Cum enim legatarius regulariter non ha-
beat actionem realem ad certorum quorundam panum do-
minium perſequendum: ſed perſonali actione petat, ſe ab
hærede ali oportere, *vt dicetur j. lib. 3.* atque fundus vel præ-
dium ex quo legatarius ali debet, pignori ſaltem ſupponatur:
*l. Lucius. 12. ff. de alim. vel cib. leg.* debitum autem principale
etiam pignore liberato nihilominus ſubſiſtat: *l. poſtquam. 3. ff.*
*de pact. Neguſant. tract. de pignor. membr. 3. ſextæ part. princip. nu.*
*37.* conſequens eſt, quod ex teſtatoris prædium vel fundum,
ex quo alimenta hæres præſtare debet, vendentis alienatio-
ne, alimentorum legatum non reuocetur: *atque ita in hiſce*
*noſtris terminis tenet Ludouic. Roman. ſingul. 435. incip. Quæritur*
*an teſtator viuens in fin. & ibi apoſtill.*
42 Hiſce † igitur modis, quibus alimenta ſemel deberi ce-
pta non deſinunt, ſic explicatis, ſubiungendi iam ſunt ij, qui
alimentorum debitum vel tollunt, vel quo minus naſcatur,
impediunt. Quia autem homo ſiue ex legis ſiue ex hominis
diſpoſitione ſit alendus, poſt mortem alimentis amplius o-
pus non habeat: *l. verbo victus. 43. verſ. quaq; ad viuendum. ff.*
*de verb. ſignif.* ideo primo tractabo quod morte finiantur ali-
43 menta. Et quamuis † non eam inficias, quod vt Plauti *in*
*Capt. Sc. Inijcite.* verſum huc aſſumam, qui per virtutem peri-
tat non interit: cum tamen iſta qualis qualis vita, non ijs de
quibus in præſentia dum tractare inſtitui, alimentis nutria-
tur:

tur: ſed partim rebus fortiter & præclare ex virtutis præſcripto geſtis: *§. filij autem. verſ. in perpetuum per gloriam viuere. Inſtit. de excuſat. tutor. c. quam ſit graue. 9. extr. de exceſſ. prælat Plato in Menexemo.* partim hiſtoriarum monumentis: (nam vt canit Horatius *lib. 4. Carmin. od. 9.*

*Vixere fortes ante Agamemnona*
*Multi, ſed omnes illachrymabiles*
*Vrgentur, ignotiq́ longa*
*Nocte: carent quia vate ſacro.*

ob quam cauſſam quondam à communi conſilio Aſiæ decretum fuit, vt nomen eius, qui templum Dianæ incenderat, ne quis vllo tempore nominaret: *Gell. lib. 2. cap. 6. Valer. Maxi. lib. 8. cap. penult. in fin. Petr. Crinit. lib. 1. de honeſt. diſcipl. cap. 15.*)
44 ideo nihilominus † veriſsimum eſt, alimenta de quibus nunc ago, cum vita finiri. *text. eſt in l. cum hi. 8. §. modus. ff. de tranſact. l. dominus. 57. §. per fideicommiſſum. ff. de vſufr. l. 3. verſ. vt quiſq; ex libertis deceſſerit. l. Mela. 14. in princ. ff. de alim. vel cibar. leg. Bellamer. conſil. 21. incip. Vtrum poſſeſſor. num. 13. Bero. conſil. 165. num. 38. vol. 2. Cephal. conſil. 399. num. 12. & conſil. 485. nu. 131. Menoch. conſil. 184. num. 8. & conſil. 231. num. 79. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 88. num. 13.* Cuius rei ratio eſt, non tantum quod mortuus cibo, potu alijsque ad hanc vitam tuendam rebus neceſſarijs amplius opus non habeat: ſed etiam quia alimentorum debitum eſt annuum: *vt dixi ſupra lib. 1. cap. 13. num. 7. & cap. 15. num. 71.* cuius ea eſt natura, vt tacitam in ſe habeat conditionem, ſi legatarius viuat. *l. ſi in ſingulos. 4. ff. de ann. leg. l. patrimonij. 22. ff. de vſufr. leg. Bernard. Bombin. conſil.*
45 *17. num. 10.* Ampliatur † hoc thema primò vt non tantum procedat in alimentis ex vltima voluntate: *per d. §. modus & alios textus paulo ante allegatos. Io. Petr. de Ferrar. in form. libell. pro legat. re ſing. verb. Coram vobis. num. 101. Io. de Rotis in Epito. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 85.* ſed etiam ex contractu debitis. Etſi enim Iac. Venentus *in tract. de annua praeſt. part. 2. quaeſt. 29. num. vlt. cui ſimpliciter ſubſcribit Ant. Bard. de tempor. vtil. & contin. cap. 13. num. 4. in fin.* diſtinguat inter cauſſam lucratiuam & onerosam: tamen iſtam diſtinctionem, vt non ſimpliciter

repudio, ſed in loco vſurpatam probo: *§. ſi res aliena. Inſtit. de legat cum ſimil* ita in hoc præſenti negocio non admittendam eſſe arbitror. Nam cum contractus, ſine diſtinctione cauſſæ vel lucratiuæ vel oneroſæ, ex materiæ ſubiectæ natura & durent & expirent: *l. ſi eum. 10. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. 7. ff. vt legat. ſeu fideicommiſſ. ſeruand. cauſſ.* alimenta autem certæ perſonæ debita, cum ipſius vita de ſua natura deſinant: *d. l. verbo victus. Cephal. conſil. 157. nu. 3.* conſequens eſt, vt etiã ex contractu, cum vita eius, cui debentur, ceſſent, & ad hæredes eius non tranſeant. *ita expreſſe ſcribunt Bart. in d. l. ſi Stichum. 16. § ſtipulatio. num. 2. Alex. num. 6. in*
46 *fin. ff. de verb. obligat.* Secundò ampliatur † vt non tantum procedat; quando eſculenta & poculenta debentur, ſed etiam quando certa ſumma pecuniæ nomine alimentorum annuatim eſt danda. *l. Firmio. 26. §. vlt. in fin. ff. quand. dies legat.*
47 *ced.* Tertiò † ampliatur vt etiam alimenta deſinant, licet alimentarius defunctus filium ſuperſtitem relinquat, cuius alendi onus ad eundem teſtatorem, eiuſque hæredes redun-
48 det. *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 8. num. 6.* Quæ ampliatio † eſt intelligenda non quaſi teſtatoris hęredes penitus liberati ſint à ſpurij defuncti filijs alendis; ſed quod ſaltem hoc legatum ad hoſce nepotes non pertineat: interim liberum ipſis vt officio iudicis implorato ſibi de neceſſarijs proſpici petant,
49 *per ea quę attuli ſ. d. cap. 8. num. 4.* Deinde † reſtringenda eſt hæc ampliatio, vt vera ſit, niſi teſtator eaſdem res, ſi filius ſpurius vitam cum morte commutet, nepotibus leget: cum enim filijs etiam ſpurijs ad alimentorum neceſsitatem legare, iure ſit permiſſum: *per ea quæ allegaui ſ. lib. 1. cap 3. num. 33. cum ſeqq.* & diuerſitatis ratio nulla in hoc caſu inter filium & nepotem oſtendi poſsit: conſequens eſt, vt huiuſmodi legatum ab auo factum ſubſiſtat: *l. fin. C. de natur. lib. Bart. l. fin. num. 7 ff. de his quib. vt indign. & conſil. 118. incip. Oducius Corneti. lib. 1. Panorm. 115. incip. Punctus quæſtionis talis eſt: Quidam Nanes Petri. num. vlt. vol. 2. Angel. tract. de teſtam. gl. 69. num. 3. Lud. Sard. in tract. de legitimat. part. 2. num. 175. Anton. Gabriel. Roman. lib. 6. tit. de aliment. concluſ. 1. num. 40. Cordub. de Lar. in l.*

*ſi quis*

*ſi quis à liberis. §. idem reſcripſit. num. 74. ff. de liber. agnoſc.* etiam exiſtente legitima ſobole. *Ant. Gabriel. ibid. num. 41. Menoch.*
50 *conſil. 231. num. 80.* Huic † reſtrictioni tamen hanc cautelam adhibendam cenſent aliqui, vt ne teſtator ſignificet ſe intuitu filij ſui ſpurij hoc facere, ſed potius ob nepotis merita aliqua vel ſimilem cauſſam. *Gabr. Sarayn. in addit. ad Mattheſilan. ſing. 146. num. 9. Rip. l. 1. num. 69. ff. ſolut. matrim. qui ambo iiſdem plane verbis vtuntur: & plures allegat Cagnolus in l. ſi qua illuſtris. num. 7. C. ad SC. Orfician.* Quam cautelam accipiendam arbitror, quando teſtator nepoti ſuo ex filio ſpurio aliquid vltra alimentorum neceſsitatem vult legare: ſiquidem alendi ſunt liberi, etiam quorum nulla in parentes extant meri-
51 ta. Quartò ampliatur † hoc thema, vt etiam procedat in dote filiabus ſpurijs data: hæc enim cum alimentorum loco & quatenus neceſsitas expoſcit concedatur: *per c. cum haberet. extr. de eo qui dux. quam poll. & dixi ſ. lib. 1. cap. 3. num. 56.* æquum eſt vt mortua muliere hæc dos deſinat, *Io. Lup. in cap. per veſtras. notab. 3. §. 24. num. 4. extr. de donat. inter vir. & vx. Marian. Socin. iun. d. l. 1. nu. 185. ff. ſol. matr. Crauett. conſ. 186. nu. 16. Ant. Gabr. d. concluſ. 1. nu. 39. Gabr. Paleot. de Nothis & ſpur. c. 51. nu. 5. Ludou. Sylueſt. in conſil. ſuo, quod eſt inter Fr. Marzar. conſ. 38. nu. 36. Steph. Ranchin. part. 1. concl. 61. Rip. conſ. 204. incip. Sententia. num. 1. Bero. conſil. 165. incip. In cauſſa ſpurietatis. num. 20. 35.*
52 *38. vol. 2. & dixi ſ. d. cap. 3. num. 67.* Quintò ampliatur † vt etiam procedat, ſi legatum ſit aliquid pro alimentis pauperum in certo aliquo hoſpitali commorantium: quod hoſpitale ſi deſtructum fuerit legatum quoque deſinit. *l. pater. 38. §. fidei. 6. ff. de legat. 3. Gemin. cap. licet canon. in princ. num. 7. de elect. lib. 6. Felin. c. cum dilecta. 22. num. 22. ext. de reſcript. Hippol. de Marſil. in l. vnic. num. 139. C. de rapt. virgin. & in tract. Bannitor. verb. Eccleſiæ. num. 136. Steph. Ranchin. part. 1. concluſ. 381.*
53 Quæ ampliatio † vera eſt, quando intuitu perſonarum ibi commorantium vel loci, alimenta relicta ſunt: ſecus ſi ſine perſonarum certarum, neque loci certi conſideratione, ſed ſimpliciter in vſum pauperum, eiuſmodi legatum datum fuerit. Hoc enim poſteriore caſu reditus in ſimilem pium vſum

conuertendos, ius noſtrum conſtituit. *l. legatum. 16. ff. de vſufr. leg. Bart. d. l. pater. 38. §. Tuſculanus. ff. de legat. 3. Tiraquell. de*
54 *priuileg. piæ cauſſ. priuil. 91.* Deinde hæc † quinta ampliatio videtur reſtringenda, quando hoſpitale illud deſtructum eſt authoritate ſuperioris, & quidem ea intentione vt ne vnquã reſtituatur: cum ſi tollatur eo propoſito vt reponatur, prius ædificium cenſeatur eſſe excitatum. *l. ſeruitutes. 20. §. ſi ſublatum ſit. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. Paulus. 29. §. domus. ff. de pignor. Iaſ. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. nu. 30. ff. de verb. obligat. Zobell. lib.*
55 *3.* Landtrecht/*artic. 66. ſub lit. C.* Ex diuerſo † limitatur thema ſupra propoſitum vt procedat in morte naturali, non verò ciuili. *l. legatum. ff. de capit. minut. l. is cui. ff. de alim. vel cib. leg. l. in metallum. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. hab. Franc. Marc. deciſ. 853. part. 1. Gul. Mayner. l. ea ſola. 97. num. 12. ff. de reg. iur. Steph. Ranchin. part. 5. concluſ. 124. & huc faciunt quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 2. nu. 15. & cap. 13. nu. 34. vbi traditum fuit ex bonis publicatis vel confiſcatis alimenta deberi, non obſtante quod publicatio ſit ſpecies ſucceſſionis. §. ſoluitur. verſ. publicatione quoq; Inſtit. de ſocietat.* Se-
56 cundò † limitatur hoc thema, vt verum ſit, ſi moriatur is cui debentur: non autem qui debet alimenta: ſiue hoc debitum originem trahat ex legis prouiſione, ſiue ex hominis diſpoſitione. Si enim qui ad alimenta cuiquam præſtanda ex vltima voluntate obſtrictus tenetur, diem obeat, non tollitur hæc obligatio: ſed tranſit ad defuncti hæredes, *textus ſunt aperti in l. cum vnus. 10. in pr. l. à filio. 15. §. idem quæſijt. & l. alimenta. 16. in princ. l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. ff. de alim. vel cib. leg. Alex. conſil. 18. incip. Attentis narratis. num. vlt. vol. 5. Marian. Socin. iun. conſil. 130. incip. Diligenter conſiderata. num. 4. vol. 2 Iacopin. Riminald. conſil. 250. incip. Caſus talis eſt: fuit factum. num. 4. volum. 2. Crauett. conſil. 917. num. 14. Iacob. Venent. tractat. de ann.*
57 *præſtat. part. 2. q. 30. num. 4.* in tantum vt licet † hoc onus alicui hæredi vel legatario nominatim ſit iniunctum, nihilominus ad defuncti & onerati tranſeat hæredes, *l. annua. 20. in pr. ff. de ann. legat. l. Publius. 36. §. Titia. ff. de condit. & demonſtrat. Paul. de Caſtr. conſil. 368. incip. Super eo quod quæritur. num. 3. vol. 1. Petr. Foller. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus. num. 74.* Qui hære-
des

des ſi plures ſint, quomodo alimenta præſtanda ſint, dictum fuit ſ. *hoc libr. 2. cap. 4. num. 23. & ſeq. Petr. Peck. tract. general.*
58 *de legat. cap. 15. num. 11.* Quod tamen † ad eum caſum non eſt porrigendum, ſi ius, cuius intuitu alimenta cuiquam legata ſunt, cum debitore expiret. Finge enim teſtator legauit Mæuio vſumfructum fundi Corneliani, eo tamen pacto & conditione, vt ex eius reditibus aleret Sempronium: ſi iam moriatur Mæuius & ſic finiatur vſusfructus, *§. finitur. Inſtit. de vſufruct.* ab hæredibus Mæuij Sempronius alimenta nullo iure poſceret. *l. Titia. 19. in princ. ff. de ann. legat. l. Stichus. 20. §. Titia. ff. de alim. vel cib. leg. Anton. Peregrin. lib. 5. de iur. fiſc. tit. 1. num. 123. in fin. Simon de Præt. de interpret. vltim. volunt. lib. 4.*
59 *interpret. 1. dubit. 11. num. 27.* Sic † alimenta ex contractu debita ob promiſſoris mortem non deſinere tradit Anton. Gomeſ. *ad ll. Tauri. l. 9. cum ſeqq. num. 39. in fin.* quod etiam ſobrie accipi oportere cenſeo. Si enim alimenta ex certa & peculiari quadam hæredibus non conueniente cauſſa deberentur: nemo diceret ad hæredes hoc onus ſpectare: cum limitata cauſſa limitatum producat effectum, & ceſſante cauſſa, ceſſet effectus vulgatis iuribus, *atq; ita in terminis ſentit Bart. l. quidam cum filium. 132. num. 15. ff. de verb. obligat. quo etiam accommodari poteſt text. in c. vnico. §. cæteri vero. & ibi Iacob. de Beluiſ. quis dicatur dux, March. in vſib. feud. Corſet. ſing. 131. verb. Hæres. el. 1.* In caſibus verò in quibus alimenta ex legis voluntate præſtanda ſunt, idem eſt. *l. ſi quis à liberis. 5. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc. quam opinionem* COMMVNEM *prædicat Ant. Gomeſ. d. l. 9. num. 39.* Ergo cum pater teneatur etiam filios adulterinos, legibus ita iubentibus, alere: hoc debitum non exſpirat morte paterna, ſed deuoluitur ad hæredes, *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 3. num. 21. cum ſeqq. quibus addi poteſt Crauett. conſil. 522. incip. Magnificus Carolus. nu. 2.* Ter-
60 tiò limitatur † thema ſuperius propoſitum, vt procedat tantummodo in alimentis futuris, non in præteritis. Quorum enim dies ante mortem alimentarij ceſſit: eorum petitio hæredi non denegatur. *l. 4. verſic. poſt diem autem cedentem. & l. libertis. 18. §. manumiſſ. ff. de alim. vel cib. leg. Bart. l. ſolent. 3. nu 9. ff. eod.*

*ff. eod. Natt. conſil. 387. incip. In quæſtione alimentorum, num. 3. Hieron. Grg. de penſion. quæſt. 52. num. 5. Corn. conſil. 183. incip. Quamuis videatur vol. 1. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 140. ff. de liber. agnoſc. & aliquatenus huc facit Phil. Dec. conſil. 571. incip. Socer promiſit.* vnde nihil moror ea quæ ſcribit Aſcan. Clementin. *de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num. 64.* cum Corneus *in conſil. 212. num. 4. vol. 3.* huic noſtræ limitationi non tantum non refragetur, ſed manifeſtè ſubſcribat. Et hanc ſententiam iudicando ſecuti ſunt præſtantiſsimi Doctores Curiæ Electoralis apud VVitebergenſes ante quatuordecim annos, dum viro nobili Carolo von R. in hæc verba reſponderunt. Iſt eweres Weibes Bruder E. von D. ſeligen ſeiner Mutter an jhrem vermachten Leibgedinge vnd vnterhalt erlichen Reſt verblieben / wo fern nun die Mutter jhme denſelbigen gutwillig nicht erlaſſen ( welches ſeine Kinder oder derer Vormündere darzu thun pflichtig) ſo were auch ewer Weib/ welche die Mutter zu jhrer Erbin eingeſatzt / wann die andern wegen jhrer Mütterlichen legitimen, vergnüget/ ſolchen reſt einzumahnen berechtiget / V. R. W.

61 Et hæc tertia limitatio † extenditur primò vt ſi alimentarius in initio anni & vix primo menſe impleto vita decedat, nihilominus eius hæredibus alimentorum pro integro anno petendorum ius competat. *l. à nobis. 5. ff. de ann. legat. Signor. de Homod. conſil. 66. incip. Factum tale eſt. reperitur quod quidam Iacobus. quæſt. vlt. cuius conſilij numerus à Iaſone in l. diuortio. in princ. num. 7. ff. ſolut. matrimon. corrupte allegatur.* Ratio eſt quod ea integra in initio anni debeantur: *l. in ſingulos. 8. ff. eod. tit.* cumque ita eorum dies viuo adhuc alimentario tam venerit quam ceſſerit, iuris ratio exigit, vt hæredi petitio & exactio deferatur. *l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur. atq; ſic in terminis hiſce ſcribit Io. Borcholt. de tranſact. c.*

62 *3. num. 37. cum trib. ſeqq.* Veruntamen † hanc primam huius tertiæ limitationis extenſionem dupliciter reſtringendā eſſe arbitror: primò vt procedat ijs caſibus quib. alimenta præterita petendi facultas defuncto alimentario competijt, *quod quando vſuueniat diximus ſ. lib. 3. cap. 4.* quod ſi enim viuo præterita alimenta petere non licuerit: multo minus hæredi licebit,

63 bit, *per l. nemo plus iuris. 55. ff. de reg. iur.* Altera † reſtrictio eſt, vt hæc prima extenſio accipienda ſit de ijs rebus, quarum ſolutionem debitor vna vice explicare poteſt: veluti eſt determinata pecuniæ ſumma, vel certus numerus frumenti, aut vini, &c. ſecus in ijs quæ tractum temporis de ſua natura requirunt, vt eſt habitatio, quæ licet alimentorum quædam quaſi pars habeatur, *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 15. nu. 43.* cum tamen non aliter quam ſingulis diebus atque ita ſucceſſiue quis ædes inhabitare queat, efficitur vt alimentarij defuncti hæredes habitandi facultatem vſque ad finem anni ſibi concedi, iure flagitare nequeant. *Bart. l. habitationis. 11. ff. de*
64 *vſufruct. legat.* Secundò † extenditur hæc tertia limitatio, vt etiam locum obtineat, quando ex certi alicuius prædij fructibus annuatim aliquid debeatur. *l. generali. 32. §. hæredis. ff.*
65 *d. tit. Lud. Roman. ſing. 71. in fin.* Quartò † limitatur thema ſuperius propoſitum, vt non procedat, quando legatur fundus vel prædium aliquod pro alimentis vel ad alimenta: cum enim huiuſmodi legato plenū dominium detur: *l. 4. ff. de alim. vel cib. legat.* rectè dicimus cum vita legatarij non deſinere, ſed ad eius hæredem tranſire, *per ea quæ attuli ſ. lib. 1. cap. 15. num. 64. cum ſeqq.* Quæ tamen limitatio intelligenda eſt, ſi legatarius vel legataria, dominij per leges ſit capax: aliàs ad teſtatorem vel eius hæredem pleno iure pertinet *per ea quæ dicta ſunt ſ. lib. 1. cap. 3. num. 67. & d. cap. 15. num. 69.* Ex ea-
66 dem † ratione limitatur quintò thema ſuperius propoſitum, vt non procedat in ijs alimentis quæ loco legitimæ dantur, *quod quando eueniat dixi ſ. hoc. libr. 2. cap. 9. num. 25. cum ſeqq.* Illa enim datio quia dominium transfert, *vt traditum fuit d. c. 9. num. 33. cum ſeqq.* ideo ſimiliter morte non expirat, ſed ad defuncti liberos aut hæredes deuoluitur. *Lud. de Molin. libr. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 10. & attigi ſupra d. cap. 9. num. 44.*

67 Alter principalis † modus, quo alimenta non tamen omnia ſed teſtamento relicta deſinunt, eſt conditionis defectus. *Corn. conſil. 311. incip. Quoniam præſens conſultatio. num. 5. vol. 1. per l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. l. ſi fundum. 92. §. Iulianus. ff. de*

*legat.*

68 *legat. 1.* Quia autem conditionum † diuerſa ſunt genera, ſiquidem quædam ſunt caſuales, quarum euentus ex fortuna: quædam poteſtatiuæ, quarum impletio ex perſonæ honoratæ voluntate: & denique quædam mixtæ, quarum euentus ex vtroque tam ex fortuna quàm legatarij voluntate pendet: *l. vnic. §. ſin autem aliquid. C. de caduc. tollend. l. vlt. C. de neceſſar. ſer. hæred. inſtit. Anton. Gomeſ. tom. 1. variar. reſolut. cap. 12. num. 66.* ideo de ſingulis ſingulatim erit dicendum.
69 Vt igitur † de alimentis ſub caſuali conditione relictis primò dicam: ipſa ratio docet legatum deficere, ſi conditio ex caſu pendens non eueniat. *l. in teſtamento. 31. ff. de condit. & demonſtrat. l. legatum. 4. C. de condit. inſert.* is enim eſt effectus conditionis deficientis, vt perinde ſit, ac ſi nunquam quicquam fuiſſet actum. *l. pecuniam. 36. verſic. perinde eſt enim. ff. ſi cert. pet. l. neceſſario. 8. in pr. verſ. ſiquidem defecerit conditio. ff. de*
70 *peric. & commod. rei vendit.* Quod thema tamen † limitandum eſt, vt procedat quando conditio nunquam fuit impleta, ne quidem per momentum. Si enim conditio caſualis ſemel extiterit, atque ita legatum ſemel inceptum fuerit deberi, poſtea non perit, licet conditio non duret, vel etiam legatarius ſua ſponte ab illa conditione diſcedat. Pone enim, le-
71 gata ſunt † mulieri maritatæ alimenta ſi vidua fuerit: euenit poſtea vt marito mortuo fieret vidua: quæ ſi iterum nubat propterea illo commodo alimentorum non priuatur. *textus eſt expreſſus in l. vlt. §. ſed quia. vbi Iaſ. num. 31. notat Venetijs ita fuiſſe iudicatum. C. de indict. viduit. toll. facit l. ſi quis. 7. vbi iterum Iaſon num. 1. ſententiam Venetorum recitat. C. de inſtit. & ſubſtit. Paul. de Caſtr. conſil. 185. incip. Supra ſcriptus egregius. vol. 2. Steph. Ranchin. part. 3. concluſ. 458. Io. Delect. de art. teſtandi tit. 6.*
72 *caut. 39. num. vlt. Petr. Rauenn. ſingul. 786.* Hæc autem † limitatio reſtringitur vt locum non habeat, quando teſtator ſignificat, ne vltra quam conditio duret, legatum debeatur: veluti ſi alimenta legaret ſub conditione, ſi vidua permanſerit. Cum enim appareat teſtatorem voluiſſe vt perduraret in viduitate: *arg. l. vrbana. 166. §. pernoctare. ff. de verb. ſignific. Ludouic. Roman. conſil. 301. incip. In propoſita conſultatione. num. 13.*

non

non aliter videtur legataria ipſius voluntati ſatis feciſſe, quã ſi vidua manſerit. *text. l. fin. verſic. neq; enim vt permaneant. & ibi gl. C. de indict. vid. toll. Caſtrenſ. d. conſil. 185. in princ. volu. 2. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 187. num. 7. cum ſeqq.* Eadem hæc reſtrictio accommodanda eſt alimentis legatis, donec vel quôuſque vel quamdiu vidua erit. tum enim nuptijs contractis, expiraret legatum. *Iaſ. d l. ſi quis. 8. num. 1. in fin. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 10 num. 61.* Ratio diuerſitatis eſt, quod conditio ſi fuerit vidua, ſit tantum inchoatiua: *d. l. fin. §. ſed quia.* poſterior vero extinctiua. *l. ſiue 10. §. tamdiu. ff. de condict. furtiu. & rurſum attingam j. hoc ipſo cap. num. 119.* vel potius quia prior conditio eſt mere caſualis: poſterior vero ſi non in totum, ſaltem ex parte eſt poteſtatiua: ſiquidem nuptiæ inprimis contrahentium voluntatem liberam & conſenſum requirant. *c. cum locum.*
73 *14. ext. de ſponſal.* Deinde † reſtringitur principalis limitatio, vt non procedat, quando maritus vxori ſuæ in caſum viduitatis alimenta leget. Si enim iterum nubat, legato excidit: *Menoch. de præſumt. libr. 4. præſumt. 187. num. 6.* adeo vt mortuo marito poſteriore, à prioris hæredibus ex vi legati alimenta petere nequeat propterea quod nunc non prioris, ſed poſterioris mariti familia, gradu & dignitate fruatur. *l. fœminæ. 8. in fin. ff. de ſenator.* atque ita propter ſecundam viduitatem videatur, ciuiliter loquendo, noua vel alia vidua: idcircoque non debetur legatum. *l. cum ſeruus. 15. l. ſeruus legatus. 27. ff. de adimend. legat. l. dotis promiſſio. 68. ff de iur. dot. l. inter. 26. §. vlt. in fin. ff. de pact. dotal. quam ſententiam iiſdem verbis & per eadem fundamenta adducunt duo coetanei. Speculat. tit. qui fil. ſint legit. num. 63. & Godeſcalc. de VVildeshuſ. in ſumma ſua. §. alimenta, cap. 3. & ſequitur Simon. de Prat. de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 10. num. 115.* Cum enim maritus vxori ſuæ in caſum viduitatis non aliter quam ſuæ viduæ legare cenſeatur, illa vero poſt mortem eius rurſum nubens & iterum vidua effecta, non ſit iſtius primi legantis, ſed poſterioris vel coniunx vel vidua: non eſt mirum quod legatum deſi-
74 nat. *l. Stichum. 6. ff. de leg. 1.* Hinc † apparet non opus eſſe in- [illegible] quire-

quirere, an legatum alimentorum, ſub viduitatis conditionē datum reuiuiſcat, ſi mulier iterum nubens marito poſteriore mortuo ad viduitatem reducatur: *id quod facit Anton. de Butr. conſil. 30. incip. Titius quidam teſtator. cuius opinionem refert ac ſequitur Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. limit. 2. verſ. ſed ad hanc limitationem trahi poteſt. Sebaſt. Medic. in tractat. de reg. iur. num. 54. & 121.* Nam cum mulier, cui non à marito ſed ab alio quopiam ſub viduitatis conditione alimenta legantur, per poſteriores nuptias legato non excidat: *d. l. fin. C. de indict. vid. toll.* ratio non patitur, vt quæramus an reuiuiſcat legatum, quod nunquam perijt. Quemadmodum enim id quod nunquam incepit, non poteſt deſinere: *l. Titio. 96. in pr. ff. de condit. & demonſtrat.* ita etiam quod nunquam deſijt, non poteſt rurſum incipere, ſed in priori ſuo ſtatu perſiſtit. *l. ſancimus. 27. C. de teſtam.* Sin verò à marito ſub viduitatis conditione vxori alimenta legentur, propterea non debentur iterum viduæ factæ, quia non eſt prioris ſed poſterioris mariti vidua. *d. l. cum ſeruus. 15. d. l. ſeruus legatus. 27.*

75 Quando autem † alimenta ſub conditione poteſtatiua legantur, conſiderandi ſunt duo caſus principales: quorum primus eſt, quando legatarius non impleuit conditionem: alter cum impleuit. In primo caſu principali regulariter idem
76 obtinet, vt legatarius † conditioni non ſatisfaciens careat legato *l. ſi ea conditione. 3. l. ſi plures. 6. in fin. C. de condit. inſert. l. Mæuia. 13. in pr. verſ. ſi non propter fraudem aliámue quam iuſtam cauſſam. ff. de ann. leg.* & huc accomodari poteſt vulgatum illud, qui non facit quod debet, non recipit quod oportet. *l. Iulianus. 13. §. offerri. ff. de act. emt. gl. c. 1. verb. reſpondere. circa fin.*
77 *extr. de mut. petit.* Ampliatur † primò vt ſi plures conditiones coniunctim vni legato adiectæ ſint, omnibus ſit parendum *l. ſi heredi plures. 5. ff. de condit. inſtit. §. ſi plures conditiones. Inſtit. de hered. inſtit. Ruin. conſil. 17. incip. Perſpectis & diligenter conſideratis num. 15. vol. 2.* alias enim ſemper conditio pendere dicitur, ac proinde dies legati neque venit neque ceſsit. *l. cedere. 213. §. vbi ſub conditione. ff. de verb. ſignific.* atq; *ita in hiſce noſtris terminis ſcribit Bened. Capr. conſil. 72. num. 12. Andr. Gail.*

*lib.*

*lib.2. obſer.cap. 144. num.12. in fin. idem Bened. Capr. conſil. 139.*
78 *quod allego ĵ. hoc cap.num.99.* Quod † ſi vero diuerſimode & ſeparatim alimenta ſubdiuerſis & ſeparatis conditionibus relinquantur, ſufficit vni eſſe ſatisfactum. *Barthol. Socin. conſil. 22. incip. Videbatur primo aſpectu. vol 3. vbi videas.* Deindè
79 ampliatur † vel potius ex themate hac in re conſtituto infertur, vt ex conditione ſpreta non ſumatur argumentum à contrario ſenſu. Finge enim pater habens tres filios Petrum, Andream & Iohannem, condit teſtamentum & inſtituit illos filios in legitima, reliqua bona legat vxori ſuæ ſuperſtiti,eiq; inſuper iniungit vt Iohannem ſecum alat, ea tamen conditione ſi bene & honeſte viuat: ſin verò non ita ſe gerat,vt honeſtum adoleſcentem decet, mandat vt neque victum neq; veſtitum habeat in ſua domo. Iſte Iohannes non eſſet ferendus, ſi poſtquam varijs ſceleribus ſe inquinaſſet, & propterea ipſi vtpote conditionem non implenti alimenta denegarentur; vti vellet argumento à contrario ſenſu: Pater meus voluit, vt ſi conditioni non ſatisfacerem, non aleres me in domo. Ergo voluit vt me aleres extra domum. *per fundamenta & rationes Bertrand.conſil. 177 incip. Ponitur in facto quod honorabilis quondam vir Lucas Dom. part.2. ſecundi volum.* At viciſ-
80 ſim † hæc concluſio per ipſum Iuriſconſultum *in l. ſi poſt diem. 5. §. ſed ſi ſub conditione.ff.quand. dies legat ced.* limitatur tribus modis. primò ſi ſit talis conditio, quam prætor ſoleat remittere: quod ſit in conditione iurandi: *l. quæ ſub conditione.8.ff. de condit. inſtit. l. non dubitamus.20. hac ſcriptura.26. in princ.ff.de condit. & demonſtrat. Cuiac. lib.5.obſeruat. cap. 1. Alberic. Gentilis lib.1. lection.c.1.* diuortij faciendi: *l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſtit. l. 2. C. de condit. inſert.* & ſimili, quæ turpis atque iure impoſsibilis cenſetur. *d. l. non dubitamus. 20.* huiuſmodi enim conditionem etiam non implens legatarius legatum actione poteſt perſequi. *l. facta.63. §. quod ſi conditio.ff ad SC.Tre-*
81 *bell.* Secundò † limitatur, ſi conditio etiam de facto ſit impoſsibilis: tale namque legatum pro puro habetur. *d. §. ſed ſi ſub conditione. l. obtinuit.3 ff.de condit. & demonſtrat. §. impoſſibilis.*
82 *Inſtit.de hæred. inſtit.* Tertiò † limitatur ſi is cui alimenta ſub

Fff con-

conditione poteſtatiua legata ſunt, impediatur quo minus teſtatoris voluntati obſequatur: debentur enim huic non minus ac ſi reipſa conditioni paruiſſet: *text. eſt in l. Titia cum teſtamento. 34. §. ſi ea conditione. ff. de legat. 2. l. iure 24. ff. de condit. & demonſtrat. d. l. Mæuia. 13. in pr. ff. de ann. legat. & d. §. ſed ſi ſub conditione. l. in iure ciuili receptum eſt. 121. ff. de reg. iur. Alberic. de Roſat. in l. 1. num. 2. C. de legat.* ita tamen vt legatarius ipſe offerat ſe paratum conditioni ſatisfacere. *l. qui quatuor pocula. 30. §. vxori. in fin. ff. de legat. 3. Alex. conſil. 158. incip. Viſo teſta-*
83 *mento dicti Pauli. num. 2. vol. 7.* In ſecundo † caſu principali ad conditionem poteſtatiuam pertinente, nempe quando conditio eſt impleta, etiam occurrunt diuerſæ dubitationes. Aliud enim obtinet in tempore impletionem antecedente,
84 & aliud in ſubſequente. Si enim Titius, † cui ſub decem aureorum hæredi dandorum conditione, alimenta legata erant, annis verbi cauſſa tribus poſt teſtatoris mortem præterlapſis ſatisfaciat conditioni: pro iſtis annis præteritis alimentorum nomine ſibi ſatisfieri ab hærede poſtulans, non eſſet audiendus. *l. legata. 41. ff. de condit. & demonſtrat. d. l. ſi poſt diem. 5. §. ſed ſi ſub conditione. verſ. non prius dies legati cedit. ff. quand. dies legat. ced.* Quibus textibus ſuffragatur ratio, quod nequidem in contractibus conditionaliter conceptis, conditio poteſtatiua impleta retrotrahatur. *l. ſi debitori. 47. §. 1. ff. de fideiuſſor. Tiraq. de retract. proxim. in fin. num. 12. Io. Bapt. Aſin. in tract. de execution. §. 7. cap. 31.* Ergo multo minus in legatis: cum contractus etiam pendente conditione, tantum habeant robur, vt ad hæredes tranſeant: *§. ex conditionali. Inſtit. de verb. obligat.* legata verò, ſi viuente legatario conditio non impleatur, cum eo deficiant. *l. vn. §. ſin autem aliquid. C. de caduc. tol-*
85 *lend.* De tempore † autem impletionem ſubſequente, non immerito quis dubitet, vtrum legatario poſt annos aliquot implendæ conditionis facultas concedatur. Iulianus enim Iuriſconſultus *in l. hac conditio. 29. ff. de condit. & demonſtrat.* conditionem poteſtatiuam, ſic recipiendam eſſe aſſerit, ſi quamprimum potuerit legatarius ſatisfaciat: cui aſſertioni conſectarium videtur, vt ei, cui ſub conditione poteſtatiua ali-

alimenta relicta ſunt, ad iſtius conditionis impletionem, ſi parere ei potuiſſet, & nihilominus per aliquot annos moram fecerit, poſtea non pateat aditus. Et ſane Accurſius *in l. ſi quis inſtituatur. 23. §. ſed ſi bonorum. verb. præfinit tempus. ff. de hæred. inſtit. per d. l. hac conditio. 29.* ſentire videtur quod hoc ſit perpetuum in legatis, vt conditio cui legatarius non ſatisfacit, cum facile id præſtare potuiſſet, videatur defeciſſe: *quæ opinio etiam placet Bartolo in l. ſuus. 4. §. vlt. num. 2. & d. l. ſi quis inſtituatur. 23. §. ſed ſi bonorum. in princ. ff. de hæred. inſtit. ac ceu* COMMVNIS *laudatur ab Alex. in conſil. 46. incip. In cauſſa & lite. nu. 1. vol. 7.* Ex quibus etſi dicendum videtur, Titio in caſu paulo ante propoſito ne quidem concedi vt demum poſt annos aliquot elapſos ſatisfaciendo conditioni: futura alimenta conſequatur, *in terminis ita decidit Alberic. de Roſat. in l. 1. num. 2. C. de legat. expreſſe ſcribens, ſi is cui alimenta ſub conditione commorandi cum hærede legata fuerant, primis duobus annis non ſtaret cum hærede, poſtea vero offerret ſe paratum parere conditioni, & peteret alimenta pro annis futuris, ei non deberi, propter eius inconſtantiam per l. in cauſſæ. 27. in pr. ff. de procurat. l. cum quæritur. 16. ff. de adminiſtr. tut. & quia tenetur totam conditionem implere. l. qui hæredi. 44. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. niſi ex iuſta cauſſa fuiſſet impeditus quo minus conditionem impleret. l. fideicommiſ.*
86 *11. §. ſi rem. ff. de legat. 3.* tamen † verius arbitror vt legatarius etiam qui nulla re impeditus, ſed ſua ſolummodo voluntate per aliquot annos conditioni non paruit, nihilominus ad impletionem conditionis & per conſequens ad alimentorum futurorum perceptionem ſit admittendus. *arg. l. pater Seuerianam. 101. §. fideicommiſſa. ff. de condit. & demonſtrat. vbi idem Alber. de Roſat. ſub num. 8. huic ſententiæ diſertis verbis ſubſcribit & facit l. fideicommiſſaria. 23. §. vlt. ff. de fideicommiſſar.*
87 *libert.* Neque † quicquam obſtant ea, quæ in contrarium fuerunt adducta. Nam quod primò attinet *ad. d. l. hac verba 29. ff. de condit. & demonſtrat.* vt diſtinctionem, qua conditio, in mero facto debentis implere, conſiſtens à conditione dandi ſecernitur, omittam, *Caſtr. d. l. hac verba. 29. num. 2.* nihil aliud ex illo textu extorqueri poteſt, quàm quod legata-

rio poſt aliquot annos conditionem implenti, non concedatur petitio alimentorum pro præteritis annis. Cum autem alimentis annuis legatis, tot cenſeantur legata quot ſunt anni: *l. ſi in ſingulos. 4. & ibi Bart. ff. de ann. legat. d. l. pater. 101. §. fideicommiſſa.* & nulla iuris ratio impediat, quo minus is cui plures diuerſæ & inuicem diſtinctæ res legatæ ſunt, aliquas earum eligat, aliquas verò repudiet: *arg. l. legatarius. 39. in pr. l. ſi ancilla. 62. cum l. ſeq. ff. de leg. 1.* neutiquam ſequitur, vt qui à priorum annorum legato excluſus eſt, à ſequentium etiam repellatur. Multo minus aduerſatur ratio qua Albericus de Roſat. *in d. l. 1, num. 2. C. de legat.* motus contrariam ſententiam amplectitur, nempe quod ius noſtrum non probet inconſtantiam aut variationem. Hæc enim quia ſolummodo improbatur in rebus vel quæ reuera vnæ eædemque ſunt, vel ratione connexitatis eiuſdem rei loco habentur: in rebus autem diuerſis admittitur: *l. ſi ſterilis. 21. §. vlt. ff. de act. emt. l. de rebus. 14. ff. rer. amot. Dyn. in c. mutare conſilium. num. 4. & 5. de reg. iur. in 6.* & tot ſunt legata quot anni: *d. l. ſi in ſingulos. 4.* ideo nihil obſtat, quin legatarius pro futuris annis conditionem poſsit implere. Igitur veriſsimam puto eam opinionem, quod legatario liceat etiam poſt aliquot annos conditioni poteſtatiuæ ſatisfacere, ac ita in poſterum alimenta conſequi. *l. legata. 41. & d. l. pater Seuerianam. 101. §. fidei-*
88 *commiſſa. ff. de condit. & demonſtrat.* Quam † tamen deciſionem accipi volo primò vt fraus abſit, *prout textum. d. l. pater. 101. §. fideicommiſſa. reſtringit. Phil. Dec. conſil. 621. incip. Aliàs*
89 *conſului. num. vlt.* deinde † vt ne certum temporis ſpacium, intra quod conditioni ſatisfiat, à teſtatore fuerit præfixum: hoc enim facto, legatarius, ſi poſtquam tempus præfinitum elapſum eſſet, velit conditioni parere & ita alimenta petere, repulſam pateretur: *arg. l. Thais. 41. §. intra certa tempora. ff. de fideicommiſſ. libert.* quem textum ſic induco: ſi ij quibus libertatem ſub conditione intra certum tempus explenda teſtator dederat, poſt elapſum illud tempus non admittuntur, multo minus hoc concedetur ijs quibus alimenta taliter ſunt legata. Sed prius eſt verum. Ergo & poſterius. Rationem

con-

90 conſequentiæ in copulato probo, quia † maior eſt libertatis legatæ fauor, quàm alimentorum ex legato debitorum. *l. primo gradu. 23. ff. quæ in fraud. credit. Io. le Ciri. libr. 3. de primogen. quæſt. 6. num. 27. facit l. libertas inæſtimabilis res eſt. 107. ff. de reg. iur. ſed alimenta recipiunt æſtimationem vt dixi ī. hoc libr. cap. 2.* Aſſumtum probatur *ex d. l. Thais. 41. §. intra certa tempora.*
91 Hæc † omnia de eo caſu dicta ſunt, quo legatarius ab initio conditionem trahit, eique non quamprimum poteſt paret: at plus dubitationis ſubeſſe videtur, quando aliquandiu ſatisfecit conditioni, poſtea verò aliquandiu intermittit, & tandem redire vult ad legatum: tunc enim quæritur, ſi paratus ſit voluntati defuncti ex ſua parte obſequi, num pro annis futuris mutare voluntatem poſsit, & ita in poſterum alimenta nanciſci? Ego arbitrarer etiam hoc caſu legatarium admittendum eſſe: partim quod ſint plura legata: *d. l. pater Seuerianam. 101. §. fideicommiſſa. ff. de condit. & demonſtrat.* partim quod renunciationes ſtrictæ ſint interpretandæ. *l. quicquid aſtringendæ. 99. ff. de verb. obligat. l. qui cum tutoribus. 9. in princ. ff. de tranſact. Cacheran. deciſ. 112 num. 5.* & quod magis huc facit, quod renunciatio ex facto proueniens, vltra iſtud factum non porrigat vires. *l. 2. C. de his qui ſponte publ. mun. ſub. lib. X. Vbert. de Zuchard. in rubr. ff. ſi cert. pet. num. 34. Menoch. conſil. 75. num. 76. & vberius dicam* DEO *volente in tractat.*
92 *de Renunciation.* De conditione † mixta, id eſt, quæ partim ex voluntate legatarij, partim ex fortunæ caſu pendet, iura noſtra conſtituerunt, vt ſiue hoc ſiue illo modo ea deficiat, legatum non debeatur: quæ ſententia COMMVNIS eſt, *Fern. Vaſq. lib. 3. illuſtri. controu. cap. 93. num. 3. Mich. Graſſ. §. legatum: quæſt. 46. num. 19.* Si enim ſua ſponte legatarius conditioni non pareat, eſt quod ſibi imputet, cur ab huiuſmodi commodo repellatur: *l. ſi plures. 6. in fin. C. de condit. inſert.* ſin vero caſu deficiat, fortuna ipſi noluit fauere: *l. legatum. 4. C. eod. tit.* cuius magna certe in rebus humanis vis
93 eſt ac poteſtas. *Vaſq. d. cap. 93. num. 4.* Quod ſi † neque per legatarium, neq; per fortunam ſtet, ſed conditio ſolummodo deficiat ob voluntatem perſonæ, in quam conditionis

implementum nonnunquam confertur: legatum debetur æquè ac ſi conditioni legatarius ſatisfeciſſet: *l. in teſtamento. 31. in fin ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. vbi gl. C. de inſtit. & ſubſtit. Rum. conſil. 42. incip. Proponitur quod Petrus filium ſuum. num. 13. cum ſeqq. volu. 2. vbi bene confirmat & declarat.* propterea quod iſti legatario per alterum iniqua conditio non debeat inferri. *l. non debet alteri. 75. ff. de reg. iur. cum ſimil. Vaſqu. d. num. 3.*

94 Eadem † quoque obtinent, quando alimenta ſub mixta conditione ſunt relicta, quoad fortunæ caſum. Si enim legentur alimenta ſub huiuſmodi conditione mixta, eaque deficiat, neque ex alimentarij neque ex eius in quem impletio confertur voluntate, ſed fortunæ iniquitate: nihilominus ali debet legatarius. *l. Caio. 13. §. Imperator. ff. de alim. vel cib. legat. l. 1. de legat. l. annua. 20. in pr. ff. de ann. leg. Panorm. conſil. 78. incip. Quidam Benedictus num. vlt. vol. 2. Menoch. de præſumt. lib. 4.*

95 *præſumt. 183. num. 42.* Quod tamen † ita accipiendum eſt, vt procedat ſi in legatarij commodum & fauorem alimenta ſub tali conditione ſint data: *d. l. Caio. §. Imperator. cum alijs allegatis*: ſecus ſi in fauorem eius, cùm quo morari legatarius iuſſus fuit, aut in quem aliter conditionis impletio fuit collata: tum enim conditione etiam propter fortunæ caſum deficiente, deficit legati debitum. *text. eſt apertus in l. illis libertis. 84. ibiq; gl. verb. non videri. ff. de condit. & demonſtrat. quam gloſſam ſingularem appellat Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 144. nu. 12. à qua tamen non valde diſſidet alia quæ eſt in l. Seio. 10. in princip. verb. viuentis. ff. de ann. leg. & hanc reſtrictionem COMMVNEM eſſe tradit Vaſq. d. cap. 93. num. 27. Mich. Graſſ. §. legatum. quæſt. 46. num. 22.* Quamuis autem ea quæ de ſingulis conditionum ſpeciebus hactenus in medium attuli, ad caſus in vita ciuili obtingentes accommodatu ſint facilima: pro vberiore tamen declaratione quaſdam conditiones vel exempli loco, vel quod Oratores interdum faciunt, theſin ad hypotheſin

96 transferendo, ſingulatim perſtringam. Si igitur † legata ſint alicui alimenta, ſi habitauerit cum Mæuio, ea conditio hanc vim habet, vt Mæuio non tantum cohabitet, ſed etiam cum eo ſimul edat & bibat, *per ea quæ dixi ſ. hoc lib. 1. c. 5.*

num.

*num.22. in fin. & nunc in terminis addo Auguſt. Bero. conſil. 32. incip. Ex themate ſub fictis nominibus num.5. vol. 2. quibus coniungi debent ea quæ dixi ſ. hoc libr. 2. cap. 3. num. 34. cum multis ſeqq.* Sin vero non alimenta, ſed aliud quid, vt certa ſumma pecuniæ dari deberet ſub huiuſmodi conditione, tum ea non eſt ad ſingula momenta coanguſtanda, ſed ſufficit ſi ſedem ſuam apud Mæuium fixerit. *l. ſi quis ita. 7. ff. de condit. & demonſtrat. Eman. Coſt. lib. 1. ſelect. interpret. c. 18. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 190. ff. de liber. agnoſc. Alber. Gentil. de diuerſ. tempor. appell. cap. 7. & latius lib. 1. de condit. tit. Si habitauerit. ac omnino Cephal. conſil. 80. incip. Magnificus. Hippol. Bonacoſſ.*
97 *tract. de famul. quæſt. 202.* Conditionem † autem ſimul viuendi non aliter in re alimentaria accipiendam puto, quam ſi apud eum, cum quo legatarius viuere iuſſus eſt, cibum capiat. *Bald l. 1. nu. 8. Angel nu. 4. C. de legat. per d. l. ſi quis ita. 8. vbi hoc notat Io. de Imol. num. 2. facit c. illud. 11. verſ. in menſa ſicut vxorem tenuerit. ext. de præſumt. iunct. l. vlt. §. vlt. in fin. C. de furt. idemq; bene probatur in l. verbo victus. 43. & l. quos nos. 234. §. verbum viuere ff. de verb ſignific. ex quibus textibus infert Signorolus de Homod. conſil. 43. incip. In quæſtionibus miſſis. num. vlt. vxorem cui alimenta legata fuerant, ſi viueret cum teſtatoris fratre & herede: eatenus hoc legato priuari, quatenus cum herede cibum ſua ſponte non capiat: addens ſe ita obtinuiſſe.* In alijs vero cauſsis, vt ſi centū legentur Titio, ſi cum filio teſtatoris vixerit, ſufficit vt pro ratione ſuæ perſonæ cum eo commoretur: quamuis non cum ipſo cibum ſumat. *c. cum ad monaſterium. 6. extr. de ſtat. monach. Petr. de Vbald. in conſil. ſuo quod eſt inter eius fratris Baldi conſil. 21. incip. Super primo puncto num. 3. vol. 2. & ipſe Bald. in conſil. ſta-*
98 *tim ſeq.* Conditionem † viduitatis etiam poſſem exempli loco adducere, ſed quia paulo ante *num. 71. cum ſeqq.* de duratione aliquid dixi, & late eam declarant *Franc. Mantic. lib. 11. de coniect vlt. volunt. tit. 19. & Menoch. de præſumt. libr. 4. præſumt. 187.* ideo nunc tantum de modo implendi, quomodo huic conditioni pareatur, obiter admoneo, quod non ſatis ſit ſi mulier veſtibus nigris ſe induat, ſed neceſſe ſit vt à nuptijs vlterioribus abſtineat *textus eſt in l. decreto. 15. & ibi*

*notat Bald. num.1. C. ex quib. cauſſ. infam. irrog. Alex. l. mulier. 22. §. cum proponeretur. num. 12. ff. ad SC. Trebell. (cui loco mendum ineſſe facile apparet, dum Baldi ſententiam ita recitat quaſi aſſeueret eam quæ nigro habitu non vtatur, non ſeruare vitam vidualem: cum expreſſe & diſertis verbis contrarium ex textu d. l. decreto. colligat. Fr. Mantic. lib. 11. de coniect. vlt. volunt. tit. 19. num. 26. quod mendum ſimiliter animaduertere licet apud Petrum Rauenn. ſing. 259. ſecundum editionem Venetam, ſed in Lugdunenſi editione eſt in ſingul. 260.) Steph. Ranchin. part. 1. concluſ. 453. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 187. num. vlt.* & à ſtupro vel alijs vagis libidinibus. Si enim propter nuptias iterum contractas teſtator voluit mulierem carere legati emolumento: multo magis id voluiſſe cenſetur, ſi turpiter proſtitueret pudicitiam: ne luxuria caſtitate aliquid habeat amplius. *§. vlt. in fin. in Auth. de reſtit. & ea quæ par. vndec. menſ. Nouell. 39.* & quæ etiam ſecundo nubit caſte dicatur viuere. *c. Nicana Synodus. diſtinct. 31. Franc.*
99 *Mantic. d. tit. 19. nu. 13.* Quod ſi † maritus huic viduitatis conditioni vel aliam conditionē, vel peculiarem quandam qualitatem addiderit, verbi cauſſa, legans alimenta ſi viduitatē ſeruet in domo teſtatoris: vidua, ſi non nuberet quidem, at ex teſtatoris domo temere atque ſine cauſſa diſcederet: non diceretur impleuiſſe conditionem, ſed legato excideret: quia conditionis ſcindendæ facultas legatario non competit. *l. qui duobus. 23. ff. de condit. & demonſtrat. Bened. Capr. conſil. 139. incip. Quidam Dominicus. quo pertinent quæ dixi ſ. hoc cap. num. 77.* De-
100 inde † obſeruandum eſt, mulierem quæ ſponſalia cum aliquo contraxit interim nihilominus frui alimentis legatis: *l. vxores. 6. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam. & omnino videndus eſt Berous in conſil. 31 incip. Quidam in teſtamento ſuo. vol. 2 qui non tantum hanc ſententiam erudite confirmat, ſed etiam argumento deſumto ex l. oratio. 16. ff. de ſponſal. bene reſpondet, eumq́ue ſequitur Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 10. num. 116.* Quam ſententiam etſi Berous *in d. conſil. 31. num. 6.* reſtringit ad ſponſalia de futuro: tamen Ioan. de Garron. *in l. 1. num. 8. C. de ſecund. nupt. per illum & alios textus* etiam ad ſponſalia de præſenti porrigere videtur: qua in re tamen nolo inhærere, vtpote ad hanc alimentorum tractationem propriè

non

101 non ſpectante. Præterea etiam † hoc addendum eſt, quod mulier, cui ſub conditione viduitatis alimenta legata ſunt, ſi intret monaſterium, ab iſta conditione receſsiſſe non videatur. Licet enim ſpirituale matrimonium contraxiſſe cenſeatur, *de quo quædam congeſſit Nic. Euerhard. in Topic. loc. 76. & ſeq.* cum tamen hoc pacto mariti legantis propoſito non tantum nihil aduerſi ſuſcipiatur, ſed etiam quam maxime mos geratur: *auth. cui relictum. in pr. C. de indict. vid. toll.* ideo non expirat legatum, ſed manet firmum & ratum. *Bald. l. Deo nobis. 42. in pr. num. vlt. C. de Epiſcop. & cleric. ſequitur & commendat Fr. Cremenſ ſing. 143. Barth. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. verb. pour en iouyr ſa vie durant. num. 5. Fr. Mantic. d. lib. 11. num. 27.*

102 Multo minus alimentorum † legatum purum propter monaſterij ingreſſum legatarius perdit. *Guid. Pap. deciſ. 477. num. 4. & deciſ. 595.* cum ne quidem ob maximam capitis diminutionem eueniret. *l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. iunct. §. maxima capitis. verſ. qui ſerui pœna. Inſtit. de cap. dimin.*

103 Quæ vera † ſunt, ſi habitum monachalem aſſumens, talem profiteretur regulam, ex qua proprium adhuc poſsidere liceat, ſi non ſuo nomine, attamen in communi, vt commoditas alimentorum ſaltem monaſterio acquiratur. *Socin. ſen. conſil. 10. incip. Quamuis quæſtiones ſupra dictæ. quæſt. 6. ſecunda quæſt. princip. num. 18. cum ſeqq. vol. 1. vbi teſtatur de* COMMVNI *id quod etiam facit Steph. Ranchin. concluſ. 365. part. 3.* Quod ſi enim aſſumeret ordinem, qui nec ſingulis monachis neque toti collegio aut communitati proprium poſsidere concederet: tum alimenta ei non deberentur: propterea quod illa aſſumtione & ſic ipſo facto videatur renunciaſſe. *Socin. ſen. d. conſil. 10. num. 17.*

104 Huc etiam † referri poteſt, quod ſub conditione viduitatis caſus mortis contineatur. Pone enim maritus reliquit vxori ſuæ mille aureos vel prædij Corneliani vſumfructum vnde ſe alat, ſi caſte & honeſte vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit: poſt cuius mortem ſubſtituit Titium in plena proprietate. Verum nunc euenit, vt ſpreta iſta conditione iterum nubat, & propterea perdat vſumfructum: quæritur num Titius ſubſtitutus, ſtatim poſt conſum-

matas nuptias etiam muliere adhuc viuentè ſit plenus dominus iſtius prædij Corneliani vel mille aureorum, an vero mulieris mortem expectare debeat. Et quod ad Titium illico, etiam adhuc viua muliere, pertineat plenum dominium, tradit Io. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de ſecund. nupt.* cuius fundamenta neque recenſeo, neque excutio, vtpote ab hac alimentorum tractatione aliquanto alieniora: interim ſatis erit admonuiſſe, quod hanc ſententiam ſequatur *Phil. Dec. conſil. 227. num. 10. Iaſ. in l. ſi mater. 3. num. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. Bertrand. conſil. 134. incip. Ponitur in facto quod dudum fuit. num. 3. part. 2. primi volum. Io. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 44. cum ſeq. ff. de liber. & poſthum. hæred. Steph. Ranchin. part. 1. concl. 142. & part. 4. concluſ. 62. Caualcan. de vſufruct. mul. relict. nu. 70.* qui non tantum in vtramque partem hanc quæſtionem excutiunt, ſed etiam de COMMVNI teſtantur. Et ex hac deciſione forſitan inferri poſſe videtur, quod mors & tranſitus ad ſecunda vota æquiparentur, *vt affirmat Socin. ſen. conſil. 30. incip. Viſo teſtamento Ludouici. vol. 3. ſequitur Steph. Ranchin. concl.*
105 *139. part. 5.* His annectenda † etiam eſt illa conditio, ſi cum filijs meis ſteterit, vel ſi à filijs meis non diſceſſerit. Si enim vxor, cui maritus ſub hac conditione alimenta reliquerat, iterum nubat, quæritur num propter has ſecundas nuptias legatum deſinat. Et quidem Bald. *in l num. vlt. C. de legat.* expreſſe tenet huic mulieri alimenta amplius non deberi: partim per text. *l. ſed ſi hæc. 62. §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat.* partim quod per mulierem, quæ ita ſe à liberis ſegregat, ſtet quo minus liberi cum matre eſſe queant. *l. 1. C. vbi pup. educ. & hanc ſententiam amplectuntur Salyc. num. vlt. Iaſ. num. 5. in l. 1. C. de legat. Paul. de Montepic. l. Titia cum teſtamento §. Titia cum nuberet. quæſt. principal. 64. num. 164. ff. de legat. 2. Ripa in l. fœmina. in princ. dubitat. 21. num. 57. C. de ſecund. nupt. Ranchin. concluſ. 295. part. 1. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 195. ff. de liber. agnoſc. & MAGIS COMMVNEM prædicat Io. de Garron. ad d. rubr. C. de ſecund. nupt. pœn. 15. num. 30. vbi multas auctoritates adducit inter quas perperam allegat Oldradum in conſil. 139. cum in nouiſſima editione Francofurdenſi ſit*

*conſil.*

106 *conſil. 213. incip. Ad quæſtionem.* Et hæc ſententia † ampliatur, vt adhuc vera ſit, licet vitricus ſit vir honeſtiſsimus, & velit cum liberis teſtatoris quiete & pacifice habitare: propterea quod mulier magis marito nouo, quam filijs ex priore marito conceptis, fauere cenſeatur. *l. lex quæ. 22. §. lex enim non ſolum. C. de adminiſtr. tut. Bald. d. l. 1. num. vlt. Ranchin. d. concl. 295. part. 1.*
107 A qua ſententia † etſi nonnulli diſceduiit, putantes mulierem, non conſideratis nuptijs iterum contractis, nihilominus ali debere: *Bart. l. cum tale. 72. in pr. & ibi Io. de Imol. ff. de condit. & demonſt. Angel. Aret. in tract. de teſtam. §. 20. num. 3. Petr. Rauenn. ſing. 369. Cordub. de Lar. d. §. ſi quis ex his. num. 196.* tamen non ſat cauſſæ video, ob quam à MAGIS COMMVNI opinione ſit diſcedendum. Nam quoniam Bartolus & Ioannes de Imola ita arguunt. Conditio ſi à liberis non diſceſſerit, viduitatem non inducit *per d. l. cum tale.* Ergo quando mulier legataria iterum nubit non videtur à liberis diſcedere: huic argumento reſponderi poteſt *ex d. l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt. cum ibi notat. per Alberic. de Roſat. ff. de condit. & demonſtrat.* quod viduitas nonnunquam imponatur expreſſe & directo, nonnunquam vero tacite & per indirectum. Licet igitur concedatur, directo viduitatem mulieri in propoſito caſu iniunctam non eſſe: quia tamen cura quædam liberorum ipſi principaliter eſt demandata: cum non debeat ſtare cum liberis ceu lapis aut truncus, ſed in eorum eſſe obſequio: *l. illis libertis. 84. ff. d. tit. de condit. & demonſtr.* iterum autem nubendo ſe noui mariti obſequio addicat: *l ſicut. 48. ff. de oper. libert.* ideo huic mulieri per iſtam conditionem non quidem directo, ſed tacite impoſita eſt viduitas. *d. l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt.* Vt ita ſecundum Dialecticos dici poſſet, in argumento illo eſſe fallaciã ſecundum non cauſſam vt cauſſam: atq; ita etiam reſponſum ſit Angelo Aretino ac Petro Rauennati ſolummodo Bartolum allegantibus. Multo minus nos impedire debent eæ authoritates, quas adducit Cord. de Lar. *in d. § ſi quis ex his. num. 196.* ſiquidem nullus ex ijs Doctoribus Bartolo & Angelo Aretino exceptis de terminis huius conditionis ſtandi cum liberis loquitur, prout ex

108 vt ex ſingulorum inſpectione patebit. Deniq; † pro complemento huius de conditionibus tractationis, quatenus ea ad hanc alimentorum materiam pertinet, obſeruandum eſt, quod maritus legans vxori ſuæ alimenta ſub conditione viduitatis, & deinde quibusdam alijs legata dans, & demum rurſum relinquens vxori ſuæ fundum, non videatur in hoc poſteriore legato conditionem viduitatis repetijſſe: propter tam rerum quam perſonarum diuerſitatem interiectam. *Bar.*
109 *conſil. 39 incip. Cola reliquit. lib. 1.* Quod tamen † ex ipſa Bartoli ratione ad ducta declaratur, vt procedat, ſi alia legata alijs relicta ſint interpoſita. Ergo ſi nihil horum eſſet immiſtum, ſed teſtator dixerit, vxori meæ ſi vidua remanſerit, lego alimenta, item fundum Cornelianum: tum certe fundum non poſſet habere, quam ſi vidua maneret. *l. in repetendis. 63. ff. de legat. 3. & ita iſtud Bartoli conſilium declarat Bald. in l. vlt. nu.*
110 *vlt. C. de indict. vid. toll.* Deinde limitatur † vt non procedat, quandoquidem alia & alijs perſonis data legata inſerta fuerint, at poſterius legatum ſit relictum in locum prioris, conditionem annexam habentis. Pone enim teſtator legauit vxori ſuæ fundum Cornelianum ſub viduitatis conditione: & poſtea alia alijs diſtribuit: tandem adimit vxori fundum Cornelianum, ſed legat ipſi alimenta: in hoc caſu videtur repetita conditio: propterea quod hoc poſterius legatum priori ſit annexum, non quidem quoad chartæ ſcripturæúe ſitum, ſed quoad teſtatoris mentem & voluntatem: in tantum vt hoc poſterius in illius locum ſubintret: ideoq; multo magis conditionis repetitionem admittere par eſt. *d. l. in repetendis. Phil. Dec. conſil. 190, incip. Circa primum dubium. in pr. vſq; ad num. 5. Ruin. conſil. 84 incip. Circa primum de quo quæritur. num. 9. vol. 2. Bero. conſil. 32. num. 11. vol. 2.* Præterea
111 limitatur † niſi maritus expreſſe leget in caſum quo iterum nuberet, veluti ſi diceret vxori meæ ſi vidua permanſerit, lego vſumfructum prædij Tuſculani: ſin verò iterum nubat, tum tantummodo ſex florenos illi lego: hic de teſtatoris voluntate vtpote in re certa nemo dubitauerit. *Steph. Ranchin.*
112 *concluſ. 64 part. 5.* Accidit † etiam vt interdum alimenta legentur

gentur

gentur mulieri, ſi caſte & honeſte vixerit: & tum extra dubium eſſe arbitror, eam hoc legato excidere, ſi vel ſtuprum in ſe admittat, vel alio modo honeſtatem lædat: cum conditionem ſpernens legatum videatur repudiare. *l. ſi plures. 6. in fin. C. de condit. inſert. Bald. conſil. 207. incip. Quia dicta domina. vol. 4. Eman. Coſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu limit. vlt. num. 28. cum ſeq. ff. de condit. & demonſt. vbi etiam tradit quid iuris ſit ſi primo per aliquot annos caſte vixerit.* Idemque eſt ſi ob aliud delictum puta furtum, vel ſimile infamis fieret: honeſte enim vixiſſe perhiberi non poteſt. *Paul. de Montepic. in l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. quæſt. 68. num. 169. ff. de leg. 2.* At
113 † ſi iterum nubat, controuertunt noſtri Doctores, an huic conditioni cenſeatur parere necne. Et ſane inueniuntur nonnulli, qui putant mulierem iterum nubendo non diſcedere à conditione, ſed honeſte & caſte viuere. *Bart. l. mulier. 22. §. cum proponeretur. num. vlt. ff. ad SC. Trebell. Celſ. Hug. conſil. 19. incip. In facto dominæ Ceciliæ. num. 1. Hippol. de Marſil. ſing. 577. per d. §. cum proponeretur. verb. mulieris pudicitiæ. & c. Nicena. diſtinct. 31.* Sed alij diſtinguunt, vt Bartoli opinio vera ſit, ſi ab alio quam à marito eiuſq; liberis, alimenta legata ſint, ſub conditione honeſte & caſte viuendi: ſin autem à marito vel eius liberis, tum per ſecundas nuptias legatum euaneſcat. *Caſtrenſ. conſil. 259. incip. Omnis difficultas. num. 6. vol. 1. omnino Coſta d. §. ſi arbitratu. limit. fin. num. 15. & ſeq.* quæ diſtinctio COMMVNI Doctorum calculo approbatur *Iaſ. l. fin. num. 32. C. de indict. vid. toll. Io. Dilect. de art. teſtand. tit. 6. caut. 39. num. 4. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 19. num. 31. cum ſeq. Caualcan. de vſufruct. mul. relict. num. 114. Michael. Graſſ. §. legatum. quæſt. 54. Et pro hac communi opinione induci poteſt text. l. vxori. 27. ff. de vſufr. leg. vbi legatorum vxori à marito datorum qualitas aut conditio intelligitur non vt maritus iam eſt defunctus, ſed*
114 *quaſi adhuc viueret.* Occaſione harum † duarum conditionum, tam viduitatis quam honeſte & caſte viuendi, non immerito quæritur: an ſi maritus vxori ſuæ alimenta, ſine vllius conditionis mentione, legaret, iſta conditio viduitatis ſubintelligatur, ita vt ſi mulier iterum nubat hoc legato excidat.

cidat. Et negatiuam ſententiam, quod nimirum viduitas non ſit implicata, neque mulier iterum nubens legato priuetur, defendit Paul. de Montepic. *in l. Tuia cum teſtamento. §. Titia cum naberet. quæſt. 64. num. 164. ff. de leg. 2.* & VERIOREM putat Io. de Garron. *in rubr. C. de ſecund. nupt. pœn. 16. num. 35. cum ſeq.* mouenturque inter alia etiam hoc fundamento. Mulier vſumfructum ſibi à marito ſimpliciter & ſine conditione relictum non perdit tranſeundo ad ſecunda vota *auth. hoc locum. C. ſi ſecund. nupſ. mul.* Ergo nec alimenta. Ratio conſequentiæ inde patet, quia plus iuris in re habet vſufructuarius, quam alimentarius, *vt ſ. cap. praeced. num. 6. dixi.* & vſusfructus continet omne emolumentum ex re proueniens, ſiue vſufructuarius eo opus habeat necne. *l. 1. ff. de vſufr.* cum alimenta ad alimentarij neceſsitatem accommodentur *l. cum vnus. 10. §. vlt. ff. de aliment. vel cib. leg. iunctis iis quæ dixi ſ.*
115 *hoc lib. cap. 2.* Etſi autem † ſententiam affirmatiuam amplectatur Io. Petr. de Ferrar. *in form. libelli quo vxor agit ad dotem. verb. Donec vitam duxerit vidualem. num. 4. & Auguſt. Bero. conſil. 32. num. 9. vol. 2.* tamen non ſatis, quantum ego intelligo, hanc opinionem corroborant. Nam quod Io. Petr. de Ferrar. *allegat l. qui concubinam §. vlt. ff. de legat. 3. l. quaſitum. §. puto. ff. de fund. inſtr. leg. & l. 2. C. commun. vtr. iudic.* non video, quomodo illi textus ad propoſitum ſint accommodandi, cum plane in alienis terminis loquantur, prout cuilibet inſpicienti apparebit: vt taceam quod *in d. l. quaſitum.* non inueniam vllam paragraphum, quæ à verbo *puto* incipiat. Tantum quoq; abeſt vt Baldus *in l. 1. in fi. C. de leg. & in l. 1. C. vbi pupill. deb.* ab Auguſtino Beroo *in d. nu. 9.* citatus hanc ſententiã affirmatiuam probet. vt eam etiã reprobet & opinionèm negatiuã non parum adiuuet, vt ex Paulo de Montepic. & Ioanne de Garron. in locis adductis conſtat. Similiter nihil ad hanc quæſtionem conferunt notata à Baldo *in l. 1. C. vbi pupill. educ. deb.* non enim propterea committendus eſt pupillus matris arbitrio: & deinde ſi maritus puberes filios & hæredes relinqueret, hæc ratio ex Baldo deſumta omnem vim amitte-
116 ret. Illud non negarim † conditionem honeſte viuendi huic
legato

legato tacitè ineſſe, ita vt ſi mulier illa pudicitiam ſuam proſtituat, alimentorum legato careat *gl. vlt. l. ſororem. 10. C. de his quib. vt indign. Ang. Aret. tract. de teſtament. gloſſ. 46, num. 10.*

117 Hæc igitur † dicta ſint de ſecundo modo quo alimenta legata deſinunt deberi, nempe de conditionis ſub qua fuerant relicta defectu: tertius modus ſit, ſi alimenta teſtamento data ſint ad certum quendam terminum, iſque viuente adhuc alimentario decurrat *arg. l. ſed ſi hoc. 62. §. vlt. in fin. ff. de condit. & demonſtr. quem textum procul dubio voluit allegare Baldus in auth. cui relictum num. 4. C. de indict. vid. toll. dum adducit l. ſi homo. ff. de condit. & demonſtr. quæ verba nulli legi in toto illo titulo*

118 *dant initium*. Hunc autem † tertium modum à priore differre ex eo ſaltem liquet, quod hic alimenta illico & pure debeantur: ſub conditione autem legatorum dies, niſi conditione impleta, (excepto eo caſu quo conditio poteſtatiua & negatiua legato inſerta eſt: quod cautione Mutiana præſtita debetur, etiam ante conditionis euentum *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 90.*) neque cedat neque veniat. *tot. tit. ff. quand. dies leg. ced. l. cedere. 213. ff. de verb. ſignif. pro cuius diſcriminis declaratione adduci quoq; poteſt l. ſeruitutes. 4. ff. de ſeruit. §. at ſi ita ſtipuleris. iunct. §. ſub conditione. cum vtrobiq; notatis per DD. Inſtit. de*

119 *verb. obligat.* Itaque † huc refero alimenta legata quouſque quamdiu, vel donec aliquid factum vel non factum fuerit. Nam etſi quidem dictiones illæ donec, quandiu, quouſque conditionem etiam denotent:, *textus eſt expreſſus in l. ambiguitatem. 12. verſic. ſin autem talis fuerit inſerta conditio, donec in furore filius. &c. C. de vſufruct. l. ſi quis affirmauit. 9. §. Labeo (vbi aliàs incipit l. ſi oleum. 10.) ff. de dol. mal. l. pater Seue-*

120 *rianam. 101. §. fin. ff. de condit. & demonſtration.* tamen † id verum eſt, non quoad inchoationem, ſed quoad ceſſationem: *l. ſiue. 10. §. tamdiu. ff. de condict. furt. c. pen. ext. de probat.* atque ita diſtingui debet conditio inchoatiua ab extinctiua. *Iaſ. l. ſufficit. 56. num. 5. ff. de condict. indeb. Machell. in patrocin. 50. num. 1. cum ſeqq.* Quemadmodum enim conditiones, de quibus *à num. 67. cum aliquot ſeqq.* hactenus dixi, initium gubernant moderanturq;: ita hæ conditiones de qui-

de quibus nunc ago, fini modum præſtituunt. *d. l. 4. ff. de ſeruit. d. §. at ſi ita ſtipuleris. & d. §. ſub conditione.* & hoc eſt quod Doctores noſtri ſcribunt, iſtas dictiones donec, quandiu, quouſque, conditionem quidem denotare, at ſecundario tamen, principaliter vero tempus. *Ruin. conſil. 42. incip. Proponitur quod Petrus. num. 6. vol. 2. Iaſ. conſil. 79. incip. Super vſufructu. num. 11. vol. 3. Natt. conſil. 459. num. 16. Burſat. conſil. 32. num. 63. Io. Cephal. conſil. 450. num. 28.* Interim vtriſque hoc commune eſt, vt & annuum, *l. legatum. 17. in pr. l. filiæ. 22. ff. de ann. leg. Angel. Aretin. de teſtam. gl. 46. nu. 4. Curt. ſen. conſil. 14. incip. Nobilis teſtator. num. 3. Bapt. Pontan. tract. de aliment. cap. 17. num. 8.* & multiplex efficiant legatum. *d. l. pater. 101. §. vlt. ff. de condit. & demonſtrat. Iaſ. d.*
121 *conſil. 79. num. 11. Burſat. d. conſil. 32. num. 8.* Verum † incidit hic dubitatio, ſi iuxta hunc modum alimenta ſemel deſierint, num penitus & pro omnibus omnino annis eorum petitio denegetur, an vero pro aliquibus tantum annis expiret, pro aliquibus vero vires reſumat: & puto quoad præſens inſtitutum ita diſtinguendum: aut teſtatoris voluntati contra faciens delinquit, aut non delinquit. In primo caſu perpetuo expirat alimentorum legatum; veluti viduæ, quam defunctus donec, quouſq; vel quandiu vitam vidualem egerit, ali iuſſerat, ſtuprum ſibi inferri paſſæ, non conceditur facultas redeundi ad alimentorum legatum: licet in poſterum velit vitam vidualem ſeruare. *per l. Titius 45. cum ibi not. per Baldum. ff. de excuſat. tutor. Bero. d. conſil. 32. num. 5. & 12. vol. 2. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 187. num. 12. Et hæc ſententia eſt* COMMVNIS *teſte Auguſt. Beroo conſil. 30. num. 2. vol. 2.* In ſecundo caſu ſubdiſtinguitur: ſi enim teſtatoris voluntati contrauenięns non committat delictum ſi iſtud factum de ſua natura perſeuerantiam importat, vt eſt matrimonium: *§. 1. verb. indiuiduam vitæ conſuetudinem. Inſtit. de patr. poteſt.* & tum ſi ſemel contra factum fuerit, nunquam reuiuiſcit legatum. *arg. l. adoptare. 37. §. eum quem. vbi notat Angel. ff. de adopt. Io. de Garron. in rubr. C. de ſecund. nupt. num. 106. Phil. Dec. conſil. 621. incip. Aliàs conſului. Menoch. conſil.*

*ſil. 278. incip. Tametſi adeo docte. num. 17. cum ſeq. vol. 3. & d. præſumt. 187. num. 11.* Sin vero alimentarius contra voluntatem defuncti faciens, non delinquat, neq; tale factum ſuſceperit, quod de ſua natura perpetuitatem exigit: tum poteſt redire ad legatum, & quatenus obſequitur voluntati teſtatoris, eatenus frui debet commodo legati. *l. ſi quis. 8. & d l. pater. 101. §. vlt. ff. de condit. & demonſtr. Guid. Pap. in tract. de pœniten. iur. quæſt. 9. qui nititur hac ratione quod de alimentis futuris ex teſtamento debitis ſine prætore valide non tranſigatur.* Et hoc forſitan voluit Bald. *conſil. 57. incip. Capitulum teſtamenti. num. 2. vol. 2. & conſil. 42. incip. Præmittendum eſt ad euidentiam. vol. 5. eiuſq; frater Angel. conſil. 159. incip. Conradus Alberti. ſub. num. 3. Laz. Fænut. in tract. de moment. temp. cap. 29. num. 10.* De-
122 clarantur † autem hæc primò vt procedant ſolummodo quoad tempus quod terminum præfixum ſequitur: non autem quoad tempus quod præcedit. Si enim maritus coniugi ſuæ legaret alimenta quouſq; vel donec iterum nubat, & ea elapſis aliquot annis nuptias denuo contraheret, careret quidem in poſterum hoc legato: per hactenus dicta, at non propterea ipſi ademta eſſet facultas petendi ea, in quibus tempore præterito hæres eſſet reliquatus. *l. cum vnus. 10. §. verbis & ibi. Alber. de Roſat. ff. de aliment. vel cibar. legat. & eſt* COMMVNIS *opinio. Eman. Coſta l. cum tale. §. ſi arbitratu. limit. vlt. num. 28. & ſeq. ff. de condit. & demonſtr.* vbi tamen hanc primam declarationem porro intelligendam eſſe docet, quoad hæredem teſtatoris, non autem quoad fiſcum. vt ibi lector videre poterit, quod tam accurate non diſtin-
123 guit Berous *conſil. 32. nu. 10. vol. 2.* Secundò † reſtringitur hic alimentorum deſinendorum modus, vt caſus in quem huius legati finis collata eſt, plene & perfecte ſit completus: partim quod conditionem in ſpecie & præciſe adimpleri oporteat: *l. qui hæredi. 44. in princ. l. Mæuius. 55. ff. de condi. & demonſtr.* partim quod verba cum effectu ſint accipienda, *l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius voca. cum concordant.* & res abſoluta non niſi omnibus partibus abſolutis, queat perhi-
124 beri. *l. 1. ff. de orig. iur.* Ergo ſi † pater habens tres filios Pe-

trum, Ioannem, & Paulum in teſtamento à ſe condito eos inſtituat, & leget Paulo alimenta per cohæredes ipſi præſtanda, eo vſque donec acquirat beneficium Eccleſiaſticum. Si iam obtineret quidem beneficium, ſed reditus non prius nanciſceretur quam poſt mortem Sempronij, qui iam frueretur beneficio: interim quouſque hic Sempronius viueret, nihil impediret Paulum quin à fratribus ſuis alimenta exigeret. *per fundamenta quæ eruditè & copioſè deducit Tiber. Decian. conſil. 9. incip. Illuſtris comes Petrus. q. 1. vol. 1.* Idem dicendum
125 † arbitrarer in muliere, cui alimenta legata eſſent donec nuberet: vt celebratis ſponſalibus, ante nuptias conſummatas nihilominus vigore teſtamenti eſſet alenda *l. vxores. 9. cum l. ſeq. ff. de his qui not. infam.* Tertiò reſtringitur hic alimentorum deficientium modus, ſi terminus expreſſè à teſtatore
126 ſit præſtitutus: in dubio † autem potius perpetuum legatum cenſetur: *l. Mela. 14. in pr. ff. de alim. vel cib. leg. Corn. conſil. 311. incip. Quoniam præſens. nu. vlt. vol. 1. Steph. Bertrand. conſil. 367. incip. Viſo conſultationis themate. quæſt. 4. part. 1. ſecundi volum. Thom. Grammat. deciſ. 102. nu. 112. & ſeq. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 39. & 87. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 36. vbi multas auctoritates Doctorum cumulauit:* adeo quidem vt licet teſtator dicat ſe relinquere alimenta Mæuio puero: is tamen nihilominus alendus eſt etiam poſtquam ad ætatem virilem aut ſenilem peruenit. *d. l. Mela. & huc accommodari poſſunt quæ copioſè ſcribit Tiraq. in tract. Ceſſante cauſſa. limit. 4. Laz. Fœnul. de mo-*
127 *ment. temp. cap. 29. num. 9.* Ex his igitur † iam euenit, vt ſi alicui legentur alimenta vſque ad tempus pubertatis, legatario pubere facto ceſſet alimentorum debitum: modo meminerimus ob peculiarem alimentariæ cauſſæ fauorem, hunc terminum præfixum metiendum eſſe iuxta plenam pubertatem, quæ in maſculo requirit decimum octauũ annum completum, in fœmina decimum quartum: *§. cum ergo. Inſtit. quib. ex cauſſ. manumit. non lic. §. minorem. Inſtit. de adopt. & vtrobiq; notat præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb.* ita vt licet alimentarius maſculus decimum quartum vel fœmina duo-

na duodecimum ætatis annum, ex quo aliàs pubertas æſtimatur. *§. 1. Inſtit. quib. mod. tut. fin. l. qua ætate. 4. ff. qui teſtam. fac. poſſ.* exceſſerit, non illico deſinat alimentorum præſtatio, ſed opus ſit vt maſculus decimum octauum compleuerit, & fœmina quartum decimum. *d. l. Mela. 14. in pr. ff. de alim. vel cib. leg. Petr. de Ferrar. in pract. in form. libell. pro legat. rei ſingul. verb. Coram vobis. num. 131. Lud. Roman. ſingul. 604. Cremenſ. ſing. 78. Berber. in Viator. iur. part. 3. tit. 4. de legat. num. 66. Petr. Peck. tract. general. de legat. cap. 15. num. 2. Mynſing. Cent. 3. obſeruat. 12. præceptor ac ſocer meus D. Matth. VVeſenb. conſil. 80. num. 11. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 5. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Menoch. d. præſumt. 157. num. 37.* Aliud exemplum poteſt eſſe, quod ſi teſtator iubeat puellam aliquam ali vſque dum nubat: huic alimenta poſt contractas nuptias non ſunt danda *l. ſed ſi hoc. 62. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. Bald. auth. cui relictum. num. 4. C. de indict. vid.*
128 *toll.* Huc pertinet illa † quæſtio, an vxor cui maritus donec vel quandiu dotem non petierit, alimenta legauerat, ſi dotem in numerata pecunia ab hærede oblatam recipiat, illico alimentorum petitionem propterea amittat? Affirmatiuæ ſententiæ ſubſcribit Bartolus *in l. amplius. 15. num. 7. ff. rem rat. hab. quem ſequitur Io. Campeſ. de dot. part. 2. quæſt. 57.* negatiuæ Baldus *in l. 1. num. 10. C. de legat.* Quam ſententiarum diſcrepantiam ſanare quidem conatur Angelus *in d. l. amplius. 15. num. 3. quem & Iaſon allegat in d. l. 1. num. 8. C. de legat.* at mihi magis placet conciliatio, quam adducit Paul. de Caſtr. *in eadem l. amplius. 15. num. 2.* ita vt diſtinguatur, vtrum hæres à muliere ad minimum extraiudicialiter interpellatus, an vero ſua ſponte & ſine vlla mulieris interpellatione, dotem offerat ac ſoluat. Nam primo caſu, vxor perdit legatum, vtpote quæ dotem recipere quam legato frui maluit: ſiquidem repudiando conditionem poteſtatiuam commodo alimentorum renunciauit. *l. ſi plures. 6. in fin. C. de condit. inſert.* Altero caſu quando hæres non interpellatus, ſed ſua ſponte ſoluit dotem, alimenta mulieri ſolutionem oblatam accipienti integra conſeruantur *l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem. verſ. maxime quia*

*non ipſe. ff. de legat. 3. Bald. d. l. 1. num. 10. C. de legat. Rol. à Vall. conſil. 74. num. 28. vol. 2. Caualcan. de vſuſr. mul. relict. num. 112.* Neque Bartoli ſententiam iuuant eæ rationes quas affert D. Surdus *tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 16. num. 19.* Nam primo ita argumentatur: Vbi duo competunt remedia, vno electo alterum cenſetur ſublatum ſeu renunciatum. Sed vxor, cui duo competunt remedia vel dotem petere vel alimenta, accipiendo dotem, eligit vnum remedium. Ergo alteri remedio, nempe alimentorum petitioni, cenſetur renunciare. In hoc argumento, etſi etiam ad maiorem reſponderi poteſt: quia tamen alibi de renunciatione dicendi erit locus, ideo nunc ſaltem reſpondeo ad minorem, per inficiationem. Rem enim ſponte oblatam accipiens, non dicitur exigere neque petere *d. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem. verſ. maxime quia non ipſe. ff. de legat. 3.* Cum autem hæc quæſtio verſetur in eiuſmodi legato, quod loquitur de petitione dotis: non aduerſatur hæc minor mulieri, quæ dotem nunquam petijt, ſed ſponte ſibi oblatam recepit. Alterum argumentum D. Surdi eſt tale: Mulier, ſi intra annum luctus, dotem in rebus mobilibus conſiſtentem, etiam ſponte oblatam (ab inuito enim hærede citius exigi non poteſt. *l. vnic. §. exactio. C. de rei vx. act.*) recipiat, videtur alimentis à lege ſibi debitis renunciare. Ergo ita recipiendo dotem oblatam, videtur etiam renunciare alimentis à teſtatore ſibi relictis. Quo in argumento antecedens quidem concedo, ſed rationem conſequentiæ nego. Quia enim Dn. Surdus à ſimili ſe argumentari dicit, & horum caſuum maxima eſt diſsimilitudo: ſequitur vt non rectè inde ducatur argumentum. *l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſ. ſed hæc diſſimilia. ff. de verb. oblig. gl. c. ſicut vrgeri. 47. verb. ſic & ego. 1 q. 1. Nic. Euerhard. in Topic. legal. loc. 13. num. 11. verſ. quarto non procedit. & num. 12.* Alimenta autem vxori à marito, ſub conditione, ſi dotem non petierit, legata, ab ijs, quæ hæres mariti intra annum luctus, ante rerum dotalium in bonis mobilibus conſiſtentium reſtitutionem, viduæ ex iuris diſpoſitione debet, plurimum differre: varijs oſtendi poſſet modis: ſed nunc ſufficiat ſaltem duos indicare. Primo in

præ-

præſenti caſu, quando agitur de alimentis legatis, non conſideratur neque opulentia neque paupertas vxoris legatariæ: *l. cum hi. 8. eam tranſactionem. verſic ſatis locuples ff. de tranſact.* at vero ſi tractetur de vxore intra annum luctus alenda, omnino reſpiciendum eſt ad vxoris vel copiam vel inopiam *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 11. num. 5. & 6.* Deinde differunt in eo, quod viduæ intra annum luctus, hæres dotem rerum mobilium retinens, alimoniam debeat: propterea quod iſtarum rerum dominium ad mulierem pertineat: *l. in rebus. 30. C. de iure dot. & dixi ſ. d. cap. 11. num. 5.* legata autem alimenta debeantur, non propter res, quas hæres penes ſe habet: ſed propter teſtatoris beneuolentiam & honorem legatario habitum. *Barnab. Briſſon. lib. 4. antiquit. cap. 19. Guliel. Forner. lib. 1. ſelect. cap. 19.* cumque ita alimenta ex iuris diſpoſitione viduæ intra annum luctus dari debeant propter rem, non mirum eſt quod deberi deſinant, re apud hæredem amplius non exiſtente: econtra cum in hac præſenti quæſtione, alimenta debeantur principaliter ex liberalitate teſtatoris, conditione ſolummodo addita, ſi non petierit dotem, & vidua dotem ſponte oblatam recipiens, non petat: *d. l. fideicommiſſa. 11. §. ſi rem.* facile apparet, nullam ſubeſſe ſimilitudinem in hiſce duobus caſibus; & ab altero ad alterũ non rectè inferri. Ad tertium argumentum *in d. quæſt. 16. num. 21.* ex his ſimiliter reſponderi poteſt per inficiationem, quod nimirum exigere dotem & oblatam recipere, quoad effectum legati deſinendi, non ſint eiuſdem poteſtatis *d. §. ſi rem.* Quod denique Surdus *d. q. 16. num. 23. cum ſeq.* conatur Baldo reſpondere, ita argumentando: Renunciatio præſumi non debet, quando ſumi poteſt alia coniectura. Sed pro ſoluente capi poteſt alia coniectura, nempe conſequendi remiſsionem alimentorum. Ergo renunciatio non eſt præſumenda. Ad hoc argumentum diuerſimode reſponderi poteſt: & primò ſi quis quæſtionem propoſitam & hunc ſyllogiſmum diligenter conferat, videbit aliud quæri, & aliud hic concludi. Dum enim præcipuus quæſtionis cardo in eo vertitur, anne mulier, cui legata ſunt alimenta, ſi dotem non

repetierit, dotem ſibi oblatam recipiens, legato renunciet: quid opus eſt anxie quærere, num hæres ſoluendo poſsit renunciare iuri, quod viduæ competit? quia notiſsimum eſt, iuri alterius neminem renunciare poſſe in præiudicium illius. *l. non debet alteri. 75. ff. de reg. iur. Tiraq. in l. ſi vnquam in prin. num. 88. C. de reuoc. donat.* Secundò reſponderi poteſt per inuerſionem. Renunciatio præſumi non debet, quando ſumi poteſt alia coniectura *per ea quæ allegat D. Surdus. d. quæſt. 16. num. 23.* Sed pro muliere, accipiente dotem ſibi oblatam, capi poteſt coniectura, quod hæres non velit expoſitus eſſe periculo dotis, eiuſque exactioni. Ergo non eſt præſumendum, quod mulier ſuo iuri alimentorum renunciauerit Tertiò reſponderi poteſt ad minorem per inficiationem: Quod enim coniecturam, quam D. Surdus affert, quaſi hæres, ſponte in hoc noſtro caſu dotem mulieri ſoluens, faciat animo & intentione conſequendi remiſsionem alimentorum, leges noſtræ non admittant, patet: quia intentio, quæ ex actu colligitur, non debet extendi vltra, quam ex ipſo actu de neceſſitate infertur: vt ipſe D. Surdus *d. q. 16. num. 24.* fatetur: loquimur autem in hac præſenti quæſtione ſolummodo de eo qui ſimpliciter dotem ſoluit, nulla alimentorum facta mentione: *& huc congruit textus in l. ſi de certa re. 31. C. de tranſact.* & denique hæc coniectura etiam propterea non admittitur, quia propoſitum in animo retentum, nihil operatur. *l. ſi maiores. 25. C. d. tit. l. ſi repetendi. 7. C. de condict. ob cauſſ. dator.* Ad
129 euidentiorem † hactenus dictorum vſum percipiendum infero hanc quæſtionem: aliquandiu teſtatoris voluntati ſatisfactum eſt, & interim hæres legatarium aluit: poſtea cum à voluntate teſtatoris diſceſſum eſt, quæritur, non quidem de alimentis in futurum præſtandis, ſed de olim præſtitis, reſtituenda ea ſint hæredi necne? Ad cuius dubitationis ſolutionem ſuperius dicta ita accommodo: alimenta legata ſunt, aut ad certum terminum vſque, aut ſub conditione. In priore membro antea perceptorum reſtitutio iure non poſtulatur. *l. filiæ. 22. ff. de ann. leg. Pariſ. conſil. 95. incip. Vidi proceſſum. num. 44. cum ſeqq. vol. 2.* De poſteriore membro quando

ſub

ſub conditione alimenta relicta ſunt, quid ſtatuendum ſit, facilime intelligitur ex ijs quæ paulo ante in hoc capite de ſingulis conditionum formis dicta fuerunt. Nam oſtenſum fuit ſ. num. 70, quod ſi fortuita vel caſualis conditio ſemel fuerit impleta, nihilominus legatum debetur, quamuis conditione ceſſante: Is autem cui ſub poteſtatiua conditione & quidem aliquid non faciendi alimenta legata ſunt, tam ad cautionis Mutianæ præſtationem, quam ad perceptorum reſtitutionem reſtringitur. *l. cum filius. 76. §. qui Mucianam. vbi Caſtrens. ff. de legat. 2. §. quæ vero nunc ſequitur. in Auth. de nupt. Nouell. 22. auth. cui relictum. ibiq; Bald. num. 2. C. de indict. vid. toll. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 14. Caualcan. de vſufr. mulier. num. 117.*

130 His ita declaratis † pergo ad alios modos, quibus alimenta deberi deſinunt. Quemadmodum enim aliàs euenit, vt paupertas debitoris, creditoris petitionem excludat: *l. nam is. 6. ff. de dol. mal.* idem obtinet in alimentis. *c. cupientes. 16. §. ſi vero in diſcordia. verſ. niſi forſan ipſos facultatum impotentia. de electio. in 6.* Nam ſi ex pluribus hæredibus, quibus Titium alendi neceſsitas iniuncta fuit, vnus vel alter ad paupertatem redigatur: partes cæterorum qui ſoluendo eſſe deſierint, non pertinent ad onus reliquorum hæredum. *l. ſolent. 3. in fin. ff. de alim. vel cib. leg. Bart. tract. de aliment. num. 20.* Quod verum quidem eſt: at nihilominus vltra alimenta ex teſtamento debita, *de quibus textus ille in d. l. ſolent. loquitur*, non eſt extendendum. Etſi igitur alimentorũ debitum diui-
131 duum ſit, ſ. *hoc libr. cap. 4. num. 25.* ita vt parentum † inopum alendorum neceſsitas ad filios non ſingulos ſeorſim, ſed omnes coniunctim ſpectet: *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 5. num. 56. & j. lib. ſeq. cap. 5. num. 31.* attamen ſi aliqui ex filijs paupertate premantur, aliqui vero ſint in facultatibus, non concedendum arbitrarer, vt filij diuites parentibus alimenta præbeant pro ſua ſolummodo parte: ſed potius adigendos eos crederem, vt in ſolidum parentibus ſubueniant, atq; ita fratrum ſuorum pauperum partes quoq; ſuppleant & agnoſcant. Nam cum beneficium à parentibus etiam in ſingulos

136 *conſil. 129. incip. Licet circa primum. vol. 1.* Qui † Corneus cum in dicto loco agat de alimentis viduæ intra annum luctus ab hærede defuncti mariti debitis: vltra hunc caſum ea regula non eſt porrigenda. In ijs facile in ſententiam Thomæ Grammatici tranſierim, quod hæres, ſi dotem etiam intra annum luctus reſtituat, ab alimentis viduæ dandis ſe exoneret: *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 11. num. 13. cum ſeq.* in alijs autem caſibus diuerſum mihi dicendum videtur. Sic enim ego tibi dederim duos agros, vt me per totam vitam meam aleres: *l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* non te audiendum arbitrarer, ſi oblatione & reſtitutione iſtorum agrorum te obligatione ſoluere cuperes: propterea quod contractus ab initio ſint voluntatis, poſtea neceſsitatis. *vulg. l. ſicut. C. de oblig. & act.* Sic ſi agrum Cornelianum, ex quo mihi legata ſunt alimenta, hæres inuito mihi vellet obtrudere: atq; ita ſe à me liberare, quominus in poſterum cogeretur in me alendo ſumtus facere: tale hæredis inceptum iure improbari credo: cum aliud pro alio inuito creditori ſolui non poſsit. *l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet.* Et huc referri poteſt quod paulo
137 ante *in hoc cap. num. 128.* dixi. Deniq; expirat † nonnunquam alimentorum debitum propter alimentarij opulentiam vel ſemet exhibendi facultatem: quam mediocriter explicaui *ſ lib. 1. cap. 1. num. 18. cum ſeqq.* Ceſſante enim cauſſa, merito ceſſat effectus. *c. cum ceſſante. 61. ext. de appellat.* Ex qua ratione apparet, hunc modum reſpicere eos ſolummodo caſus, in quibus alimenta debentur ob inopiam & egeſtatem: quo pertinent quæ dixi *ſ. lib. 1. cap. 2. num. 78. cap. 3. num. vlt. cap. 5. num. 50. cap. 6. num. 14. cap. 7. num. 15. cap. 9. num. 21. cap. 11. num. 5. cap. 12. num. 2. nec non de donatore, patrono Eccleſiæ, & domino feudi cap. 13. num. 57. cum aliquot ſeqq. cap.*
138 *17. num. 42. cum ſeqq.* non † vero ad eos caſus, in quibus alias ob cauſſas alimenta danda ſunt, veluti ſi quis ex locatione fabro tignario, qui ædificat promiſiſſet dare ſingulis ſeptimanis florenum & cibum potumq;: vel ſi quis Mæuium dicendi teſtimonij cauſſa peregre auocaret; vel Sempronio graue vulnus inflixiſſet &c. In his enim & alijs ſimilibus

Ggg 5 caſi-

caſibus, licet alimentarius abundet facultatibus, non tamen propterea alimenta deberi deſinunt: cum non debeantur ob paupertatem, ſed aut ob contractum vel q. aut delictum vel quaſi: quibus cauſsis opulentia alimentarij non aduerſatur obligationi contractæ, multominus eam tollit. Ad
139 hanc † poſteriorem claſſem cum etiam pertineant alimenta teſtamento vel alia quauis vltima voluntate relicta: quando quidem ſimiliter legatarij diuitiæ, quominus huiuſmodi legatum valeat, non impediunt: *l. cum hi. 8. §. nihil autem intereſt. verſ. ſatis locupletes. ff. de tranſact. & rurſus mentionem facio cap. 4. num. 19. libri ſequentis.* ideo etiam hic deſinendi modus ad alimenta legata non eſt trahendus: niſi ſi conditio paupertatis, vel à iure noſtro ſubintelligatur, *vt patet ſ. lib. 1. cap. 3. num. vltim.* vel legato per teſtatorem ſit annexa. *Caſtrenſ. conſil. 31 incip. Circa primum videtur. quaſt. 1. volum. 2. Tib. Decian. conſil. 42. vol. 2.*

LIBRI SECVNDI FINIS.

MARTI-

# MARTINI COLERI LIBER TERTIVS

# De Alimentis.

## IN CAVSA ALIMENTORVM QVOMODO PROCEDATVR.

## Caput I.

### SVMMARIVM.

1. *Proceſſus iudiciarius quatenus hic tractetur.*
2. *In alimentorum negocio ſummarie proceditur: vt eſt communis nu. 4. conſideratur ratio Corduba de Lara contrarium ſentientis. nu. 3. ampliatur num. 5. & 8. limitatur duobus modis. num. 13. & 14.*
6. *Summaria poteſt cauſſa aliqua perhiberi duobus modis: licet alij tertium addiderint. num. 7.*
8. *De alimentis vtroq; modo ſummarie agitur: quod reſtringitur num. 9. & 12. declaraturq́; exemplis. num. 10. & 11.*
13. *Præterita alimenta proceſſu ordinario petuntur.*
14. *Quemadmodum & ea quæ ex contractu debentur.*

RESTAT vt nunc etiam de proceſſu nonnihil dicam. Neq;
1 vero † mihi animus eſt, omnes iudiciarij proceſſus partes promiſcue perſequi: ſed ea ſolummodo in medium afferre conabor, quæ, ceu peculiaria ad hanc alimentorum materiam ſpectantia, à Doctoribus noſtris annotata inuenio.
2 In genere † igitur præmitto, quod in alimentorum negocio ſummarie procedatur. *l. 2. ff. de fer. l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi vel parens. & ibi gl. verb. conſtiterit. & Bart. ff. de liber. agnoſc. gl. l. 3. §. ſciendum eſt. verb. ſummatim. ff. ad exhib. & l. iudices. 9. verb. plena. C. de iudic. l. fin. verb. examinabit. C. de alend. liber. Specu-lat. tit.*

*lat. tit. de offic. omn. iudic. §. poſtremo loco. num. 3. Angel. l. ſi iudex. 10. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Iaſ. in l. ſi quis ſuo teſtamento. 33. in princ. num. 3. C. de inoff. teſtam. Robert. Marant. in aur. prax. part. 4. diſtinct. 9. num. 168. Gomeſ. §. præiudiciales. num 5. Inſtit. de act. Caualcan. de vſufr. mulier. relict. num. 138. in fin. Io. de Ro-*
3 *ias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 72. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num. 57. & attigi ĩ. lib. 2. cap. 9. num. 12.* Etſi † autem Cordub. de Lar. *in d. §. ſi vel parens. num. 2.* ſcribit, hanc ſententiam ex allegato textu non recte elici; ſed ſolummodo ibi probari, ſummatim cognoſci debere, an actor ſit vel filius vel parens, vel alia ſimili cognationis neceſsitudine iunctus reo conuento: ac proinde diſtinguere velle videtur cognitionem de alimentis, à cognitione de filiatione vel ſimili coniunctione in modum exceptionis negatiue oppoſita: tamẽ non puto propterea abijciendam eſſe priorem ſententiam. Iſtam enim diſtinctionem ſatis aperte repudiat ipſe textus, qui non ſummarium proceſſum tribuit exceptionibus oppoſitis, & ordinarium actioni, neq; pronunciandum ſtatuit ſuper exceptione vel paternitatis vel filiationis à reo conuento denegatæ: *d. l. ſi quis à liberis. 5. §. meminiſſe. verſic. nec enim hoc pronunciatur, filium eſſe*, quod iuxta Cordubæ de Lara diſtinctionem omnino fieri eſſet neceſſe: ſed diſerte indicat ſuper principali alimentorum negocio, ſententiam dici debere, quamprimum de exceptione ſummarie conſtiterit. Deinde illius diſtinctionis ad rem præſentem accommodatione obſtat tritum illud & vulgatum axioma, quod in medio litis tam actor quàm reus à pari procedant. *gl. c. cum ad ſedem 15. verb. & pertinentijs. ext. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. l. de die. in princ. verſic. Capio ſecundum membrum principale. ff. qui ſatisdar. cog. Dec. l. fauorabiliores. 167. num. 5 ff. de reg. iur.*
4 quod non fieret, ſi ea quæ ab actore proponuntur ordinarie tractarentur, de exceptionibus vero ſummaria inſtitueretur cognitio. Itaq; † cauſſam alimentorum ſummarie tractandam finiendamq; eſſe, non tantum COMMVNITER à Doctoribus noſtris aſſeritur: *Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15 num. 75. & alij plures quos allegat Cordub.*

*dub. de Lar. in d. §. ſi vel parens. num. 1.* ſed etiam ordinatione Cameræ Imperialis cautum inuenio *part. 3. tit. 3. §.* Item/
5 ſo ein Parthey begert leibeswarung / Cæterum † hæc ſententia ampliatur, vt cauſſa alimentorum plerunq; ſit ſummaria vtroq; modo: tam reſpectu ordinis procedendi, quam probationis faciendæ. Vt enim hoc obiter inſeram, duobus
6 modis cauſſa † aliqua dicitur ſummaria: primò quoad ordinem procedendi, ita vt proceſſus iudiciarij partes omnes, vt ſunt libelli oblatio, ſatisdatio, dilationes peremtoriæ, articuli tam poſitionales quam probatorij, litis conteſtatio, publicatio atteſtationum &c. exacte & ſcrupuloſe non obſeruentur. *clem. diſpendioſam. de iudic. & d. clem. Sæpe d. verb. ſignif.* deinde quoad probationem, quando plenæ & exquiſitæ probationes non exiguntur, ſed ſemiplenæ ſufficiunt ad victoriam obtinendam. *l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhib. l. in lege. 40. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ſi in ea. ff. de ventr. in poſſeſſ. mittend. l. 3. §. cauſſa. verſic. vel ad medicum pro puero. ff. de Carbon. edict. Alex. l. à Di-*
7 *uo Pio. §. ſi ſuper rebus num. 2. ff. de re iudic.* Neq; † quenquam turbare debet, quod ſcribit Ludou. Romanus. *in l. 1. num. 2. ff. ſolut. matrim.* tripliciter cauſſam ſummariam dici, primò quoad probationes: ſecundò quoad dilationes, & tertiò quoad ſubſtantialia iudicij. Cum enim dilationes ad proceſſum iudiciarium pertineant, *Robert. Marant. in aur. prax. part. 6. tit. de dilat. König in proceſſ. cap. 40.* nemo non videt, ſecundum Ludouici Romani modum, in tertio contineri. In a-
8 limentis † igitur tractandis proceditur ſummarie, non tantum quoad proceſſus ordinem: *l. 2. ff. de ferijs.* ſed etiam quoad modum probandi. *d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. verſ. ſummatim iudices oportet. ff. de liber. agnoſc. d. l. 3. §. cauſſæ. ff. de Carbon. edict. Phil. Dec. conſil. 96. incip: Viſo puncto. num. 2.* Ve-
9 runtamen † hanc ampliationem intelligere debemus de ijs caſibus, in quibus alia & quidem diligentior ac plenior eius negocij quod probationis loco allatum fuit, ſupereſt & expectatur inueſtigatio: *d. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibend. d. l. 3. §. cauſſæ. & ibi Bart. num. 3. ff. de Carbon. edict.* non vero de ijs, in quibus perpetuum, alioq; iudicio non reparabile, creatur

tur præiudicium. *Bart. in repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. num. 5. ff. de offic. proconſ. & leg. Iaſ. in l. in pecuniariys. nu. 4. ff. de*
10 *ferijs.* Exempli † cauſſa, Titius petit ſe ali à Mæuio, propterea quod ſit eius filius. Iam etiamſi Mæuius conuentus neget ſe eſſe actoris patrem: non tamen propterea neceſſe habet actor exacte probare medium concludendi allatum, nempe ſe eſſe Mæuij filium: ſed quia peculiaris ea de re prodita eſt actio, ideo plenior excuſsio huius negatæ filiationis & paternitatis reſeruatur ad præiudicialem actionem. *§. præiudiciales. cum ibi notat. Inſtit. de action. l. ſi quis à liberis. §. ſolent. ff. de*
11 *agnoſc. liber.* At ſi † ponamus, Titium petere ſe ali ex Mæuij defuncti bonis, propter ea quod ab ipſo viuo ſibi alimenta legata fuerint: in hoc caſu, ſi vel hæres vel bonorum hæreditariorum curator neget, Titio alimenta legata eſſe, incumbet actori, vt ſufficienter probet actionis à ſe intentatæ fundamentum. Nulla enim ſupereſt reo conuento actio, qua diſceptetur, vtrum Titius ſit legatarius necne, ſed ſententia ſuper hoc alimentorum legato prolata, perpetuum creat hæredi vel bonorum hæreditariorum curatori, præiudicium: *arg. l. 1. C. de fideicommiſſ.* ita vt refricanti hanc quæſtionem ſemper obſtet rei iudicatæ exceptio. *Phil. Dec. d. conſil. 96. nu.*
12 *2.* Quando † igitur ex legato vel ſimili cauſſa, irreparabile præiudicium afferente, alimenta petuntur, ſummarie proceditur quoad ordinem proceſſus, plenarie vero quoad probationem. *Bart. d. repet. l. nec quicquam. §. vbi decretum. num. 5. ff. de offic. proconſ.* quod pro reſtrictione huius ampliationis di-
13 ligenter eſt notandum. Econtra † vero limitatur huius capitis principale thema, primò vt locum habeat ſolummodo in alimentis futuris & præſentibus: *l. de alimentis. 8. C. de tranſact. Bald. l. ſi quis in ſuo. 33. num. 5. C. de inoff. teſtam. & l. 1. num. 6. C. de fideicommiſſ. Alberic. de Roſat. l. cum hi. 8. in princ. num. 1. ff. de tranſact. arg. illius text. Marant. d. part. 4. diſtinct. 6. num. 168. Hieron. Grat. conſil. 69. incip. In præſenti cauſſa. num. 28. vol. 2.* ſecus quando petuntur alimenta præterita: de his enim iure ordinario agitur *in d. l. de alimentis. 8. Bart. num. 2. Iaſ. num. 5. C. de tranſact. Alberic. de Roſat. d. l. cum hi. num. 1.*

*Hier.*

*Hier. Gig. in tract. de penſion. queſt. 51. num. 28. Brunor. à Sole in queſt. legal. quaſt. 25. num. 23. Cardinal. Alban. in addition. ad Bartol. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 1. ff. de liber. agnoſc. vbi allegat etiam Franc. Aretin. conſil. 96.* Secundò
14 † limitatur vt vera ſit illa concluſio de alimentis vel ex iuris diſpoſitione, vel vltima voluntate debitis, ſecus in ijs quæ ex contractu debentur: hæc enim ſimiliter ordinario proceſſu petuntur *arg. d. l. de alimentis. & d. l. cum hi. 8. Bald l. nonnunquam 72. lectur. 2. ff. de iudic. Marant. d. diſtinct. 9. num. 168.*

# DE CITATIONE ET LIBELLO.

## Caput II.

### SVMMARIVM.

1. *Doctorum deciſionem in terminis habere plurimum iuuat.*
2. *Citatio eſt principium actionis.*
3. *Ad alimenta danda non citatus non recte condemnatur.*
4. *Citatione etiam opus eſt quando taxantur alimenta.*
5. *Peremtorij tamen termini obſeruatio non requiritur.*
6. *Alimenta dilationem non recipiunt.*
7. *Duplici modo de alimentis in iudicio agitur.*
8. *Pœnæ quibus alimenta denegantes afficiuntur, petendæ ſunt ordinario proceſſu.*
9. *Cuius pœnæ petitioni vt locus ſit, requiritur debitorem factum fuiſſe certiorem inopiæ alimentarij.*
10. *In pœna petenda quomodo libellus formetur remiſſiue.*
11. *In alimentorum vel præſentium vel futurorum petitione libellus ſolennis neceſſarius non eſt: & quando officium iudicis principaliter imploratur. nu. 12. attamen qualis qualis petitio exigitur. nu. 13.*
14. *Propter libelli ineptitudinem proceſſus in huiuſmodi ſummarijs cauſſis non vitiatur: quod limitatur dupliciter num. 15. & 16.*
16. *Hac qualis qualis petitio vel libellus ineptus talem generalitatem vel ineptitudinem non admittit, quæ reum conuentum impedit, quo minus poßit deliberare vtrum litiget an cedat: conſiderantur rationes contrariæ. num. 18. 19. & 21.*

17. Ali-

17. *Alimentorum petitio non debet eſſe inepta.*
20. *Libellus diuerſimode eſt generalis.*
21. *Qualiſnam generalitas in alimentis petendis toleretur.*
22. *Ineptitudinem tutiſſimè cauere poterimus ſi reſpiciamus ad requiſita libelli ſolennis.*

EX ijs quæ in capite præcedente dicta ſunt, licet ad caſus ſummariè expediendos, vnuſquiſque ſuo Marte accommodare facilime poſsit ea, quæ in cauſsis ſummarijs præcipuè obſeruanda ſunt, *tractanturq́ in clem. ſæpe. vbi Petr. de Anchar. Io. de Imol. Lanfranc. de Orian. & alij de verb. ſignif. Bart. in conſtit. Ad reprimendum. Marant. in d. part. 4. diſtinc. 9.* quia
1 tamen † minus ſcrupuli nobis relinquitur, ſumusq́ue multo certiores, quando aliorum eruditionis laude celebrium virorum veſtigijs inſiſtentes, *c. ne innitaris. 5. ext. de conſtit.* deciſionem alicuius Doctoris habemus in terminis: *vt tradit præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. conſil. 19. num. 63. & conſil. 24. nu. 13. Franc. Marzar. tract. de fideicommiſſ. part. 2. quæſt. 8. num. 20.* ideo quæ de ſingulis proceſſus iudiciarij partibus in ſpecie inuenio, huc congerere conſtitui.
2 Et quoniam omnium † actionum inſtituendarum principium, ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prætor edicit de in ius vocando, *§. vlt. Inſtit. de pœn. tem. litigant. c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. 10. vbi gl. verb. non conuenti. extr. de conſtit. c. inter 8. verſic. cum nec citati, & ibi gl. ext. de maior. & obœd. Hier. Montan.*
3 *in tract. fin. regund. cap. 42. num. 1.* arbitror † non citatum, ad alimenta actori danda non recte condemnari poſſe: partim quod citatio à iure naturali trahat originem, *Socin. ſen. conſil. 12. incip. In præſentiarum. num. 5. & 6. vol. 1. Marant. in d. part. 4. diſtinct. 9. num. 9.* & propterea nec à ſummo Principe recte queat omitti: *clem. paſtoralis. §. cæterum defectus. de re iudic. Petr. de Anchar. d. clem. ſæpe. num. 37. Marant. part. 6. verb. Citatio. num. 3. Nic. Anton. Grauat. in annotat. ad Octauij Veſtrij pract. lib. 3. cap. 2. num. 22. cum ſeq.* partim quod nec in cauſsis ſummarijs ſit omittenda. *d. clem. ſæpe. §. citationem vero. de verb. ſignif. Bartol. in conſtit. Ad reprimendum. verb. Et figura. num. 6. Iac. Phil. Port. in concluſ. lib. 1. reg. 43. verſic. Tertio amplia*

*etiam*

*etiam in ſummarijs. Anton. Gabriel. in commun. opin. lib. 2. tit. de*
*citation. concluſ. 1. num. 41. vnde in hiſce terminis ita ſentit, Io. Bapt.*
4 *Aſin. in prax. §. 7. cap. 5. limit. 33. num. 4.* Et ampliatur hæc
opinio † vt non tantum procedat, quando agitur de con-
demnatione partis reæ; per hactenus dicta: ſed etiam cum
ſolummodo taxatio alimentorum eſt facienda, *vt dixi ſ. lib.*
5 *2. cap. 2. num. 21.* Econtra limitatur † vt licet aliàs ſaltem
in principio cauſſæ requiratur trina citatio vel peremtoria:
*l. ad peremptorium. 68. cum ſeqq. ff. de iudic.* in hac tamen & ſi-
milibus cauſsis vnica ſufficiat. *gl. d. clem. ſæpe. verb. citationem.*
6 quia alimenta † dilationem non recipiunt, *Speculat. tit. de a-*
*ctore. num. 3. per l. 2. ff. de ferijs & l. 2. ff. de re iudic.* nec non pro-
pterea, quod aliàs alimentarius necaretur. *l. necare. 4. ff. de*
*liber. agnoſc. Alciat. conſil. 131. incip. Magna eſt ſæuitia. lib. 5.*
De libelli requiſitis antequam dicā admonendi ſumus,
7 duplici † præcipue modo alimentorum occaſione iudicium
inſtitui. Vel enim petuntur ipſa alimenta ſiue in præſens &
futurum tempus, ſiue præteritum: vel petitur non quidem
alimonia, ſed pœna alimentorum denegatorum. *§. ſequens illa.*
8 *Inſt. de action.* Quia † enim ſupra *lib. 2. cap. 5. nu. 23. cum ſeqq.*
indicatæ ſunt pœnæ nonnullæ, quibus afficiuntur ij, qui non
alunt quos debebant: ideo non abſurdum eſſe opinor, ſi di-
camus, pœnas illas, pro diuerſitate caſuum *d. cap. 5. num. 23.*
*cum ſeqq.* commemoratorum, ordinario proceſſu petendas
eſſe: cum omnis cauſſa regulariter ſit ordinaria. *l. iudices. 9. C.*
*de iudic. Panorm. c. dudum. 53. num. 28. ext. de elect. Lanfranc. de*
9 *Orian. clem. ſæpe. num. 16. de verb. ſignif.* Vbi tamen † inpri-
mis eſt obſeruandum, ſemper neceſſarium eſſe antequam
ad pœnam agatur, vt debitor certior fiat de inopia & miſe-
ria eius, quem alere debebat. *l. alimenta. 6. in pr. ff. de liber. a-*
*gnoſc. Corn. conſil. 120. incip. In hac conſultatione. num. 6. volum. 1.*
Accedit inſuper vulgata illa regula, quod facti ignorantia
10 excuſet *c. ignorantia de reg. iur. in 6.* Quomodo † autem li-
bellus hoc caſu formari debeat, videndus eſt omnino Spe-
culator *in tit. de infant. & lang. expoſ. nec non Io. de Anan. in c. vnic.*
*nu. vlt. ext. eod. tit. de infant. & lang. ac deniq; Laur. Kirchou. in Com-*
*mun. opin. lit. N. verſic. Nobilis ſi expulerit.* Quibus in locis, cum

Hhh ſatis

ſatis declaretur forma petendi pœnam alimentorum denegatione commeritam: itaque deſcendo ad libellum, quo ad
11 ipſa alimenta agimus. Et quia † in cap. præced. *nu. 13. & 14.* dictum eſt, eum qui vel ex legis diſpoſitione vel ex vltima voluntate in præſens vel futurum ſe ali petat, non opus habere ordinarium proceſſum inſtituere: ſed ſummariam petitionẽ ſufficere: & in his cauſsis ſummarijs etiam libellum ſolennem de neceſsitate non requiri: *clem. ſæpe. verſ. neceſſario libellum non exigat. de verb. ſignif.* recte inferunt noſtri, in alimentis petendis libellum ſine periculo omitti poſſe: *Bart. in l. ſolent. 3. in pr. nu. 11. ff. de alim. vel cib. leg. Alber. de Roſat. in l. ſi quis à liberis. in pr. nu. 21. ff. de liber. agnoſc. Thom. Grammat. conſil. ciuil. 33. num. 9. Iaſ. in §. præiudiciales. num. 24. Inſtit. de act. Pontan. de aliment. cap. 2. num. 23. Cord. de Lar. d. l. ſi quis à liberis §. ſi vel parens. nu. 16. ff. de*
12 *liber. agnoſc.* etiam † quando officium iudicis principaliter imploratur: *per d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc. Felin. c. vlt. verſ. Limita hoc niſi imploretur officium. ext. de offic. iudic. Sebaſt. Sap. in l. ius dicentis. num. 59. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* cum alias officium iudicis, vtpote locum actionis obtinens libellum, litis conteſtationem, & cæteras proceſſus iudiciarij partes expoſcat. *d. c. vltim. cum ibi notat. ext. de offic. iudic. Iaſ. §. ſupereſt. nu. 67. cum ſeq. Inſtit. de action. Iaffred. Lanfranc. deciſ. 362. Io. Baptiſt. Aſin. in pract. §. 4. cap. 3. caſ. 48.* Or-
13 dinarium † autem & ſolennem libellum in hac alimentorum tractatione, quando ſcilicet ſummarie ea petere fas eſt, non requiri, quemadmodum nemo quod ego ſciam inficiatur: ita meminiſſe debemus qualem qualem petitionem, in huiuſmodi negocio ſummariè expediendo, deſiderari: *arg. c. veniens. 38. in pr. extr. de teſtib. Panormit. in cap. cum ſuper. 17. num. 31. ext. de ſent. & re iudic. Alex. in l. intra dies. 7. num. 5. ff. eod. tit. de re iudic. Albert. Galeott. in Margarit. cap. 14. num. 9. cum ſeq. Burſat. conſil. 62. num. 2. Hippol. de Marſil. in l. de vno quoq; nu. 163. ff. de re iudic. vbi multa allegat, quæ ſententia* COMMVNIS *eſt Achil. Perſon. de adipiſc. poſſeſſ. num. 62.* quæ petitio à libello quomodo differat ſi quis ſcire cupiat, conſulat Io. Pet. de Ferrar. *in act. reali. verb. Qualis qualis petitionis.* Etſi autem

14 autem † non ignoro, quod ſi quis huiuſmodi qualis qualis
petitionis loco offerret libellum ineptum, non propterea
proceſſus redderetur inutilis, nec agens à iudicio repellere-
tur, multo minus cauſſa caderet, *gl. l. vinum. 22. verb. cum pe-
titum eſſet. in fin. vbi notant Ludou. Roman. num. 8. Alex. num. 20.
Iaſ. nu. 33. Butigell. nu. 59. Io. Anton. Rub. nu. 238. ff. ſi cert. pet.
facit textus in c. bonæ memoriæ. 23. vbi notat Panorm. num. 9. ext. de
elect. Felin. c. cum ordinem. 6. num. 3. extr. de reſcript.* propterea
quod quando aliquid non requiritur de neceſsitate, ſi nihil-
ominus interueniat etiam inepte, non vitiet actum: *l. 3. ff. de
teſtam. milit. gloſſ. §. ſerui vero. verb. in tranſitu. Inſtit. de libertin.*
15 *Paul. de Montepic. d. l. vinum. 22. num. 29.* quia † tamen hoc
nimis laxe non eſt accipiendum, ſed patitur duas præcipuè
limitationes, ita vt primo actor cogatur hanc ſuam qualem
qualem petitionem in ſcriptis iudici exhibere, ſi reus con-
uentus hoc flagitet, *quam ſententiam* RECEPTIOREM *aſſerit
Grauat. in addit. ad Veſtrij pract. lib. 5. cap. 2. num. 10.* & deinde
16 † ne illa petitio adeo ſit generalis vel alio modo tam inepta
vt impediret reum, quo minus deliberare queat, vtrum liti-
gare debeat an vero cedere: ſiquidem ſi pars rea opponat de
hac generalitate vel ineptitudine, non admittendus ſit actor:
cum alias reo auferatur iuſta defenſio, quod fieri non debet:
*gloſſ. clem. ſæpe. verb. litis conteſtationem. & verb. pronunciatio. de
verb. ſignif. Alex. conſil. 32. incip. In cauſſa executionis. num. 7. vol.
4. & conſil. 29. incip. Clariſſime Doctor. num. 31. vol. 7. Marant. in
aur. prax. part. 4. diſtinct. 9. num. 13.* ideo nonnulla hic colli-
gam, quæ libellum alimentorum petendorum cauſſa conci-
17 pienti, maxime videbuntur profutura: idq; † tanto magis
cum Ancharanus *in conſil. 383. incip. Primo & ante omnia. num. 4.
& 5.* expreſſe ſcribat, quod alimentorum petitio non debe-
18 at eſſe inepta. Quod verò † dixi libellum adeo generalem,
vt reus conuentus non poſsit deliberare, vtrum contendere
velit an cedere, ne quidem in hiſce cauſsis ſummarijs ſubſi-
ſtere, neque reo opponente admittendum eſſe: huic ſen-
tentiæ etſi refragatur Iaſon *in d. l. vinum. num. 34. cum ſeq. ff. ſi
cert. pet. & l. edita actio. num. 6. C. de edend.* quia tamen non ſa-

tis ſufficientes cauſſas adducit, potius priorem opinionem, vtpote defenſionis ex ipſa natura ductæ æquitate ſuffultam, retinendam arbitror. Nam quod Iaſon *d. num. 35.* primo veretur, vt ne hac ratione dictum Bartoli *in conſtit. ad reprimendum. verb. Et figura. num. 8.* ſcribentis generalem libellum ſufficere *per l. fin. in princ. C. de annal. except.* nihil nobis inſeruiret: id tanti non eſt, vt in Bartoli gratiam à naturali æquitate deſciſcamus: & ante omnia probari oporteret, maiorẽ rationem habendam eſſe dictorum Bartoli, quàm æquitatis naturalis. Accedit præterea ipſe Bartolus, qui *d. num. 8. in fin.* diſertis verbis libelli generalitatem in cauſsis ſummarijs ita reſtringit, ne ſit tanta incertitudo, vt auferat defenſionem reo.
19 Multo minus me mouet † altera ratio Iaſonis, qui *d. num. 34.* tradit, Alexandrum *in conſil. 187. incip. In hac cauſſa & lite. num. 1. & 2. vol. 2.* ſibijpſi contradicentem ſcribere, libellum generalem etiam parte opponente procedere. Reſponderi enim poteſt per diſtinctionem. Nam libel-
20 lus † varijs modis poteſt eſſe generalis. quos ex libelli requiſitis deſumtos, vt ne omnes recenſeam, ad propoſitum noſtrum ſatis eſt, ſaltem hoc indicare: alio modo libellum eſſe generalem quoad rem petitam, & alio modo quoad cauſſam petendi. Prior enim generalitas non ſemper neque vbique reijcitur, ſed in plurimis cauſsis admittitur. quemadmodum videre licet in actione tutelæ, pro ſocio, negociorum geſtorum. *l. pro ſocio. 38. ff. pro ſoc.* in petitione legitimæ. *Bald. cap. conquerente. ante fin. extr. de offic. ordin. Hippol. de Marſil. ad rubr. C. de probat. num. 452. in voluminibus repetitionum, ſed iuxta paruam editionem Ienenſem habetur ſub num. 434. Rip. in rubr. ff. ſolut. matrim. num. 51.* & alijs ſimilibus cauſsis, in quibus non eſt neceſſe ſingulas res, neque in libello neque in ſententia, recenſere. *Iaſ. in d. rubr. ff. ſolut. matrim. num. 29. Mynſing. §. curare. num. 14. cum ſeq. Inſtit. de action.* Poſterior vero generalitas merito reijcitur, ſed inſeri debet certa cauſſa petendi, ſine qua alias libellus medio concludendi careret, idque diuerſimode iuxta diuerſitatem actionum vel perſonalium vel realium: *per ea quæ late congeſſit Iaſ. in §. omnium. num. 16. cum aliquos*

21 *aliquot ſeqq. Inſtit. d. tit.* Cum † igitur Alex. *in d. conſil. 187.* contendat libellum hac generali forma conceptum, peto quicquid habes in villa Corneliana, de iure ſubſiſtere: & vero hæc rei petitæ generalitas non impediat reum, quo minus ſe iuſte defendat: ideo ſibijpſi Alexander minime contradicit. Vnde ſi quis in hac noſtra materia peteret ſibi alimenta ſubminiſtrari à Titio, propterea quod ſit ipſius parens: is recte peteret: neque generalitas ipſi obijci poſſet, licet non omnia quæ alimentorum nomine continentur *s. lib. 2. cap. 1.* ſingulatim libello inſerat.

22 Vt igitur † hanc alimentorum qualem qualem petitionem eo rectius conſtituere poſsimus, non ab re videtur eſſe, ſi quis oculos mentemque ad ea, quæ alias in ſolenni libello obſeruantur, conuertat: præſertim cum in ſummaria petitione eadem quoque requirantur, quæ in libello proceſſus ordinarij. *vt per l. 1. in princ. ff. de edend. tradit Bald. conſil. 229. incip. Primum dubium eſt. num. 3. vol. 1.* Præcipua autem requiſita quia verſus illi vulgares complectuntur:

*Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo,*
*Recte compoſitus quiſque libellus habet:*

*Hoſtienſ. in ſum. de libell. oblat. ſub num. 5. præceptor & ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. de edend. num. 7.* ideo ad exemplum Speculatoris *tit. de libellor. conceptione. §. quid libellus continere. num. 1.* & Roberti Marantæ *in aur. prax. part. 6. tit. de libell. oblat. num. 4.* verſuum iſtorum quaſi manuductionem ſecutus, de ſingulis aliquid in medium proferam.

# DE ALIMENTIS QVISNAM AGAT.

## Caput III.

### SVMMARIVM.

1. *De perſonis cur & quatenus hic iterum agatur.*
2. *Quilibet poteſt alimenta in iudicio perſequi.*

3. *Etiam ſeruus ad conſequenda alimenta ſibi debita officium iudicis recte implorat: nec non monachus. num. 4. & filiusfamilias. num. 5. & minor viginti quinq; annis num. 6.*
7. *Fœmina poteſt alimentorum nomine agere.*
8. *Pro alio poteſt quis hoc caſu interuenire.*
9. *Quilibet de populo ad agendum hic admittitur: reſtringitur ad alimenta pauperum. num. 14.*
10. *Neq; cautio de rato eſt neceſſaria.*
11. *Legitimatio perſonarum etiam in proceſſu ſummario requiritur. declaratur num. 13.*
12. *Legitimationum, quæ in iudicio exiguntur, duo ſumma capita.*
15. *Executor teſtamentarius poteſt etiam agere.*
16. *Etiam is cui alimenta legata ſunt. ampliatur tribus modis num. 17. 18. 19.*
20. *Ciuitas poteſt propter alimenta agere.*
21. *Iudex etiam non requiſitus poteſt ſuum officium interponere.*

1 POSSET alicui † videri forſitan fruſtraneum, nunc rurſum de perſonis commentari, cum in earum tractatione totus liber primus fuerit conſumtus. Verum per iſtic tradita, huic præſenti diſquiſitioni ſatisfactum nondum eſſe, inde apparet, quod ibi ſolummodo indicatum fuerit, quibuſnam ius alimentorum percipiendorum competat nec ne: nunc autem quæratur, quiſnam in iudicio alimentorum cauſſa conſiſtere queat. Ad cuius diſtinctionis veritatem elucidandam, breuitatis cauſſa ſufficiat infantem, cuius parentes diem obierunt, exempli loco adducere. In hunc enim etſi omnia iura parentum delata ſunt: *l. nihil aliud. 24. ff. de verb. ſignif. l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur.* non tamen ei illico conceditur ſuorum iurium per ſemetipſum in iudicio perſequendorum facultas *l. 2. C. qui legit. perſ. ſtand. in iudic. hab.*
2 Igitur † conſtituendam eſſe arbitror in alimentis petendis regulam generalem, quod quemadmodum quilibet alimentorum percipiendorum eſt capax: *ſ. lib. 1. cap. 15. num. 7. cum ſeqq.* ita etiam ab ijs in iudicio petendis nemo repellatur. Nam quæ cauſſæ aliàs quominus quis in iudicio queat conſiſtere, regulariter impediunt, vt eſt ſeruitus, *l. ſeruus. 6. C. de iudic. l. non idcirco. 44. §. 1. ff. eod.* ſexus muliebris, *l. 1. §.*

*ſexum.*

*ſexum. ff. de poſtul. l. 2. in pr. ff. de reg. iur.* præſertim iure Saxonico, *lib. 1. Landtrecht. art. 44. & 46.* ætas, *l. 2 C. qui legit. perſ. ſtand. in iud.* patria poteſtas, *l. vlt. §. ſancimus itaq; verſic. neceſſitate per officium. C. de bon. quæ lib. Bald. conſil. 193. incip. In decidendo vol. 3. Aſcan. Clement. in tract. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 4.* & ſi quæ aliæ eſſe poſſunt, earum in negocio alimentario non habetur vlla conſideratio. Etſi enim † ſeruus legitimam perſonam ſtandi in iudicio aliàs non habeat. *l. 1. ff. de iur. delib. d. l. ſeruus. 6. C. de iudic. l. quod attinet. 33. ff. de reg. iur. Terent. in Phorm. act. 1. ſcen. 5. verſic. 62.* tamen fallit in alimentis, ad quæ ſibi danda ſeruus recte officium iudicis implorat: *l. ſeruo alieno. 113. §. 1. & ibi gl. verb. obtemperandum. ff. de leg. 1. l. ſeruos. 17. ff. de alim. vel cib. leg. l. fin. §. illo. vbi gl. verb. donent. C. de neceſſ. ſeru. hered. inſtit. Bart. l. ſeruus. 16. num. 2. ff. de ann. leg. Crotus l. 1. num. 54. ff de legat 1. Marc. Mantua lib. 2. obſeruat. cap. 16. circa princ. & ſingul. 623. incip. Mirum mihi ſemper viſum. Marian. Socin. in l. 1. num. 310. ff. de legat. 1. Io. Bapt. Pontan. de alim. cap. 11. num. 2. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 12. cum ſeq. ff. de liber agnoſc.* etiamſi contradictor exiſtat, atq; ita actionis ſpeciem videatur re-

4 ferre. *Dec. in repet. l. 1. num. 62. C. qui admitti.* Eadem † ratione à petendis alimentis repelli non poſſunt, qui præterea ciuiliter pro mortuis habentur. Vnde Monachi, qui ſeruis æquiparantur, *Iodoc. Damhoud. in Enchirid. ſimilium. verb. Monachus. Guliel. Mayner. d. l. ſeruitutem. num. 4. & 5.* nihilominus alimenta officio iudicis perſequi poſſunt. *Bart. d. l. ſeruus. 16. num. 2. in fin. ff. de ann. leg. Marian. Socin. iun. d. l. 1. num. 311. Cordub. de Lar. in d. §. vtrum. num. 14. cum ſeq.* Idem iuris

5 † eſt in filiofam. qui licet ſine patris conſenſu & auctoritate, in iudicio ſubſiſtere nequeat, *d. l. fin. §. ſancimus itaq;* multominus contra ipſum patrem litigare: *l. lis nulla. 4. ff. de iudic.* nihilominus tamen alimenta ſibi conſtitui à patre, iure poteſt petere. *d. l. ſi quis à liberis. 5. in pr. ff. de liber. agnoſc. l. fin. C. de alend. liber. ac parent. gl. d. l. lis nulla. Speculat. de actore. num. 20. Marc. Mantua d. lib. 2. obſeruat. cap. 16.* Et huc accommodari poteſt concluſio illa, quam Phil. Dec. *in d. repet. l. 1. nu.*

 *61. C.*

*61. C. qui admitt.* COMMVNEM appellat, quod in his quæ ſiunt in forma iudicij filiusfam. agere non poſsit, ſine conſenſu patris *d. l. fin. §. ſancimus itaq. verſic. neceſſitate*, ſed quando agitur extraordinarie, implorando iudicis officium, conſenſus patris non requiratur. *arg. l. ſeruus. 7 iuncta l. 3. §. ſi cauſſa cognita. ff. de bonor. poſſ.* Sic † minorem, cui in iudicio conſiſtendi facultas regulariter alias denegatur, *l. 2. C. qui legit. perſon. ſtand. in iudic.* vt à tutore ſuo alimenta ſibi decerni petat, nihil impedit; *l. 1. C. de alim. pup. præſtand.* præſertim quando alius curator ad litem, facile haberi non poteſt, & interim alimentorum neceſsitas dilationem non impertiat *l. 2. ff. de fer. l. 2. ff. de re iudic. Speculat. tit. de actore. num. 3. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. num. 16. ff. de liber. agnoſc.* Accedit præterea hæc ratio, cum minores ſine curatore actionem momentaneæ poſſeſsionis exercere poſſint: *l. momentaneæ. 3. C. qui legit. perſ.* & alijs quibuſdam in cauſſis legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant, quas recenſet gloſſator *in c. ex parte. 14. verb. quamuis minor. ext. de reſtit. ſpoliat.* & quarum maior fauor aut neceſsitas, quam alimentorum, neutiquam poteſt perhiberi: efficitur, vt in alimentis petendis, ſi non multo magis, at ſaltem æque admittendi videantur *Alber. de Roſat. in d. l. ſi quis à liberis. in pr. num. 19.*

7 Similiter † nec ſexus hic curatur: vnde cum propter annonam publicam, mulieres agere poſſe certi & explorati iuris ſit: *l. 3. in fin. ff. ad l. Iul. de annon. Vergin. de Bocat. in tract. de interdict. Vti poſſid. cap. 18. num. 211.* & nutrix alumno ſuo alimenta petere queat: *l. vlt. ff. pro derelict.* multo magis fœminas admitti debere dicendum eſt, ſi ſua propria alimenta perſequantur. *arg. l. 1. & 2. ff. de accuſat. l. vxor. 4. cum*

8 *l. ſeq. C. de his qui accuſ. non poſſ.* His † addendum nunc eſt, quod ad alimentorum petitionem non tantum admittantur ij, qui ſemetipſos ali contendunt, ſed etiam qui alijs alimenta dari petunt: vnde licitum eſt matri, contra eum, ex quo filium concepit, agere, vt ipſi de alimentis proſpiciat. *l. ſi competenti. 3. C. de alend. lib. Io. Bapt. Pontan. tract. de alim. cap. 8. num. 22.* pari ratione vxoris quam maritus negligit,

cogna-

cognati, agere poſſunt contra maritum: *l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. verſic. tunc licentiam habeat. vbi notat Ludouic. Roman. num. 4. ff. ſol. matrim. Vital. de Camban. in tract. Clauſular. cap. pen. num. 10.* adeo † quidem vt etiam quilibet de
9 populo ad agendum admittatur. *§. ſi quis autem pro redemtione. verſic. & omni alij licentia ſit. in Auth. de Eccleſ. titul. Nouell. 131. Ludouic. Roman. conſil. 69. incip. Viſo quæſtionis themate. num. 3. & conſil. 428. incip. In terminis, num. 11. Rauenn. ſingul. 972. Vital. de Camban. in tract. clauſul. cap. pen. num. 13. cum ſeqq.* Cui textui ſuffragatur ratio: In quibus caſibus iudex ex officio ſe tenetur interponere, in ijs quilibet de populo ad agendum admittitur. Sed in cauſſa alimentorum inopi debitorum, iudex ex officio ſe tenetur interponere. Ergo in cauſſa alimentorum inopum, quilibet de populo ad agendum admittitur. Maiorem probat *Cardin. c. exceptionem. quæſt. 6. de except. Felin. c. dilecti. 13. num. 2. de maiorit. & obed.* Minor probatur ex ijs quæ paulo poſt dicam *num. 21. in hoc præſente cap.* Neq;
10 vero † opus eſt, vt ita agens caueat de rato, prout aliàs cum quis pro alio ceu procurator in iudicio comparet fieri debet: *l. non ſolum. 39. §. qui alieno. ff de procurat. & Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 12. num. 3. quem locum inſpiciat lector.* cum hoc caſu non alieno, ſed ſuo proprio nomine, ex vinculo illo quo homo homini obſtrictus tenetur, *l. vt vim. 3. ff. de iuſt. & iur.* agens experiatur. *l. non tantum. 6. ff. de appellat. Paris. in addit. ad Bart. d. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ad verb. An vir cogatur.* Et hæc non tantum nobis prodeſſe poſſunt in praxi, ſed etiam viam nobis oſtendunt, qua poſſimus declinare obicem ex trito & vulgari themate obiectum. Cum enim
11 † vulgo dici ſoleat, quod etiam in proceſſu ſummario legitimatio perſonarum ſit neceſſaria: *Bart. in l. 2. in fin. C. de edict. D. Hadr. toll. & in d. conſt. Ad reprimendum. verb. & figura. num. 7. Alex. l. iudices. 9. num. 3. C. de iudic. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 273.* ſi quis inde velit inferre, in alimentorum petitione etiam legitimationem agentis requiri: reſponde-
12 ri poterit per diſtinctionem. Omnis † enim legitimatio, de qua contra actorem vel reum in iudicio excipitur, ad duo

quaſi ſumma capita redigi poteſt. Nam quædam legitimatio requiritur propter naturalem vel ciuilem defectum agenti oppoſitum, verbi cauſſa, tu es excommunicatus, impubes, minor, ſeruus, mulier &c. *t. t. C. qui legit. perſ. ſtand. in iud. l. 1. & t. t. ff. de poſtul. c. intelleximus. 7. ext. de iudic.* quædam vero propter formam agendi, exempli gratia, tu compares alieno nomine, & non habes mandatum. *d. l. non ſolum. 39. §. qui alieno. ff. de procurat. l. in eo. 110. §. nemo. l. qui rem alienam. 126. ff. de reg. iur. §. 1. verſ. quia nemo. Inſtit. de ſatisdat. cum ſimi-*
13 *libus.* Quemadmodum † autem axioma iſtud vulgatum de hac poſteriore legitimatione concedo, propterea quod ratio Bartoli *in d. conſtit. Ad reprimendum. verb. Et figura. num. 7.* in ſummario non minus quam in ordinario proceſſu obtineat: ſiquidem neutro caſu concedendum eſt, vt alter non habens mandatum à me, mihi poſsit præiudicare, contra naturalem æquitatem: *l. ſi quis ſuo. 33. C. de inoff. teſtam. l. factum cuiq. ſuum. 197. ff. de reg. iur.* vt tamen ſatis eſſe videatur in cauſſa ſummaria, ſummarie de mandato conſtare: *Iaſ. l. 2. num. 4. cum ſeqq. C. de edict. diu. Hadr. toll.* ita viciſsim nego, priorem legitimationem ſemper requiri: cum multi caſus inueniantur, vbi excommunicatus, minor, ſeruus, mulier &c. in iudicio conſiſtere poſsint. *d. c. intelleximus. 7. d. l. momentanea. d. c. ex parte. 14. d. l. vxor. 4. cum ſimilibus.* Quia igitur tam ſeruis quàm filijsfamilias, ſibi à domino vel à patre alimenta ſubminiſtrari, iudicis officium implorare conceſſum eſt: & alij qui extraneo inopi ſuccurri petunt, non alieno ſed ſuo proprio nomine hoc poſtulant. *d. apoſtill. ad Bartol. l. ſi cum dotem. 22. §. ſin autem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrim.* neutro caſu locum habet legitimationis, propter defectum aliàs requiſitæ, oppoſitio. Quod autem dixi † quemlibet de
14 populo ad alimenta petenda admitti, id limitandum eſſe arbitror, vt non aliter procedat, quam ſi pauperi & egeno cuiquam debeantur: ita vt ſi Primus hæres à Secundo inſtitutus, iuſſus ſit alere Tertium, opibus abundantem aut ſaltem in ijs facultatibus conſtitutum, vt ſibijpſi de alimentis proſpicere poſsit, ad huius legati perſecutionem non admitte-

mittetur quilibet de populo: propterea quod hoc piarum cauſſarum fauore tantum ſit indultum: *d. §. ſi quis autem pro redemtione. in Auth. de Eccleſiaſt. tit. Nouell. 131.* inter quas alimenta locupletibus relicta, non connumerantur. *per ea quæ*
15 *dixi ſ. lib. 1. cap. 7. num. 6.* Præterea, alimentorum nomine in iudicio agere poteſt executor teſtamenti, vel alius qui debet diſtribuere alimenta legata. *l. alio. 9. & ibi Bart. num. 3. ff. de alim. vel cib. leg.* Etſi enim executor teſtamentarius non ad totum teſtamentum, ſed ad certum aliquod negocium conſtitutus, regulariter actionem contra hæredem non habet, neq; bona hæreditaria, vt legatarijs ſatisfaciat, diſtrahere poteſt: *l. Lucius. 78. §. Mænia. ff. ad. SC. Trebell.* tamen aliud eſt fauore piæ cauſſæ, *l. nulli licere. 28. C. de Epiſcop. & cleric. Tiraq. de priuil. piæ cauſ. priuil. 81.* & alimentorum *d. l. alio. 9. vbi Bartol. in. 3. & in l. ſi quis Titio. 17. num. 2. ff. de leg. 2. Speculat. de vltimar. volunt. executor. num. 17. Io. Iac. à Canib. in tract. de Executor. vltim. volunt. part. 2. §. conſultis. num. 10. Cordub.*
16 *de Lar. in d. §. verum. num. 36. cum ſeq.* Poſtea † agere etiam poteſt legatarius, cui alimenta teſtamento relicta ſunt. *l. ſo-*
17 *lent. 3. in princ. ff. de alim. vel cib. leg.* Ampliatur primò † vt hoc etiam verum ſit, quando Titio legatum eſt prædium Cornelianum, eo pacto & conditione, vt alat Sempronium. Hoc enim legatum licet principaliter in commodum Titij cedat, & ſaltem in conſequentiam concernat vtilitatem Sempronij: nihilominus tamen iſte Sempronius actione experiri non prohibetur. *l. ſeruo legato. 69. §. ſi teſtator. ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa. 11. §. interdum. 18. ff. de legat. 3. l. ſi quis reum. 5. in pr.*
18 *ff. de liber. leg. Bart. d. l. ſolent. 3. num. 9.* Secundò † ampliatur vt alimentario competat, licet ad ipſum verba teſtamenti non fuerint directæ. *text. eſt in l. à. filio. 15. §. vlt. ff. de alim. vel. cib. leg. facit d. l. ſeruo legato. 69. §. ſi teſtator. & ibi Bart.* Ter-
19 tiò † ampliatur vt ad alimenta petenda detur actio etiam ei, qui in teſtamento non eſt nominatus, ſed ſaltem ab executore vel fideicommiſſario electus. *l. vnum. 67. in princ. & ib. Bart.*
20 *num. 3. ff. de leg. 2.* Deniq; † agere etiam poteſt ciuitas per ſuum Syndicum, quando alimenta legata ſunt pauperibus

ibi

ibi commorantibus: propterea quod huiuſmodi legatum ad honorem ciuitatis relictum videatur. *l. ſi quid relictum. 117. l. ciuitatibus. 122. verſic. aut quod ad diuiſionem ſingulorum. & vtrobiq; Bart. ff. de l. 1. idem Bart. in tract. de alim. num. 39. Fr. Mantic. lib. 8. de coniectur. vltim. volunt. tit. 5. num. 1. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. pen. num. 11. & 12.* Poſtremo coro-
21 nidis † loco addendum eſt, quod iudex licet aliâs officium ſuum niſi legitimo modo imploratum nemini impertiat: *l. dies. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. inf. l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. part.* ſecus tamen ſit in alimentorum negocio. *text. eſt in l. diui. 89. vbi notat. Alex. num. 7. ff. ad l. Falcid. Cordub. de Lar. in d. §. vtrum. num. 11.* Quæ ſententia inſuper ratione à perſona alimentarij deſumta confirmari poteſt, quod iudex etiam nō requiſitus perſonis miſerabilibus debeat impertiri ſuum officium. *l. nec quicquam. 9. §. aduocatos quoq; verſ. vel ſi nemo ſit qui petat. ff. de offic. proconſ & leg. l. ſancimus. 28. §. 1. C. de admin. tut. l. 2. & ibi Cyn. C. ſi mancip. ita venier. ne proſtit. Alex. conſil. 121. incip. Viſo proceſſu. num. 5. vol. 1.* Cui rationi ſubiungo aliam ab alimentis tanquam à materia petitam & tamen cum priore coincidentem, Nam in cauſsis pijs debet iudex etiam non petitus ſuum officium interponere *d. §. ſi quis autem pro redemtione. Nouell. 131. late Tiraq. in tract. de priuil. piæ cauſſæ. priuil. 152.* Sed alimenta pauperum referuntur inter pias cauſſas *ſ. lib. 2. d. cap. 7. num. 6.* Ergo, &c. *& hac poſteriore ratione vtitur Ripa in d. l. dies. §. hoc autem iudicium. num. 26.*

## ALIMENTA TEMPORE PRÆTERITO DEBITA NECDVM SOLVTA, AN POSTEA LICEAT PETERE.

## Caput IIII.

### *SVMMARIVM.*

1. Con-

1. Concluſio libelli potiſſima pars.
2. Aliter petuntur alimenta præterita aliter futura.
3. Præterita alimenta duobus modis in controuerſiam veniunt.
4. Thema huius capitis.
5. Qui ex iuris diſpoſitione aluntur, alimenta pro præterito tempore non petunt. limitatur quatuor vel potius tribus modis. num. 7. 12. 13. 14.
6. Exemplum de vidua.
7. Aes alienum ob neceſſitatem alimentorum contractum diſſoluere tenetur is qui alimenta dare tenebatur: nec ſemper interpellatio requiritur. num. 8. modo repetant qui crediderunt. num. 10. & debitum neceſſitatem non egrediatur. num. 11.
9. Ad conſtituendum in mora eum qui tantum officio iudicis conuenitur, interpellatio iudicialis requiritur.
14. Alimenta ex ſtatuto debita pro præterito tempore petuntur: quæ ſententia perpetuo vera non eſt. num. 15. diſtinguitur itaq; nu. 16.
17. Altera huius capitis pars, & theſis.
18. Alimentorum vltima voluntate relictorum, & pro præterito tempore nondum ſolutorum adhuc datur petitio: & quæ ſit ratio. num: 19. ampliatur tribus modis. num. 20. 21. 22. limitatur duobus. num. 23. & 24.
25. Alimenta ex contractibus debita pro præterito tempore adhuc recte petuntur: quod reſtringitur num. 26.
27. Ex delictis vel quaſi alimenta nō ſoluta, ſimiliter adhuc petere fas eſt.

ALTERVM, quod in libello recte componendo conſiderandum nobis proponunt verſiculi ſupra *in huius libri c. 2. in fin.* recitati, eſt concluſio: vt inprimis conſideremus
1 quid petatur. Quæ concluſio † quia libelli potiſſima pars eſt, adeo vt non tam narrationem, quàm concluſionis petitionem ſpectemus: *c. ex parte. 15. vbi notat Panorm. nu. 3. ext. de for. compet. & facit l. diligenter. 5. ff. mandat. Innoc. c. ſuper literis. 20. num. 3. ext. de reſcript. Iaſ. §. omnium. num. 129. & ſeq. Inſt. de action. Curt. ſen. conſil. pen. nu. 8. Barthol. Socin. conſil. 112. incip. Viſo proceſſu agitato. num. 5. vol. 4. Phil. Dec. conſil. 57. incip. Pro tenui facultate. num. 1. quæ opinio* COMMVNITER *approbatur Schurpf. conſil. 81. nu. 5. centur. 1.* operæ precium eſſe videtur, hanc partem aliquanto diligentius examinare. *l. legaui. 25. ff.*

2 *25. ff. de liber. leg.* Quod vt cõ † comodius fieri poſsit, primò diſtinctionem antea ſæpius commemoratam, qua alimenta præterita à futuris ſeparantur, iterum nobis in memoriam debemus redigere. Cum enim vtrorumq; non eadẽ ſit ratio, *vt patet ex ijs quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 1. num. 17.* & propterea diuerſum ius ſtatuendum videatur: *vulg. l. illud. 32. ff. ad l. Aqu. cum ſimil.* non immerito ſpecialiter tam de præteritis quam futuris agi oportet, ne vel hæc vel illa neglecta cenſeantur. *l. item apud Labeonem. 15. §. ait prætor. ff. de iniur.* Sciendum
3 † autem præterea eſt, quod præterita alimenta duobus præcipue modis in controuerſiam veniant. Aut enim actor petit alimenta tempore præterito ſibi debita, ſed nondum ſoluta: aut repetit alimenta in alium erogata. Vt igitur de ſingulis
4 ſingulatim dicam, in hoc † capite videbo, an & quando alimenta tempore præterito debita quidem, ſed nondum ſoluta, poſtea fas ſit petere. Quam ad rem alia alimentorum diſtinctio, itidem ex capite primo libri primi eſt repetenda: ita vt qui ex iuris diſpoſitione alendi ſunt, pro præterito tempore regulariter nihil quicquam petere queant: ſecus in ijs, quibus alimenta ex hominis conuentione vel delicto vel vl-
5 tima voluntate debentur. Huius thematis † pars prima inde probatur, quod qui ex legis iuſſu alendus eſt; alimentorum nomine vltra non poſsit agere, quàm quatenus famis neceſſitas expoſcit: in tantum vt ei, qui ſemet poſsit exhibere, & ocio indulgens nolit ſibi victum honeſte quærere, alimenta etiam futura iuſte denegentur: *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed & ſi filius. ff. de liber. agnoſc. & dixi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 78. cum ſeqq. & cap. 5. num. 50. ac paſſim.* & vero natura non patiatur, vt dicamus, quenquam pro præterito tempore adhuc fame laborare: cum contraria eidem ſubiecto ſimul ineſſe nequeant. *l. ſi ancillam. 4. ff. pro ſuo. Et hac ratione vtitur Bart. in l. libertis. 18. §. manumiſſis. num. 3. ff. de alim. vel cib. leg. quem ſequuntur Alex. conſil. 7. incip. Viſis & diligenter animaduerſis. num. 10. volum. 2. & conſil. 72. incip. Viſo proceſſu. num. 9. vol. 5. Socin. ſen. conſil. 57. incip. In cauſſa reſtitutionis. num. 37. vol. 4. Phil. Dec. l. de alimentis. 8, nu. 5. ibiq; Io. Mar. Rimnald. Curt. ſen. nu. 14. C. de tranſact.*

Ludo-

*Ludouic. Bolognin. in addit. ad Ioan. de Anan. conſil. 54. num. 4. Bero conſil. 52. num. 2. & 18. vol. 2. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17. num. 24. Cephal. conſil. 280. incip. Pater in ſuo teſtamento. num. 42. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. in prin. num. 71. & §. ſi quis ex his. num. 156. ff. de liber. agnoſc.* Cuius
6 ſententiæ † ad filium, patrem, matrem, fratres & coniuges accommodatio, quemadmodum adeo eſt facilis & obuia, vt aliquid verborum ea de re facere non ſit neceſſe: ita exemplum de vidua multoties à Doctoribus noſtris inculcatum ſilentio nolui præterire. Probatum fuit *ſ. lib. 1. cap. 11. num. 4.* viduæ, dotem in rebus mobilibus habenti, intra annum luctus ante dotis reſtitutionem ab hæredibus mariti alimenta danda eſſe. Quod debitum, cum non ex hominis diſpoſitione, ſed ex ſolius legis prouiſione originem trahat: conſequens eſt, vt viduæ ſumtus, quos ſemet alendo fecit, ab hæredibus mariti repetere non liceat, per rationem paulo ante adductam. *Caſtr. in l. diuortio. 8. in princ. num. 6. Alex. num. 29. Iaſ. num. 21. ff. ſol. matrim. idem Alex. d. conſil. 72. incip. Viſo proceſſu. num. 10. vol. 5. Curt. ſen. d. l. de alimentis. 8. num. 14. Alciat. num. 22. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 189. num. 67.*

7 Limitatur † autem primò hæc ſententia, vt non procedat, quando alimentarius debitorem interpellauit aut proteſtatus fuit, & inſuper ad ſuam inopiam ſubleuandam, æs alienum contraxit: ad huius enim debiti ſolutionem alimentorum debitor eſt obſtrictus. *l. item ſi filiusfam. 7. §. quod dicitur. 8. ff. ad SC. Macedon. & Dd. allegati in d. l. diuortio. 8. in pr. Alex. d. conſil. 72. num. 9. vol. 5. Iaſ. l. de alimentis. 8. num. 6. in fin. C. de tranſact. Matth. de Afflict. deciſ. 10. num. 4. Bolognin. in apoſtill. ad Io. de Anan. d. conſil. 54. num. 4. Io. Maria Riminald. conſil. 280. incip. In cauſſa ſpectabilis dominæ. num. 16. vol. 2. Aſcan. Clementin. d. effect. 17. num. 25. Bernhard. Bombin. conſil. 12. num. 37. Brunor. à Sol. quæſt. 25. num. vlt. Io. de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 73. Io. Guter. alleg. 14. num. 2. cum ſeq. Pontan. tract. de aliment. cap 4. num. 4. & cap. 12. num. 1. & cap. 15. num. 6. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 136. & eſt* COMMVNITER *approbata Curt. ſen. d. l. de alimentis. 8.*

*tis. 8. nu. 14 in fin. Burſat. conſil. 83. num. 7. Laur. Kirchou. in theſaur. Commun. opin. verſic. Alimenta præteriti temporis.* Et iuxta hanc limitationem, dictum Baldi *in d. l. de alimentis. 8. in fin. C. de tranſact.* ſcribentis, viduas ſe alentes, nihilominus poſſe petere alimenta &c. accipiendum videtur: *vt ibidem ſcribit Ludouic. Roman. num. 2. Phil. Dec. num. 6. Capyc. deciſ. 24. num. 9 Ioſeph. Ludouic. ab Aſſiſ. deciſ. Peruſ. 92. num. 7.* Cæterum hæc
8 † limitatio extenditur, vt ſolum æs alienum ſufficiat, etiamſi debitor non fuerit interpellatus, loco aut tempore id non concedente: *d. §. quod dicitur.* ſiquidem vt interpellatio in hoc noſtro caſu aliquid momenti habeat, iudicem adire o-
9 portet: cum † ad conſtituendum in mora eum, qui iudicis tantum officio tenetur, neceſſaria ſit interpellatio iudicialis, & non ſufficiat extra iudicialis expreſſa *l. cum poſtulaſſem. 44. & ibi Bart. ff. de damn. infect. Bart. l. 1. num. 10. in fin. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Marcabr. ab Anguill. in conſilio ſuo quod eſt inter*
10 *Franc. Marzarij conſil. 36. num. 22.* Econtra † reſtringitur hæc prima limitatio, vt repetitio huiuſmodi non concedatur alimentario, qui debitum contraxit, ſed creditoribus qui neceſsitati eius ſuccurrerunt. *l. vlt. ff. de in rem verſ. Bart. d. l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. num. 3. ff. de alim. vel cibar. leg. Bero. conſil. 178. num. 19. vol. 1. Burſat. d. conſil. 83. num. 7. in fin. Io. Guter. allegat. 14. num. 4.* quod ad caput præcedens
11 aliquatenus referendum eſt. Deinde † reſtringitur hæc prima limitatio ad debitum, quod neceſsitatem alimentorum non excedat, nec in alios vſus ſit conuerſum. *d. l. item. 7. §. quod dicitur. 8. ff. ad SC. Macedon. d. l. vlt. in fin. ff. de in rem verſ.* Et iuxta hanc limitationem eiusq; declarationem reſponderunt D. Scabini Lipſenſes Senatui A. anno Chriſti 1572. menſe Nouembre. quam ſententiam à verbo ad verbum hic inſerere in ſtudioſorum gratiam placuit. E. W. Ob wol ein Vater gelieſſen geld / ſo von ſeinem Sohne bey andern auffgenommen werden / regulariter vnd gemeiniglich zu zahlen nicht pflichtig / wo aber dennoch Cornelius H. von Paulo P. der Stadt M. an der Donaw Medico / die dreiſſig thaler / welche derſelbe fordern thut / auch von andern mehr in leibes ſchwachheit/

heit / darein er in Hungern gerahten / zu ſeinem beſſern enthalt / nottwendiger Artzneyen / vnd zu wieder erlangung ſeiner geſundtheit geld geborget vnd auffgenommen / Bedachter Paulus P. vnd andere ſeine freunde jhm auch ſolch geld zu jtzgemelter behülff gelichen vnd vorgeſtreckt hetten / So were ſein Vater V. H. jtzo ewer Bürgemeiſter (als der berürten ſeinem Sohne / do er bey jhm daheime mit leibes ſchwachheit befallen ſein möchte / die Vnkoſten / ſo in werender ſeiner kranckheit auffgewendet werden müſſen / aus Väterlicher zuneigung billich nicht verſagen können noch ſollen) berürten Paulo P. auch andern gleubigern ſolch jhr geld / ſo viel ſie deſſen gedachtem ſeinem Sohne zu ſolcher nottwendiger hülff nicht vbermeſſig vorgeſtreckt / vngeacht ſeines Vorwendens / wider zugeben ſchüldigk. V. R. W.

12 Secundò principaliter † limitatur thema paulo ante *num. 5.* propoſitum, vt non procedat, quando alimentario alimentorum debitor neceſsitatem & indigentiam attulit, ne aliàs ex ſua malitia commodum ſentiat, contra notiſsima iura *c. intelleximus. 7. ext. de iudic. cum alijs vulgatis.* Exempli cauſſa: vxor, quam maritus ſine iuſta & legitima cauſſa domo eiecit, non quidem æs alienum contraxit, ſed aliunde vixit proſpiciendo ſibi de victu ex bonis ſuis receptitijs: hunc ſumtum repeti poſſe, vxorique à marito reſtituendum, colligi poteſt ex fundamentis *ſ. libr. 1. cap. 10. num. 17. & 30.* adductis, quæ vt hîc iterum recenſeam nihil attinet. Sin verò ſponte recedens à marito ſemet aluerit, non habet horum ſumtuũ nomine actionem contra maritum: propterea quod hoc caſu eam alere non teneatur. *vt dictum fuit ſ. d. cap. 10. quæ ſententia eſt* COMMVNIS, *& non inuenitur qui ei contradicat. Bart. Socin. conſil. 286. incip. Viſa proteſtatione. num. 2. vol. 2. Hier. Grat: conſil. 57. incip. Viſa hac facti ſpecie. num. vlt. vol. 1.* Tertiò principa-
13 liter † limitatur in alimentis ſecundogenitorum, propter ius primogenituræ à ſucceſsione paterna excluſorum. Cum enim ea alimenta, ex lege locorum, in quibus prærogatiua primigeniorum viget, debeantur: conſequens videtur, vt præterita alimenta eo caſu non minus peti poſsint, quam

cum ex teſtamento aut contractu vel alias iure actionis exiguntur. Accedit præterea, & quidem vt mihi videtur melior ac firmior ratio, quod alimenta iſta ſecundo tertio & deinceps genitis liberis debita in locum legitimæ ſuccedant: legitima autem debeatur etiam ei, quem famis neceſsitas non premit. *ita in hiſce terminis tradit Tib. Decian. conſil. 9. num. 48. cum ſeqq. vol. 1. iunctis ijs quæ ſcripſit Menoch. conſil. 81. quæſt. 6. num. 56. cum ſeqq. vſq; ad fin. & Socin. ſen. conſil. 57. incip. In cauſſa reſtitutionis. quæſt. 3. num. 32. cum ſeqq. vol. 4. & dixi ſ. lib. 2. c. 9. num. 45.*

14 Quartò principaliter † limitatur huius capitis prima pars, vt non procedat, quando alimenta debentur ex lege municipali vel ſtatuto. Ex eo enim quod talia alimenta iure actionis petuntur, ſaltem condictione ex lege, *l. vn. ff. de condict. ex leg.* videtur inferri poſſe, ea non minus cæteris actione aliqua debitis, de quibus iam ſtatim *in num. 17. & ſeqq.* dicam, pro præterito tempore petere licere: *hanc opinionem amplectitur Menoch. conſil. 8. incip. Duæ adhuc proponuntur nu. 20. in fin. & conſil. 81. incip. Cauſſa hæc num. 61.*

15 Verum eam † generaliter acceptam, veram eſſe dubito. Primò enim nego, alimenta, quæ ex iuris decreto dari debent, nunquam iudicis officio ſed ſemper ordinaria actione petenda eſſe. *l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnoſc.* vbi neceſsitas alendorum parentum lege ciuili liberis iniungitur, & tamen officium iudicis imploratur. *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 134. & facit c. cum haberet. ext. de eo qui dux: quam poſt,* vbi Canonica diſpoſitione, contra legem ciuilem, ſancitur, etiam inceſtuoſos & adulterinos liberos alendos eſſe: nihilominus tamen officium iudicis tantum imploratur, & (quod etiam ab alimentis ex contractu, delicto vel teſtamento debitis alienum eſt, vt *i.* ſuo loco dicetur) ad præſentem ſolummodo, non præteritam inopiam ea alimenta, referuntur, vt *ſ. libr. 1. cap. 3.* ſatis fuit declaratum. Deinde hanc quartam limitationem generaliter veram non eſſe, apparet ex Alexandro, cuius authoritate Menoch. nititur. Ille enim *in conſil. 7. num. 8. & 9. vol. 2.* loquitur de ſtatuto excludente filias à bonis paternis, interim tamen relinquente ipſis alimen-

alimenta: hæc Alexander etiam pro tempore præterito, quo filiæ ex bonis paternis nutritæ non fuerunt, recte petenda erogandaq́; cenſet: propterea quod in locum legitimæ ſuccedant, & huius naturam induant, *per ea quæ dicta ſunt ſ. libr. 2. cap. 9.* Cum igitur notiſsimum ſit, Doctorum dicta accipi oportere iuxta ea, quæ confirmationis loco allegantur, *Bart. l. non ſolum. 9. §. ſi liberationis. num. 7. ff. de liber. leg.* facile apparet nondum ſatis confirmatum eſſe, quod omni caſu præterita alimenta, ſi ex legis diſpoſitione debeantur, petere fas
16 ſit. Solummodo itaque † admitti poteſt hæc limitatio, quando alimenta ſtatuto dari iubentur non propter ſolam egeſtatem & famem nunc in præſenti vrgentem, ſed propter legitimam iure municipali ſublatam, vel aliam ſimilem ob cauſſam: veluti ex iure Saxonico ob dotem non reſtitutam; *ſ. lib. 1. cap. 11. num. 66.* vel cibariorum domeſticorum pars dimidia, *ſ. d. cap. 11. num 69. cum ſeqq. & lib. 2. cap. vlt. nu. 24.* & ſic hæc tertia limitatio congruit cum proximè præcedente. Si enim ſtatutum tantum intueatur famem alicuius, ita vt hac ceſſante ceſſet etiam alimentorum datio, tum via perſequendi non conſiderata, & ſiue officio iudicis ſiue actione petantur, pro præterito tempore regulariter non debentur: propterea quod temporis anteacti fames iam ceſſet: atque ita ratio paulo ante *num. 5.* indicata hic quoque obtineat.

17 Reſtat † nunc poſterior pars thematis *ſ. in hoc capite ſub num. 4.* conſtituti, quod nimirum alimenta ex vltima voluntate vel contractu debita & præterito tempore nondum per-
18 cepta, poſtea petere liceat. Et ſane quod de alimentis † vltima voluntate relictis dixi; apertè probatur *in l. libertis. 18. §. manumiſſis. ff. de alim. vel cib. leg. l. filiumfam. 27. §. fin. ff. quand. dies legat. ced. l. de alimentis. 8. vbi Bald. Franc. Aret. Ludou. Roman. num. 1. Alex. num. 2. Iaſ. num. 6. Claud. de Seyſſel. num. 1. C. de tranſact. l. 1. in fin. C. de fideicommiſſ. & facit l. ſi vſusfructus mihi in biennium 6. ff. de vſufr. leg. quem textum ad hoc propoſitum accommodat Bald. conſil. 59. incip. Præmittendum eſt ad euidentiam. num. 4. & conſil. 481 incip. Infra ſcripta ſunt omnia. num. 5. vol. 4.*

*Ludou. Roman. conſil. 458. incip. Præſuppoſita validitate. nu. 1. Alex. d. conſil. 7. num. 10. volu. 2. Ruin. conſil. 36. incip. Concluſio. num. vlt. vol. 3. Natta conſil. 387. incip. In quæſtione alimentorum. num. 3. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. d. effect. 17. num. 62. & ſeq. Tob. Non. conſil. 85. quæſt. 1. Menoch. conſil. 231. num. 33.* Præter
19 textus † adductos affert Bald. *conſil. 58. incip. In reſtitutione. nu. 7. vol. 2.* etiam hanc rationem, quod hæres teſtatoris propterea à petitione legatarij liberatus non videatur, quod ipſius nomine alimenta non ſint erogata. *l. 1. C. de vſufr.* Quæ ratio, quando alimentis de quibus in præcedente parte huius capitis egimus accommodatur, quia falſa eſt: cum pater etſi ipſius nomine filium quis non aluit, nihilominus tamen à præteritorum petitione liberetur: ideo probabilior mihi videtur hæc ratio, quod in alimentis tam legatis quàm ex contractu principaliter debitis, non fames primario conſideretur, ſed potius commodum pecuniarium: non conſiderato vtrum aliunde viuere poſsit necne *l. Titia. 87 in pr. ff. de legat. 2. l. 1. l. Mela. 14. §. quidam. ff. de alim. vel cib. leg.* in cæteris verò principaliter ſpectatur fames vel inopia & ægritudo. *l. 1. §. 1. verſ. ſed & patronos egentes. ff. de offic. præfect. vrb. l. mutui 73. §. 1. ff. de iur. dot. l. ſi quis à liberis. in pr. & paſſim. l. vlt. ff. de*
20 *liber. agnoſc.* Ampliatur theſis † ſic confirmata, vt locum obtineat, etiamſi is cui alimenta & quidem pro ſuis neceſsitatibus legata fuerunt, aliquandiu ignorauerit, ſibi legatum ita datum eſſe, adhuc pro præterito tempore peti poſsint. *Bald. conſil. 235. incip. Bartholomæus legauit. vol. 1. & in eadem facti ſpecie idem reſpondit Petr. de Anchar. in conſil. ſuo quod eſt inter Ioan. Calderini conſil. 21. incip. An ſi legatur. ſub tit. de teſtam. Caſ. de Vrſill. deciſ. 252. num. 3. quorum fundamenta & rationes quilibet ibi poteris videre.* Secundò ampliatur † vt etiam de-
21 beantur alimenta præterita, licet hæres vel alius, qui ſoluere tenetur, à legatario non fuerit interpellatus. *l. cum vnus. 10. §. verbis. d. l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. ff. de alim. vel. cib. legat.* Qui textus cum tam ſint apti & manifeſti, vt nulla cauillatione elidi poſsint, non credo aſſentiendum Claudio de Seiſell. *in d.*

*in d. l. de alimentis. 8. in fin. C. de tranſact.* putanti opus eſſe, vt debitor interpellетur. Quod enim adducit ſua notata *in l. diuortio. 8. in pr. num. 9. ff ſolut. matrimon.* ea tanti non ſunt, vt propterea à manifeſtorum textuum ſententia diſcedamus. Præcipue enim ibi allegat gloſſam *in c. cupientes. 16. §. ſi vero in diſcordia. verb. contemſerint. de elect. in 6.* At ibi ſolùm traditur, an quis alijs iuribus excidat, propter alimenta denegata, *qua de re dictum fuit ſ. lib. 2. c. 5. num. 23. cum ſeqq. vſq; ad fin.* non autem de ipſorum alimentorum priuatione: econtra verò, hoc loco quæritur vtrum ipſa alimenta præterita petere liceat necne: ideo iſta gloſſa ad hoc præſens inſtitutum non pertinet. Quod ſi tamen omnino eam huc accommodare oporteret, aliud inde extorqueri non poſſet, quàm quod legatarius alimentis, quæ ſibi oblata non recepit, renunciàrit: id
22 quod non difficulter conceſſerim. Tertiò † ampliatur, vt alimenta legata, pro tempore anteacto non tantum liceat petere ab primo teſtatoris hærede: vel alio, qui eorundem ſoluendorum onere grauatus fuit, ſed etiam ab eius primo ſecundo vel tertio hærede *text. eſt in d. l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. ff. de alim. vel cib. leg.* cum quilibet primum repreſen-
23 tet. *l. ſciendum. 70. ff. de verb. ſignif.* Viciſsim vero † limitatur ſuperior theſis, vt non procedat, ſi alimentarius conditioni poteſtatiuæ legato adiectæ ſua ſponte non obtemperet. *d. §. manumiſſis. Bartol. conſil. 211. incip. Quidam ſibi filios. q. 3. num. 7. lib. 1.* ad quam limitationem cum pertineant quæ tradita fuerunt *ſ. lib. 2. cap. vlt. num. 75. cum ſeqq.* non opus eſt ea hic
24 rurſum inculcare. Secundò † limitatur forſitan hæc theſis in alimentis legatis ſoboli adulterinæ vel inceſtuoſæ. Cum enim huiuſmodi legatum vltra famis neceſsitatem vires ſuas non porrigat, *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 3. num. 40. cum ſeq.* & vero in eo qui ſibi de neceſſarijs iam antea proſpexit, neceſsitas nunc ceſſet; conſequens eſt, vt eo vſque hoc legatum
25 non pertineat: *vt dixi ſ. hoc cap. num. 5.* Similiter † in alimentis ex contractu debitis cum principaliter conſenſus conſideretur, non autem indigentia contrahentis: nihil obſtat quin tempore præterito debita petere liceat. Si enim

ego dem tibi centum florenos, vt me per biennium alas, & ego interim aliunde me exhibuerim; nulla eſt dubitatio, quin ego adhuc petere queam ſiue actione empti, ſiue locati, ſiue condictione cauſſa dati cauſſa non ſecuta, ſiue præſcriptis verbis. *l. naturalis. ff. de præſcript. verb.* Idem liquido apparet, ſi donetur aliquid alimentorum dandorum cauſſa, eaque non præbeantur; tum certè eo nomine agi poteſt: *l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. Pontan. de alim. cap. 16 num. 8.* idque ex facto quæſitum fuiſſe ſcio: Euenit enim aliquando, vt vitricus conduceret priuignorum ſuorum bona ad annos aliquot, cuius conductionis nomine non tantum pollicitus fuit certam mercedem annuam ſoluere, ſed & promiſit ſe cibum, potum & alia vitæ humanæ neceſſaria daturum iſtis priuignis: horum autem vnum auus maternus ad ſe recepit & aluit: quæſitum fuit, num huic adoleſcenti & priuigno ſuo, vitricus aliquid vltra mercedem, in pecunia numerata conſtitutam, alimentorum non præſtitorum nomine dare teneatur. Et vitricum teneri, recte reſponderunt Domini Scabini Lipſenſes anno 1562. menſe Martio. Cum enim hæc alimenta priuignis danda, obtineant partem mercedis: *arg. l. fundi partem. 79. ff. de contr. emt.* non magis vitricus ſuo priuigno hoc commodum alimentorum ſubtrahere potuit, quam pecuniam numeratam, pro ea ſcilicet parte, quæ ipſi iuxta numerũ cohæredum obtingit. Quod enim iuris eſt in toto quoad totum, idem eſt in parte, quoad partem: *l. quæ de tota. 76. ff. de rei vendit.* & vero ad mercedem ſoluendam, conductorem obſtrictum eſſe, omni caret dubio. *l. præſes. 17. C. de locat. &*
26 *conduct.* Cæterum † quod iam dixi alimenta ex contractibus debita, etiam pro tempore præterito peti poſſe: id reſtringendum eſſe arbitror ad ea, quæ principaliter tota in contractum veniunt, non autem pertinere ad ea, quæ ſecundariò & cauſſatiuè in quibuſdam contractibus debentur *vt dixi ſ. lib. 1. cap. 13.* Id quod ſingulorum exemplorum *ſ. d. cap. 13. num. 57. cum ſeqq.* propoſitorum recitatione, comprobari poſſet. Exempli cauſſa: donator, qui fame quidem laborans, nihilominus tamen miſere & anxie ſibi de victu aliquan-

 diu

diu proſpexit: huius temporis præteriti alimenta non poterit à donatorio petere: cum etiam hæc alimenta ob famis neceſsitatem debeantur, *vt s. d. cap. 13. explicatum fuit.* & nunc neceſsitas temporis præteriti ceſſet: idem accommodari poteſt ad dominum egenum à vaſallo alendum, item patronum
27 Eccleſiæ de quibus dixi *s. d. cap. 13.* Denique † alimenta ex delicto vel quaſi debita, cum non tantum præſentem famem reſpiciant, ſed etiam præteritos ſumtus occaſione iniuriæ vel damni illati factos: *l. vlt. verſ. iudex computat mercedes medicis præſtitas, cæteraq; impendia quæ in curatione facta ſunt. ff. de his qui eff. vel deiec. §. cui ſimilis. verſic. iudex enim. Inſtit. de oblig. quæ quaſi ex del.* non dubitandum eſt, huiuſmodi expenſas à delinquente vel quaſi, nondum ſolutas optimo iure peti poſſe *per d. l. vlt. & d. §. cui.* adeo vt cum hęc petitio reſpectu iniuriā paſsi ſit rei perſecutoria, in huius hæredes contra delinquentem, non autem contra hæredes, cum ex parte delinquentis ſit pœnalis, tranſeat *l. 4. §. vlt. cum ll. ſeqq. ff. de alien. iudic. mut. cauſſ. fact. cum alijs ſimilibus.*

# ALIMENTA ALIIS EXHIBITA AN LICEAT REPETERE.

## Caput V.

### *SVMMARIVM.*

1. *Alimenta præſtans, ei quem alias alere non tenetur, regulariter repetit. ampliatur duobus modis. num. 2. & 4. limitatur num. 5.*
2. *Nutritus etiam qui ſe ali prohibuit, conuenitur: ſecus ſi prohiberet qui debuiſſet nutrire. num. 3.*
4. *Hæc repetitio datur hæredibus & in hæredes.*
5. *Denegatur quando conſtat donandi animo quenquam fuiſſe nutritum, nec licet poſtea pœnitere. num. 6. ſecus quando non donandi voluntas apparet. num. 7.*
8. *In dubio cenſetur alimenta animo repetendi data.*
9. *Extraneus extraneum alens præſumitur velle repetere: niſi pietatis cauſſa. nu. 10. vel amicitiæ paternæ intuitu hoc officium præſtet.*

num. 12. vel ſi alius voluiſſet gratis alere. num. 13.

11. Ob ingratitudinem alimenta, etiam pietatis ergo præſtita, repetuntur.

14. Alens eum quem alias alere debeat, quando videatur animo repetendi hoc facere.

15. Pater alens liberos videtur facere animo donandi: fallit, num. 16.

17. Filiam maritatam pater alens plerunque repetit à ſuo genero.

18. Mater non repetit ſumtum alimentorum nomine in liberos egenos factum: nec iuuatur proteſtationibus. num. 19. fallit num. 20.

21. Proteſtatio matris an de neceſſitate requiratur.

22. Vitricus alens priuignos ſuos, in dubio videtur hoc facere animo repetendi: niſi faciat affectu paterno. num. 23. qui affectus colligitur ex operis perceptis. num. 24. ex opibus vitrici. num. 27. ex remuneratione. num. 28. ex vilitate rei. num. 29.

24. Operas percipiens ab alimentario, compenſare debet ſumtus cibi & potus: alimentarius vero poteſt aliquid vlterius conſequi pro operis ſuis. num. 25. quarum æſtimatio quomodo facienda & probanda num. 26.

30. Putatiuum filium alens, ſi calumnia abſit, ſumtus non repetit.

31. Liberi ſuos parentes ſi alant, an & quando ſumtus repetant, num. 32. & 33.

34. Frater alens fratrem cenſetur in dubio habere animum repetendi: idem eſt in patruo. num. 35.

36. Maritus vxorem ſuam alens ſumtus non repetit. ampliatur num. 37. limitatur. num. 38. & 72.

38. Vxorem ſuam cuius nomine dos fuit promiſſa, ſed nondum ſoluta maritus alens, repetit ſumtus, & num. 48. conſiderantur argumenta contraria. num. 39. cum ſeqq. vſque ad num. 47. Ampliatur licet maritus non negocietur. num. 49. ſibi certam ſummam ſtipuletur, num. 59. per longum tempus taceat, num. 55. Baldi contrarium aſſerentis opinione ponderata: num. 56. 57. 58. idem eſt ſi partem dotis non acceperit, num. 61. vel ſi totam dotem, ſine expreſſa remiſſione ſumtuum antea factorum, acceperit: num. 62. vel is in cuius arbitrium ſumma dotis collata fuit, diu diſtulerit æſtimationem facere. num. 63. Limitatur vt non procedat, ſi dotis ſolutioni dies fuerit præſtitutus: num. 64. ſi maritus vxorem non aluit: num. 65. ſi intereſſe modum alimentorum excedat: num. 66. ſi triginta anni ſint præterlapſi: num. 67. ſi mariti hæredes petant, num. 68. vel ceſſionarius: num. 69. ſi vxor marito operas præſtet. num. 70. in augmento dotis. num. 71.

40. Ob-

Obligatio ad intereſſe eſt duplex.
41. Vſuræ ſunt multiplices.
50. Maritus certam ſummam, in caſum dotis pure promiſſæ & non ſolutæ, ſibi dari recte ſtipulatur. num. 51. 52. declaratur num. 53. & 54.
60. Dictio, videlicet, limitatiue nonnunquam declarat antecedentia.
73. Vxor alens maritum, quando habeat repetitionem.
74. In mariti defuncti funus impenſas erogans vxor, de iure Saxonico non repetit, niſi faciat conſenſu hæredis, aut proteſtetur.
75. Viduam fratris ſui alens, regulariter ſumtus repetit: niſi coniectura aliud ſuadeant. num. 76.
77. Tutor repetit alimentorum pupillo datorum ſumtus.
78. Nouitius, intra annum probationis monaſterio egrediens, non reſtituit alimenta percepta.
79. Hoſpitalia non repetunt alimenta pauperibus, qui poſtea opes acquiſiuerunt, præſtita.
80. Neceſſitatis vi adactus, ſubtrahens eſculenta & poculenta tantummodo ad leuandam famem, an poſtea ad pinguiorem fortunam perueniens, teneatur reſtituere, anceps eſt quæſtio:
81. Sententia negatiua videtur verior: & argumento contrario reſpondetur. num. 82.
83. Affirmatiuæ ſententiæ argumenta conſiderantur. & num. 84. cum ſeq.

EX duobus illis modis, quibus de præteritis alimentis quæri ſolere cap. præced. num. 3. dictum fuit, reſtat nunc poſterior, qui de alimentorum iam ante ſolutorum a-
1 git repetitione. De qua conſtitui poteſt † hæc theſis, quod alimenta præſtans ei, quem aliàs alere non tenetur, regulariter queat repetere. *l. ſed an vltro. 10. ff. de negoc. geſt. concordat. ius Saxonicum lib. 3.* Landtrecht *art. 90. vbi dicitur*; Fellet auch ein man zu der Erden/oder wird alſo ſehr verwundet oder geſchlagen/ das er zum Dorffe nicht kommen mag / wer den heim tregt / vnd ſtirbt er bey jhm oder in ſeinem gewehren / er ſol des bleiben ohne wandel vnd ſchaden / Seine Erben ſollen jhm auch ſeine Koſt gelten / ob ſein gut das er bey jhm hat / wenn er ſtirbt / minder werth iſt/denn die Koſt die er bey jhm verthan hat / Nemo enim præſumitur ſuum iactare, *l. cum de indebito. ff. de probat. Maſcard. de probat. concl. 727. num. 1. & ſeq.* & nemini officium ſuum de-

um debet eſſe detrimentoſum: *l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. 7. ff. quemadm. teſt. aper. c. cum non liceat. 30. in princ. de elect. in 6.* quod certe eueniret, ſi alimentorum repetendorum facultas denegaretur alenti. *l. 2. in fin. ff. de negoc. geſt.* Accedit præterea, vt eo plures ita inuitentur, qui hominum deſertorum inopiæ ſua copia ſuccurrant. *l. ſi quis abſentis. 5. in princ. verſic. quæ ſane deperirent. ff. de oblig. & act. §. 1. Inſtit. de obligat. quæ ex q. contract.* Et deniq; quod publice interſit homini ſubuenire *l. ſeruus. 8. in fin. ff. de ſeru. exportand. l. ſed et ſi is. 5. §. an autem verſic. nec mirum debet videri. ff. de Carbon. edict. iuncta l. 2. ff. de*
2 *iur. dot.* Ampliatur † autem hæc theſis, primò vt locum adhuc habeat, licet nutritus alentem prohibeat, quominus ſumtus faciat, addita proteſtatione, ſe has impenſas non reſtituturum: nihilominus enim reſtituere cogitur, propterea quod alens, nutriti negocium vtiliter geſſerit: *d. l. ſed an vltrò. 10.* & quod alimentis præſtitis vtens, videatur ratum habere: *l. Pomponius. 9. ff. de negoc. geſt. gl. in §. prouidendum. verb. inferas. diſtinct. 83.* & quod propter publicam vtilitatem, quam hominem conſeruans promouet, *l. cum ratio. 7. §. pen. ff. de bon. damnat.* etiam in inuitum poſsit & debeat conferri beneficium: *c. ipſa pietas. 24. §. ſi duo. 23. q. 4.* & demum quod huiuſmodi prohibitio, videatur eſſe hominis non ſanæ mentis, cuius præcepta potius ſunt aſpernanda, quàm obſeruanda. *l. quidam. 27. in pr. ff. de condit. inſtit. Specul. in tit. de Salarijs Medicor. num. 4.* Et hanc ampliationem amplectitur Ludouic. Roman, *ſing. 124. vbi additionator plures Doctores cumulat, quibus ego addo Socin. ſenior. conſil. 26. incip. Ex his quæ in facto. num. 11. vol. 1. Bald. Nouell. l. 1. num. 336. cum. ſeq. ff. ſol. matrim. Io. Gars. de Expenſ. & meliorat. cap. 21. num. 3. Speckhan: quæſt. 32.*
3 *num. 6. Centur. 1.* Hæ † autem rationes, quemadmodum loquuntur tantum de eo caſu, quo ipſe, cui alimenta præſtantur, ſibi alium ſuccurrere prohibet: ita etiam hæc prima ampliatio vlterius non eſt porrigenda. Nam Titius, exempli cauſſa, ſi ſecum retineret meum filium, & ego prohiberem, vt ne eum aleret, me paratum eſſe ipſi de neceſsarijs proſpicere, & proteſtarer ſumtus, quos in ipſum faceret, à

me non

me non reſtitutum iri. is autem ſpreta hac mea prohibitione & teſtatione, nihilominus ipſum aleret: contra me actionem non haberet. *l. vlt. C. de negoc. geſt. Socin. ſen. conſil. 286. incip. Viſa proteſtatione facta per Bartholomaeum. num. 3. & 4. vol. 2. apoſtilla vlt. ad Bartol. Nouell.* 
4 Secundò † ampliatur thema principale, vt hæc repetitio concedatur, non tantum ipſi alimenta eroganti contra nutritum, ſed etiam hæredi & in hæredem. Negociorum enim geſtorum actio, cum ſit rei perſecutoria, *l. 3. §. hac autem actio. ff. de negoc. geſt.* tam actiue quam paſsiue in hæredes tranſit. *L. curatoris. 17. C. d. tit. l. ſin autem. 20. ff. eod. atq; ita in hiſce noſtris terminis tenet Barthol. Socin. conſil. 161. incip. Pro deciſione. num. 3. vol. 2. ſequitur. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. num. 84. ff. de lib. agnoſc. & d. lib. 3. Landr. art. 90, in fin. verſ.* Seine Erben ſollen. His
5 † ampliationibus ſubijcienda eſt limitatio, quod repetitio iſta denegetur, ſi conſtet ſuppeditatum fuiſſe cibum, potum ac alia neceſſaria non repetendi, ſed donandi animo. *l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt.* quæ repetitio multo magis denegabitur; ſi alens expreſſe profiteatur, ſe animo liberali alimenta præbere. Nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi. *§. per traditionem. Inſtit. de rer. diuiſ.* Quæ
6 † limitatio extenditur, vt qui aluit aliquem animo liberali ſine repetitionis propoſito, non poſsit pœnitentia ductus impenſas repetere: ne quidem, quamuis alimentarij poſtea defuncti hæreditas, vel ex teſtamento vel ab inteſtato ad alios perueniat. probatur tam textu *d. l. ſi paterno. 15. C. de neg. geſt. vbi nulla repetitio datur ei, qui animo liberali & donationis cauſſa aluit*, quàm ratione. Mutare enim conſilium quis non poteſt in alterius detrimentum *c. mutare. 33. de reg. iur. in 6. l. nemo poteſt mutare. 75. ff. eod. tit. atq; per textum iam allegatum ita in terminis reſpondit Alex. conſil. 110. incip. Videretur prima conſideratione. vol. 7. quem ſequitur Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 78. num. 10. in fin.* Etſi autem Carolus Molinæus *in addition. ad d. conſil. 110.* indicat ſibi Alexandri hac in quæſtione deciſionem non placere: ſed ſi alimentarius careret liberis, & alens ſumtus

face-

faceret ſpe inſtitutionis, alimenta repeti poſſe arbitratur: propterea quod alimentarij hæreditate ad alios delata, ceſſet cauſſa compenſandi: tamen non credo ex hac ratione labaſcere prædictum Alexandri reſponſum: cum in facto ibi præſupponatur, quod alens diſerte dixerit, ſe dare alimenta filiali amore: & propoſitum alimenta præbentis in mente retentum, ſimpliciter datorum repetitionem non cauſetur. *textus eſt apertus in l. ſi repetendi. 7. C. de condict. ob cauſſ. dat.* Imò ſi alens profeſſus eſſet, ſe donandi animo nutrire Bertam, licet hæc poſtea iactet, alentem ſuum fore hæredem: adhuc non crederem concedendam eſſe repetitionem, ſi bona iſtius Bertæ ad alios deuoluantur: quia huiuſmodi iactatio eſt nullius momenti: *l. Diuus Traianus. 24. ff. de teſtam. milit. §. plane. Inſtit. eod. & optimus textus in l. ſciendum. 19. §. dictum. in fin. ff. de edil. edict. faciunt ea quæ ſcribit Oldrad. conſil. 119. incip. Titius condidit teſtamentum. ibiq́ Rainald. Corſus in addition.* & quod nullum eſt, nullum parit effectum. *l. non putauit. 8. §. non quæuis. ff. de bon. poſſeſſ. cont. tab. l. ſi ſe non obtulit. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.* Plura hic poſſent dici, an & quando iuri ſuo renunciantem pænitere conceſſum ſit nec ne: ſed ea reſeruo ad tract. de Renunciat. quem DEO iuuante etiam emittam: interim ſententiam, quam Collegium Iuridicum in Academia Ienenſe, ante triginta fere annos dedit Nicolao M. ciui in oppido Apolda, ex præceptoris ac ſoceri mei perpetuo colendi D. Matthæi VVeſenbecij IC. præſtantiſsimi, piæ memoriæ, aduerſarijs à verbo ad verbum placuit hîc inſerere. Habet jhr eweres Verſtorbenen Freundes Kind/ do ſein Großvater auff des Junckhern anhalten/ zehen ſchock järlich zu vnterhaltung deſſelben gefordert/ von dem ewren zu verſorgen/ vnd mit eſſen vnd kleidung zu halten/ euch gutwillig erbothen/ vnd daſſelbige alſo ſechs jar ehe es ſein brot erwerben können vnterhalten/ Ob nun wol daſſelbige verſtorben/ vnd mit ſeinem antheil den Groß vater beerbet/ ſo ſeid jhr doch bey jhme die expens oder vnkoſten ſolcher Vnterhaltung/ die jhr von dem eweren zuthun zugeſagt/ zu fordern nicht befüget/ V. R. W.

7 Ergo ſi quis † promittat quidem alimenta dare Titio, ſed

non

non tam animo donandi quàm gratiæ referendæ cauſſa, diuerſum obtineat neceſſe eſt. Ecce enim, Mæuia inter viuos donat Sempronio in terris, vbi viget ius Saxonicum, omnia bona ſua, tám præſentia & nominatim certum fundum, quàm futura, iudicis auctoritate non interueniente: & Sempronius viciſsim Mæuiæ donatrici alimenta, per totam ipſius vitam non tantum promittit, ſed etiam reapſe ſuppeditat: ſi iam Mæuiæ hæredes, poſt eius obitum, donatione expugnata agrum repetant: partim quod omnium bonorum, tam præſentium quàm futurorum, inter viuos donationem iura noſtra non admittant, *per rationes Bartoli in l. vlt. lectur. 1. nu. 12. C. de pact. & hæc ſententia eſt* COMMVNIS *Clar. §. donatio. quæſt. 20. num. 2. & late Io. Guter. in tract. de contract. iurat. cap. 11. per tot.* partim quod iure Saxonico bonorum immobilium donatio inter viuos abſq; iudicis auctoritate non valeat: *lib. 1.* Landtrecht *artic. 52. vbi gl. verſ.* In allen Städten *&* Weichbild *artic. 61. Fachs. differ. 4. Reinhard. differ. 3. Schneidui. §. aliæ. num. 11. & 41. Inſtit. de donat.* ratio expoſcit, vt etiam Sempronius alimenta Mæuiæ præbita poſsit repetere. Licet enim expreſſe non fuiſſet dictum, alimenta dari ob agrum donatum: cum tamen alia quæuis interpretatio & coniectura admittatur, quam donationis præſumtio: *l. eleganter. 24. §. qui reprobos. ff. de pignor. act. l. ſi cum aurum. 50. ff. de ſolut. Menoch. de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 88. num. 1. cum ſeq.* veriſimile eſt, iſtum Sempronium alimenta ad remunerandam donationem potius quàm liberalitatis excercendæ cauſſa, promiſiſſe & præſtitiſſe. Cuius præſtationis cauſſa nempe donatio, poſtquam per donatricis hæredes ad non cauſſam redit, conſequens eſt, vt Sempronio etiam datorum concedatur condictio *l. 1. & tot. tit. ff. de condict. ſin. cauſſ.* Et hanc ſententiam iterum ſecuti ſunt Doctores Iuridicæ Facultatis in Academia Ienenſe anno 1567. menſe Iulio his verbis. Hat ewrer Mutter Muhme/ ihrem Schweger Paull K. ſo ihr blutverwantenis halben nichts zugehöret/ jedoch ſie ihr lebenlang zu vnterhalten zugeſagt/ ihren Acker auffgelaſſen/ auch ſonſt alle fahrnus/ hab vnd güter/ ſo ſie damals gehabt/ oder nach ihrem

Abſterben hinder ſich laſſen würde / auſſerhalben gerichts / vnnd ohne darzu verordenten Vormünden vbergeben/vnd ſolche vbergabe feſt vnd vnwiderrüfflich zu halten/ laut vberſchickter Copien zugeſagt/ So iſt dieſelbige vbergabe/do es ewerem bericht nach gewand / zu recht vnkrefftig / vnd folget deren vngeacht / ewerer mutter jhrer muhmen Erbſchafft billich/ Sie iſt aber dauon dem Paul K. was er auff vnterhaltung gedachter jhrer Muhmen gewandt / wiederumb zu erſtatten ſchüldigt. V. R. W.

8 Occurrit autem † nunc quæſtio, quid dicendum ſit in dubio, alimenta vtrum exhibita cenſeantur, animo donandi an repetendi: & in ambiguo animum repetendi præſumi, videtur iuri magis conſentaneum: *gl. vlt. l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt. Corn. conſil. 257. incip. Circa primum nu. 3. vol. 1. Camill. Viſitar. l. 1. num. 104. ff. ſolut. matrim. Anchar. Regiens. lib. 1. q. 52. num. 4.* donatio enim regulariter non præſumitur *d. l. cum de indebito. Dec. l. cuius per errorem. 53. nu. 3. ff. de reg. iur.* Quæ ratio, quemadmodum ſæpe officium ſuum perdit: cum multi inueniantur caſus, in quibus donationem factam eſſe leges noſtræ præſumunt: *Menoch. d. caſ. 88. per. tot.* ita & hæc aſſertio, quod alimenta non præſumantur donata, plurimas patitur limitationes. Has autem commodius explicari poſſe non arbitror, quam ſi perſonas de quibus ſ. lib. 1. per totum dixi, ſingulatim, quatenus præſens inſtitutum requi-

9 rit, repetam. Ad quarum † perſonarum recitationem, antequam de [illegible] um, admonendi ſumus de hoc diſcrimine. Aut enim inter nutritum & nutrientem nulla eſt neceſſitudo, ob quam alimenta certis caſibus præſtari debent: aut huiuſmodi neceſſitudo inter ipſos aliqua intercedit. Primo caſu, quo extraneus plane extraneum alit, veriſſimum eſt, hæc alimenta in dubio videri animo repetendi data: *per rationē ſ. num. 1. huius capitis adductā: idq; in terminis affirmat Corn. conſil. 257. incip. Circa primum num. 2. vol. 1. Ludouicus Bolognin. conſil. 39. in fin. [illegible] vol. [illegible] in ſimilibus iis quos allegaui ſ.*

10 *lib. 1. cap. 1. num. [illegible].* Quod † tamen fallit, primò ſi pietatis & humanitatis, qui[illegible] extrema nutrici inopia, qua tempore perceptorum alimentorum, premebatur colligimus in-

tuitu

tuitu exhibita ſint alimenta. *l. vlt. in princ. C. de poſtlim. reuerſ.* Quæ enim pietatis cauſſa erogantur non repetuntur. *l. cum. ſ. 32. §. mulier. ff. de condict. indeb. gl. vlt. l. patrem. 16. C. de nupt. Tiraq. de priuil. piæ cauſſ. priuil. 119.* Sed alimenta pauperibus, veluti infantibus expoſitis, præſtita pietatis cauſſa erogantur, *per ea quæ ſ. lib. 2. cap. 7. num. 6. adduxi.* Ergo, &c. *Et huc referri poſſunt & debent, quæ ſcribit Io. de Anan. in c. vn. num. 17. ext. de infant. & languid. expoſ. vbi bene diſtinguit.* Hæc coniectura alimentorum animo donandi datorum, plurimum augetur, ſi præterea accedat alentis nobilitas & diuitiarum pollentia. *gl. fin. l. vxori. 33. ff. de legat. 3. late Tiraq. de nobil. c. vlt. num. 47.* licet Menoch. *lib. 2. caſ. 88. num. 49. cum ſeq.* hæc opinio diſpliceat: corroboratur tamen. *§. ſinimus igitur. in auth. de*
11 *non alienan. Nouell. 7.* Cæterum † hæc limitatio reſtringitur, vt alimentorum etiam pietatis conſideratione præſtitorum repetitio concedatur, ſi nutritus ſe vel ingratum erga nutritorem exhibeat: *l. iniquum. 18. vbi gl. pen. & Salic. num. 1. C. de his qui accuſ. non poſſ.* vel nutritoris obſequio aut obædientiæ ſubtrahat. *l. 1. C. de infant. expoſ. l. patrem. 16. vbi gl. Angel. & cæteri DD. C. de nupt. Bart. ſing. 169. Rauenn. ſing. 439. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis §. idem iudex. num. 48. & ſeq. ff. de lib. agnoſc.* Fontem enim miſericordiæ & rorem pietatis exiccat ingratitudo, vt inquit Bernhard. *teſt. Panorm. cap. fin. num. 2.*
12 *ext. de donat.* Secundò † fallit, ſi quis licet plane extraneus quoad ſanguinis coniunctionem, paternæ tamen amicitiæ cauſſa filium alat: tum enim hæc alimenta non repetendi, ſed liberali animo videntur data. *l. is qui. 44. ff. de negoc. geſt.* Cui tamen repetitioni, non quamlibet notitiam, quæ inter nutrientem & nutriti patrem fuit, obſtare arbitror: ſed eam, quæ inſignem & pluſquam fraternam complectitur charitatem. *§. inimicitiæ. Inſtit. de excuſ. tut. l. latæ culpæ. 223. §. amicos. ff. de verb. ſignif. l. nemo. 58. §. qui frater. ff. de hered. inſtit. Maſ-*
13 *card. concluſ. 85. cum ſeq.* Tertiò † fallit, ſi probetur alium gratuito & proprijs impendijs alimentorum ſumtus in nutritum facere voluiſſe: tum alens donaſſe videtur. *l. 2. & ibi gloſſ. C. de negoc. geſt. Angel. Peruſ. conſil. 379. incip. Tutor alimenta.*

14 *tauit. num. vlt. in fin.* In altero † caſu principali omnium perſonarum quæ ſe inuicem nonnunquam alere tenentur vt S. lib. 1. per totum dictum fuit, quia non eſt par affectio, neq; idem amor: quamuis propterea omnibus vnam regulam conuenire non poſſe videatur, & alij aliter conſtituant theſin, *vt Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 24.* tamen nihil periculi ſubeſt, ſi tentemus, num tale thema conſtitui poſsit, quod alens eum, qui vel tot abundat opibus, vt ſibijpſi de neceſſarijs proſpiciat, vel ab alio petendorum alimentorum habet facultatem, præſumatur hos ſumtus facere animo repetendi. *l. Neſennius. 34, ff. de negoc. geſt. Anchar. conſil. 435. Riminald. ſen. conſil. 280. num. 15. vol. 2. Bald. Nouell. l. 1. num. 46. ff. ſolut. matrim.* id quod de ſingulis perſonis, in ſpecie nullo negocio oſtendi poteſt. Quemadmodum enim primum locum parentes obtinent, vt liberos ſuos alere teneantur: *d. lib. 1. cap. 2, cum aliquot ſeqq.* ita ab ijs etiam merito capiendum eſt initium.

15 Pater † igitur alens filium, in dubio præſumitur feciſſe animo donandi. *l. 1. l. alimenta. 11. l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt. Nic. Euerhard. in Topic. legal. loc. 70. Ab alimentis ad dotem. num. 8.* & facit huc ratio, quod ſoluens, in dubio velit ſe liberare à debito, quo ſine controuerſia obſtringitur: *l. 1. ff. de ſolut.* & qui officio ſuo fungitur repetitionem non habeat: *l. officio. 5. C. de negoc. geſt.* & patris officium ſit, ſuos liberos nutrire. *S. lib. 1. cap. 2. & ſeqq. Marc. Mantua conſil. 185. incip. Viſis proceſſibus. num. 36. cum ſeq. Zaſ. in paratit. ff. de negoc. geſt. num. vlt.*

16 Hæc † coniectura fallit, quando filiorum vel filiarum alendarum neceſsitas, ad aliū, non ad patrem ſpectaret: ſi enim pater nihilominus de neceſſarijs proſpiceret, tum iſtius alere debentis negocium videtur geſsiſſe, & ab eo poteſt repetere: *arg. l. Neſennius. 34. verſ. pone peregre patrem. ff. de negoc. geſt.* veluti ſi filius habeat bona materna, vel aliunde acquiſita, ex quibus poſsit ſibi ſubuenire. *d. l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt. Phil. Dec. conſil. 616. incip. Viſo contractu. nu. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 727. num. vlt.*

17 Finge præterea, Mæuius † collocauit Titio filiam ſuam in matrimonium, eique dotem pure promiſſam numerauit

rauit ( ante dotis enim pure promiſſæ numerationem, maritus plerunque non tenetur alere vxorem, vt paulo poſt dicam ) quam filiam nihilominus poſtea, marito peregre profecto, pater alit: has impenſas videtur animo repetendi, non donandi feciſſe: & propterea contra generum ſuum, cui regulariter incumbit vxorem ſuam alere, *per ea quæ tradita fuerunt ſ. lib. 1. cap. 10.* habet negociorum geſtorum actionem *arg. d. l. Neſennius. 34. verſ. pone. Cyn. d. l. alimenta. 11. num. 2. & l. quod in vxorem. 13. num. 3. vbi etiam Bald. num. 3. Fulgoſ. num. 6. C. de negoc. geſt. Io. de Amic. conſil. 70. incip. In cauſſa agitata. num. 9. Caualcan. deciſ. 35. num. 3. part. 1. Steph. Ranchin. concluſ. 455. cum ſeq. part. 1. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 27. ff. de liber. agnoſc.* Quod ſi tamen filiam temeritate & culpa ſua diſcedentem à marito, pater aleret, non repeteret ſumtus. *Barthol. Socin. conſil. 286. incip. Viſa proteſtatione. per tot. vol. 2. vbi omnino videas: ſequitur Cordub. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis*
18 *ex his. nu. 27. & 28.* Idem † eſt in matre, quæ ſumtus, quos ex officij & pietatis neceſsitate in liberos alendos facit (quod quibus caſibus fiat dictum fuit ſ. *lib. 1. c. 6. num. 10. cum ſeqq. c. 8. num. 14.* ) non repetit. *l. 1. C. de negoc. geſt.* Vnde mater diues, ſi filium alat patre inope exiſtente, repetitionem non habebit: *l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt. Ruin. conſil. 145. incip. Circa dubium. num. 3. vol. 4. Corn. conſil. 124. incip. Viſo puncto. nu. 7. vol. 1. Natta conſil. 108. incip. Quoniam reuerendus. num. 7.* cum hoc caſu ad ipſam alendi onus propriè ſpectet: *l. ſi quis à liberis. 5. §. vtrum. & §. ſi mater. ff. de liber. agnoſc. Bald. conſil. 50. incip. Viſo teſtamento. num. 6. vol. 5. Bart. Socin. conſil. 5. incip. Suprascriptus. nu. 14. vol. 4. Alciat. conſil. 46. incip. In cauſſa dotis. nu. 3. lib. 8. Marc. Ant. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 3. cap. 18. nu. 60. Hartman.*
19 *ab Epping. tit. 36. c. 1. Cordub. d. §. ſi mater. nu. 10.* adeo † vt proteſtationes interpoſitæ matrem nihil iuuent, quia debitum ſuum ſoluit. *gl. c. ſacrorum. 15. verb. repetitionis. 12. q. 2. Iac. de Aren. d. l. alimenta. 11. nu. 1. in fin. & Franc. Aretin. nu. 2. C. de negoc. geſt. Thom. Grammatic. conſil. ciuil. 146. num. vlt. Vital. de Camban. tract. Clauſular. cap. pen. num. 176. & num. 220. & ſeq. Bolognet. l. non ſolum. §. morte in materia proteſtationis. num. 308. ff. de noui oper. nunciat.*

20 *ciat.* Sin † autem filius vel tot abundet facultatibus, vt ſibiipſi queat proſpicere, vel contra alios alimentorum petendorum habeat actionem, tum mater potius repetendi quàm donandi animo aluiſſe videtur: idq́ue tanto magis, quando repetitionis proteſtationem interpoſuit, vel ſumtus in librũ rationum retulit, aut filij vel nepotis negocia gerit. *d. l. Neſennius. 34. vbi notat Paul. Caſtrenſ. nu 2. & 3. ff. de negoc. geſt. Ruin. conſil. 171. incip. Conſideratis num. 2. vol. 1. Bertrand. conſil. 102. incip. Ponitur in facto quod anno. nu. 10. vo. 5. Cephal. conſil. 534. nu. 5. cum ſeq. Auguſt. Bero. in quaeſt. famil. 11. & conſil. 186. num. 3. vol. 1. Tiber. Dec. conſil. 110. num. 10. vol. 3. Maſcard. tract. de probat. concluſ. 76.*
21 *per tot. & concluſ. 571. nu. 9 & 10. vol. 1.* Proteſtatio † tamen de neceſsitate non requiritur *d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater & ibi notat Alberic. de Roſat. Barthol. Socin. conſil 64. incip. In praeſenti conſultatione. nu. 2. volum. 4. Vital. de Camban. d. num. 176.* niſi quando mater non gerit negocium filij nutriti, & impenſa non eſt ingens, ſed modica: tum mater alens & proteſtationem omittens, videtur donandi animo ſumtus feciſſe. *d. §. ſi mater. & Vital. de Camban. in d. tract. Clauſular. cap. penult. num. 180.* In caeteris vero ſumtibus, quos extra cauſſam alimentorum in liberos mater impendit, diſtinguit Bart. *d. l. Neſennius. 34. nu. vlt. ff. de negoc. geſt. quem ſequuntur Boër. conſ. 17. & OMNES ſcribentes, teſte Decian. conſil. 79. nu. 40. vol. 2. Vital. de Camban. d.*
22 *c. pen. nu. 220. cum ſeq.* Cum † his conſentiunt, quae de vitrico ſ. *lib. 1. c. 4. nu. 24.* dixi. Si enim quis priuignum ſuum alat, huic animum donandi eſſe non praeſumitur: cum inuicem ſe alendi, inter eos non intercedat neceſsitudo, *per ea quae attuli ſ. d. c. 4. nu. 23. atq; ita praeterea in ſpecie ſcribit Bart. l. ſi paterno. 15. & ibi Salic. Alex. conſil. 110. incip. Videretur prima conſideratione. nu. 1. vol. 7 per gl. vlt. d. l. ſi paterno. Iac. Phil. Port. conſil. 19. incip. In propoſita multiplici. nu. 76. Cord. de Lar. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi ma-*
23 *ter. nu. 61. cum ſeq.* Quae † ſententia quemadmodum COMMVNIS eſt, *teſte Alex. d. l. ſi paterno. 15. nu. 2.* ita limitatur, ſi vitricus affectione paterna priuignum aluerit: tum enim hanc repetitionis praeſumtionem ceſſare, nemo eſt qui non intelligat. *d. l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt.* Quoniam autem vt iam

dixi

dixi præſumtio eſt pro vitrico contra priuignum, ita vt huic onus incumbat probandi, ſibi à vitrico affectione paterna, & per conſequens animo donandi alimenta præbita fuiſſe: *Cordub. de Lar. d. §. ſi mater. num. 66.* quemadmodum alias præſumtiones probatione eum contra quem ſtant, regulariter ſolent onerare: *l. ab ea parte. 5. ff. de probat. l. generaliter. 24. §. ſi petitum. 7. verſic. ſed cum ex præſumtione. ff. de fideicommiſſ. libertat.* obſeruandæ ſunt coniecturæ, ex quibus animum donandi in

24 vitrico animaduertamus. Prima † autem & præcipua eſt, ſi vitricus percipiat operas à priuigno: tum enim ipſo iure videtur fieri compenſatio harum operarum & alimentorum: cum nemo ſuo ſumtu alteri inſeruire cogatur. *l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. iunctis iis quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 13. nu. 22. Et hanc ſententiam in ſpecie amplectuntur in d. l. ſi paterno. 15. Bald. nu. 3. Alex. nu. 2. C. de negoc. geſt. Io. de Amic. conſil. 70. incip. In cauſſa agitata. nu. 10. ac* COMMVNEM *perhibet Burſat. conſil. 83. nu. 9. vol.*

25 *1.* Verum † hæc prima coniectura eſt accipienda, vt vitricus vel etiam alius nutriens eum, cui cibum & potum gratis præbere non cogitur, impenſas alimentarias propter operas perceptas, repetere nequeat, vt iam probatum eſt: non vero intelligenda eſt, quaſi propterea denegandam arbitrer nutrito mercedem, quam ipſius labores vltra cibum & potum ſunt promeriti. Pone enim Petrus ducit in vxorem Paulam, quæ ex priore ſuo marito procreauit Caiam. Hanc ſuam priuignam Petrus aluit, donec vigeſimo quarto anno ætatis nuberet: at interim omnes labores in domo vitrici ſui ſuſtinuit, non aliter quàm ancilla, cui annuatim præter cibum, potum & lectum, mercedis loco præſtantur, verbi cauſa, tres floreni. Hæc igitur Caia, non tantum poterit vitrico ſuo ſumtus alimentorum nomine factos repetenti obiicere exceptionem compenſationis: *Franc. Aret. conſil. 48. incip. Reuocatur. circa fin. Phil. Dec. l. cum fundus. 31. §. ſeruum tuum. nu. 18. ff. ſi cert. pet.* ſed etiam inſuper iuſtam mercedem exigere: cum perſonæ aſſumtæ ad aliquod officium, videatur etiam conſtitutum conſuetum ſalarium. *l. nullum. 10. verſ. conſueta depoſcant. C. de offic. rector. prouinc. Iacob. de Aren. in l. excepto. 18. per illum*

 textum

*textum & ibi Cyn. num. 3. C. de locat. & conduct. atq; huc pertinet ſententia Collegij iuridici in Academia Ienenſi quam attuli 3. hoc libr. c.*
26 *6. nu. vlt.* In cuius † tamen mercedis æſtimatione tam conſtituenda quàm probanda, duorum meminiſſe neceſſarium videtur: quorum prius eſt, vt probetur alentem, niſi vſus fuiſſet priuignæ ſuæ operis, alia ancilla opus habuiſſe: *Caſtr. conſil. 346. incip. Ego Paulus. vol. 2.* alterum vero, vt petatur ea æſtimatio, non in quantum alijs operæ præſtitæ vtiles fuiſſent: vel locari potuiſſent, ſed quatenus vitricus ijs fuit adiutus. *l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. & l. in ſumma. ff. de condict. indeb. Cuman. conſil. 88. incip. Caſus talis eſt. Franciſcus de Lacanipa. num. vlt.* Id quod ad probationem inſtituendam eiuſque articulos recte concipiendos, plurimum aduocato poterit pro-
27 deſſe. Secundæ † coniecturæ locum obtinere poſſunt diuitiæ vitrici, concurrente inſuper priuigni magna paupertate. in eo enim cui Deus multas diuitias largitus eſt, facilius præſumitur donatio quam in egeno. *§. ſinimus igitur. in Authent. de non alienand. aut permut. Nouell. 7. gl. vlt. in fin. l. ſed ſi ego. 4. ff. ad SC. Velleian. Bald. d. l. ſi paterno. nu. 3. Tiraq. de nobilit. c.*
28 *vlt. num. 47.* Tertia † coniectura poteſt eſſe remuneratio. Si enim priuignus vitrico ſuo aliquid donet, vel alio beneficio ipſum afficiat: non eſt vero diſſentaneum, vt viciſſim vitricus in priuignum aliquid muneris conferre voluiſſe videatur. *l. ſi vero. 12. §. inde Papinianus quærit. verſic. quòd ſi donationem. ff. mandat. Bald. l. 2. num. 2. C. de iur. dot. Alexand. d. l. ſi paterno. 15. num. vlt.* propter obligationem naturalem quæ remunerationem efflagitat. *vulgata & trita l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit.* Quartam † coniecturam præbet rei præſtitæ vili-
29 tas: verbi cauſſa priuignus interdum ſitis leuandæ cauſſæ bibit hauſtum potus illius tenuis, quem cereuiſiam ſecundariam poſſumus appellare: ſi vitricus hoc ſciret & pateretur, præſumendum eſſet, non velle rem tam vilem repetere à priuigno *l. omnino. 12. l. quod dicitur. 15. ff. de impenſ. in res dot. fact. Bart. l. quæ dotis. 34. nu. 7. ff. ſol. matr. Bald. & Alex. d. l. ſi paterno. 15. num. vlt.* Et quæ hactenus de patre dicta ſunt, procedunt etiam in auo & auia, *vt eſt textus apertus in l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt. Bald. conſ. 137. incip. Quædam vidua. nu. 3. vol. 5. Alber. de Roſat. l. ſi*

quis

*quis à liberis.in pr.nu.14.ff. de liber.agnoſc.Nic. Boër. conſil. 17. Ce-*
30 *phal.conſil. 280.nu.46.cum ſeq.* Antequam † autem ab ali-
mentorum deſcendentibus præſtitorum repetitione, vlteri-
us progrediar, quæri poteſt de filio putatiuo nutrito. Finge
enim, Titius aluit puerum aliquandiu tanquam ſuum filium,
poſtea apparet, quod non ſit pater iſtius pueri; quæritur an
habeat repetitionem alimentorum infanti præſtitorum? &
reſpondetur quod non. Nec enim huiuſmodi alimenta re-
petuntur, niſi de calumnia conſtet. *text. eſt in l.vn. §. compe-
tit. ff. ſi mul.vent. no in poſſ. calum. cauſſ. eſſ. dic.* Accedit, quod
ſumtus in hunc puerum faciens, non habeat animum aliquē
obligandi, ſed credit impendere in rem ſuam: & ideo licet
alienum negocium geſſerit, non tamen repetit. *l. ſi in area.ff.de
condict. indeb. Bart.d.§. competit.quem ſequuntur Caſtr.l. alimenta.
11. num. 4. C. de negoc. geſt. Natt. conſil. 108. incip. Quoniam
reuerendus. numero 8. Pontz. tract. de aliment. cap. 9. numero 7.*
31 *& attigi ſ. lib. 1. cap. 13. num. 56.* Ex his † nunc facile con-
iecturam capere licet, de ſumtibus factis in aſcendentes. Aut
enim ipſi parentes adhuc tantum in bonis habent, vnde ſibi
queant proſpicere: & tum eorum alendorum neceſsitas, hoc
caſu liberis quia non incumbit: *l. 1. & 2. C. de alend. lib. l. ſi
quis à liberis. 5. §. etſi impubes. ff. de liber. agnoſc. & dixi ſ. lib. 1.
cap. 5. num. 50.* datur repetitio *arg. l. Neſennius. 34. ff. de negoc.*
32 *geſt.* Aut † parentes nihil habent in bonis, tum ſi ex pluri-
bus filijs vnus alat patrem egenum, & non conſtet, quod
animo donandi hos ſumtus fecerit, in dubio à ſuis fratri-
bus, pro rata portione repetit. *l. ſi filius. 12. C. de negoc. geſt. l.
heredes. 25. §. ſi filius. 16. ff. famil. erciſ.* partim quia ad omnes
filios pertinet hoc onus *ſ. lib. 1. cap. 5. num. 56.* partim quia
eſt *COMMVNIS* opinio, quod filius patrem alens, animo
repetendi à fratribus ſumtus faciat, *per d. §. ſi filius. 16. Carol.
Ruin. conſil. 23. incip. Quia in facto & in iure. num. 38. vol. 5.*
33 Idem † de alimentis matri præbitis, reſpondit Corneus *conſ.
199. incip. In hac conſultatione. num. 4. vol. 3.* Quia autem alle-
gati textus *nempe d. l. Neſennius. 34. & d. l. ſi filius. 12.* ſunt
apertiſsimi: non curandum eſt quid Bartolus *in l. 2. §. 1. num.*

*4. ff. de donat.* vel Cynus *in d. l. ſi filius 12.* ſcribant: cum ius ipſis refragetur. Neq; huic ſententiæ aduerſetur argumentum à correlatiuis, quo nititur Io. Petr. Surdus *de aliment. tit. 6. quæſt. 9. num. 6.* ſiquidem in matre & auia filios alentibus, eadem diſtinctio obſeruatur *d. l. Neſennius. 34. & paulo ante indicatum fuit num. 18.* & ſic hæc ſententia, liberos aſcendentium inopiæ ſuccurrentes, in dubio repetendi animo impenſas erogare, hac correlatiuorum conſideratione potius corroboratur Deinde poſito, ſine veritatis tamen præiudicio, patrem vel matrem, qui quæue filios, quorum alendorum onus alijs incumbit, nutrit, in dubio donandi animo ſumtum ſuppeditare: tamen non recte inde inferri arbitror, eundem animum in liberis parentum alendorum cauſſa impenſas erogantibus præſumendum: propterea quod ratio diuerſitatis inde facile elucelcat, dum liberi non ita iure naturæ primæuo ſuos progenitores tenentur alere, quemadmodum hi illos: *dixi ſ. lib. 1. cap. 5. num. 7.* & argumentum à correlatiuis, cum vtrinq; diſpar eſt ratio, non procedat. *Nic. Euerhard. in Topic. legal. loc. 20. A correlatiuis. num. 8.* Multo
34 † magis hic animus repetendi in dubio præſumitur, quando quis ex collateralibus in alium ſuum propinquum, alimentorum cauſſa, ſumtum faciat. Nam frater, qui fratrem ſuum alit, præſumitur conſilio & propoſito repetendi id facere. *text. eſt in l. ſi negocium. 16. C. de negoc. geſt. Ruin. conſil. 102. incip. Circa dubium de quo quæritur. num. 3. vol. 4. Hier. Grat. conſ. 128. incip. Viſo proceſſu. num. vlt. vol. 1.* niſi inopia nutriti fratris, & ſic pietas aliud ſuadeat: præſertim accedente inſuper impenſarum exiguitate: tum enim in dubio donandi animus præſumetur. *l. ex duobus. 27. §. vlt. ff. de negoc. geſt. Ruin. conſil. 100. incip. Narratur in themate. num. 3. cum ſeqq. vol. 4.* Idem
35 † eſt in patruo, qui fratris ſui filium nutrit: hunc enim in dubio animum repetendi habere, veriſimilius eſt; *per d. l. Neſennius. 34. & alios textus ſupra allegatos tenet Angel. conſil. 60. inc. Morte dicti filij. num. 4. Anchoran. Bonon. conſ. 435. incip. Præmittendum eſt. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 78. num. 13.* niſi ſimiliter paupertas nutriti, & diuitiæ patrui nutrientis, ac ſumtuum

tuum factorum tenuitas, aliud poſtulent, *vt tradit Anchar. Regiens. lib. 1. queſtion. 52. & Petr. de Vbald. in tract. de duob.*
36 *fratrib. part. 6. quaeſt. 23. qui omnino eſt videndus.* Nunc † videamus de marito vxorem ſuam alente, quo in caſu tutiſsimum eſſe videtur, conſtituere theſin negatiuam, Marito alimenta, quæ vxori ſuæ præſtitit, repetendi ius non eſſe. Qui enim debitum ſuum ſoluit, non habet actionem ad repetendum, cum potius obligatio ſit ſoluta, quam contracta. *§. 1. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Marito autem vxoris ſuæ alendæ neceſsitas incumbit *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 10. num. 3.* Accedit præterea textus *in l. quod in vxorem. 13. C. de negoc. geſt. Iacob. Phil. Port. conſil. 19. num. 71. Concenat. lib. 2. queſtion. 6.*
37 *num. 6. Maſcard. de probation. concluſ. 77.* Ampliatur † vt hæc theſis adhuc procedat, licet maritus ſe repetiturum alimenta proteſtetur, *per ea quæ dixi paulo ante in hoc ipſo cap. num. 19.*
38 Limitatur † hoc thema vt verum ſit, quando maritus dotem promiſſam pro muliere accepit, ſecus ſi dos quidem fuerit promiſſa, ſed non ſoluta: tum enim vt hæc alimenta, tanquam intereſſe maritus repetat, iura permittunt. Nam quoties contractum, qui vltro citroq; eſt obligatorius, vnus contrahentium à ſua parte implet, eo ipſo alter conſtituitur in mora, & tenetur ad intereſſe. *text. eſt in l. curabit. 5. C. de act. emti. l. Iulianus. 13. §. ex vendito. ff. eod.* Sed contractus dotis eſt vltro citroq; obligatorius. *l. item quia. 4. ff. de pact. l. ſtipulationem. 21. & l. promittendo. 41. in pr. ff. de iure dot. l. ex promiſſione. 19. ff. de obligat. & act.* Ergo maritus alendo vxorem & ita ex ſua parte implens contractum, conſtituit mulierem vel ipſius patrem dotis promiſſorem in mora, & per conſequens ab ipſo petere poterit interſſe: *qua ratione vtitur Bald. conſil. 94. incip. vtrum maritus. vol. 1. (quod conſilium Nic. Boër. conſil. 6. num. 5. perperam allegat ex vol. 3. conſil. 78.) Caſtr. conſ. 11. incip. Viſo dicto libello. num. 4. vol. 1. Alex. in conſil. 147. incip. Perſpectis inſtrumentis. vol. 5. Corn. conſil. 155. incip. In hac conſultatione. num. 7. vol. 2. & conſil. 250. incip. Non ſeruato ordine puncti, ſub num. 8. eod. vol. 2. vbi inquit, quod per gl. & DD. videlicet Bart. Bald. Ang. Paul. de Caſtr. & Ludouic. Roman. in l. de*

*diuiſione. ff. ſol.matrim. ad noſtros terminos dotis promiſſæ per mulierem vel ſocerum, trahantur d. l. curabit. & ſimiles.* At poſſet
39 † aliquis obijcere *ex Io. de Imol. in l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim. Io. de Anan. c. ſalubriter. num. 8. ext. de vſur. Angel. Aret. §. fuerat. num. 14. Inſtit. de actien. Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 23. verb. Deniers. de mariage. num. 1. Cabal. in milleloq. 543. in pr.* In obligationibus dandi non ſuccedit obligatio ad intereſſe. *l. vbi autem. 75. §. fin. & ibi gloſſ. & DD. l. ſi ſeruum. 91. §. fin. ff. de verb. obligat.* Sed dotis promiſsio eſt obligatio dandi. *l. dotale. 13. §. dotale. ff. ac fundo dotal.* Ergo in dotis promiſsione poſt moram non ſuccedit obligatio ad intereſſe. Ad quod argumentum quamuis Corn. *conſil. 250. incip. Non ſeruato ordine. num. 8. vol. 2.* reſpondeat, quod hîc non ſuccedat obligatio ad intereſſe, quia officium iudicis non præſupponit obligationem: tamen vereor vt hæc reſponſio ſatisfacere queat: partim quia non omnino certum eſt, hoc intereſſe, per maritum ſolummodo iudicis officio, non autem actione aliqua peti, vt paulo poſt num. 61. attingam: partim quia etiam officium iudicis præſupponit neceſſario obligationem, non quidem propriam, quæ in ſpeciem alicuius contractus incidat, ſed impropriam, puta ne alter locupletetur meo damno & iactura, vel ex alia ſimili æquitate, *vt oſtendit Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 17. num. 8.* Ideo ad propoſitum argumentum putarem aliter poſſe reſpondeti, & inprimis ad maiorem, per diſtinctionem. obli-
40 gatio enim † ad intereſſe reſpectu effectus dupliciter conſideratur, interdum vt principalem obligationem penitus extinguat, interdum vero vt eam in ſuo vigore permanentem augeat: vt ita aliud ſit intereſſe principali obligationi ſuccedens, aliud vero eidē accedēs. Nam ſi mihi promittas te mihi deſcripturum mei præceptoris conſilia typis nondum excuſa, idq́; intra ſemeſtre ſpacium: quod ſi non præſtes & in mora conſtituaris, ego nihil aliud à te petere potero, quàm id quod mea intereſt habere iſta conſilia: quod intereſſe ſi tu mihi præſtiteris, liberas te à principali obligatione deſcribendi. *§. non ſolum. Inſt. de verb. oblig. l. ſi quis. 13. §. fin. ff. de re indic.*

*iudic.* Sed ſi tu mihi ex vendito precium dare debeas, prout emtor facere tenetur, *l.1. verſ. emtor enim niſi nummos. ff. de rer. permut. l. ſi ſeruos. 7. C. de act. emt.* & moram committas, tum ſi ego ex parte mea mercem venditam tibi tradendo, contractui ſatisfecerim, nihilominus obligatus mihi teneris ad intereſſe, licet principaliter ad dandum precium obſtrictus ſis: veruntamen hæc obligatio ad intereſſe, non extinguit principalem obligationem, ſed vtrunq; potero petere, tam intereſſe quàm precium venditionis. *d. l. curabit. 5. d. l. Iulianus. 13. §. ex vendito.* Sicut autem maiorem de priore illo intereſſe principalem obligationem extinguente concedo: ita viciſsim eam, ſi ad poſterius intereſſe, quod principalem obligationem ſaluam permanentem auget, accommodetur, nego. Cum igitur hinc ſolummodo iuxta terminos maioris propoſitionis in concluſione inferri oporteat, quod in dotis promiſsione poſt moram non ſuccedat obligatio ad intereſſe dotem extinguens, quam illationem concedo: efficitur vt hoc argumentum noſtræ limitationi nihil officiat. *Lud. Roman. in l. inſulam. 43. §. vſuras. num. 8. ff. ſol. matrim.* Sic
41 † neque obſtat quod iure Canonico vſuræ ſunt prohibitæ. *c. 1. & tot. tit. ext. de Vſur. Hier. Schurff. conſ. 83. Cent. 3. Io. Borcholt. in tr. de Vſur. cap. 1. in pr.* quia reſpondetur per diſtinctionem: aliæ enim vſuræ ſunt lucratoriæ, aliæ compenſatoriæ, & aliæ punitoriæ *Bald. in l. 2. num. 1. C. de vſur. præceptor & ſocer meus honorandus D. VVeſenb. in tit. ff. eod. num. 5.* & quemadmodum vſuræ lucratoriæ omni iure prohibitæ ſunt; *ſocer meus d. tit. num. 6. Domini. Sotus lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 1. & ſeqq.* ita compenſatoriæ ſunt permiſſæ, etiam iure Canonico. *c. quoniam. 8. & ibi gl. 14. q. 4. gl. c. conqueſtus. 8. ext. de Vſur. & eſt* COMMVNIS *opinio teſte Rol. à Vall. conſil. 14. incip. Stante firma. num. 1. vol. 2.* cumq; hic neq; de lucratorijs neq; punitorijs, ſed ſolummodo de compenſatorijs vſuris agamus, *vt eſt text. notab. in l. ſi quis. 21. §. ſi vxor. ff. de donat. int. vir. & vx. quem text. ad hoc propoſitum adducit & commendat Barth. Chaſſan. in conſuet. Burgund. rubr. 4. §. 23. num. 10. & ſeq. & omnino Fort. Garſ. de vlt. fin. iur. illat. 6. num. 103. & ſeqq.* conſequens

eſt vt eiuſmodi intereſſe vel vſura omni iure ſit permiſſa: *& ſic in noſtris terminis reſpondet Lud. Roman. conſil. 517. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. num. 8. Alex. d. conſil. 147. num. 2.* Si-
42 militer † nec obſtat *l. vlt. §. præterea. C. de iure dot.* vbi mora demum poſt biennium à die matrimonij contracti committitur, & tum demum iſtud inter vſurium debetur, *quem textum tanquam ſingularem ad hoc citat Lud. Roman. ſing. 302.* Nam iſtud biennium requiritur ſolummodo, quando dos ab extraneo aliquo promiſſa eſt, non vero à muliere vel ab ipſius patre, *ita dicit gl. d. §. præterea. verb. ſi quis. Bart. l. de diuiſione. 5. num. 3. Alex. d. conſil. 147. num. 4. & in l. quod te. 5. num. 8. ff ſi cert. pet. quam explicationem* COMMVNEM *eſſe teſtatur Ioan. Sadolet. in d. l. quod te. 5. num. 78. ff. ſi cert. petat. Ludouic: Cat. conſil. ſuo incip. In hac cauſſa. quod eſt inter Franc. Marzarij conſil. 37. num. 123. & omnino videas Iaſ. in. §. fuerat. num. 26.*
43 *Inſtit. de act. qui aliam præterea affert reſponſionem.* Quod † autem Io. Copus *lib. 3. de fructib. tit. 2. cap. 2.* fatetur quidem textum *d. §. præterea.* in extraneo, qui pro muliere dotem promiſit, expreſſum eſſe: non tamen putat mulieribus ipſis, quæ dotem conſtituerunt minus fauendum eſſe quam extraneis, qui pro mulieribus ſpoſponderunt: hinc inferens, ſicut ergo extraneus reipſa in moram ſoluendæ dotis minimè incidit, ſed per interpellationem vel biennij lapſum; ſic nec mulier: ad hoc reſponderi poteſt, ingens eſſe diſcrimen inter mulierem non ſoluentem & extraneum: quia mulier vel pater non ſoluens, interim non tantum vtitur fruitur pecunia promiſſa, ſed etiam percipit alimenta à marito, quæ vel pater filiæ ſuæ vel mulier ipſa ſibi præſtare debebat: & ſic duplex lucrum ſentit, nempe & pecuniæ non ſolutæ & alimentorum perceptorum: cum econtra extraneus hoc alendi mulierem onere, quod ad eum nunquam ſpectauit, non liberetur; ſed ſolummodo pecunia in dotem promiſſa fruatur. Ex quo quemadmodum diuerſitas apparet & ratio, cur mulieribus eiúsue patri minus quàm extraneo hac in parte fauendum ſit: ita
44 conſtat illationem factam non ſubſiſtere. Sic † nec nos mouere debet ratiocinatio Iaſonis *in d. l. de diuiſione. 5. num. 4.*
cupien-

cupientis ex illo textu euincere, quod licet maritus ſuſtineat onera matrimonij: tamē ante traditionē fundi mulier non conſtituatur in mora, ne quidem irregulari. Dum enim ſic argumentatur: Si mulier, ante fundi dotis nomine promiſsi traditionem, eſſet in mora, perderet fructus. Sed mulier non perdit fructus *d. l. de diuiſione.* Ergo mulier non eſt in mora: negandam puto rationem conſequentiæ in copulato. Quia enim intereſſe illud, à marito petitur vi moræ, non autem vi fundi dotalis, *vt loquitur Bald. d. l. de diuiſion. 5. in fin.* atq; ita id quod intereſt mariti, differt à fructibus ex fundo dotali perceptis, *Claud. Seiſell. d. l. de diuiſione. num. 8. allegans Bartolum in l. ratio. 3. §. 1. num. 3. ff. de act. emt.* ſequitur à diſparatis non recte inferri *per l. fin. ff. de calumniat.* Quod ſi dicerem ipſos fructus in fundo promiſſo natos, puta poma, pira, ceraſa, frumentum, vuas aut alios fructus deberi marito propter moram à muliere commiſſam, tum ſane aliquid momenti haberet argumentum Iaſonis: iam vero quia communis illa opinio ſtatuit, pecuniarium intereſſe deberi marito: nihil impedit, quin poſt ſolutum matrimonium certam partem fructuum in poſtremo anno natorum mulier vindicare, & maritus vicisſim hoc intereſſe pecuniarium exigere poſsit: *quam reſponſionem approbare videtur Io. Copus d. c. 2. non longe à fin. inquiens: ſi quid ab vxore maritus repetere poſſet, non fructus ſed quatenus expendit repeteret, & adhuc clarius Barthol.*
45 *Socin. d. l. de diuiſione. num. 10.* Æque † nihil ad rem facit, quod pro fulcienda Iaſonis ſententia Zaſius *lib. 2. ſingul. reſponſ. cap. 16. ad argumentum ex d. l. curabit. 5. & d. l. Iulianus. 13. §. ex vendito. ſumtum* conatur reſpondere, contendens contractus illos emtionis & venditionis nihil ad propoſitum facere: emtio (inquit) & venditio ſunt duo relatiua, quorum vnum ſine altero per naturam eſſe non poteſt: at dos cum oneribus non ita: poteſt enim alterum eſſe ſine altero. Nam reſpondeo per diſtinctionem: vel enim dos conſtituta eſt, vel nulla eſt conſtituta: poſteriore caſu vbi dos nulla promiſſa eſt, concedo onera ſine dote eſſe, quia nulla dos promiſſa eſt: at priore caſu, quando nimirum dos promiſſa eſt, nego alte-

alterum ſine altero eſſe poſſe, quia niſi matrimonij oneribus ſeruiat, dos nulla eſt, *text. eſt manifeſtus in l. ſi pater. 76. in fin. ff. de iure dot:* Deinde ait Zaſius quod ſola æquitas velit, quod maritus fructus ſuos faciat, quia ſuſtinet onera *per l. dotis fructus. 7. ff. de iure dot.* At cum eadem aut etiam maior æquitatis ratio ſubſit eo caſu, quando dos promiſſa eſt, ſed non ſoluitur marito interim onera ſuſtinente, ne is ex vxoris ſuæ eiúſue patris mora damnum ſentiat, ideo illa ipſa æquitas hanc communem opinionem magis confirmat quàm infrin-
46 git. Neq; † iuuat Zaſium quod maritus vxorem facile potuerit interpellare & dotem exigere: quia hoc ipſi non poteſt obijci nec vlla impingi culpa, *vt eſt text. manifeſtus in l. ſi extraneus. 33. §. ſed ſi vel pater. ff. de iure dot.* Quod præterea Zaſius ibidem adducit *l. quod in vxorem. 13. C. de negoc. geſt.* reſponderi poteſt, iſtum textum locum habere tantùm in ægra vxore, vt eius verba indicant, *eumq́ ita interpretantur Roman. in repet. l. ſi vero §. de viro. in principali fallent. 44. verſ. Duodecimo probatur. in quibusdam editionibus ſub. num. 76. in quibusdam autem num. 238. ff. ſol. matrim. Io. de Anan. c. ſalubriter. num. 8. ext. de Vſur. Alex. conſil. 31. incip. Viſo themate prædicto. num. 12. vol. 6. l. in inſulam 43. §. vſuras. num. 3. in fin. ff. eod. Carol. Ruin. conſil. 61. incip. Caſus iſte modicam vel nullam. num. 6. vol. 4. Gratus conſil. 57. incip. Viſa hac facti ſpecie. num. 6. vol. 1. Bertrand.*
47 *conſil. 181. incip. confeſſio ſeu recognitio. num. 11. vol. 8.* Sic † deniq; nihil ad rem facit, quod Zaſius arbitratur, donationem in hoc caſu conſiſtere, propterea quod hæc donatio non conſideretur conſtante matrimonio, ſed eo ſoluto, quando de fructuum diuiſione agitur &c. Nam ad hoc reſpondeo per negationem, neq; quicquam pro confirmatione à Zaſio allegatur: imo de eiuſmodi intereſſe mariti etiam conſtante matrimonio quæri, patet *ex c. ſalubriter. 16. ext. de Vſur.* Cum
48 igitur † ob dotem ab vxore vel ipſius patre promiſſam quidem ſed non traditam, poſtquam maritus ſuſtinet onera matrimonij, illico mora reipſa committatur, ſcilicet quatenus ad præſens inſtitutum attinet: *vt ſcribunt Ang. in d. l. de diuiſione. num. 2. Roland. à Valle de lucr. dot. quæſt. 8.* eſt M.A.: G 1 8

COM-

*COMMVNIS opinio, teſte Mar. Mant. Baur. in tract. de Mora. part. 2. num. 14. iuxta nouiſſimam editionem, ſed iuxta veterem editionem num. 23. allegans præcipue Alex. d. conſil. 147. idem Alex. conſil. 141. incip. Viſo themate cum dubijs. num. 9. vol. 5.* efficitur etiam vt marito ex hac mora id quod in mulierem alendam impendit, tanquam intereſſe, debeatur. *Paul. de Caſtr. in l. in inſulam. 43. §. vſuras num. 3. ff. ſolut. matrim. Alex. conſil. 221. incip. ſuper titulo quæſtionis. num. 9. vol. 2. & conſil. 56. incip. In præſenti conſultatione. num. 6. vol. 4. Phil. Dec. conſil. 119. incip. Pro tenui facultate. num. 12. Lud. Cat. d. conſil. 37. num. 121. quæ ſententia fundatur in d. l. in inſulam. 43. §. vſuras. & l. ſocium qui in eo. 60. ff. pro ſoc. l. pater. 17. ff. de dol. except. c. ſalubriter. 16. ext. de Vſur. & eſt tam Canoniſtarum quam legiſtarum COMMVNIS opinio. Alex. d. §. vſuras. num. 4. & conſil. 63. incip. Stantibus his. num. 4. & 5. vol. 4. Iaſon. conſil. 92. incip. Circa primum dubium. num. 12. vol. 1. Corn. conſil. 164. incip. In hac conſultatione. num. 5. & conſil. 212. incip. Præmittendum. num. 1. vol. 3. Natta conſil. 495. incip. de duobus principaliter. num. 2. Matth. Gribald. in commun. opin. §. Dos. verſ. Maritus ob cauſſam dotis. Cacheran. deciſ. 132. num. 1. Kirchou. in commun. opin. lit. V. verſ. Vſuræ pro dote. Plot. in l. ſi quando. num. 455. C vnde vi vel iuxta nouiſſimam editionem Colonienſem in tract. de in lit. iurand. §. 11. num. 18. Grat. d. conſil. 57. incip. Viſa hac facti ſpecie num. 4. & 5. quod conſilium forſitan voluit allegare Plotus d. loc. cum in conſil. 55. ego de hac re in meo libro nihil inueniam.*

49 Extenditur † hæc limitatio primò, vt etiam procedat in marito, qui negociari ſolitus non fuit: licet enim aliqui in ea ſint ſententia, vt hoc intereſſe dotis debeatur illi marito tantummodo, qui ſolitus fuerit negociari, non autem illi qui negociari non conſueuit: *Anchar. Bonon. d. c. ſalubriter. num. 3. Io. de Anan. ibid. num. 8. verſic. Et per prædicta patet. quem ſequitur Phil. Dec. conſil. 116. incip. In cauſſa Aluiſij de Curſis. num. 6. & conſil. 119 incip. Pro tenui facultate. num. 9. Io. de Imola. in d. l. in inſulam. 43. §. vſuras. num. 8. per d. l. ſocium qui in eo. 60. ff. pro ſoc. vbi ſocij erant mercatores. & l. 2. §. fin. ff. de eo quod certo loc.* tamen eiuſmodi intereſſe indiſtinctè à marito, tam negocia-

gociationem exercent, ſiue non, peti poſſe tradit Ludouic. Roman. *d.conſil. 517.num. 4. cum ſeq. & Io. de Anan. d. c. ſalubriter.nu.8.verſ.Conſidera tamen ad prædicta.* vbi ſimul ad fundamenta reſpondet, quod ea ſolummodo locum habeãt, quando agitur de intereſſe conſiſtente in lucro, ſecus ſi agatur de intereſſe conſiſtente in damno, *prout text.d.l 2.§.fin.& gl.ibi hoc innuit.& d. l. ſocium. 60. loquitur de mercatore qui pecunia debita merces comparaſſet, & ita lucrum percepiſſet.* Cum autem maritus agat de intereſſe conſiſtente in damno, quia ſibi abeſt quod expendit in alimenta vxoris: conſequens eſt, vt iſti textus huc non ſpectent: *quam reſponſionem etiam approbat Bertrand. conſil. 214.incip. Si occurrens caſus.num.11. vol.4.& d. conſil. 181. incip. Confeſſio ſeu recognitio. nu.9.vol.8.eandemq́ poſtea in medium attulerunt, nulla tamen Ioannis de Anan. mentione facta, Alex. in d.l. in inſulam. 43. §. vſuras.nu. 4. & conſil. 31. incip. Viſo themate. num.10.vol.6. Angel. Aret.§.fuerat.nu.14.verſ ſubdit tamen idem. Inſtit.de action.*

50 Extenditur † hæc limitatio ſecundò, vt etiam certam quandam ſummam nomine alimentorum maritus à dotis debitore ſtipulari queat: *Ranchin.part.6. concluſ.39. & eſt VERA ET COMMVNIS opinio teſte Caball.in Milleloq.432.incip. Aduertendum.* ita tamen vt dotis debitum ſit purum, non vero conditionale, neque in diem. Si enim ſolutio dotis ab initio ex conuentione differretur, exempli cauſſa in quadriennium, & maritus à debitore dotis, ſingulis annis certam pecuniæ ſummam nomine alimentorum onerumq́ue matrimonij interim ſibi dari ſtipularetur, nihil valeret hæc ſtipulatio vt vſuraria: tam quia nulla mora ante iſtud quadriennium eſſet: ideoq́ue nec vlla petitio; *Alex d.conſil.31.incip. Viſo themate. num.13. in fin. & num.14. vol.6.Thob.Non. conſil.48.num.25.* quàm quod iſte maritus precium acciperet dandę dilationis & ſolutionis differendæ, quod eſſet mera vſura. *Ant.de Butr. d. c. ſalubriter.num.6. Ambroſ.de Vign.num. 14. Anton. Archidiac. Epiſc. Florentin.in tr. de vſur. c.2.q.27. Rub.conſil.108 incip. In cauſſa & lite.nu.1.& 2.Crauett. conſil.189.incip. Quando fœmina excluditur.nu.7.verſ.Quartus caſus eſt in marito* cum qua diſtinctione,

quic-

quicquid dicat Caball. *d. milleloq. 432.* Canoniſtę *in d. c. ſalubriter.* COMMVNITER pertranſeunt *Aug. Bero. conſ. 178. incip. In cauſa mota. nu. 24. vol. 1.* imò hæc opinio eſt MAGIS COMMVNIS *atteſtante Ioſ. Lud. ab Aſſiſ. in deciſ. Lucenſ. 21. nu. 38. & 44. & ſatis probatur in d. c. ſalubriter iuncto c. quia fruſtra. 14. verſic. vſuris vel fructibus. ext. de vſur. Laur. de Rodul. in c. conſuluit. q. 53. ext. d. tit.*

51 Qui Laurentius etſi quidem † ſubdit opinionem contrariã, qua ſtatuitur, non licere certam pecuniæ ſummam ſtipulari, ſecuriorem eſſe: propterea quod poſſeſsiones pignoratæ, naturaliter aptæ natæ ſint fructum producere; pecunia vero naturaliter non producat fructum, *id quod etiam. Io. de Anan. d. c. ſalubriter. num. 6. à verbo ad verbum refert*: attamen non credo hac ratione communem opinionem labefactari poſſe, niſi conſequentiæ ratio prius probetur, nempe fructus naturaliter prouenientes citius à creditore lucrifieri, neque in ſortẽ imputari quam fructus ciuiles. Quod quia falſum eſt, *per text. apertum. d. c. quia fruſtra. 14. Alex. d. conſil. 31. incip. Viſo themate prædicto. nu. 5. vol. 6.* ideo negata ratione conſequentiæ, per ſe corruit iſta argumentatio. Accedit præterea quod textus *in d. c. ſalubriter.* præcipuè ſe fundat in oneribus matrimonij à marito portatis. *Alex. d. conſil. 31. num. 6. Couarr. lib. 3. Var. reſol. cap. 1. num. 3. verſ. quarto hinc poterit diſcuti.* & nos de eo ſimiliter, qui vxorem alit, agimus, ideo eadem eſt ratio & per conſequens idem erit ius. Neque hanc diſtinctionem euertit illa ratio *quam adducit Couarr. d. lib. 3. var. reſolut. c. 1. nu. 3. verſ. Quinto eodem iure conſtat, &c.* quaſi iuſtiori cauſſa locum habeat perceptio fructuũ alteriuſue quantitatis loco intereſſe, quando libera ex pacto datur facultas ipſi debitori fruendæ ſortis, quàm ſi creditori licitum eſſet, eam quocunque die petere. Nam à priore dotis conſtitutione pura, id eſt neque diem, neque conditionem, neque vllam aliam dilationem habente, diſcernendum eſt poſterius pactum, quo debitori primum purè obligato, poſtea ſortis fruendæ facultas ita datur, vt certum quid loco intereſſe creditori, nouo marito interim perſoluat. Cum itaque communis opinio loquatur de tali conuentione, in qua primum dos pure dicta fuit, poſtea vero pecu-

peculiarī quodam pacto conceſſa fuit dilatio, & pro intereſſe aliquid vicisſim promiſſum: nequaquam commuem opinio-
52 nem iſta ratiō conuellit. Sic dum † Alex. *in d. l. in inſulam. 43. §. vſuras. num. 5.* diſtinguit vtrum aliquid promittatur nomine vſurarum, an alimentorum: ſimiliter vereor vt hæc diſtinctio vera ſit, quia ita facilimum eſſet fraudem legi facere, & vſuræ prohibitæ viderentur, quoad appellationem tantum, non quoad rem ipſam, *contra l. fin. C. de vſur.* deinde quia non attendendum eſt, quod conuentionis verba ad vſurarum ſolutionem referuntur, cum illa iuxta qualitatem contractus ex intentione contrahentium impropriandа ſint, & ad intereſſe referenda. Ex qualitate enim contractus interpretantur verba, contra propriam ſignificationem *l. ſi tibi pecuniam. 20. ff. ſi cert. pet. l. ex conducto. 15. §. Papinianus (alias incipit l. ſi vno. 17.) verſ. ſed & ſi verbo donationis. ff. locat. l. inſulam. 6. ff. de præſcript. verb. l. qui id quod. 33. verſ. cauſſam enim & originem &c. ff. de donat.* Sic in propoſito, non titulus ſeu appellatio vſurarum, ſed cauſſa & origo debet eſſe in conſideratione. *Ludouic. Roman. in d. §. vſuras. num. 6.* Tandem reprobatur iſta Alexandri diſtinctio *per l. ſi quis. 21. §. ſi vxor. ff. de donat. inter vir. & vx. iunctis his quæ tradit Ludou. Roman. d. §. vſuras. num. 7.* Cæterum
53 † hæc extenſio declaratur, vt ex dote pure debita ſummam maritus ſtipulari queat, ſcilicet talem, quæ modum alimentorum non excedat. Quia enim maritus neceſſe habet, fructus ex pignore pro dote non ſoluta ſibi tradito perceptos, & alimentorum neceſsitatem excedentes, in ipſam ſortem dotis promiſſæ imputare: *propterea quod ratio d. c. ſalubriter. cum ceſſet, & expreſſè hoc ita tenet Bald. in d. l. fin. §. præterea nu. 5. C. de iure dot. quem ſequitur Io. de Anan. in d. c. ſalubriter num. 4. ext. de Vſur. Alex. conſil. 178. incip. Viſo proceſſu cauſſæ inter Ioannem num. 11. vol. 7. & Sebaſt. Medic. in l. fin. gl. 2. part. 1 nu. 258. in fin ff. de ll. Caro. Molin. in tract. de vſur. num. 525.* ergo pari ratione debet imputari in ſortem, id quod vlterius ei ex ſtipulatione fuerit datum: *eſt* COMMVNIS *opinio teſte Ploto in l. ſi quando. nu. 454. C vnde vi. in Colonienſi editione habetur in tract. de in lit. iur. §. 11. nu. 17. & Caballin. d. Milleloq. 432. in fin.* niſi † ma-
54 ritus

ritus ſolitus ſit negociari, qui, ſi pecunia ipſi numerata fuiſſet, lucratus fuiſſet cum illa pecunia, plus quàm in vxorem inſumiſſet: tum maritum petentem lucrum ceſſans audiendum eſſe firmat Caballinus *Milleloq. 543. incip. Maritus ratione dotis.* ac COMMVNITER *à Doctoribus tradi ſcribit Bald. Nouell. in tract. de dote. part. 7. priuileg. 3. verſ. ſed tunc ſuccedit pulcra dubitatio. Ioſ. Ludouic. d. deciſ. Lucenſ. 21. num. 37. Plot. d. l. ſi quando. num. 457. vel quod idem eſt d. §. 11. num. 21.*

55 Tertiò extenditur † hæc limitatio, vt procedat etiamſi tacuerit maritus per longum tempus, non petendo hæc alimenta ante dotis ſolutionem in vxorem erogata per decem annos. Probatur primò, quia perſonalis actio non expirat, niſi ſpacio triginta annorum. *l. ſicut. 3. l. omnes. 4. l. ſi quis emtionis. 8. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & in hiſce noſtris terminis hac ratione vtitur Iaſ. in d. §. fuerat. num. 22.* deinde quia textus eſt *in l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. ff. de alim. vel cib. leg. quem ad hoc inducunt Ludouic. Roman. d. conſil. 517. num. 15. & Iaſ. in l. quæ dotis. num. 19. ff. ſol. matrim. Io. Mar. Riminald. conſ. 184. incip. Viſo themate & dubijs. num. 52. vol. 1. Iacob. Concennat. lib. 4. quæſt. cap. 18. num. 26. Rol. à Valle conſil. 65. incip. Magnificus dominus. per tot. vol. 4.* Et hæc ſententia COMMVNIS eſt. *teſte Io. Bologn. d. l. quæ dotis. num. 79. ff. ſol. matrim. Horat. Mandoſ. in addition. ad Roman. d. conſil. 517. Bertrand. conſil. 187. incip. Viſo caſu mihi exhibito. num. 3. vol. 6. Rol. à Valle d. conſil. 65. num. 17. in fin. Laur. Kirchou. in theſaur. comm. opin. lit. M. verſ. Maritus qui ceſſauit.* ſecundum quam iudicatum fuit in Senatu Neapolitano, *vt teſtatur Thomas Grammaticus deciſ. 70.*

56 Licet † autem Baldus *in conſil. 474. incip. Poſt biennium. vol. 3.* ſcribat alimenta ſi per maritum ab vxore non petantur intra decem annos, præſumi remiſſa: *per l. cum quidam 17. §. Diuus. ff. de Vſur. quem ſequitur Alex. conſil. 74. incip. Viſo titulo quæſtionis. num. 8. vol. 5. Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. notab. 3. ext. de donat. int. vir. & vx. Hippol. de Marſil. in ſingul. 360. incip. Scribitur apud legiſtas. num. 4. Petr. Rauenn. in alphab. aureo lit. M. verſ. Maritus ſi ſtetit ſpacio decem annorum.* tamen non ſatis illa opinio probatur *per d. §. diuus.* ſiquidem

loquitur de vſuris lucratorijs, *quemadmodum initium iſtius l. cum quidam. 17. & l. qui ſemiſſes. 13 ff. eod. ſatis indicat*, nos vero verſamur in vſuris compenſatorijs, vbi maritus repetit id, quod in vxorem impendit. *Iaſ. l. 1. lect. 1. num. 51. C. de ſum. Trinit. Ranchin. part. 2. conc. 138. Natta conſil. 490. incip. Quamuis communitas. num. 9. & hanc reſponſionem probant Lud. Roman. in d. l. in inſulam. 43. §. vſuras. num. 15. verſ. Capio ex ordine tertium membrum. ff. ſol. matrim. & conſil. 517. In caſu propoſitæ conſultationis. num. 14. Angel. Aret. d. §. fuerat. num. 21. ibiq; Iaſ. nu. 20. & ſeqq. Inſtit. de action. Alex. in l. quæ dotis. 34. num. 15. & ibi Iaſ. num. 19. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Alex. conſil. 56. incip. In præſenti conſultatione. num. 6. & 13. volu. 4. & conſil. 63. incip. Stantibus his quæ ſupra. num. 16. eod. vol. 4. Corn. conſil. 145. incip. In hac conſultatione. num. 17. & ſeq. vol. 2. conſil. 250. incip. Non ſeruato ordine puncti. num. 13. cum ſeq. eod. vol. 2. Phil. Dec. conſil. 571. incip. Socer promiſit genero. num. 6. Bertrand. d. conſil. 187. num. 4. & 5. vol. 6. Beroius conſil. 52. incip. Haſitationibus. num. 24. vol. 2. Balbus de præſcript. part. 1. tertiæ partis pr. quæſt. 10. num. 14. & 17. Io. Mar. Riminald. d. conſil. 184. incip. Viſo themate & dubijs. num. 51. & ſeq. vol. 1. Portius conſil. 19. incip. In propoſita multiplici quidem ac intricata. num. 77. & ſeq. Lud. Cat. in conſil. ſuo quod eſt inter Fr. Marzarij conſil. 37. num. vlt. late Natta conſil. 495. incip. De duobus principaliter. num. 4. cum ſeqq. Rol. à Vall. d. conſil. 65. num. 18. vol. 4.* Deinde

57 † poteſt etiam reſponderi, quod iſte textus *d. l. cum quidam. 17. §. diuus.* loquatur in ijs terminis, in quibus non tantum allegabatur lapſus longi temporis, ſed etiam inſuper extabant ſigna & manifeſta indicia remiſsionis, prout euinçunt verba, *vt gratior apud eum. &c.* quæ ita ponderantur ab Alexandro *d. conſ. 63. incip. Stantibus his. num. 16. Iaſ. d. §. fuerat. num. 22. Phil. Dec. d. conſil. 571. incip. Socer promiſit. num. 6. & hanc poſteriorem reſponſionem vt valde elegantem commendat Bert. d. conſil. 241. incip. ſi occurrens caſus num. 13. vol. 4. ſequitur etiam Corn. d. conſil. 145. incip. In hac conſultatione. num. 18. vol. 2. & conſil. 164. incip. In hac conſultatione. num. 5. in fin. vol. 3. Bero. d. conſil. 52. num. 24. vol. 2. Rol. à Vall. d. conſil. 56. num. 19. vol. 4.* Neq;

58 4. Neq, † his reſponſionibus obſtat quod tradit Alciat. *in tract. de præſumt. reg. 1. præſumt. 32. ſub. num. 7. quem ſequitur Menoch. eod. tract. lib. 3. præſumt. 25. num. 2.* quod textus *in d. §. diuus* non diſtinguat, ex qua cauſſa vſuræ debeantur, & ita in ſua generalitate ſententiam Baldi probet: quia eiuſmodi generalitas non conſideratur, quando accommodatur ad alias ſpecies, in quibus diuerſa eſt ratio: *per l. illud. 32. ff. ad l. Aquil. cum ſimilib.* multo minus quando ſubeſſet magna iniquitas. *Barthol. Socin. reg. 284. incip. Lex generaliter loquens. fallent. 32.* Quam ingens autem diuerſitas ſit inter non lucrari vſuras, & expenſas factas amittere, colligere licet *ex l. quod autem. 6. in princ. ff. quæ in fraud. credit. l. non fraudantur. 177. in pr. vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur.* vnde etiam emergit magna iniquitas, dum non tantum promittenti dotem, mora ſua prodeſt, nocet autem marito onera matrimonij ferenti: ſed etiam marito imputatur, quod vxorem vel ſocerum ſuum ad ſolutionem non vrſit, *contra l. ſi extraneus. 33. §. ſed ſi vel*
59 *pater. ff. de iure dot.* Illud † non admittendum putem, quod Alciat. ibid. contra alteram reſponſionem ſcribit, ex lapſu temporis præſumi id factum cauſſa gratitudinis, etiam alio non conſtito, idq; apparere putat ex dictione *videlicet* quæ ſtat declaratiue. Nam primo nemo præſumitur ſuum iactare *vulg. l. cum de indebito. ff. de probat.* deinde vim infert textui Alciatus quaſi *in d. §. Diuus* creditor cauſſa gratitudinis vſuras à debitore non petierit: cum textus expreſſe & diſertis verbis dicat, creditorem ideo non petijſſe, vt gratior apud debitorem eſſet: quod certe à gratitudine longiſsime abeſt. Nam qui aliquid gratitudinis cauſſa facit, is agnoſcit & exoluere conatur naturalem illam obligationem ad ἀντίδωρα: *l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 73. & ſeq. ff. de iuſt. & iur.* qualem obligationem is non agnoſcit multo minus exoluere cupit, qui officijs ſuis alterius beneuolentiam aucupatur, & iam primò vult acquirere: tertiò tantum abeſt vt dictio *videlicet* quæ ſtat declaratiue, ſtabiliat Baldi ſententiam, vt eam vehementer impugnet, imò euertat: ſiquidem etiam limitationes principalem theſin decla-

60 rant, id quod infinitis exemplis oſtendi poſſet. Quod † vero iſta dictio *videlicet* limitatiue declaret, etiam ea quæ immediate antecedunt (*licet Phil. Dec. in conſil. 47. incip. Pro viribus meis. ſub num. 4. aliud videatur ſentire*) manifeſte probant text. *in l. videlicet. 26. ff. de pact. l. ſi quis duas. 6. §. ſi in venditione (alias ibi incipit noua lex.) ff. commun. præd. l. tempus. 29. ff. de re iudic. clem. cauſſam. 3. verſic. porrecto videlicet ſibi. &c. de elect. c. ex literis. 3. & ibi Dec. in 6. notab. ext. de probat. c. ſtatutum. 15. de hæred in 6. Bald. in l. cum mulier. 55. in antepen. columm. ff. ſol. matrim. Fr. Aretin. in l. manifeſtiſſimi. 22. num. 1. C. de furt. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. procurator. num. 9. ff. de iureiur. in l. filio. quem pater. 23. num 19. ff. de liber. & poſthum. in l. ſi pluribus. 33. num. 11. ff. de legat. 1. & conſil. 108. incip. Abſolui alias. num. 5. vol. 1. Pariſ. conſil. 6. incip. Circa reſolutionem. nu. 21. vol. 1. Ruin. conſil. 97. incip. Primo per ordinem. num. 13. & 15. vol. 2. Robert. Marant. in aur. praxi part. 3. num. 105. Crauett. conſil. 310. incip. Verba pacti. num. 2.* Imò quod iſta dictio *videlicet* in illo ipſo §. diuus limitatiue ponatur expreſſe ſcribunt *Apoſtillator ad Alber. de Roſat. dictionar lit. V. & Iaſon. in l. ſi tibi decem. §. perſonale. num. 2. ff. de pact. Rob. Marant. d. num. 105.* In ſumma iſtud conſilium Baldi à Doctoribus COMMVNITER eſt reprobatum, *vt teſtatur Io. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. in 3. notab. §. 1. num. 1. in fin. ext. de donat. int. vir. & vx.*

61 Quartò † procedit hæc prima limitatio, etiam quando dos non integra, ſed eius quædam ſolummodo pars marito ſoluta fuit: tum enim id quod vltra fructus ſolutæ partis in vxorem expendit, à dotis debitore petere poteſt *arg. l. quæ de tota. 76. ff. de rei vindicat. Corn. conſil. 145. incip. In hac conſultatione. num. 14. vol. 2.*

62 Quintò † extenditur hæc prima principalis limitatio, vt licet maritus dotem ſine mentione ſumtuum in vxorem factorum receperit, nihilominus tamen poterit iſtud intereſſe dotis tardius ſolutæ exigere. *ita tradit per l. fin. §. præterea. verſ. etiamſi adhuc non fuerint res principales traditæ. C. de iur. dot. Lud. Roman. in l. ſi marito. 31. num. 31. & in l. in inſulam. 43. §. vſuras. num. 17. & ſeq. ff. ſolut. matrim. inquiens hanc opinionem eſſe*

æquio-

*æquiorem, licet contraria magis videretur de mente iuris, ſi non refragaretur textus d. §. præterea. quod idem cenſuit Baldus Nouell. in tract. de dote. part. 2. num. 11. Bertrand. conſil. 214. incip. Si occurrens caſus. num. 16. vol. 4. Io. Cephal. conſil. 485. incip. Magnifici domini. num. 104. cum. ſeqq. vſq; ad num. 122.* Per quem textum cum probetur has vſuras vel hoc intereſſe, peti iure actionis, *vt inde colligit Lud. Roman. dictis locis & Bald. Nouell. d. part. 2. num. 6.* ex eo reſponderi poteſt argumentis quæ pro contraria ſententia adduci poſſunt & ſolent. Quod enim aliqui ita arguunt: Principali actione extincta, extinguitur petitio acceſsionum. *l. qui per colluſionem. 49. §. pretij. ff. de act. emt.* ſed dote ſoluta extinguitur principalis actio. Ergo extinguitur etiam petitio acceſsionum. Huic argumento reſponderi poteſt, maiorem veram eſſe, quando illæ acceſsiones petuntur officio iudicis, ſecus quando per ſe & iure actionis petuntur. *d. §. precij.* Hæ autem acceſsiones petuntur principaliter per ſe & iure actionis. *d. §. præterea.* Sic ſi quis argumentetur ex *l. Celſus. 23. in pr. ff. de recept. qui arbitr. & l. vlt. in f. ff. de eo quod cert. loc.* vbi habetur quod qui principale debitum accipit, videatur remiſiſſe pœnam: reſponderi poteſt, maritum hic non petere pœnam, ſed id quod in vxorem expendit: quæ longiſsime inuicem diſtant. *arg. §. pœnales, cum ibi notat. Inſtit. de act.*

63 Sextò † extenditur, vt hoc intereſſe maritus petere poſsit, licet dotis ſumma in arbitrium tertij alicuius collata fuerit, isq; declarationem ſummæ dotalis diu diſtulerit, atq; ita per debitorem dotis non ſteterit, quo minus ſolueret. *Corn. conſil. 250. incip. Non ſeruato ordine num. 8. cum ſeqq. volu. 2. Natt. conſil. 495. incip. De duobus principaliter. nu. 2.*

64 Reſtringitur † tamen hæc prima principalis limitatio, vt non procedat, quando ſolutioni dotis terminus conſtitutus & nondum elapſus ſit: tum enim propter alimenta ante diei præſtitutæ aduentum data, maritus intereſſe petere non poterit. *Caſtrenſ. conſil. 11. incip. Viſa dicto libello nu. 4. vol. 1.*

65 Deinde † reſtringitur etiam, vt marito qui vxorem ſuam non aluit, ſed hoc onus ad debitorem dotis ex pacto per-

tinuit, pro intereſſe nihil debeatur. *arg. d. c. ſalubriter. & per tex. expreſſum l. fin. in princ. & ibi Angel. nu. 1. ff. de dol. except. idem Angel. in l. in inſulam. 43. §. vſuras. ff. ſolut. matrim. Ang. Aret. d. §. fuerat. num. 14. Inſtit. de action. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. num. 34. ff. de liber. agnoſc.*

66 Tertiò † reſtringitur prima iſta & principalis limitatio, vt marito ob dotem non ſolutam debeatur intereſſe, ſcilicet non excedens modum alimentorum *per adducta ſ. hoc cap. nu. 53.* Qui modus alimentorum continet ante omnia id, quod maritus expendit: *Bertrand. conſil. 187. incip. Viſo caſu mihi exhibito num. 4. vol. 6.* Quod ſi non conſtet, regulariter reducitur ad vſuras quincunces, vt pro ſingulis centum dentur annui quinque: *Fr. Burſat. conſil. 132. incip. Petita per nobiles num. 5.* niſi ſplendor natalium & dignitas fœminæ maiores ſumtus in alimenta expoſcat. *Bertrand. d. conſil. 214 incip. Si occurrens caſus. num. 9. vol. 4.*

67 Quartò † reſtringitur vt vſuras vel intereſſe dotis non ſolutæ maritus non poſsit petere, ſi præterlapſi ſunt triginta anni, quia hoc ſpacio omnes actiones perſonales expirant. *l. omnes. l. ſicut. C. de praſcript. 30. vel 40. ann. Bertrand. d. conſil. 187. num. 5. vol. 6.*

68 Quintò † reſtringitur hæc prima principalis limitatio, vt hoc intereſſe non debeatur hæredibus mariti poſt huius obitum. *per text. l. vir vſuras. 54. ff de donat. inter vir. & vx. Lud. Roman. d. conſil. 517. incip. In caſu propoſitæ conſultationis. num. 16. Fr. Balb. de preſcript. part. 1. tertiæ partis princip. q. 10. nu. 17. Boer. deciſ. 196. num. 4. Fr. de Crem. ſingul. 5. Grammatic. deciſ. 103. nu. 29. Hier. Gig. conſil. 62. incip. In cauſſa de Aſilo. nu. 6. & conſil. 165. incip. In cauſſa preſbyteri. nu. 4. Cacheran. deciſ. 132. incip. In dubium vertitur per tot. præſertim nu. 19. Bardus de tempor. vtil. cap. 18. nu. 11. in fin.* Vbi tamen obſeruandum eſt primò, contrariam ſententiam, mariti hæredibus nihilominus deberi id, quod maritus viuus ante dotis ſolutionem, in ſuſtentationem vxoris expendit, *per d. l. vir vſuras.* argumento à contrario ſenſu, defendi à Corneo *conſil. 154. incip. In hac conſultatione. q. vlt. nu. 19. & ſeqq. vol. 2. qui addit ſub num. 25. Martinum Landenſem & Baldum No-*

*neſtum ita conſuluiſſe ac in iudicio obtinuiſſe*: at iſtam inductionem *d. l. vir vſuras.* non recipiendam eſſe tradit Cacheranus *deciſ. 132. num. 20.* Deinde & hoc addendum eſt, quod cum *d. l. vir vſuras. 54.* loquatur de muliere dotem debente, ideo non temere extendenda ſit ad eum caſum, quo frater vxoris vel alius dotem dare debuit, & non ſoluit: ab hoc enim per mariti, antequam iſtud in alimenta vxoris erogatum exigeret, defuncti filios vel alios hæredes, peti poſſe nihil impedit text. *d. l. vir vſuras. 54 vt notabiliter ſcribit Natta conſil. 495. incip. De duobus principaliter. num. 8. & antea idem tradidit Corn. conſil. 164. incip. In hac conſultatione. num. vlt. vol. 3.*

69 Sextò † reſtringitur, vt hoc intereſſe non debeatur ei, à quo maritus pecuniam mutuo accepit, & ei ceſsit hoc debitum dotis; quia cum maritus receperit pecuniam, ceſſat iam ratio petendi eius quod intereſt: deinde quia mutatione perſonæ mutatur priuilegium perſonale. *l. locatio 9. §. fin. ff. de publican. & vectig. l. 1. & ibi Bald. C. de impon. lucr. deſcript. lib. X. Bald. in rubr. C. de vſur. num. 5. Salic. auth. ad hæc. q. 13. nu. 11. C. eod. Barth. Chaſſanæn conſuet. Burgund. rubr. 4. Des droicts & appart. à gens mariez. §. 23. verb. Deniers de mariage. nu. 16. verſ. primo videlicet. & omnino Gaſp. Caball. milleloq. 434. incip. Ceſſionarius mariti.*

70 Septimò † reſtringitur, vt maritus, cui vxor ante dotis promiſſæ ſolutionem, operas præſtitit (quod facere tenetur *l. ſicut. 48. ff. de oper. libert.*) non poſsit alimenta interim data repetere: præſertim ſi nullam proteſtationem de repetitione addiderit. *Thom. Grammatic deciſ. 103. num. 25. & ſeqq. vbi voluit allegare Panormit. conſil. 85. vol. 2.* Ratio eſt, quia cum maritus percipiat commodum ſeruitij ab vxore, æquum eſt vt eidem alimenta impendat. *l. ſed etſi quid. 15. §. ſufficienter. ff. de Vſufr. l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commodati. l. item ſi ſerui. 30. §. quas impenſas. in fin. vbi Angel. ff. de ædil. edict. Lud. Roman. conſil. 440. incip. Non eſt dubium. nu. 2. & d. conſil. 517. nu. 2. Bart. Chaſſanæus. d. rubr. 4. §. 23. verb. Deniers de mariage num. 14. verſ. Tertia concluſio eſt. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ex his. nu. 32. ff. de liber. agnoſc.*

71 Octauò † reſtringitur hæc prima principalis limitatio, vt

non procedat in augmento dotis: pone enim Titio ducenti Bertam, promiſſa dos mille aureorum illico fuit ſoluta, poſtea ſtante matrimonio pro augmento dotis promiſsi ipſi ſunt prætereà aurei quingenti: quòd augmentum cum marito non eſſet ſolutum, quæritur an propterea peti poſsit intereſſe: & reſpondetur quod non: Cum enim iſte Titius, ex quo recepit dotem mille aureorum, obligatus fuerit ad alimenta præſtanda vxori, non potuit ſe hoc onere liberare, propter augmentum promiſſum, *ita in terminis tenet Corn. conſil. 240. incip. In præſenti conſultatione. vol. 3.*

72 Hac prima † limitatione ita declarata redeo ad thema ſub num. 36. huius capitis propoſitum, quod ſecundò reſtringitur ad alimenta, vt horum ab vxore repetendorum facultas regulariter marito non concedatur: aliud vero ſit in expenſis in res vxoris factis: has enim per maritum repeti poſſe, conſtat *ex tot. tit. ff. de impenſ. in res dot. Bart. Socin. conſ.*
73 *26. incip. Ex his quæ in facto. num. 9. vol. 1.* De vxore † maritum alente ſi quis quærat, num ea ſumtus repetat, putem ex ſuperioribus paratam eſſe reſponſionem. Aut enim maritus ipſe adhuc habet de quo viuat: & tum potius negocium eius ab vxore geſtum videtur, *d. l. Neſennius.* quam impenſæ & ſumtus donati. *l. ſi ſtipulata 33. §. ſi vxor. ff. de donat. int. vir. & vx.* niſi vxoris alentis mors interueniat, ſiquidem tum donatio confirmatur. *l. donationes. 25. C. d. t.* Aut maritus eſt inops, neq; in bonis habet vnde ſe & familiam queat ſuſtentare: quicquid interim vxor in alimenta erogat, non repetit: propterea quod in hoc neceſsitatis caſu, onus alendi vxorem ipſo iure pertineat, *per ea quæ attuli lib. 1. cap. 12. atq; ita in hiſce noſtris terminis tradit Vital. de Camban. tract. Clauſ.*
74 *cap. penult. num. 159. & ſeq.* Hic † non poſſum ſilentio illud præterire, quod de iure Saxonico vxor, erogans funeris maritalis impenſas, præſumatur pietatis affectu illud feciſſe, neq; eas recuperet, niſi hæredis conſenſum requiſierit aut fuerit proteſtata. *lib. 1. Landtr. artic. 22. verſ.* Mit ſeinem Raht ſol auch die Fraw das begrebnis. *& ibi Zobell. lit. B.* Ex his
74 † omnibus quæ hactenus dicta ſunt facile colligi poteſt, quod ſi quis

ſi quis fratris ſui viduam alat, in dubio videatur habere animum repetendi: propterea quod affinis regulariter non obſtringatur affinem alere, *per ea quæ adduxi ſ. lib. 1. cap. 12. num. 25.* & inter hos repetitio præſumatur, *vt dixi in hoc ipſo*
76 *cap. num. 1. & 9.* niſi † extarent aliæ coniecturæ, vt quod alens dotem iſtius viduæ adhuc ſecum retineret, eiuſq; commodis frueretur, item quod mulier præſtaret operas alenti, *vt late tradit Corn. conſil. 257. incip. Circa primum. num. 1. cum ſeqq. vſq; ad num. 12. vol. 1. quibus addi poſſunt ea quæ dixi ſ. hoc*
77 *ipſo cap. num. 23. cum ſeqq.* Similiter † tutor in pupillum ſuum, alendi eius cauſſa ſumtus faciens, ſine dubio repetit, *textus eſt manifeſtus in l. vlt. C. de aliment. pupill. præſtand. Fuluius Pacian. lib. 1. de probat. cap. 8. num. 7. cum ſeq.* accedit inſuper ratio, veluti quod tutor non ſponte, ſed officij ſui neceſsitate hoſce ſumtus faciat, quorum repetitio tutori omnino conceditur. *l. 1. in princ. & tot. tit. ff. de contrar. tutel. & vtil. act. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 26.* Quæ fundamenta, cùm explicet Raph. Cuman. *conſil. 88. incip. Caſus talis eſt. Franciſcus de Lacanipa num. 4. cum ſeqq. vbi etiam remouet contraria:* & de his ac ſimilibus tutorum repetitionibus exactius tractare conſtituerim in tractatu de Tutelis, quem Deo volente emittam: vlterius nunc non proſequor. Illud po-
78 tius † huc addere placet, cum nouitius, qui ordinari ſe permiſit ad minores, intra annum probationis per hoc non intendat profiteri: *Geminian. c. abbates. 3. num. 9. de priuil. in 6.* non ſine cauſſa quæri poteſt, ſi intra hunc annum pœnitentia ductus exeat, an monaſterium ab eo alimentorum præſtitorum nomine quicquam poſsit repetere? & reſpondetur quod non propterea quod fructus ad hunc finem ſint deputati, vt inde ſuſtententur, qui ibi degunt. *Geminian. c. periculoſo. §. ſane. num. 2. per illum textum. de ſtatu regular. in 6.* Qui Geminianus etſi adhuc videatur quodammodo anceps hæſitare: propterea quod textus *in d. §. ſane.* loquatur de alendis reuera profeſsis: & inter hos eiuſmodi nouitij intra probationis annum, non pertineant: *d. c. abbates. 3. num. 9.* cum tamen hi nouitij, ſi non æque vt cæteri, at ſaltem pro ratio-

ne ſuæ perſonæ aliqua ſeruitia monaſterio exhibere cogantur: æquitati erit conſentaneum, vt ipſis etiam cibaria præſtentur. *c. cum ſecundum. 16. ext. de præbend. facit. l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. atq; hanc ſententiam* C o m m v n e m *eſſe aſſerit Nic. de Vbald. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. clericor. part. 2. num.*
79 *16. in fin.* Hinc † deniq; coniectura capi poteſt de orphanis aut alijs pauperibus vel ægrotis nutritis in hoſpitali publico: qui ſi ad plenam ætatem peruenientes vel priſtinæ ſanitati reſtituti, Deo ipſis benedicente rem faciant, & diuitias ſua induſtria ſibi conquirant: inuiti non poſſunt adigi, vt ſumtus in ſe factos hoſpitali reſtituant: propterea quod pietatis cauſſa hæc alimenta ſint erogata: quæ repetitionem impedit. *l. 1. C. de negoc. geſt. cum alijs adductis ſ. hoc ipſo cap. num. 10. & in his terminis ita ſcribit Accurſ. in l. orphanotrophos. 31. gl. vlt. & ibi Salic. num. 3. C de Epiſcop. & cleric. ac optime facit textus in c. ſacrorum. 15. vbi gl. verb. repetitionis. 12. quæſt. 2. Io. de Anan. in c. vn. num. 17. de infant. & languid. expoſ. vbi in verſ. puta ab Eccleſia. deeſſe videtur negatio, aliàs ſenſus non eſt perfectus.* Poſtre-
80 mo † quia *ſ. lib. 2. cap. 7. num. 42.* dictum fuit, propter extremam famis neceſsitatem, eſculenta & poculenta furari licere: non immerito quæritur, an qui huiuſmodi neceſsitate adactus, cibum & potum ſubtraxerit, ſi poſtea facultates acquirat, cogi poſsit ad reſtitutionem. Quam quæſtionem etſi quidem adeo ancipitem eſſe intelligo, vt opinionem tam affirmatiuuam quam negatiuuam C o m m v n e m noſtri Doctores perhibeant: *Iul. Clar. lib. 5. ſententiar. § furtum. num. 25.*
81 tamen † mihi verior videtur ſententia negatiua, quod æſtimatio rerum ablatarum, ab inuito extorqueri nequeat: propterea quod is re communi ad vſum deſtinatum ex legis permiſsione vſus fuerit, vt *ſ. d. cap. 7. num. 43.* fuit probatum. Si enim verum eſt, tempore neceſsitatis edulia eſſe communia, tum ijs vtens ad reſtitutionem non magis adigi poteſt, quàm aërem vel aquam profluentem hauriens: *l. 1. §. quod ſi quis in mare. ff. de nou. oper. nunc. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. §. 1. num. 7. Inſtit. de rer. diuiſ.* ideoq; huic ſententiæ negatiuæ magis adhæret Emanuel Soa-

rez

82 rez *in theſaur. commun. opin. lit. N. num. 18.* Neq; † arbitror hanc rationem labefactari reſponſione, quam in medium affert Cornelius Benincaſius *tract. de priuileg. paupertat. quæſt. 7. ſpecial. 9. num. 41.* inquiens, quod res mihi cum alio communis, dicatur quidem mea, attamen ſolummodo ficte, non autem proprie: *per l. illud. 46. cum ibi notatis per Bart. ff. de rit. nupt. gl. & Bartol. l. id quod noſtrum. 11. ff. de reg. iur.* vnde inferre velle videtur, quod cibum alienum famis leuandæ cauſſa capiens, à furti crimine non omnino ſit immunis. Sed reſponderi poteſt per diſtinctionem: aut enim loquimur de re tota adhuc communi nondum diuiſa, & certe eam ego proprie meam appellare non poſſum: *d. l. illud. 46. d. l. id quod noſtrum. vbi gl. Bart. Dec. num. 4. Mayner. num. 3.* aut loquimur de parte diſtincta & diuiſa, de qua ego ſeorſim diſpono, & eam proprie meam dici nihil impedit. *l. merito. 51. ff. pro ſoc. l. ſerui electione. 5. §. Labeo. cum ſeq. ff. de legat. 1. atq; hanc diſtinctionem expreſſe tradit Caſtrenſ. conſil. 221. incip. In hoc paſſu. verſ. Nec obſtat gloſſa. vol. 1. Cagnol. d. l. id quod noſtrum. 11. num. 20.* Quia igitur nos hic agimus de eo, qui iam propter famem tantum cibi & potus percepit, quantum ipſius neceſsitas poſtulauit: qui cibus ſic proprius factus eſt vtentis: apparet allegata Benincaſij nihil ad rem præſentem

83 facere. Sic rationem † ſuperius allatam æque non euertit Did. Couarr. qui *in c. peccatum. part. 2. §. 1. num. 4. de reg. iur. in 6.* putat, eſculenta & poculenta eſſe quidem tempore neceſsitatis communia, ita tamen vt poſtmodum proſpera fauente fortuna domino reſtituantur. Nam eſt petitio principij, dum probationis loco affertur id ipſum, quod principaliter controuerſiam patitur. Neq: huc accommodari poſſunt eleemoſynæ, cum eæ ab hoc furto, de quo nunc quærimus, longiſsime diſtent, vt ex collatione quilibet animad-

84 uertit. Sententia † autem negatiua ita confirmata, reſtat vt videamus, quibus contrariæ opinionis aſſertores nitantur fundamentis. Et primò adducit Benincaſius *d. ſpecial. 9. num. 37. textum l. Neſennius. ff. de negoc. geſt.* Qui textus iſtam opinionem neutiquam iuuat: quia in facultatibus conſtitu-

tus

tus longe differt à paupere, id quod quotidiana experientia probatur, vt legum allegatione non ſit opus. Quemadmodum igitur *ex d. l. Neſennius.* apparet, auiam alimenta exhibentem nepoti habenti in bonis vnde ſemet alat, repetere poſſe impenſas: ita viciſſim certum eſt, auiæ alenti nepotem inopem repetitionem non concedi. *l. 1. l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt. iunctis ijs quæ dixi ſ. hoc ipſo cap. num. 18.* Cum itaq; nos in noſtra quæſtione agamus de eo, qui extrema laborat inopia: manifeſtum eſt textum *d. l. Neſennius.* huc non
85 quadrare. Quod † autem præterea Benincaſius *d. ſpecial. 9. num. 41.* pro confirmatione ſententiæ affirmatiuæ allegat regulam, *l. quæ propter. 162. ff. de reg. iur.* id multò minus ad rem facit. Si enim quis ita velit inde arguere: Quæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. Sed furtum eſculentorum propter neceſſitatem receptū eſt. Ergo tale furtum non debet in argumentum trahi: ibi ego concederem totum argumentum, ita vt ceſſante neceſſitate famis, furari non permittendum putem: *vt ſ. lib. 2. c. 7. d. num. 44. cum ſeq.* Sin vero quis inde, quaſi per conſequens, velit vlterius inferre. Ergo ceſſante neceſſitate is debet reſtituere. Huic reſponderem, primò, plus eſſe in concluſione, quam in præmiſſis, cum in ijs nulla ſit reſtitutionis facta mentio: deinde reſponderi etiam poteſt, quod vulgatum illud axioma, ceſſante cauſſa ceſſet effectus, non procedat, quando effectus cauſſæ eſt iam conſummatus & perfectus, vel vt loquuntur, in eſſe productus. *per l. vlt. in princ. ff. vnde lib. & alia iura quæ allegat Tiraq. in d. reg. ceſſante cauſſa. limit. 12. num. 1.*
86 Quod † ſi quis tandem reſtitutionem fieri debere probare velit *ex c. ſi quis. 3. ext. de furt.* ei reſponderi poteſt ex Couarr. *d. §. 1. nu. 3.* vbi copioſè de illius textus intellectu agit.

## IN CONCLVSIONE LIBELLI QVID PETENDVM.

### Caput VI.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Quando lis eſt de præſentibus & futuris alimentis, tum hæc ipſa alimenta peti debent: non æſtimatio. num. 2. licet hæc obiter ſit addita. num. 3. ſecus ſi certa ſumma vel pecuniæ vel frumenti aliorumúe fructuum debeatur. num. 4.*
5. *Libellus ex ſententia Bartoli quomodo formetur: declaratur num 6.*
7. *Præterita alimenta petuntur, vel quod actori debita non ſunt ſoluta: vel quod actor alijs ſubuenit.*
8. *Si actori non ſunt ſoluta, tum diſtinguitur, vt partim æſtimatio, partim ipſa alimenta debeant peti, quæ diſtinctio limitatur, nu. 9. & 10.*
11. *Quando actor alij præbuit alimenta, tum repetens petit tantum æſtimationem: cuius ineundæ ratio oſtenditur. num. 13.*
12. *Libelli ad hoc membrum pertinentis forma:*
14. *Præterita & futura alimenta ſimul poſſunt vno libello peti.*
15. *De futuris alimentis cum agitur, dubitant noſtri vtrum ipſa alimenta petantur, an vero cautio. num. 16.*
17. *Vterq; agendi modus poterit vſurpari: modo fiat circumſpectè. num. 18.*

DVORVM proxime præcedentium capitum, obiter & euidentioris doctrinæ cauſſa inſertorum, ſupereſt nunc
1 ad libellum formandum accommodatio. Vt † igitur primò de præſentibus alimentis dicam, commodiſsimum eſt, vt in libello petatur, iuxta competenté taxationem ſeu moderationem ſibi præſtari alimenta. *Ludou. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 74. in fin. per ea quæ dixi 3. lib. 2.*
2 *cap. 2.* Non † vero petenda eſt æſtimatio aliqua, quando alimenta principaliter debeantur: cum huiuſmodi debitum ipſas ſpecies complectatur: *l. legatis. 6. ff. de alim. vel cib. leg. iuncta l. Titia. 87. in pr. ff. de leg. 2. Bart. tract. de aliment. num.*
3 *32.* adeo † quidem vt adhuc procedat, licet acceſſoriè addita ſit æſtimatio. Si enim teſtator legaret mihi ſingulis annis alimenta, vel exprimeret certum numerum frumenti, vini, carnium, lignorum &c. quamuis adijceret ſe æſtimare ſingulis annis ea alimenta, vel iſtud frumentum, vinum, carnes & ligna, ſeptuaginta florenis: non tamen propterea recte peterem æſtimationem, ſed mihi deberentur res principaliter

lega-

legatæ, non conſiderato pretio obiter adiecto. Nam quemadmodum ſi minori precio res illæ venderentur, non poſſem ego plus alimentorum vel frumenti aut cæterarum rerum petere: ſic viciſsim ſi caritas annonæ ingrueret, hæres non poſſet iuxta modum precij mihi quicquam detrahere ex rebus legatis. *text. eſt in l. ſi fundum ſub conditione. 81. §. ſi libertus. in fin. vbi notat Bart. num. 1. & Iaſ. num. 7. ff. de legat. 1. l. cum pater. 77. §. pater qui filio. 30. ff. de legat. 2. Gul. Benedict. in c. Raynutius. verb. Et hortum. num. 13. ext. de teſtam. Steph. Ranchin. part. 1.*
4 *concluſ. 335. & part. 2. concluſ. 24.* Sin † verò teſtator principaliter legaret certam annuam ſummam pecuniæ vel frumenti, & quaſi ſecundario adderet, vt legatarius conuerteret eam in vſum alimentorum, tum teſtatoris voluntatem obſeruare conuenit, non tantum in præſtando *ſ. lib. 2. cap. 2. nu. 15.* ſed etiam in petendo, ita nimirum vt illa ſumma pecuniæ vel frumenti, &c. petatur in cauſſam alimentorum: non autem alimenta: ne aliàs legatarius vel aliud pro alio vel plus petat, quod neutrum iure probari conſtat. *§. ſi quis agens. Inſt.*
5 *de Action. & tot. tit. ext. de plus petit.* Hoc † autem in loco admonendi ſumus de forma libelli alimentorum petendorum, quam tradit Bartolus *in l. pecuniæ. 8. num. 4. ff. de alim. vel cib. leg.* putans ſufficere, ſi vel vniuerſaliter libellus concipiatur. Peto Titium condemnari ad præſtandum alimenta in præſenti & in futurum: *per l. 1. C. de fideicommiſſ.* vel in hunc modum, peto mihi dari alimenta & condemnari ad dandum omni anno tantum pro veſtiario, & tantum in menſe pro victu: quod hæc vtraque petendi forma admitti quidem poſſit, præſertim prior *per d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* itidem & altera ſi certa ſumma pecuniæ pro veſtiario & victu debeatur *vt in l. vlt. ff. de reb. dub.* quemadmodum & vtramque petendi formam refert & ſequitur Vitalis de Camban. *tract. clauſu-*
6 *lar. cap. penult. num. 282.* nihilominus † tamen diligenter obſeruare debemus Bartolum *in d. num. 4.* ſolummodo oſtendere voluiſſe modum in libello concludendi: vtpote in qua parte plurimum momenti ſitum eſt *vt dixi ſ. lib. 3. cap. 4. num. 1.* medium concludendi neutiquam eſſe omittendum, quod ſub-

ſubminiſtrabunt ea, quæ tradita fuerunt ſ. lib. 1. per tot. hoc vel ſimili modo: Dico quod N. eſt meus pater, vel meus filius, vel meus maritus, vel mea vxor, ego autem ſum egenus vel infirmus, vt mihi ipſe de alimentis nequeam proſpicere, vel N. eſt hæres Titij, qui mihi legauit alimenta, vel N. mihi amputauit manum dextram &c. peto condemnari eum ad præſtandum alimenta iuxta competentem taxationem ſeu moderationem (quæ clauſula poteſt addi propter ea, quæ tradita fuerunt ſ. *lib. 2. cap. 2.*) in præſenti & futurum: cum quibus conſentit Rofred. Beneuent. *tract. libellor. part. 5. tit. de*
7 *offic. iudic. quo petuntur alim. num. 12.* Quæ † cum manifeſta ſint & nullam patiantur difficultatem: non neceſſe eſt in ijs moram trahere: & dicendũ eſt aliquid de alimentorum præteritorum petitione. Vt igitur vſus eorum, quæ in præcedentibus duobus capitibus tradita ſunt, eo magis eluceſcat, inprimis repetendum eſt quod dixi *cap. 4. huius libri num. 3.* præterita alimenta duobus præcipuè modis in controuerſiam venire. Vel enim peto quæ mihi tempore præterito fuerunt debita ſed nondum ſoluta: ſ. *hoc lib. c. 4.* vel quæ ego alteri ipſius negocium gerens exhibui ſ. *cap. prox. præced.* In pri-
8 mo † caſu diſtinguitur: Rerum enim ſub alimentis comprehenſarum, & ſupra *lib. 2. cap. 1.* recitatarum quædam pro præterito tempore pereunt, vt habitatio: ſiquidem impoſsibile eſt quod tu mihi des habitationem præteriti temporis, & tunc pro hac alimentorum parte recte petetur æſtimatio *l. ſi vſusfructus mihi in biennium. 6. ff. de vſufr. leg. quem textum ad hanc alimentorum materiam accommodat Bald. conſil. 59. incip. Præmittendum eſt ad euidentiam. num. 4. vol. 4.* quædam vero non pereunt: & harum rurſum duplex eſt ratio. Nam aliquæ ita ſunt comparatæ, vt non expediat eas nunc mihi præſtari: veluti morbus me inuaſerat, ſed per DEI gratiam nunc conualui, & pro his ſimiliter petetur æſtimatio: *l. patronus qui. 25. l. ſi libertus. 27. ff. de oper. libert.* aliquæ vero eius ſunt conditionis vt etiam ijs hodie vti poſsim, velut eſt panis, vinum, carnes, veſtitus: & tum petenda ſunt hæc ipſa corpora vel vno nomine alimenta *d. l. legatis. 6. iuncta. d. l. Titia. 87. in pr. l. libertis*

*quos. 18. §. 1. ff. de alim. vel cib. leg.* non autem æſtimatio vel pecunia *l. nulli. C. de erogat. milit. annon. lib. XII. manifeſtior eſt text. in l. 1. in fin. C. de fideicommiſſ.* & hanc diſtinctionem tradit Bart. *conſil. 211. incip. Quidam ſibi filios. num. 8. lib. 1. item in tract. de aliment. num. 32. & in d. l. libertis quos. 18. §. manumiſſis. num. 2. ſequuntur Alex. conſil. 56. incip. In præſenti conſultatione num. 9. vol. 4. conſil. 72. incip. Viſo proceſſu. num. 6. vol. 5. conſil. 175. incip. Videretur forſan. num. 7. vol. 6. Guido Pap. deciſ. 576. num. vlt. Corn. conſil. 286. incip. Pro præſentis conſultationis num. 1. vol. 3. Ruin. conſil. 36. incip. Concluſio. num. 13. vol. 3. Riminald. ſenior conſil. 280. num. 22. vol. 2. Vital. de Camban. in tract. clauſular. cap. penult. num. 283. Simon de Præt. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 1. dubit. 11. num. 89.* COMMVNEM aſſerunt *Franc. Viuius. in Commun. opin. lit. A. verſic. Alimenta tenetur. in fin. Iacob. Machell. patrocin. 28. num. 24. cum ſeqq. Caualcan. de vſufr. mul. relict. num. 138. Maſcard. de probat. concluſ.*
9 *77. num. 9.* Verum † hæc limitanda ſunt, vt iuxta textus allegatos procedant, quando alimenta in genere debita, ſoluta non fuerint: ſin vero legatus mihi fuerit numerus certus frumenti, verbi cauſſa, vt hæres ſingulis annis mihi præſtaret octo modios frumenti & duodecim amphoras vini: ac hæres per aliquot annos mihi non præſtiterit: tum iuxta prædicta recte quidem peto frumentum & vinum, ne aliter libellum formando aliud pro alio petam: interim ſi valor frumenti & vini fuerit mutatus, nihilominus intereſſe petere poteſto. *Et hoc voluit Bartolus in d. §. manumiſſis. num. 2. vbi in fine ſubijcit hæc verba, niſi propter moram deueniretur ad æſtimationem, iuxta materiam l. vinum ff. ſi cert. pet. ac omnino Caualcan.*
10 *in tract. de tutor. num. 241. vbi omnino videas.* Sic † interdum petuntur non alimenta, ſed id quod intereſt loco alimentorum, per ea quæ dixi *ſ. lib. 1. cap. 11. num. 28. cum ſeqq.* quibus, quoad libelli formationem, addo iam Io. Campeſ. *de dot. part.*
11 *2. quæſt. 18. num. 2. verſ. Et ex his prædictis.* In ſecundo † caſu quando ego repeto alimenta, quæ alteri exhibui, non locum habere arbitror diſtinctionem iam adductam, vnde eam ad hoc alterum principale membrum à Corneo *conſil. 212. incip.*

*Præmit-*

*Præmittendũ eſt.nu.4.vol. 3.*non recte accomodari credo. Nam negociorum geſtorũ actione petuntur tantũ ſumtus erogati. *l. ſed an vltro.10.in pr. l.ex duob.27 l.quæ vtiliter.45.in pr.ff.de negoc. geſt.l.1.C.eod. cum multis ſimilib.* Sed in præſenti caſu datur mihi negociorum geſtorũ actio.*d.l.ſed an vltro.10.l.ſi pater noſ 15 in fin.C.d.tit.* Ergo in præſenti caſu petuntur tantum ſumtus e-
12 rogati. Et huc † pertinet libellus, quem in hiſce terminis recitat Lud. Bolognin. *conſil. 27.incip. Bartholomæus & Dominicus fratres.* vbi non tantum narrat à fratribus actoribus talem libellum fuiſſe propoſitum, quod quidam Benedictus anno 1466. habitauerit cum eis, & ab eis expenſas perceperit, & alimenta cibi & potus per tempus quatuor annorum vel circiter, & quod pro dictis expenſis & alimentis debeantur Bartholomæo & Dominico actoribus in vniuerſum libræ centum Bononienſis, nempe pro quolibet anno libræ viginti quinque: petentes in concluſione Benedictum reum conuentum compelli ad reſpondendum, & poſt reſponſionem condemnari in dictis libris centum Bononienſibus, & ſuper omnibus ſibi adminiſtrare iuſticiam omni meliore modo, &c. ſed etiam præfatus Ludouicus Bologninus refert pro actoribus in prima inſtantia pronunciatum fuiſſe: ac in appellationis inſtantia priorem ſententiam confirmari debere, luculẽter confirmat. Vnde porro intelligitur quid præcipuè deſideretur in libello, quem recitat Angelus
13 Peruſ. *conſil. 277. incip. Tutor alimentauit. quæſt. 1.* Cæterum † illud inprimis obſeruandum eſt in hac æſtimatione conſtituenda, non computandum ſimul eſſe laborem, qui neceſſario in alendo aliquo impenditur, ſed tantummodo ſumtus erogatos, quæ ſententia probatur per rationem paulo ante *nu. 11.* adductam, & præterea in terminis textus eſt *in l. patrem.16. & ibi notat Bald. in fin. C. de nupt. ſequitur & commendat Petr. de Rauenn. ſingul. 28. aliàs habetur in ſingul. 29. Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 8. num. vlt. in fin.* quod ſcire tam actoris quàm rei
14 conuenti aduocato prodeſſe poterit. Denique † pro complemento obſeruandum eſt, quando non tantum præterita, ſed etiam futura alimenta petere licet, tum vno eodemque

libello vtrorumque petendorum facultatem iure permiſſam eſſe. *text. eſt in l. 1. & ibi notat Bald. nu. 7. C. de fideicommiſſ.* Ve-
15 runtamen dubitant † Doctores, vtrum ab eo, qui antea moram traxit in ſoluendis alimentis petenda ſint ipſa alimenta, an verò tantummodo cautio, de ijs præſtandis in futurum. Nam Azo *vt refert Odofred. d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* ita putat libellum formandum. Ago contra talem mulierem, dicens quod ipſius filius in codicillis ſuis reliquit mihi menſtrua alimenta ab ipſa mihi præſtanda & ipſa poſt mortem filij & adita hæreditate tribus annis præſtitit: & quia ceſſauit ſoluere quarto anno & quinto: peto alimenta illius quarti & quinti anni, & peto vt condemnetur mihi in futurum præſtare ſuis temporibus: ad quod propono vtilem actionem ex teſta-
16 mento. Quam † libelli formam præceptori ſuo, quem tamen non nominat, diſplicuiſſe ſcribit idem Odofredus: propterea quod quando debetur aliquid ſub conditione vel in diem; ante diem elapſum vel conditionis euentum non petatur ipſa res, ſed cautio de ſoluendo. *l. in omnibus. 41 ff. de iudic. l. harum. 7. l. egi. 12. ff. ſi ſeruit. vindic. §. 1. Inſtit. de diuiſ. ſtipul. cum ſimil.* Vnde ita formandum libellum cenſuit Odofredi præceptor: Ago contra talem mulierem, dicens quod filius ipſius reliquit mihi annua alimenta, & ipſa præſtitit mihi tribus annis, ſed ceſſauit ſoluere quarto & quinto anno: vnde peto non tantum vt præterita alimenta præſtet, ſed etiam quod debeat mihi cauere de ſoluendo in futurum ſuis temporibus, & ad cautionem præſtandam eam condemnari. Cumq;
17 † neutra agendi forma ſit improba, vt teſtatur Odofred. *d. l. 1. in fin. C. de fideicommiſſ.* quarum illa ſatis manifeſte probatur *in d. l. 1.* hæc vero *in d. l. in omnibus. d. l. harum.* poterit actoris aduocatus eligere eam, quam conſideratione rei conuen-
18 ti, putat ſuo clienti eſſe commodiſsimam: modo † illud non tradatur obliuioni, cautionis petitionem non temere vſurpandam, ſed quando iuſta aliqua cauſſa ſubeſt, vt Iuriſconſultus indicat *in d. l. in omnibus: 41.* veluti quòd facultatibus labatur debitor, &c. *Ripa in l. 2. in pr. num. 39. & l. ſi conſtante. num. 15. ff. ſolut. matrim. Cuiac. lib. 17. obſer. cap. 37.* quod ad-

dendum

dendum cenſui, ne hanc cautionis petitionem libello 5. *hoc cap. num. 1. & 5. cum ſeq.* adumbrato, ſine vrgenti cauſſa quis inſerat, multo minus ne quis eam nimis abſtinato animo, & inanibus expenſis proſequatur.

## CORAM QVO IVDICE PETANTVR.

## Caput VII.

### *SVMMARIVM.*

1. *Coram iudice competente alimenta ſunt petenda: qui inueſtigatur diſtinctionis auxilio num. 2. 3. 12. cum ſeqq. repudiata Io. Bapiſta Pontani ſententia num. 18.*

4. *Spuriorum alimenta iuxta Fr. Aretinum petuntur tantum coram iudice Eccleſiaſtico: quorum argumentum adductum num. 5. conſideratur num. 6. & communis opinio eſt in contrarium. num. 7. ita vt iudex temporalis clericum poßit compellere ad alendum ſuum ſpurium. num. 8.*

9. *Alimenta pauperi debita ſecundum aliquos petuntur promiſcue tam coram Eccleſiaſtico quàm ſeculari iudice: quæ ſententia videtur verior. num. 10.*

11. *Cautius eſt vt contra laicum coram ſeculari iudice agatur, ſiue petantur alimenta futura nu. 12. 13. ſiue præterita nu. 15. 16. per quamcunque actionem nu. 17.*

14. *Legatum relictum ad pias cauſſas, peti poteſt coram iudice tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari.*

19. *Alimenta litis etiam coram Eccleſiaſtico iudice pendentis peti poſſunt apud ſecularem: vbi aduocatum conſiderare oportet, an non conſultius ſit coram iudice cauſſæ principalis petere. num. 20.*

21. *Si ex alimentorum debitoribus aliqui ſint clerici, aliqui laici, melius eſt illico iudicem Eccleſiaſticum adire.*

22. *Iudex Eccleſiaſticus adeundus eſt in defectum iudicis ſecularis.*

23. *Si repetitio inſtituatur eorum, quæ præſtita ſunt marito ob dotem non ſolutam, cognoſcit iudex Eccleſiaſticus.*

TERTIVM quod in actione recte inſtituenda obſeruari debet, iuxta ordinem in verſibus ſ. *hoc libr. cap. 2. num. vlt.* indicatum, eſt, vt ſciamus, coram quo iudice ſint petenda.
1 da. Et primò † quidem competentem adeundum eſſe, quemadmodum tralaticium eſt, & vbiq; obſeruandum, *tot. tit. ext. de for. compet.* etiam in hac ipſa alimentorum materia: *l. competens iudex. 2. l. ſi competenti. 3. C. de alend. lib. Alex. l. 2. num. 8. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ſequitur Roderic. Suarez. in ll. Fori lib.*
2 *2. l. 2. tit. de los emplazamientos. §. fin. num. 50.* ita dubio † non caret, quiſnam iudex competens in hac materia cenſendus ſit. Quæ inueſtigatio tanto magis videtur neceſſaria, cum alimenta, licet multis gaudeant priuilegijs, *vt indicatum fuit. ſ. lib. 2. cap. 7.* in diuerſis tamen foris aut iudicijs vna vice peti nequeant. *Celſus Hugo conſil. 38. num. 21.* Etſi autem hac de re diuerſimode Doctores noſtri ſcribunt: plurimum tamen ad veritatem hac in quæſtione cognoſcendam defendendamq; conducere arbitror diſtinctionem, qua alimenta quædam ſunt præſentia vel futura, quædam vero præterita. Nam vt primò de alimentis præſentibus vel futuris aliquid
3 dicam, ſi † volumus in ſummam redigere ea, quæ in toto libro primo tradita ſunt, apparebit, quod quædam debeantur & petantur ob inopiam, quædam vero paupertatis vel diuitiarum poſthabita conſideratione, exigantur ex alia cauſſa, veluti, ex contractu vel quaſi puta ex donatione, legato &c. ex delicto vel quaſi: quam cauſſæ diuerſitatem at-
4 tigi etiam ſ. *lib. 2. cap. 12. num. 137. cum ſeqq.* De † alimentis filio ſpurio debitis (hæc enim ipſa non niſi paupertatis & inopiæ ratione à patre exiguntur: cum filium legitimum & naturalem habentem de quo ſe ſuſtentet, non teneatur pater alere: *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. & dixi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 78.*) inprimis dubitari inter noſtros video, coram quo iudice ea petenda ſint. Primùm inuenio Franciſcum Aretinum *conſil. 48. incip. Reuocatur in dubium.* contendentem hæc alimenta nullibi niſi coram iudice vel conſi-
5 ſtorio Eccleſiaſtico peti debere & poſſe, per † hanc rationem: quia quando propter peccatum lex Canonica excitat offi-

officium iudicis Eccleſiaſtici, tum nullum competit remedium in foro ciuili. Sed lex Canonica *in c. cum haberet. extr. de eo qui in matrim. dux. quam poll. per adult.* excitat officium iudicis Eccleſiaſtici. Ergo in foro ciuili nullum competit remedium ſpurio. *& huic Aretini opinioni adhæret Caccialup. in l. frater à fratre. quæſt. 19. num. 87. ff. de condict. indeb. Burſat. conſil. 62. num. 11. Thom. Grammattic. conſil. ciuil. 33. num. vlt.* In
6 quo † argumento, cum maior propoſitio non ſit vniuerſaliter vera, ſed ſolummodo procedat in ijs remedijs, quæ principaliter ad hunc finem tendunt, vt reus conuentus reuocetur à peccato, & conſequenter rem reſtituat, vel aliud agat, vt fit in denunciatione Euangelica. *c. ſuper his. 16. c. qualiter. 24. §. ad corrigendos ext. de accuſat. Specul. tit. de denunciat. §. nunc dicendum reſtat. Robert. Marant. in aur. prax. part. 6. eod. tit. de denunciat. num. 5. quemadmodum Franciſcus Aretin. d. conſ. 48. allegat Bartolum in extrauag. Ad reprimendum. verb. denunciationem. item Anton. de Butr. c. nouit. extr. de iudic. qui expreſſe de denunciatione Euangelica tractant, & denique Petrum de Anchar. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. qui ſimiliter ſub num. 5. loquitur de eiuſmodi Canonica inſtitutione cuius finis principaliter tendit dirigere multitudinem fidelium in Deum, vt gloriam aſſequantur.* & vero in fine d. c. cum haberet. de peccato ita principaliter non tractetur: conſequens eſt iſtud argumentum non cohęrere.
7 Vnde † & contra Franciſcum Aretinum hac in quæſtione Doctores noſtri COMMVNITER concludunt: *Alciat. in rubr. ff. de verb. oblig. in lectur. Auenion. num. 16. Io. Baptiſt. Villalop. in*
8 *commun. opin. lit. P. num. 29.* adeo † quidem vt teſtetur Berengarius Fernandus *in l. in quartam. in præfat. num. 134. ff. ad l. Falcid.* ſe vidiſſe etiam clericos & ſacerdotes per temporalem iudicem ad alimenta non modo partui nefario, ſed & matri danda compelli: cum ex iure naturali trahat initium. Quam extenſionem tamen vniuerſaliter acceptam periculoſam credo, propterea quod contra clericos ſeculari iudici nulla competat iurisdictio, *c. decernimus. 2. & c. 2. clerici. 8. extr. de iudic.* ne quidem contra volentes: *c. ſignificaſti. 18. extr. de for. compet.* igitur admittenda videtur, ſi clericus habeat

prædia ſub iudice ſeculari, *gl. c. vlt. verb. promulgauit. ext. de*
*iudic.* vt in eorum poſſeſsionem liberi mittantur: *Io. Garſ. de*
*expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 2.* vel dici poteſt, quod peculi-
ari conſuetudine in Gallia hoc ſit introductum, vt & in eo
caſu quem recitat Petr. Rebuff. *ad conſtit. Regni tit. de ſentent.*
9 *prouiſional. in præfat. num. 32.* Aliqui † verò putant coram iu-
dice tam Eccleſiaſtico quam ſeculari peti poſſe alimenta, ſi
ſcilicet pauperi debeantur *per c. ſignificantibus. 38. ext. de offic.*
*& poteſt. iud. deleg. Bart. l. ſolent. 3. num. 14. ff. de alim. vel cib. leg. Io.*
*Berber. in Viator. iur. part. 3. rubr. 4. num. 65. Io. Lup. de Pa-*
*lat. Rub. c. per veſtras nob. 2. num. 19. extr. de donat. inter vir.*
*& vxor. VVurmbſer. in obſeruat. tit. 49. obſeruat. 7. Ioſeph.*
*Ludouic. deciſ. Peruſ. 23. num. 12. Marc. Ant. Peregrin. libr. 3. de*
*iur. fiſc. 18. num. 58. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. in princ.*
*num. 39. & §. idem reſcripſit. num. 78. Et hanc ſententiam* COM-
MVNEM *eſſe aſſerit Caualcan. de vſufr. mul. nu. 138. in fin.* Quam-
10 uis † autem hanc poſteriorem ſententiam falſam eſſe non
putem: cum tamen iuxta textum *d. c. ſignificantib. 38.* quo ea
præcipuè nititur, accipienda ſit: *Bart. in l. non ſolum. 9. §. ſi li-*
*berationis. num 7. ff. de liberat. leg.* & iudex Eccleſiaſticus contra
laicum non aliter iudicare queat, niſi perſona agens vel ſit
habitu & actu miſerabilis, vt eſt pupillus & vidua paupera,
*Panorm. in d. c. ſignificantibus. num. 6.* vel opprimatur, *c. ex parte.*
*15. ex. de for. compet.* vel iudex laicus ſit negligens: *c. ex tenore.*
*11. d. tit.* quando autem alij contra laicum agere cupiunt, Ec-
cleſiaſticum iudicem adire iura non concedant, exiſtente a-
lio ſuperiore laico iudice, præſertim inſtituto iudicio peti-
torio: *c. licet. 10. c. ex tenore. 11. ext. de for. compet. vbi Hoſtienſ. in*
*ſumma. §. ex præmiſſis patet. num. 11. Henric. Bouer. ſing. 2. verb. iu-*
11 *dex. num. 5. & ſing. 21. verb. Cauſſæ cognitio. num. vlt.* ideo † ad
exceptiones, quod actor non ſit miſerabilis perſona, quod
non fuerit oppreſſus, quod iudex laicus non fuerit negli-
gens, quod agatur non poſſeſſorio ſed petitorio, &c. vel alias
ſimiles excludendas, conſultius eſſe crederem, vt is cui ali-
mentorum ab homine laico petendorum ius competit, iu-
dicem ſecularem potius quàm Eccleſiaſticum adeat. Vel

enim

12 enim † inſtituitur tantum ſummaria petitio & officiũ iudicis imploratur, prout fieri poteſt in alimentis ex legum iuſſu debitis, & tum fundatur iuriſdictio non tantum ratione ſubiectionis & fori: *l. iuris ordinem. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic.* ſed etiam ratione rei petitæ: ſiquidem vbi ſummariè res tractatur, vt fit in cauſſa alimentorum, non eſt iudici laico interdictum etiam de ſpiritualibus cognoſcere. *Bald. l. 2. C. de Carbon. edicto. Hippol. de Marſil. ſingul. 70. incip. Iudex laicus.* Vel
13 † proponitur ordinaria actio, vtpote ex teſtamento vel ex contractu vel ex delicto, &c. & tum quia non conſideratur paupertas alimenta petentis, ſed vel teſtamentaria diſpoſitio, vel contrahentium conuentio, vel damnorum ex delicto illatorum magnitudo &c. prout partim ex ijs quæ ſupra *lib. 1. & lib. 2. cap. vlt. num. 138. & ſeq.* dicta ſunt, partim j. de probationibus dicentur, apparet: atque ita rationes, ob quas alimenta etiam ad iudicis Eccleſiaſtici cognitionem pertinere noſtri Doctores ſtatuunt, ceſſant: conſequens eſt, vt iudicem Eccleſiaſticum hiſce caſibus adeundum non eſſe dicamus, vtpote ceſſante ratione ceſſet ipſa diſpoſitio. *l. quod dictũ 32. ff. de pact. l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patron.* Accedit
14 † præterea licet paupertatis conſideratione vel alio modo alimenta ad pias cauſſas referantur: nihil tamen impedit, quo minus iudicem ſecularem adire liceat: cum coram eo non minus quàm coram Eccleſiaſtico legatum piæ cauſſæ relictum fas ſit perſequi *l. hæreditas. 50. in fin. & ibi Bald. ff. de petit. hæred. Alex. conſil. 170. incip. Circa primum. num. 1. vol. 2.* Vn-
15 de porro † infertur, multo minus Eccleſiaſtico iudici competere cognitionem, quando diſceptatur de præteritorum alimentorum reſtitutione: propterea quod ibi ſolummodo petatur quantum fuit vel expenſum, *quemadmodum indicaui ſ. cap. proxime præced. num. 11. cum ſeqq.* vel mutuo ſumtum & in neceſsitatem alimentorum conuerſum: *ſ. hoc lib. cap. 4. num. 8. cum ſeqq.* non conſiderata eius qui pecuniam nunc repetit, neque opulentia neq; pauperie ita vt fundamentum deſumtum *ex d. c. ſignificantibus. 38. ext. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* huc non
16 quadret. Omnium † minime Eccleſiaſticum iudicem adire

ne ſuæ perſonæ aliqua ſeruitia monaſterio exhibere cogantur: æquitati erit conſentaneum, vt ipſis etiam cibaria præſtentur. *c. cum ſecundum. 16. ext. de præbend. facit. l. in rebus. 18. §. poſſunt. ff. commod. atq; hanc ſententiam* C O M M V N E M *eſſe aſſerit Nic. de Vbald. tract. de ſucceſſ. ab inteſt. clericor. part. 2. num.*
79 *16. in fin.* Hinc † deniq; coniectura capi poteſt de orphanis aut alijs pauperibus vel ægrotis nutritis in hoſpitali publico: qui ſi ad plenam ætatem peruenientes vel priſtinæ ſanitati reſtituti, Deo ipſis benedicente rem faciant, & diuitias ſua induſtria ſibi conquirant: inuiti non poſſunt adigi, vt ſumtus in ſe factos hoſpitali reſtituant: propterea quod pietatis cauſſa hæc alimenta ſint erogata: quæ repetitionem impedit. *l. 1. C. de negoc. geſt. cum alijs adductis ſ. hoc ipſo cap. num. 10. & in his terminis ita ſcribit Accurſ. in l. orphanotrophos. 31. gl. vlt. & ibi Salic. num. 3. C. de Epiſcop. & cleric. ac optime facit textus in c. ſacrorum. 15. vbi gl. verb. repetitionis. 12. quæſt. 2. Io. de Anan. in c. vn. num. 17. de infant. & languid. expoſ. vbi in verſ. puta ab Eccleſia. deeſſe videtur negatio, aliàs ſenſus non eſt perfectus.* Poſtre-
80 mo † quia ſ. *lib. 2. cap. 7. num. 42.* dictum fuit, propter extremam famis neceſsitatem, eſculenta & poculenta furari licere: non immerito quæritur, an qui huiuſmodi neceſsitate adactus, cibum & potum ſubtraxerit, ſi poſtea facultates acquirat, cogi poſsit ad reſtitutionem. Quam quæſtionem etſi quidem adeo ancipitem eſſe intelligo, vt opinionem tam affirmatiuam quam negatiuam C O M M V N E M noſtri Doctores perhibeant: *Iul. Clar. lib. 5. ſententiar. § furtum. num. 25.*
81 tamen † mihi verior videtur ſententia negatiua, quod æſtimatio rerum ablatarum, ab inuito extorqueri nequeat: propterea quod is re communi ad vſum deſtinatum ex legis permiſsione vſus fuerit, vt ſ. *d. cap. 7. num. 43.* fuit probatum. Si enim verum eſt, tempore neceſsitatis edulia eſſe communia, tum ijs vtens ad reſtitutionem non magis adigi poteſt, quàm aërem vel aquam profluentem hauriens: *l. 1. §. quod ſi quis in mare. ff. de nou. oper. nunc. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. §. 1. num. 7. Inſtit. de rer. diuiſ.* Ideoq; huic ſententiæ negatiuæ magis adhæret Emanuel Soa-
rez

82 rez *in theſaur. commun. opin. lit. N. num. 18.* Neq; † arbitror hanc rationem labefactari reſponſione, quam in medium affert Cornelius Benincaſius *tract. de priuileg. paupertat. queſt. 7. ſpecial. 9. num. 41.* inquiens, quod res mihi cum alio communis, dicatur quidem mea, attamen ſolummodo ficte, non autem proprie: *per l. illud. 46. cum ibi notatis per Bart. ff. de rit. nupt. gl. & Bartol. l. id quod noſtrum. 11. ff. de reg. iur.* vnde inferre velle videtur, quod cibum alienum famis leuandæ cauſſa capiens, à furti crimine non omnino ſit immunis. Sed reſponderi poteſt per diſtinctionem: aut enim loquimur de re tota adhuc communi nondum diuiſa, & certe eam ego proprie meam appellare non poſſum: *d. l. illud. 46. d. l. id quod noſtrum. vbi gl. Bart. Dec. num. 4. Mayner. num. 3.* aut loquimur de parte diſtincta & diuiſa, de qua ego ſeorſim diſpono, & eam proprie meam dici nihil impedit. *l. merito. 51. ff. pro ſoc. l. ſerui electione. 5. §. Labeo. cum ſeq. ff. de legat. 1. atq; hanc diſtinctionem expreſſe tradit Caſtrenſ. conſil. 221. incip. In hoc paſſu. verſ. Nec obſtat gloſſa. vol. 1. Cagnol. d. l. id quod noſtrum. 11. num. 20.* Quia igitur nos hic agimus de eo, qui iam propter famem tantum cibi & potus percepit, quantum ipſius neceſsitas poſtulauit: qui cibus ſic proprius factus eſt vtentis: apparet allegata Benincaſij nihil ad rem præſentem

83 facere. Sic rationem † ſuperius allatam æque non euertit Did. Couarr. qui *in c. peccatum. part. 2. §. 1. num. 4. de reg. iur. in 6.* putat, eſculenta & poculenta eſſe quidem tempore neceſſitatis communia, ita tamen vt poſtmodum proſpera fauente fortuna domino reſtituantur. Nam eſt petitio principij, dum probationis loco affertur id ipſum, quod principaliter controuerſiam patitur. Neq: huc accommodari poſſunt eleemoſynæ, cum eæ ab hoc furto, de quo nunc quærimus, longiſsime diſtent, vt ex collatione quilibet animad-

84 uertit. Sententia † autem negatiua ita confirmata, reſtat vt videamus, quibus contrariæ opinionis aſſertores nitantur fundamentis. Et primò adducit Benincaſius *d. ſpecial. 9. num. 37. textum l. Neſennius. ff. de negoc. geſt.* Qui textus iſtam opinionem neutiquam iuuat: quia in facultatibus conſtitu-

tus

tus longe differt à paupere, id quod quotidiana experientia probatur, vt legum allegatione non ſit opus. Quemadmodum igitur *ex d. l. Neſennius.* apparet, auiam alimenta exhibentem nepoti habenti in bonis vnde ſemet alat, repetere poſſe impenſas: ita viciſſim certum eſt, auiæ alenti nepotem inopem repetitionem non concedi. *l. 1. l. alimenta. 11. C. de negoc. geſt. iunctis ijs quæ dixi ſ. hoc ipſo cap. num. 18.* Cum itaq; nos in noſtra quæſtione agamus de eo, qui extrema laborat inopia: manifeſtum eſt textum *d. l. Neſennius.* huc non
85 quadrare. Quod † autem præterea Benincaſius *d. ſpecial. 9. num. 41.* pro confirmatione ſententiæ affirmatiuæ allegat regulam, *l. quæ propter. 162. ff. de reg. iur.* id multò minus ad rem facit. Si enim quis ita velit inde arguere: Quæ propter neceſsitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. Sed furtum eſculentorum propter neceſsitatem receptũ eſt. Ergo tale furtum non debet in argumentum trahi: ibi ego concederem totum argumentum, ita vt ceſſante neceſſitate famis, furari non permittendum putem. *vt ſ. lib. 2. c. 7. d. num. 44. cum ſeq.* Sin vero quis inde, quaſi per conſequens, velit vlterius inferre. Ergo ceſſante neceſsitate is debet reſtituere. Huic reſponderem, primò, plus eſſe in concluſione, quam in præmiſsis, cum in ijs nulla ſit reſtitutionis facta mentio: deinde reſponderi etiam poteſt, quod vulgatum illud axioma, ceſſante cauſſa ceſſet effectus, non procedat, quando effectus cauſſæ eſt iam conſummatus & perfectus, vel vt loquuntur, in eſſe productus. *per l. vlt. in princ. ff. vnde lib. & alia iura quæ allegat Tiraq. in d. reg. ceſſante cauſſa. limit. 12. num. 1.*
86 Quod † ſi quis tandem reſtitutionem fieri debere probare velit *ex c. ſi quis. 3. ext. de furt.* ei reſponderi poteſt ex Couarr. *d. §. 1. nu. 3.* vbi copioſè de illius textus intellectu agit.

## IN CONCLVSIONE LIBELLI QVID PETENDVM.

### Caput VI.

SVM-

## SVMMARIVM.

1. *Quando lis eſt de præſentibus & futuris alimentis, tum hæc ipſa alimenta peti debent: non æſtimatio. num. 2. licet hæc obiter ſit addita. num. 3. ſecus ſi certa ſumma vel pecunia vel frumenti aliorumúe fructuum, debeatur. num. 4.*
5. *Libellus ex ſententia Bartoli quomodo formetur: declaratur num. 6.*
7. *Præterita alimenta petuntur, vel quod actori debita non ſunt ſoluta: vel quod actor alijs ſubuenit.*
8. *Si actori non ſunt ſoluta, tum diſtinguitur, vt partim æſtimatio, partim ipſa alimenta debeant peti, quæ diſtinctio limitatur, nu. 9. & 10.*
11. *Quando actor alij præbuit alimenta, tum repetens petit tantum æſtimationem: cuius ineundæ ratio oſtenditur. num, 13.*
12. *Libelli ad hoc membrum pertinentis forma:*
14. *Præterita & futura alimenta ſimul poſſunt vno libello peti.*
15. *De futuris alimentis cum agitur, dubitant noſtri vtrum ipſa alimenta petantur, an vero cautio. num. 16.*
17. *Vterq; agendi modus poterit vſurpari: modo fiat circumſpectè. num. 18.*

DVORVM proxime præcedentium capitum, obiter & euidentioris doctrinæ cauſſa inſertorum, ſupereſt nunc
1 ad libellum formandum accommodatio. Vt † igitur primò de præſentibus alimentis dicam, commodiſsimum eſt, vt in libello petatur, iuxta competenté taxationem ſeu moderationem ſibi præſtari alimenta. *Ludou. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 74. in fin. per ea quæ dixi ſ. lib. 2.*
2 *cap. 2.* Non † vero petenda eſt æſtimatio aliqua, quando alimenta principaliter debeantur: cum huiuſmodi debitum ipſas ſpecies complectatur: *l. legatis. 6. ff. de alim. vel cib. leg. iuncta l. Titia. 87. in pr. ff. de leg. 2. Bart. tract. de aliment. num:*
3 *32.* adeo † quidem vt adhuc procedat, licet acceſſoriè addita ſit æſtimatio. Si enim teſtator legaret mihi ſingulis annis alimenta, vel exprimeret certum numerum frumenti, vini, carnium, lignorum &c. quamuis adijceret ſe æſtimare ſingulis annis ea alimenta, vel iſtud frumentum, vinum, carnes & ligna, ſeptuaginta florenis: non tamen propterea recte peterem æſtimationem, ſed mihi deberentur res principaliter lega-

legatæ, non conſiderato pretio obiter adiecto. Nam quemadmodum ſi minori precio res illæ venderentur, non poſſem ego plus alimentorum vel frumenti aut cæterarum rerum petere: ſic viciſsim ſi caritas annonæ ingrueret, hæres non poſſet iuxta modum precij mihi quicquam detrahere ex rebus legatis. *text. eſt in l. ſi fundum ſub conditione. 81. §. ſi libertus. in fin. vbi notat Bart. num. 1. & Iaſ. num. 7. ff. de legat. 1. l. cum pater. 77. §. pater qui filio. 30. ff. de legat. 2. Gul. Benedict. in c. Raynutius. verb. Et hortum. num. 13. ext. de teſtam. Steph. Ranchin. part. 1.*

4 *concluſ. 335. & part. 2. concluſ. 24.* Sin † verò teſtator principaliter legaret certam annuam ſummam pecuniæ vel frumenti, & quaſi ſecundario adderet, vt legatarius conuerteret eam in vſum alimentorum, tum teſtatoris voluntatem obſeruare conuenit, non tantum in præſtando *ſ. lib. 2. cap. 2. nu. 15.* ſed etiam in petendo, ita nimirum vt illa ſumma pecuniæ vel frumenti, &c. petatur in cauſſam alimentorum: non autem alimenta: ne aliàs legatarius vel aliud pro alio vel plus petat, quod neutrum iure probari conſtat. *§. ſi quis agens. Inſt.*

5 *de action. & tot. tit. ext. de plus petit.* Hoc † autem in loco admonendi ſumus de forma libelli alimentorum petendorum, quam tradit Bartolus *in l. pecuniæ. 8. num. 4. ff. de alim. vel cib. leg.* putans ſufficere, ſi vel vniuerſaliter libellus concipiatur. Peto Titium condemnari ad præſtandum alimenta in præſenti & in futurum: *per l. 1. C. de fideicommiſſ.* vel in hunc modum, peto mihi dari alimenta & condemnari ad dandum omni anno tantum pro veſtiario, & tantum in menſe pro victu: quod hæc vtraque petendi forma admitti quidem poſſit, præſertim prior *per d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* itidem & altera ſi certa ſumma pecuniæ pro veſtiario & victu debeatur *vt in l. vlt. ff. de reb. dub.* quemadmodum & vtramque petendi formam refert & ſequitur Vitalis de Camban. *tract. clauſu-*

6 *lar. cap. penult. num. 282.* nihilominus † tamen diligenter obſeruare debemus Bartolum *in d. num. 4.* ſolummodo oſtendere voluiſſe modum in libello concludendi: vtpote in qua parte plurimum momenti ſitum eſt *vt dixi ſ. lib. 3. cap. 4. num. 1.* medium concludendi neutiquam eſſe omittendum, quod ſub-

ſubminiſtrabunt ea, quæ tradita fuerunt ſ. lib. 1. per tot. hoc vel ſimili modo: Dico quod N. eſt meus pater, vel meus filius, vel meus maritus, vel mea vxor, ego autem ſum egenus vel infirmus, vt mihi ipſe de alimentis nequeam proſpicere, vel N. eſt hæres Titij, qui mihi legauit alimenta, vel N. mihi amputauit manum dextram &c. peto condemnari eum ad præſtandum alimenta iuxta competentem taxationem ſeu moderationem (quæ clauſula poteſt addi propter ea, quæ tradita fuerunt ſ. *lib. 2. cap. 2.*) in præſenti & futurum: cum quibus conſentit Rofred. Beneuent. *tract. libellor. part. 5. tit. de*
7 *offic. indic. quo petuntur alim. num. 12.* Quæ † cum manifeſta ſint & nullam patiantur difficultatem: non neceſſe eſt in ijs moram trahere: & dicendũ eſt aliquid de alimentorum præteritorum petitione. Vt igitur vſus eorum, quæ in præcedentibus duobus capitibus tradita ſunt, eo magis eluceſcat, inprimis repetendum eſt quod dixi *cap. 4. huius libri num. 3.* præterita alimenta duobus præcipuè modis in controuerſiam venire. Vel enim peto quæ mihi tempore præterito fuerunt debita ſed nondum ſoluta: ſ. *hoc lib. c. 4.* vel quæ ego alteri ipſius negocium gerens exhibui ſ. *cap. prox. præced.* In pri-
8 mo † caſu diſtinguitur: Rerum enim ſub alimentis comprehenſarum, & ſupra *lib. 2. cap. 1.* recitatarum quædam pro præterito tempore pereunt, vt habitatio: ſiquidem impoſsibile eſt quod tu mihi des habitationem præteriti temporis, & tunc pro hac alimentorum parte recte petetur æſtimatio *l. ſi vſusfructus mihi in biennium. 6. ff. de vſufr. leg. quem textum ad hanc alimentorum materiam accommodat Bald. conſil. 59. incip. Præmittendum eſt ad euidentiam. num. 4. vol. 4.* quædam vero non pereunt: & harum rurſum duplex eſt ratio. Nam aliquæ ita ſunt comparatæ, vt non expediat eas nunc mihi præſtari: veluti morbus me inuaſerat, ſed per DEI gratiam nunc conualui, & pro his ſimiliter petetur æſtimatio: *l. patronus qui. 25. l. ſi libertus. 27. ff. de oper. libert.* aliquæ vero eius ſunt conditionis vt etiam ijs hodie vti poſsim, velut eſt panis, vinum, carnes, veſtitus: & tum petenda ſunt hæc ipſa corpora vel vno nomine alimenta *d. l. legatis. 6. iuncta. d. l. Titia. 87. in pr. l. libertis*

quos

*Præmittendũ eſt.nu.4.vol.3.* non recte accomodari credo. Nam negociorum geſtorũ actione petuntur tantũ ſumtus erogati. *l.ſed an vltro.10.in pr.l.ex duob.27.l.quæ vtiliter.45.in pr.ff.de negoc. geſt.l.1.C.eod. cum multis ſimilib.* Sed in præſenti caſu datur mihi negociorum geſtorũ actio *d.l.ſed an vltro.10.l.ſi paterno.15.in fin.C.d.tit.* Ergo in præſenti caſu petuntur tantum ſumtus e-
12 rogati. Et huc † pertinet libellus, quem in hiſce terminis recitat Lud. Bolognin. *conſil.27.incip. Bartholomæus & Dominicus fratres.* vbi non tantum narrat à fratribus actoribus talem libellum fuiſſe propoſitum, quod quidam Benedictus anno 1466. habitauerit cum eis, & ab eis expenſas perceperit, & alimenta cibi & potus per tempus quatuor annorum vel circiter, & quod pro dictis expenſis & alimentis debeantur Bartholomæo & Dominico actoribus in vniuerſum libræ centum Bononienſis, nempe pro quolibet anno libræ viginti quinque: petentes in concluſione Benedictum reum conuentum compelli ad reſpondendum, & poſt reſponſionem condemnari in dictis libris centum Bononienſibus, & ſuper omnibus ſibi adminiſtrare iuſticiam omni meliore modo, &c. ſed etiam præfatus Ludouicus Bologninus refert pro actoribus in prima inſtantia pronunciatum fuiſſe: ac in appellationis inſtantia priorem ſententiam confirmari debere, luculẽter confirmat. Vnde porro intelligitur quid præcipuè deſideretur in libello, quem recitat Angelus
13 Peruſ. *conſil.277.incip. Tutor alimentauit. quæſt.1.* Cæterum † illud inprimis obſeruandum eſt in hac æſtimatione conſtituenda, non computandum ſimul eſſe laborem, qui neceſſario in alendo aliquo impenditur, ſed tantummodo ſumtus erogatos, quæ ſententia probatur per rationem paulo ante *nu.11.* adductam, & præterea in terminis textus eſt *in l.patrem.16. & ibi notat Bald. in fin.C. de nupt. ſequitur & commendat Petr. de Rauenn. ſingul.28. aliàs habetur in ſingul.29. Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap.8. num. vlt. in fin.* quod ſcire tam actoris quàm rei
14 conuenti aduocato prodeſſe poterit. Denique † pro complemento obſeruandum eſt, quando non tantum præterita, ſed etiam futura alimenta petere licet, tum vno eodemque

libello vtrorumque petendorum facultatem iure permiſſam eſſe. *text. eſt in l. 1. & ibi notat Bald. nu. 7. C. de fideicommiſſ.* Ve-
15 runtamen dubitant † Doctores, vtrum ab eo, qui antea moram traxit in ſoluendis alimentis, petenda ſint ipſa alimenta, an verò tantummodo cautio, de ijs præſtandis in futurum. Nam Azo *vt refert Odofred. d. l. 1. C. de fideicommiſſ.* ita putat libellum formandum. Ago contra talem mulierem, dicens quod ipſius filius in codicillis ſuis reliquit mihi menſtrua alimenta ab ipſa mihi præſtanda & ipſa poſt mortem filij & adita hæreditate tribus annis præſtitit: & quia ceſſauit ſoluere quarto anno & quinto: peto alimenta illius quarti & quinti anni, & peto vt condemnetur mihi in futurum præſtare ſuis temporibus: ad quod propono vtilem actionem ex teſta-
16 mento. Quam † libelli formam præceptori ſuo, quem tamen non nominat, diſplicuiſſe ſcribit idem Odofredus: propterea quod, quando debetur aliquid ſub conditione vel in diem, ante diem elapſum vel conditionis euentum non petatur ipſa res, ſed cautio de ſoluendo. *l. in omnibus. 41 ff. de iudic. l. harum. 7. l. egi. 12. ff. ſi ſeruit. vindic. §. 1. Inſtit. de diuiſ. ſtipul. cum ſimil.* Vnde ita formandum libellum cenſuit Odofredi præceptor: Ago contra talem mulierem, dicens quod filius ipſius reliquit mihi annua alimenta, & ipſa præſtitit mihi tribus annis, ſed ceſſauit ſoluere quarto & quinto anno: vnde peto non tantum vt præterita alimenta præſtet, ſed etiam quod debeat mihi cauere de ſoluendo in futurum ſuis temporibus, & ad cautionem præſtandam eam condemnari. Cumq;
17 † neutra agendi forma ſit improba, vt teſtatur Odofred. *d. l. 1. in fin. C. de fideicommiſſ.* quarum illa ſatis manifeſte probatur *in d. l. 1.* hæc vero *in d. l. in omnibus. d. l. harum.* poterit actoris aduocatus eligere eam, quam conſideratione rei conuen-
18 ti, putat ſuo clienti eſſe commodiſsimam: modo † illud non tradatur obliuioni, cautionis petitionem non temere vſurpandam, ſed quando iuſta aliqua cauſſa ſubeſt, vt Iuriſconſultus indicat *in d. l. in omnibus. 41.* veluti quòd facultatibus labatur debitor, &c. *Ripa in l. 2. in pr. num. 39. & l. ſi conſtante. num. 15. ff. ſolut. matrim. Cuiac. lib. 17. obſer. cap. 37.* quod addendum

dendum cenſui, ne hanc cautionis petitionem libello ſ. *hoc cap. num. 1. & 5. cum ſeq.* adumbrato, ſine vrgenti cauſſa quis inſerat, multo minus ne quis eam nimis abſtinato animo, & inanibus expenſis proſequatur.

# CORAM QVO IVDICE PETANTVR.

## Caput VII.

### SVMMARIVM.

1. *Coram iudice competente alimenta ſunt petenda: qui inueſtigatur diſtinctionis auxilio num. 2. 3. 12. cum ſeqq. repudiata Io. Bapiſta Pontani ſententia num. 18.*

4. *Spuriorum alimenta iuxta Fr. Aretinum petuntur tantum coram iudice Eccleſiaſtico: quorum argumentum adductum num. 5. conſideratur num. 6. & communis opinio eſt in contrarium. num. 7. ita vt iudex temporalis clericum poßit compellere ad alendum ſuum ſpurium. num. 8.*

9. *Alimenta pauperi debita ſecundum aliquos petuntur promiſcue tam coram Eccleſiaſtico quàm ſeculari iudice: quæ ſententia videtur verior. num. 10.*

11. *Cautius eſt vt contra laicum coram ſeculari iudice agatur, ſiue petantur alimenta futura nu. 12. 13. ſiue præterita nu. 15. 16. per quamcunq; actionem nu. 17.*

14. *Legatum relictum ad pias cauſſas, peti poteſt coram iudice tam Eccleſiaſtico quàm ſeculari.*

19. *Alimenta litis etiam coram Eccleſiaſtico iudice pendentis peti poſſunt apud ſecularem: vbi aduocatum conſiderare oportet, an non conſultius ſit coram iudice cauſſæ principalis petere. num. 20.*

21. *Si ex alimentorum debitoribus aliqui ſint clerici, aliqui laici, melius eſt illico iudicem Eccleſiaſticum adire.*

22. *Iudex Eccleſiaſticus adeundus eſt in defectum iudicis ſecularis.*

23. *Si repetitio inſtituatur eorum, quæ præſtita ſunt marito ob dotem non ſolutam, cognoſcit iudex Eccleſiaſticus.*

TERTIVM quod in actione recte inſtituenda obſeruari debet, iuxta ordinem in verſibus 5. *hoc libr. cap. 2. num. vlt.* indicatum, eſt, vt ſciamus, coram quo iudice ſint petenda.
1 Et primò † quidem competentem adeundum eſſe, quemadmodum tralaticium eſt, & vbiq; obſeruandum, *tot. tit. ext. de for. compet.* etiam in hac ipſa alimentorum materia: *l. competens iudex. 2. l. ſi competenti. 3. C. de alend. lib. Alex. l. 2. num. 8. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ſequitur Roderic. Suarez. in ll. Fori lib.*
2 *2. l. 2. tit. de los emplazamientos. §. fin. num. 50.* ita dubio † non caret, quiſnam iudex competens in hac materia cenſendus ſit. Quæ inueſtigatio tanto magis videtur neceſſaria, cum alimenta, licet multis gaudeant priuilegijs, *vt indicatum fuit. 5. lib. 2. cap. 7.* in diuerſis tamen foris aut iudicijs vna vice peti nequeant. *Celſus Hugo conſil. 38. num. 21.* Etſi autem hac de re diuerſimode Doctores noſtri ſcribunt: plurimum tamen ad veritatem hac in quæſtione cognoſcendam defendendamq; conducere arbitror diſtinctionem, qua alimenta quædam ſunt præſentia vel futura, quædam vero præterita. Nam vt primò de alimentis præſentibus vel futuris aliquid
3 dicam, ſi † volumus in ſummam redigere ea, quæ in toto libro primo tradita ſunt, apparebit, quod quædam debeantur & petantur ob inopiam, quædam vero paupertatis vel diuitiarum poſthabita conſideratione, exigantur ex alia cauſſa, veluti, ex contractu vel quaſi puta ex donatione, legato &c. ex delicto vel quaſi: quam cauſſæ diuerſitatem at-
4 tigi etiam 5. *lib. 2. cap. 12. num. 137. cum ſeqq.* De † alimentis filio ſpurio debitis (hæc enim ipſa non niſi paupertatis & inopiæ ratione à patre exiguntur: cum filium legitimum & naturalem habentem de quo ſe ſuſtentet, non teneatur pater alere: *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. ff. de liber. agnoſc. & dixi 5. lib. 1. cap. 8. num. 78.*) inprimis dubitari inter noſtros video, coram quo iudice ea petenda ſint. Primùm inuenio Franciſcum Aretinum *conſil. 48. incip. Reuocatur in dubium.* contendentem hæc alimenta nullibi niſi coram iudice vel conſi-
5 ſtorio Eccleſiaſtico peti debere & poſſe, per † hanc rationem: quia quando propter peccatum lex Canonica excitat offi-

officium iudicis Eccleſiaſtici, tum nullum competit remedium in foro ciuili. Sed lex Canonica *in c. cum haberet. extr. de eo qui in matrim. dux. quam poll. per adult.* excitat officium iudicis Eccleſiaſtici. Ergo in foro ciuili nullum competit remedium ſpurio. *& huic Aretini opinioni adhæret Caccialup. in l. frater à fratre. quæſt. 19. num. 87. ff. de condict. indeb. Burſat. conſil. 62. num. 11. Thom. Grammatic. conſil. ciuil. 33. num. vlt.* In
6 quo † argumento, cum maior propoſitio non ſit vniuerſaliter vera, ſed ſolummodo procedat in ijs remedijs, quæ principaliter ad hunc finem tendunt, vt reus conuentus reuocetur à peccato, & conſequenter rem reſtituat, vel aliud agat, vt fit in denunciatione Euangelica. *c. ſuper his. 16. c. qualiter. 24. §. ad corrigendos ext. de accuſat. Specul. tit. de denunciat. §. nunc dicendum reſtat. Robert. Marant. in aur. prax. part. 6. eod. tit. de denunciat. num. 5. quemadmodum Franciſcus Aretin. d. conſ. 48. allegat Bartolum in extrauag. Ad reprimendum. verb. denunciationem. item Anton. de Butr. c. nouit. extr. de iudic. qui expreſſe de denunciatione Euangelica tractant, & demq; Petrum de Anchar. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. qui ſimiliter ſub num. 5. loquitur de eiuſmodi Canonica inſtitutione cuius finis principaliter tendit dirigere multitudinem fidelium in Deum, vt gloriam aſſequantur.* & vero in fine d. c. cum haberet. de peccato ita principaliter non tractetur: conſequens eſt iſtud argumentum non cohęrere.
7 Vnde † & contra Franciſcum Aretinum hac in quæſtione Doctores noſtri COMMVNITER concludunt: *Alciat. in rubr. ff. de verb. oblig. in lectur. Auenion. num. 16. Io. Baptiſt. Villalop. in*
8 *commun. opin. lit. P. num. 29.* adeo † quidem vt teſtetur Berengarius Fernandus *in l. in quartam. in præfat. num. 134. ff. ad l. Falcid.* ſe vidiſſe etiam clericos & ſacerdotes per temporalem iudicem ad alimenta non modo partui nefario, ſed & matri danda compelli: cum ex iure naturali trahat initium. Quam extenſionem tamen vniuerſaliter acceptam periculoſam credo, propterea quod contra clericos ſeculari iudici nulla competat iuriſdictio, *c. decernimus. 2. & c. 2. clerici. 8. extr. de indic.* ne quidem contra volentes: *c. ſignificaſti. 18. extr. de for. compet.* igitur admittenda videtur, ſi clericus habeat

 prædia

prædia ſub iudice ſeculari, *gl. c. vlt. verb. promulgauit. ext. de iudic.* vt in eorum poſſeſsionem liberi mittantur: *Io. Garſ. de expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 2.* vel dici poteſt, quod peculiari conſuetudine in Gallia hoc ſit introductum, vt & in eo caſu quem recitat Petr. Rebuff. *ad conſtit. Regni tit. de ſentent.*
9 *prouiſional. in præfat. num. 32.* Aliqui † verò putant coram iudice tam Eccleſiaſtico quam ſeculari peti poſſe alimenta, ſi ſcilicet pauperi debeantur *per c. ſignificantibus. 38. ext. de offic. & poteſt. iud. deleg. Bart. l. ſolent. 3. num. 14. ff. de alim. vel cib. leg. Io. Berber. in Viator. iur. part. 3. rubr. 4. num. 65. Io. Lup. de Palat. Rub. c. per veſtras nob. 2. num. 19. extr. de donat. inter vir. & vxor. VVurmbſer. in obſeruat. tit. 49. obſeruat. 7. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 23. num. 12. Marc. Ant. Peregrin. libr. 3. de iur. fiſc. 18. num. 58. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. in princ. num. 39. & §. idem reſcripſit. num. 78. Et hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe aſſerit Caualcan. de vſufr. mul. nu. 138. in fin.* Quam-
10 uis † autem hanc poſteriorem ſententiam falſam eſſe non putem: cum tamen iuxta textum *d. c. ſignificantib. 38.* quo ea præcipuè nititur, accipienda ſit: *Bart. in l. non ſolum. 9. §. ſi liberationis. num 7. ff. de liberat. leg.* & iudex Eccleſiaſticus contra laicum non aliter iudicare queat, niſi perſona agens vel ſit habitu & actu miſerabilis, vt eſt pupillus & vidua paupera, *Panorm. in d. c. ſignificantibus. num. 6.* vel opprimatur, *c. ex parte. 15. ex. de for. compet.* vel iudex laicus ſit negligens: *c. ex tenore. 11. d. tit.* quando autem alij contra laicum agere cupiunt, Eccleſiaſticum iudicem adire iura non concedant, exiſtente alio ſuperiore laico iudice, præſertim inſtituto iudicio petitorio: *c. licet. 10. c. ex tenore. 11. ext. de for. compet. vbi Hoſtienſ. in ſumma. §. ex præmiſſis patet. num. 11. Henric. Bouer ſing. 2. verb. iu-*
11 *dex. num. 5. & ſing. 21. verb. Cauſſæ cognitio. num. vlt.* ideo † ad exceptiones, quod actor non ſit miſerabilis perſona, quod non fuerit oppreſſus, quod iudex laicus non fuerit negligens, quod agatur non poſſeſſorio ſed petitorio, &c. vel alias ſimiles excludendas, conſultius eſſe crederem, vt is cui alimentorum ab homine laico petendorum ius competit, iudicem ſecularem potius quàm Eccleſiaſticum adeat. Vel

enim

12 enim † inſtituitur tantum ſummaria petitio & officiũ iudicis imploratur, prout fieri poteſt in alimentis ex legum iuſſu debitis, & tum fundatur iuriſdictio non tantum ratione ſubiectionis & fori: *l. iuris ordinem. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic.* ſed etiam ratione rei petitæ: ſiquidem vbi ſummariè res tractatur, vt fit in cauſſa alimentorum, non eſt iudici laico interdictum etiam de ſpiritualibus cognoſcere. *Bald. l. 2. C. de Carbon. edicto. Hippol. de Marſil. ſingul. 70. incip. Iudex laicus.* Vel
13 † proponitur ordinaria actio, vtpote ex teſtamento vel ex contractu vel ex delicto, &c. & tum quia non conſideratur paupertas alimenta petentis, ſed vel teſtamentaria diſpoſitio, vel contrahentium conuentio, vel damnorum ex delicto illatorum magnitudo &c. prout partim ex ijs quæ ſupra *lib. 1. & lib. 2. cap. vlt. num. 138. & ſeq.* dicta ſunt, partim ĩ. de probationibus dicentur, apparet: atque ita rationes, ob quas alimenta etiam ad iudicis Eccleſiaſtici cognitionem pertinere noſtri Doctores ſtatuunt, ceſſant: conſequens eſt, vt iudicem Eccleſiaſticum hiſce caſibus adeundum non eſſe dicamus, vtpote ceſſante ratione ceſſet ipſa diſpoſitio. *l. quod dictũ 32. ff. de pact. l. adigere. 6. §. quamuis ff. de iur. patron.* Accedit
14 † præterea licet paupertatis conſideratione vel alio modo alimenta ad pias cauſſas referantur: nihil tamen impedit, quo minus iudicem ſecularem adire liceat: cum coram eo non minus quàm coram Eccleſiaſtico legatum piæ cauſſæ relictum fas ſit perſequi *l. hæreditas. 50. in fin. & ibi Bald. ff. de petit. hæred. Alex. conſil. 170. incip. Circa primum. num. 1. vol. 2.* Vn-
15 de porro † infertur, multo minus Eccleſiaſtico iudici competere cognitionem, quando diſceptatur de præteritorum alimentorum reſtitutione: propterea quod ibi ſolummodo petatur quantum fuit vel expenſum, *quemadmodum indicaui ſ. cap. proxime præced. num. 11. cum ſeqq.* vel mutuo ſumtum & in neceſsitatem alimentorum conuerſum: *ſ. hoc lib. cap. 4. num. 1. cum ſeqq.* non conſiderata eius qui pecuniam nunc repetit, neque opulentia neq; pauperie ita vt fundamentum deſumtum *ex d. c. ſignificantibus. 38. ext. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* huc non
16 quadret. Omnium † minime Eccleſiaſticum iudicem adire

debet aut poteſt is, qui effectus alimentorum denegatorum perſequitur: quemadmodum omnium eorum quæ s. *lib. 2. cap. 5.* dicta ſunt, recitatione oſtendi poſſet: ſed non videtur eſſe operæpretium, in ijs ſingulatim commemorandis diu
17 immorari. Idem † porro quod iam paulo ante *ſub num. 11.* dixi, confirmatur & declaratur ex actionum genere & natura. Actor enim ſiue habeat ſolummodo perſonalem actionē, tum ex vulgata & trita iuris regula, debet ſequi forum rei: *d. l. iuris ordinem. 2. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. ſi fideicommiſſum. 50. §. pen. ff. de iudic. Cuiac. l. cum hi. 8. verſic. ſi deſtinet domicilium. ff. de tranſact.* ſiue ipſi competat actio realis nomine alimentorum, veluti ſi prædium vel aliud quid immobile pro alimentis ſit obligatum, tum petitio inſtitui poterit coram eo, ſub cuius iuriſdictione prædium ſitum eſt. *l. vn. C. vbi fidei-*
18 *commiſſ. pet. oport. l. ſi prædium. 16. C. de reb. minor.* Hinc † non ſine cauſſa dubito de Io. Baptiſtæ Pontani *tract. de aliment. c. 2. num. 23.* opinione ſcribentis, idoneum iudicem eſſe, quicunque ſit eius competens, de cuius alimentis agitur. Quam enim à iuris noſtri regulis id alienum ſit, cuilibet mediocriter in legibus verſato conſtat, atque ex iam dictis apparet. Si namque exempli gratia, ciuis Noribergenſis obſtrictus eſſet ad alendum ciuem Lipſenſem: non video rationem, cur coram eius, de cuius alimentis agitur, iudice competente, nempe coram ſenatu Lipſenſe, ciuis Noribergenſis poſsit conueniri: præſertim cum ad rem nihil faciat deciſio Ægidij Bellameræ, quam ſolam Pontanus pro ſuæ ſententiæ corroboratione adducit. Obiter enim & quaſi aliud agendo, mentionem inijcit iudicis, qui de alimentorum ex vltima voluntate debitorum tranſactione cognoſcere & auctorari deberet: in qua quæſtione lubenti animo aſtipularer Ægidio Bellameræ: vt ſi, in exemplo propoſito, ciuis Noribergenſis ex teſtamento eius cuius factus eſſet hæres alere deberet Lipſenſem ciuem, & vellent inuicem tranſigere, vt tum Lipſenſis potius quam Noribergenſis ſenatus auctoritate & decreto opus eſſet: niſi alimenta ex certo prædio ſub iuriſdictione Noribergenſi ſito depromi deberent: tum vtriuſque ſenatus cogni-

cognitionem & decretum adhibendum crederem, *per ea quæ*
19 *dixi ſ. lib. 2. cap. 8. num. 45.* His † nunc ſubijcio ampliationem, vt idem adhuc procedat in alimentis litiganti debitis, ita vt quamuis cauſſa principalis coram Eccleſiaſtico iudice pendeat, nihilominus liceat alimenta interim coram alimentorum debitoris iudice ſeculari petere. *Matth. de Afflict.*
20 *deciſ. 152. cuius fundamenta & rationes non deſcribo.* In quo † rurſum aduocatum cautum eſſe oportere arbitror, vt nimirum quid magis ex re clientis ſui ſit caute diſpiciat: cum ipſi liberum ſit etiam coram iudice cauſſæ principalis ea petere, propter regulam qua dicitur, quod ille, qui eſt iudex principalis negocij, ſit etiam iudex cuiuſcunque cauſſæ ibidem incidentis. *l. quoties. 3. vbi notat gl. & DD. C. de iudic. c. prudentiam. 21. §. ſexta nobis. verſic. explorati quidem. ext. de offic. & pot. iud. deleg. c. de prudentia. 3. ext. de donat. int. vir. & vx.* atque ita in hiſce noſtris terminis tradit Petr. Rebuff. *ad conſtit. Reg. tit. de ſentent. prouiſional. in præfat. num. 31. Io. Bolognet. conſil. 32. num. 8. & ſeq. Ludouic. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. nu. 76.* Et huc accommodari poſſunt, quæ de dote apud iudicem Eccleſiaſticum nonnunquam petenda traduntur ab interpretibus noſtris *in l. 1. Bald. Nouell. num. 45. Rip. num. 47. Bulgar. de Bulgarin. num. 20. Io. Bolognet. num. 85. Marian. Socin. iun. num. 132. Crot. num. 65. Camill. Viſitarin. num. 86. & 89. ff. ſolut. matrimon.*

Obſeruandæ etiam ſunt aliquot limitationes. Nam pri-
21 mò † ſi ex pluribus hæredibus & alimentorum debitoribus, aliqui ſint clerici, tum cenſet Bartolus *in l. ſolent. 3. num. 14. ff. de alim. vel cib. leg. quem ſequitur Thom. Ferrat. caut. 10. num. 4.* quod iudex ſecularis cogere debeat laicum, vt proroget iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici: ſed cum nemo inuitus cogi poſsit iuriſdictionem prorogare: *l. 2. in princ. verſic. aut ſi cum reſtitiſſet. ff. de iudic.* melius eſt, vt alimentarius ſtatim iudicem Eccleſiaſticum adeat, & contra omnes coniunctim agat. *Bartol. l. præcipimus. 32. §. eodem obſeruando. per illum textum C. de appellat. ſequitur Vital. de Camban. tractat. Clauſular. cap. pen. nu. 271.*
22 *& apoſtilla ad Bartol. d. l. ſolent. ſub num. 14.* Deinde † limitatur,

vt iudicem Eccleſiaſticum adire oporteat, quando iudicis ſecularis vel non eſt copia, vel euidens animaduertitur in iuſticiæ adminiſtratione negligentia. *ita in hiſce noſtris terminis ſcribit Ant. de Butr. c. cum haberet. num. 6. ext. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per adult. c. ex tenore. 11. in fin. ext. de for. com-*
23 *pet.* Tertiò † limitatur vt ſi maritus, qui propter alimenta, vxori dotem promiſſam non ſoluenti exhibita, iuxta diſpoſitionem *c. ſalubriter. 16. ext. de vſur. & attigi ſ. hoc lib. cap. 5.* aliquid percepit, conueniatur vt reſtituat: & maritus excipiat, licitum eſſe hoc caſu vſuras percipere etiam iure Canonico: & actor replicet, id non licere: ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere, an ſua ſit iurisdictio. *ita per c. ſi iudex. 12. in princ. de ſentent. excommunicat. in 6. ſcribit. Io. de Imol. in clem. vn. num. 30. in fin. de vſur.*

# QVO IVRE PETANTVR ALIMENTA.

## Caput VIII.

### SVMMARIVM.

1. *Medium concludendi nunc conſideratur: ex quo æque ac ex concluſione æſtimatur actio. num. 2.*
3. *In petitione alimentorum mihi debitorum quidem ſed non ſolutorum, quale adhibendum ſit medium concludendi.*
4. *Sin ego alium aluerim & nunc repetam ſumtus, ſi ab ipſo nutrito repetam, pro medio concludendi ſufficit ſumtus in eum factos allegare: quod ſi ab alio exigam, addenda eſt coniunctio, quæ intercedit inter nutritum & reum conuentum. num. 5.*
6. *Præſentium alimentorum petitioni ſubminiſtrat medium concludendi totus liber primus.*
7. *Inopiæ mentio interdum eſt inſerenda.*
8. *Quæ actiones dentur pro alimentis conſequendis.*
9. *Actionis nomen neceſſariò non eſt in libello exprimendum.*
10. *Præteritorum alimentorum repetitioni inſeruit actio negociorum geſtorum: ſi ſcilicet nulla interuenerit conuentio.*
11. *Actio ex ſtipulatu vel præſcriptis verbis.*

12. Actio

12. *Actio depoſiti: mandati. num. 13. in factum. num. 14. & 15:*
16. *Pecudem alienam paſcens poteſt eam retinere, donec ſibi reſtituantur impenſæ. & num. 19. & 20. imo præfertur cæteris creditoribus. num. 17. conſiderata Surdi ratione hanc ampliationem euertere conantis. num. 18. fallit in fure. num. 21.*
22. *Si legetur equus in publico diuerſorio conſiſtens, quis impenſas exſoluat.*
23. *Liber homo pro alimentis retineri non poteſt: niſi fugam paret. num. 24.*
25. *Sarcinam aut alias res viatoris, precium cibi & potus exoluere recuſantis, hoſpes poteſt retinere.*
26. *Retentio etiam datur fundi, quem quis antea incultum ſua induſtria frugiferum reddidit.*
27. *Ad alimenta præterito tempore nobis debita, ſed non exſoluta, competunt etiam actiones, & quidem nonnunquam rei propriæ condictio.*
28. *Præſentia alimenta ex legum diſpoſitionibus debita, petuntur officio iudicis. vt euenit in vidua num. 29. & patrono. num. 30. limitatur num. 31. & 32.*
33. *Alimenta præſentia legata petuntur actione ex teſtamento: limitatur ſi ſeruo, num. 34. vel monacho relinquantur. num. 35. etiam actione hypothecaria. num. 36. & 38.*
37. *Actio hypothecaria promiſſis non conuenit: neq; ex legum diſpoſitione debitis. num. 39. hoc poſterius limitatur trifariam num. 40. 46. 47.*
41. *Filius ex bonis à patre viuo venditis nomine alimentorum nihil poteſt petere, contra Dilectum & Moronum. & num. 42. 43. 44. 45.*
48. *Alimentorum nomine an remedium poſſeſſorium competat & num. 49.*
50. *Pro iure paſcendi proponi poteſt interdictum Vti poſſidetis.*
51. *A famulis, pecuniam ad ſe alendos datam diſſipantibus, poteſt exigi iuramentum.*

1 QVARTVM quod in libello concipiendo conſiderandum venit, eſt ius † quo alimenta petuntur: id eſt medium vel cauſſa concludendi: *Robert. Maranth. in aurea praxi part. 6. tit. de libell. oblat. num. 8. verſ. quarto quo iure.* de quo
2 ſeorſim dicendum mihi putaui, cum medium † concludendi ſit

di ſit potiſsima pars libelli, & ex eo actiones æſtimentur, *l. non debet. 11. ff. de dol. Ægid. Bellamer. conſil. 29. incip. Suppoſito tali facto. num. 6.* non minus quam ex concluſione. *Angel. Aret. §. omnium. num. 23. Inſtit. de action. Iaſ. l. 1. in princ. num. 14. ff. de edend.* Quod autem hactenus ſæpius dixi, diſtinguenda eſſe alimenta præterita à præſentibus & futuris: id vt nunc
3 iterum inculcem neceſsitas poſtulat. Si enim † agatur de alimentis præteritis, tum cauſſa petendi vel medium concludendi, iuxta diuerſitatem caſuum facile deſumi poterit ex ijs quæ tradidi *s. hoc libro. cap. 4. & 5.* ita nimirum vt ſi tu me debuiſſes alere vel ex teſtamento vel contractu vel delicto, idq́; non feciſti, ratio petitionis allegãda, nempe primò debitoris ceſſatio, & deinde vel teſtamentum, vel con-
4 tractus, vel delictum: ſin † vero ego in alium nutriendum ſumtus feci, ex natura actionis negociorum geſtorum, cauſſa petendi deſumi debet & poteſt, vt allegentur ſumtus facti in reum conuentum, quemadmodum patet ex libello, quem ex Ludouico Bolognino paulo ante *hoc libr. cap. 6. num. 12.* attuli: ſi ſcilicet repetitio inſtituatur contra ipſum nutritum.
5 Quod ſi † repetantur ab alio, tum præter ſumtus factos allegandum eſt vinculum, vel neceſsitudo aliqua, propter quam actor putat reum conuentum obſtrictum videri, ad refundendos iſtos ſumtus. Exempli gratia, ego in Mæuij ægroti & pauperis curationem ac alimentationem inſumſi triginta florenos: eosq́; cupio ab eius patre Sempronio repetere: hic neceſſe eſt vt pro medio concludendi non tantum allegem ſumtus à me in Mæuium vtiliter factos, ſed & præterea neceſsitudinem, qua Sempronius reus conuentus obſtrictus fuit Mæuio, vtpote filio exhibere alimenta: propterea quod hinc eluceſcat, me Sempronij negocium geſsiſſe & proinde recte ab eo petere: *l. ſi pupilli. 6. §. ſi quis ita. cum ſeqq. ff. de neg. geſt. idemq́; probatur iure Saxonico lib. 3.* Landtrecht *artic. 90. verſ.* Seine Erben, *& faciunt quæ dixi s. hoc libr. cap. 4. num. 8. & 11.*
6 Sin † vero à me quærat quis, qualénam medium concludendi adhibendum ſit in præſentium alimentorum petitione: ei aliud quod reſpondeam non habeo, quàm vt ſibi in memo-

riam

tiam reuocet omnia, quæ in toto libro primo fuerunt explicata: vt nimirum inprimis conſideret cauſſam petendi, ſiue ea ſit ſanguinis neceſsitudo, ſiue contractus vel quaſi, quo etiam alimenta teſtamento relicta refero, ſiue delictum vel quaſi: quemadmodum indicaui *ſ. in hoc ipſo lib. 3. cap. 6 num.*
7 *6.* Modo † illud meminerimus, in petendis ijs quæ ex legis ſiue naturalis ſiue ciuilis diſpoſitione debentur, præter vinculum iſtud medio concludendi inſuper implicandam eſſe mentionem inopiæ actoris: propterea quod eiuſmodi alimenta petere nemo debeat, niſi quem egeſtas neceſsitasq; famis vrget: id quod exemplo parentum & liberorum, nec non fratrum, item mariti ab vxore ſibi ſubueniri petentis, manifeſtum fieri poteſt, & traditum fuit ſ. lib. 1. Sic ſi patronus ab Eccleſia ſe ali poſtularet: non ſufficeret pro medio concludendi afferre, Eccleſiæ, contra cuius prælatum nunc ageret, ſe patronum eſſe: ſed etiam præterea requireretur, vt adderet ſe pauperem eſſe & egeſtate premi. *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 13. num. 82.* Idem eſt in domino feudi expetente alimenta à ſuo vaſallo. Deniq; cum ex ijs quæ *ſ lib. 2. cap. 5.* tradita fuerunt, ſatis eluceat, quali medio concludendi iuxta caſuum diuerſitatem vti debeat is, qui velit effectum alimentorum denegatorum perſequi, ſuperuacaneum eſſet, eorum repetitionem cum lectoris tædio hic inſtituere. Qua
8 breui † commemoratione etſi huic quarto libellorum requiſito mediocriter ſatisfactum opiner: neq; laborandum eſſe videatur in recenſendis actionum ſingularium pro alimentis competentium appellationibus: cum ex COMMVNI Do-
9 ctorum opinione, nomen † actionis à ſe intentatæ actor exprimere non teneatur: *c. dilecti. 6. ext. de iudic. Rip. l. edita. nu. 6. cum ſeq. Cagnol. num. 19. C. de edend.* quia tamen plurimum momenti affert aduocato ſcire, qualis nam ipſius clienti competat actio: ſiquidem cautius non tantum libellum formare ſed & articulos probatorios concipere poterit: *Marant. in aur. prax. part. 6. tit. de libell. oblat. num. 8.* vt taceam, inueniri nonnullos, qui repudiata communi Doctorum opinione, contendunt nomen actionis in libello omnino exprimendum

dum eſſe: *Anton. Angel. Carcaſſ. in addit. ad Iaſ. §. omnium. nu. 165. Inſtit. de action. Ludouic. Vital. lib. 1. var. lect. cap. 1.* ideo breuiter recenſebo actiones, quæ pro alimentis poſſunt proponi. Quoniam autem ex hactenus & præcipue *ſ. lib. 1. cap. 1.* dictis apparet, alimenta plurifariam diuidi: inter quas diuiſiones familiam ducit tam hæc, qua nonnulla ex legibus deberi dicuntur, nonnulla ex hominis prouiſione & facto: quàm ea, per quam quædam præterita perhibentur, quædam præſentia vel futura: & aliter fieri non poteſt, quàm vt ijs quorum diuerſa eſt ratio, diuerſum ius ſtatuatur: *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patron.* de ſingulis ſingulatim aliquid
10 in medium afferam. Præteritorum † igitur alimentorum repetitioni inſeruit negociorum geſtorum actio *l. ſed an vltro. 10. l. Neſennius. 34. ff. de negoc. geſt. l. ſi paterno. 15. in fin. C. eod. gl. vlt. l. vlt. C. in quib. cauſſ. ceſſat longi temp. præſcript. Auguſt. Bero. conſil. 152. num. 14. vol. 1. iunctis ijs quæ ſ. in hoc libr. cap. 6. num. 11. cum ſeq. dicta ſunt*, ſi ſcilicet noſtra ſponte, ſine ex-
11 preſſa conuentione aliquem aluimus: ſin vero † alicui alimenta præſtitimus ex pacto, ita vt ille viciſsim nobis aliquid præſtaret, veluti quando ciues vel alij cibant ſtudioſos ea conditione, vt hi viciſsim ſingulis ſeptimanis dent, exempli gratia, quatuordecim groſſos: ſi iam ciues ſua parte impleuerint contractum, poſſunt etiam pro præteritis alimentis proponere actionem, non quidem negociorum geſtorum, ſed potius vel ex ſtipulatione vel præſcriptis verbis, Facio vt des. *Speculat. tit. qui fil. ſint legit. num. 9. Mynſing. Cent. 1. obſer-*
12 *uat. 63.* Sic † ſi tu apud me depoſuiſſes ſeruum vel equum tuum, & in eo alendo ego ſumtus feciſſem, ad eos repetendos prodita eſt actio depoſiti contraria. *l. ei apud quem. 5. in princ. & l. actione 23. ff. de poſ.* quo caſu quomodo libellus formandus ſit colligi poteſt ex Speculat. *tit. de depoſit. §. nunc li-*
13 *bellos. num. 3.* Idem † plane eſt in mandato, vt ſi tu mihi aliquam rem expediendam mandaſſes, egoq; impenſas eius negocij cauſſa erogaſſem, iudicio mandati contrario mihi reſtitui ſumtus, queam poſtulare *l. qui mutuam. 56. §. vlt. ff.*
14 *mandat.* Denique † ad recuperandos ſumtus promiſſos, poteſt

teſt proponi actio vtilis in factum. Exempli cauſſa. Conuenit inter maritum & vxorem, vt hæc ipſum ſequeretur: quæ cum ad literas viri ipſum in prouinciam ſequeretur, habet actionem in factum contra maritum nolentem ei reſtituere ſumtus itineris *text. eſt in l. inter. 26. §. conuenit. ff. de pact. dotal.*
15 *quem ſingularem prædicat Lud. Roman. ſing. 528.* ſic † ſi tuæ pecudes meis glandibus vel herbis fuerint ſaturæ factæ, datur mihi actio in factum contra te in quantum tu es factus locupletior *l. qui ſeruandarum. 14. §. vlt. in fin. ff. de præſcript. verb. Io. Fab. §. 1. num. 3. Inſt. ſi quadrup. paup. Hippol. Bonacoſſ. de Equis*
16 *quæſt. 256.* Vltra has † actiones, remedij loco alimentis antea præſtitis exigendis, adhiberi quoq; poteſt retentio. Etſi autem hæc tractatio non de paſtu pecorum, ſed de alimentis hominum inſtituta eſt, vt facile ex toto libro primo apparet: nihil tamen impediet ſpero, quin occaſione huius remedij, fas ſit addere: pecudem alienam quam in agro meo inuenio, vt pro damno dato ceu pignoris loco retineam, iure quidem non permitti: *l. Quintus. 39. §. 1. ff. ad l. Aquil.* at pro ſumtibus, quos in aliena pecude alenda feci, retinere mihi licere. Cum enim alimenta verterim in vtilitatem ipſius rei: *l. quod ſi ſeruus. 3. §. in rem autem. ff. de in rem verſ.* merito debet poſſe res retineri, donec ſatis fiat. *l. in ſumma. 8. & ibi notat Salic. C. de pignor.* Huic rationi accedit textus *l. ſi in area. 33. in fin. ff. de condict. indeb. Neguſ. de pignor. membr. 4. quintæ part. princ. num. 9. atq; ita in hiſce terminis ſcribunt Alciat. in l. ſylua. 30. num. 4. ff. de verb. ſignificat. & in tract. de præſumt. reg. 1. præſumt. 50. Plot. in l. ſi quando. num. 874. C. vnde vi. vel iuxta nouiſſimam Colonienſem editionem in tract. de in lit. iurand. §. 52. num. 8. Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat. part. 2. quæſt. 16. num. 11. Io. Garſ. de Expens. & meliorat. cap. 4. num. 28. Petr. Peck. de iure ſiſtend. cap. 34. num. 1. ſcilicet iuxta editionem quæ Francofurti eſt edita inter tractatus de pignoribus & hypothec. ſed in nouiſſima editione quæ Coloniæ ante paucos annos ſeorſim fuit excuſa in cap. 50. num. 1.* Quæ pecudum propter pabulum exhibitum retentio, tanto magis de iure noſtro Saxonico obtinebit, cum etiam pro damno dato pignoris loco eas retinere

per-

permittat *lib. 3.* Landtrecht *artic. 47.* Sachs *differ. 69. Reinhard. differ. 130. aliàs habetur ſub tit. de pœnalib. differ. 18. præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. ſi quadrup.*
17 *paup. feciſſ. dic. num 6.* Imò pecudem † alens præfertur in ea cæteris creditoribus: propterea quod ſaluam fecerit totius pignoris cauſſam *l. huius. 6. ff. qui pot. in pign. hab. Neguſ. de pignor. membr. 3. ſeptimæ part. princip. num. 14. & ſeqq. & ita ſe obtinuiſſe ſcribit Caualcan. deciſ. 23. num. 31. & deciſ. 44. num. 46.*
18 *cum ſeq. part. 1.* Neq; † vt mihi videtur, hanc opinionem euertunt ea, quæ tradit D. Io. Petrus Surdus *in eruditiſſimo opere de Aliment. tit. 8. priuileg. 62. num. 19.* dum ſcribit, hanc ſententiam non eſſe veram propterea, quod *d. l. huius* loquatur, quando expreſſe in eam cauſſam factum eſt mutuum, ſecus quando ſimpliciter venditum eſt fœnum vel locata paſcua. Reſpondetur enim non ſatis certum eſſe, quod ille textus loquatur tantummodo de eo caſu, quo expreſſe in cauſſam alimentorum factum eſt mutuum; primò quia ibi Iuriſconſultus pro ratione decidendi non affert mutuo dantis pactionem aut conuentionem, ſed effectum, nempe quod impenſæ cauſſam totius pignoris ſaluam faciant. Quæ ratio cum noſtro caſui conueniat, nullam cauſſam video, cur non æque ipſa diſpoſitio. Deinde aliud eſt quærere, an res obligata ſit pignori, & aliud de prioritate in pignore iam conſtituto quærere: quæ diſtinctio manifeſte probatur ex collatione tit. ff. & C. de pignorib. cum alio tit. qui pot. in pign. Quoniam autem prioritas huiuſmodi priuilegiato credito competens, originem trahit non ex conuentione, ſed ex effectu *l. interdum. 5. cum l. ſeq. ff. qui pot. in pignor. hab.* & vero paulo ante probatum eſt, eum qui pauit pecudem, quam adhuc habet in poteſtate, pignoris inſtar retinere poſſe, quam ſententiam ipſe Surdus *d. priuil. 62. num. 3.* amplectitur: non opus eſt, in præſenti caſu de conuentione diſputare, cum primò conſtet pecudem paſtam pignori alligatam eſſe paſcenti: & deinde alimentorum eam eſſe efficaciam, vt cæteris creditoribus ſaluam faciant pignoris cauſſam. Atq;
19 hæc † deciſio accommodari poteſt ad alios caſus, veluti ſi

animal

animal ſit depoſitum vel ſequeſtratum apud me, & ego ipſi pabulum præbeam, vt id quouſq; mihi de alimentis ſatisfactum fuerit queam retinere: *per l. actione. 23. ff. depoſit. Bald. l. ſi quis. 11. num. 5. C. eod. Hippol. Bonacoſſ. tract. de Caball. quæſt. 359.* vel ſi peregrinus aliquis in publicum diuerſorium introducat equos ſuos, vt hoſpiti eos liceat retinere propter alimentorum impenſam, *vt tradit Menoch. de recup. poſſ. remed. 11. num. 9. vbi multa allegat.* Et huc pertinet illa ſententia, quam *vt refert D. Daniel Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 30.* tulerunt Domini Scabini Lipſenſes: nempe cum ciuis quidam Erphordienſis ignoto cuidam ſtellioni pro nobili ſe venditanti, equos ſuos locaſſet, quibus Lipſiam veheretur, isq; poſt aliquot menſes, quibus in hoſpitio publico ſatis laute vixerat, clam pedes aufugiſſet, hoſpitem equos retinere poſſe, donec de expenſis quas in ijs alendis feciſſet, ſibi à domino equo-

20 rum ſatisfactum eſſet. Et hæc † quæ de brutorum animantium retentione, propter pabulum ipſis exhibitum, conceſſa dixi, accipienda etiam ſunt de ſeruis nutritis. *l. vlt. & ibi Salic. C. in quib. cauſſ. ceſſ. long. temp. præſcript. l. 2. §. 1. ff. ad l. Aquil.* Quæ vt ampliationis locum obtinere poſſunt, ita

21 viciſſim limitanda † hæc ſunt, vt non procedant, quando fur pecudem à ſe ſubtractam aluit, quam poſtea reſtituere compellitur. Furi enim vel prædoni, retentionis remedium ad ſumtus alimentorum recuperandos, nequaquam conceditur *ita eſt text. in l. 1. C. de infant. expoſ. & per l. ex argento. 13. in fin. ff. de condict. furt. notat ibidem in d. l. ex argento. Baldus, quem ſequitur Hipp. Bonacoſſ. d. tract. de Caball. ſeu equo. quæſt. 139.* propter eorum inuaſionem vel violentam occupationem: *Couarr. in c. peccatum. part. 2. §. 6. num. 3. de reg. iur. in 6.* alijs autem malæ fidei poſſeſſoribus, expenſas neceſſarias, non tantum retentione, ſed etiam petitione recipiendi facultas permittitur. *l. domum. 5. C. de rei vindic. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 2. num. 17. qui omnino eſt videndus.* Quanquam igi-

22 tur † certum eſt, eum qui aluit pecudem depoſitam, pro ſumtibus retentionem habere, quouſque ipſi ſatisfiat, per hactenus dicta: quia tamen ſi dominus moriatur, & pecudem

leget Titio, incidere poteſt contentio, quiſnam expenſas ſoluat, vtrum hæres an vero legatarius: ideo vberioris doctrinæ cauſſa addo, hanc quæſtionem inueniri apud Angel. Aret. *in tract. de teſtament. gl. 21. num. 8.* qui cenſet, hæredi incumbere onus ſoluendarum impenſarum factarum ante pecudis legatæ traditionem, *per l. his verbis. 102. §. vlt. ff. de legat. 3.* ſecus in ijs quæ poſtea debentur. *l. quæro. 28. ff. de vſuſfr. leg. Io. Garſ. de Expenſ. cap. 17. num. 10.* Vt † autem ex hoc diuerticulo ad
23 hominum alimenta redeam, veriſsimum eſſe arbitror, liberum hominem propter alimenta exhibita pignoris loco retineri iure non poſſe. *l. ob æs. 12. cum auth. ſeq. C. de oblig. & act. atq; alijs ſ. lib. 1. cap. 14. num. 86. & ſeqq. adductis,* vbi cum oſtenſum fuerit omniq́ue dubio careat, á iure in ſeruiles perſonas vſurpato non recte argui ad homines liberos: & textus *in l. 1. C. de infant. expoſ.* diſertis verbis de ſeruæ vel aſſcriptitiæ partu agat: cuilibet apparet, argumentum firmum inde duci non poſſe, ac propterea nos nihil mouere debent quæ ſcribit D. Surd. *de Aliment. tit. 1. q. 71. num. vlt.* Interim
24 tamen † non negarim, eum, qui aliquandiu apud aliquem cibo ſumto ſe vellet poſtea in fugam conijcere, capi & detineri poſſe, non ſecus ac alium debitorem. *l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem meum. cum ibi notat. per Bart. & alios. ff. quæ in fraud. credit. quem textum ad hanc ipſam materiam accommodat Pyrrhus Angleberm. in conſuet. Aurelianenſ. tit. 19. cap. 7.* Explicare autem quæ requirantur, vt huiuſmodi capturæ locus ſit, ad hunc locum non pertinet: interim videri poteſt *gl. in §. actio autem nihil aliud. verb. in iudicio. ibiq; Angel. num. 13. & ſeqq. Iaſ. num. 72. cum ſeqq. Schneid. num. 16. Inſtit. de action.* Multò
25 † magis reculas vel (vt Doctores noſtri loquuntur) fardellum viatoris, in hoſpitio cibum & potum capientis, donec pro huiuſmodi ſumtibus ſatisfaciat, retineri poſſe, iuri conſentaneum videtur. Si enim pro habitationis, quæ alimentorum pars quædam cenſetur, *l. legatis. 16. ff. de alim. vel cib. legat.* mercede, pignori ſunt locatori inuecta & illata, etiamſi nihil nominatim conuenerit: *l. item quia. 4. ff. de pact.* & ius, quod de toto anno conſtitutum eſt, etiam ad minores temporis
arti-

articulos accommodare licet : *l. fructus.7. ( aliàs eſt l. diuortio. 8. ) quod in anno dicitur. ff. ſolut. matrim.* efficitur vt etiam ſarcina, quam viator ſaltem per aliquot horas, aut noctem vnā vel plures, publico diuerſorio intulerit, pignori teneatur, pro ea mercede quam hoſpiti debet. *ita tenet Bald. in l. certi iuris.5. num.5. C. de locat. & conduct. eamq; ſententiam veriſſimam prædicat Alex. in d. l. diuortio. 8. §. ob donationes. num. vlt. ff. ſolut. matrim. Petr. de Rauenn. in Alphabeto aur. verb. Bona conductoris. Petr. Rebuff. tom. 1. commentar. ad conſtit. Reg. tit. de litter. oblig. artic.4. gloſſ. 2. num. 31.* Et hæc ſententia præterea confirmari poteſt ex iure Saxonico *lib.3.* Landtrecht. *artic.90. verſic.* ob ſein gut das er bey jhm hat/*& adhuc clarius in gl. 1. art.77.* Weichbild *quæ tamen gloſſa vult, vt ne femoralia detrahantur, ac pignoris loco*
26 *retineantur.* Denique † retentio etiam locum habet, quando rector Eccleſiæ in terra ſterili & inculta, induſtria ſua & laboribus ſiue expenſis plantauit vineam, vel alijs frugibus ferendis fundum aptum reddidit, vt licet poſtea propter delictum commiſſum, beneficio ſuo priuetur, nihilominus tamen hanc terram ad vitam ſuam alimentorum cauſſa poſsit retinere. *l. vlt. §. ſimiliter. C. de alluuion. l. quicunq;. 7. & ibi Alex. in addit. vlt. ad Bartol. C. de omni agro deſert. lib. XI. c. ad aures.7. extr. de reb. Eccleſ. alien. Innoc. in c. vlt. & ibi Panorm. num.4. ext. de pecul. cleric. Hippol. de Marſil. in tract. Bannitor. verb. Eccleſiæ.*
27 *num.40. & ſing.550. vbi multa allegat.* Hæc † de retentione quoad præſens inſtitutum dixiſſe ſufficiant. Quia verò alimenta præterita non tantum petuntur, quando nos alios cibauimus : ſed etiam quando nos alij debebant alere, idq́ue non fecerunt : *ſ. hoc lib.3. cap.4. nu.3.* & vero priori caſui iam adducta remedia inſeruiunt : ideo in poſteriore caſu locum habebunt actiones vel ex contractu, vel teſtamento, vel delicto aut quaſi : cum regulariter alimenta ex pietate ac ſanguinis neceſsitate pro tempore præterito fas non ſit petere, vt explicatum fuit *ſ. huius lib.d. cap. 4.* Si itaque ego Mæuio donarem fundum, vt me aleret : idq́ue ille non faceret: tum mihi competeret tam actio perſonalis, vt fundum condicerem, quàm realis, vt dominium vindicarem : *text. eſt in l. 1. C.*

*de donat. quæ ſub mod. ad cuius textus explicationem addenda ſunt ea quæ tradit Ripa in l. generaliter. quæſt. 37. cum trib. ſeqq. C. de reuoc. donat.* quod peculiare in hac alimentorum materia videtur: cum aliàs regulare ſit, neminem condicere poſſe rem ſuam, præterquam à fure. *l. ſcire. 29. §. ſi à fure. ff. de verb. obligat. l. certius. §. 1. ff. ſi cert. pet. §. ſic itaq; Inſtit. de action. Bart. d. l. 1. C. de donat. quæ ſub mod. Marc. Mantua lib. 2. obſeruat. cap.*
28 *2. in princ.* Ad † præſentia alimenta quod attinet, rurſum diſcrimen repetendum eſt, quo alimenta, quæ ex legis vel naturalis vel ciuilis diſpoſitione dari oportet, diſtinguuntur ab ijs, quæ ex contractibus teſtamentis vel delicto debentur *ſ. lib. 1. cap. 1. num. 10.* Illorum enim aſſequendorum cauſſa iudicis poteſt implorari officium. *l. 1. & tot. tit. C. de alend. lib. arg. l. ſi quis à liberis. in pr. ff. de liber. agnoſc. iuncta l. quod ſi minor. 24. §. vlt. ff. de minor. Alber. Galeot. in Margarit. cap. 38. num. 2. Bart. d. l. ſi quis à liberis. in princ. num. 1. ibiq; Cordub. de Lar. num. 38. vbi multos Doctores allegat. quibus nunc addo Marc. Anton. Cucch. in auth. nouiſſima. verb. nec vſufructu defraudari liberi. num. 78. C. de inoff. teſtam. Port. Imolenſ. conſil. 19. num. 3. Mynſing. obſeruat. 63. centur. 1. & hanc ſententiam COMMVNEM eſſe aſſerit Lud. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. num. 70.*
29 Hinc † euenit, vt vidua quæ intra annum luctus ante dotis, in rebus mobilibus conſiſtentis, reſtitutionem ab hæredibus mariti ali debet, *ſ. lib. 1. cap. 11. num. 4. cum aliquot ſeqq.* ſimiliter iudicis officium, contra mariti ſui defuncti hæredes, ſponte officium ſuum facere nolentes, poſsit implorare. *Bald.*
30 *conſil. 109. incip. Super primo puncto. num. 1. vol. 5.* Sic † patronus ſibi à liberto ſubueniri, iudicis officium ſimiliter poteſt implorare. *l. 1. C. de oper. libert. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis.*
31 *§. ſolent. num. 9. ff. de liber. agnoſc.* Limitatur autem † hoc dictum primò, vt non procedat in alimentis, quæ filijs aut filiabus per maioratum vel per ſtatutum à ſucceſsione paterna aut materna, etiam quoad legitimam excluſis, debentur. Cum enim maioratu vel huiuſmodi ſtatuto non obſtante, nihilominus ex bonis defuncti parentis alimenta liberis cæteris dari debeant, & ita in locum legitimæ ſuccedant, *vt fuit*

*dictum* 7. *lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 27. & ſubrogatum ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur: *§. fuerat. & ibi notat Iaſ. num.* 4. *cum aliquot ſeqq. Inſtit. de action.* conſequens eſt, vt alimenta hoc caſu non minus certa actione petere oporteat, quàm legitimam. *Lud. de Molin. d. cap.* 15. *num.* 70. *Burſat. conſil.* 120.
32 *num.* 48. Secundò † limitatur in patrono Eccleſiæ, quam is inopia preſſus conuenire poteſt, etiam iure actionis: *Panorm. c. nobis.* 25. *num.* 6. *ext. de iur. patron. ſequitur & commendat Anton. de Burg. c.* 1. *num.* 31. *ext. de emt. & vendit.* interim non negarim, patrono liberum eſſe etiam officium iudicis Eccleſia-
33 ſtici implorare. *arg d. l.* 1. *C. de oper. libert.* Econtrario † igitur quando alimenta non ex legis diſpoſitione, ſed ex teſtamento debentur, tum competit actio ex teſtamento *tot. tit. ff. de alim. vel cib. leg. Speculat. tit. qui filij ſint legit. num.* 9. *Mynſing.*
34 *d. obſeruat.* 63. Quod tamen † thema limitatur quando alimenta relinquuntur ſeruo, qui iure ciuili habetur pro mortuo. *l. quod attinet.* 33. *l. ſeruitutem.* 209. *ff. de reg. iur.* tum enim ſolummodo conceditur officij iudicis imploratio. *l. ſeruos.* 17. *ff. de alim. vel cib. leg. Geminian. conſil.* 80 *incip. Quidam nomine Vicus. num.* 10. *Marian. Socin. iun. l.* 1. *nu.* 110. *& ibi Ripa. nu.* 47. *ff.*
35 *de leg.* 1. Ex quo † ciuili defectu ſimiliter oritur, quod monachis, cum ſeruis comparentur, *Nicol. Euerhard. in Topic. loc.* 24. *A ſeruo ad monach. Damhoud. in Enchirid. parium vel ſimilium, verb. Monach.* non actio, ſed tantum officium iudicis ad alimentorum ipſis legatorum perſecutionem, concedatur. *arg. d. l. ſeruos.* 17. *& ibi Bart. Petr. Iacobi in practicat. tit. de conditione ex l. omnimodo. cum actione ex teſtamento cumulata. num.* 5. *Iaſ. l.* 1. *num.* 9. *C. qui admitti ad bon. poſſ. Socin. iun. d. l.* 1. *nu.* 311. *ff. de leg.* 1. *Anton. Gomeſ. tom.* 1. *variar. reſolut. cap.* 12. *num.* 46. *qui hanc opinionem* COMMVNEM *prædicat Eman. Soarez in commun.*
36 *opin. lit. A. num.* 164. Præter actionem † autem perſonalem competit legatario etiam hypothecaria. Legatis enim alimentis, aut certus fundus eſt aſsignatus, ex quo præſtari debent, aut nullus eſt aſsignatus. Priore caſu conceditur actio in ſpecie ad illum fundum aſsignatum. *per l.* 2. *l. Lucius.* 12. *ff. de alim. vel cib. leg. Bart. in conſil.* 211 *incip. Quidam ſibi filios nu.* 4. *lib.* 1.

*Ludouic.Roman.conſil. 388.incip. In caſu propoſiti thematis. num. 3. Franc. Marc.deciſ. 323.num.4.part.1. Vital. de Camban.in tractat. Clauſul.c.pen.num. 86. Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cauſſ.priuil.63. Petr. Rebuff. in comment.ad conſtitut. Reg. tom 2.tit.de conſtitut. redituum.art.1.gl.14.num.38. Hippolyt. de Marſil. tract. Bannitorum verb. Alienata.nu.61. Io.de Roias in Epitom.omn.ſucceſſ.cap.21.num. 81. Sebaſt.Medic.in l. fin. gl. 2.part.1.nu.191.ff.de ll.Nic.Euerhard. in Topic.loc.59. Ab alimentis ad piam cauſſam.nu.9. Hier.Gigas de penſion.q.51.nu.13.Nic. Moron.de fide treuga & pace.part.1.c.21.nu.5. late Io.Garſ.de Expenſ.& meliorat.c.4.nu.30.cum ſeqq.qui omnino eſt videndus : & hanc ſententiam* COMMVNEM *eſſe aſſerit Boër.deciſ. 66.nu.4.* Atque his congruunt ea quæ dixi S. *lib.1.c.15.nu.5.in fin.* quod nimirum onus alimentorum ad ſubſtitutum perti-

37 neat. Etſi † autem hanc ſententiam aliqui accommodare etiam conantur alimentis ex conuentione debitis, ita vt ſi ego promittam tibi dare in alimentorum cauſſam ex prædio meo Corneliano ſingulis annis tot modios frumenti & amphoras vini, prædium iſtud pignori tibi ſit obſtrictum : *Guid. Pap.deciſ.576.nu.1.& 2. Ripa l.1.§.ſi hæres.nu.14.ff.ad SC.Trebell. Boër.d.deciſ.66.nu.4. Hier.Gigas de penſion. d.q.51.nu.17.Io. Guter. in repetit. l. nemo poteſt.nu.33.ff.de legat.1.* quia tamen nihil aliud allegant, quam textum *d.l. 2.ff. de alim. vel cib. leg.* qui ſolummodo de alimentis legatis agit, & à ſeparatis non recte infertur : *vulg. l.fin.ff.de calumniat.* ideo verius eſt, ob huiuſmodi promiſsionem alimentorum, fundum ex quo præſtari debere dictum fuit, pignoris non alligari. *l.fin.§.fin. ff. de contrah. emt. Alber. de Roſat. in l. cum hi.8.§.ſi vni. nu.vlt.ff.de tranſact. Dan. Moller. lib.5. ſemeſtr. differ. 79.* confirmaturque præterea *per l. liberto. 21. in princ.vbi notat gl. verb.vendita ſunt. ff. de ann. legat. Hipp.de Marſil.d.tract. Bannitor. verb. Alienata.nu.61.* Vnde hanc pignoris obligationem ſpecialem eſſe, eo ſcilicet caſu quando in teſtamento alimenta legantur, & deſignatur fundus ex quo præſtari debent, *d. l. 2. ff. de alim. vel cib. legat.* tradit Didac. Couarr. *in c. Raynutius. §.10.nu.8. ext.de teſtam. Io.*

38 *Garſ.de expenſ.d.c. 4. num. 30. cum ſeqq.* In altero † principali membro, quando legata ſunt alimenta, nullus autem certus

fundus

fundus deſignatus eſt, ex quo præſtari debeant: tum competit quidem hypothecaria, at non illa ſpecialis ad vnum certum fundum, de qua in pręcedente membro tractauimus, ſed generalis ad bona teſtatoris. *l. 1. C. commun. de legat. §. noſtra autem conſtitutio Inſt. de legat. atq; ita in hiſce noſtris terminis ſentiunt Ruin. conſil. 36. incip. Concluſio. num. vlt. in fin. vol. 3. Petr. Foller. in tract. de contractib. cenſuar. § 6. incip. Cenſus enim dici ſolet. num. 78. Marian. Socin. iun. conſil. 130. incip. Magnificus & nobilis vir. D. Andreas de Arnaldo. num. 6. vol. 2. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 17.*

39 *nu. 30.* His † addi poteſt, quod alimentorum ex legum diſpoſitione debitorum nomine, regulariter hypothecaria actio non competat: propterea quod ſiue naturalis ſiue ciuilis iuris fundamentum, conſiſtat non in bonis, ſed in naturali charitate, aut alia ſimili affectione. *l. ſi quis à liberis §. vtrum. ff. de liber. agnoſc. l. 1. C. de oper. libert. Bertrand. conſil. 127. incip. Ex themate mihi tranſmiſſo. num. 3. part. 2. primi voluminis. Couarr. in Epitom lib. 4. decretalium. part. 2. cap. 8. §. 6. nu. 14.* Quod

40 † tamen limitatur, primo ſi propter prodigalitatem patris filio bona quædam, ex quibus ſe alat, aſsignata ſint: id quod fieri poſſe dictum probatumque fuit ſ. *lib. 2. c. 4. nu. 18. cum ſeq.* Ea enim bona ita affecta ſunt pro alimentis & legitima, vt per patrem alij obligari nequeant. *arg. l. ſi quis ſciens. 11. C. de rei vindic. Bald. l. 2. nu. pen. C. ſi quid in fraud. patron. Hipp. de Mar-*

41 *ſil. d. tract. Bannitor. verb. Bona. num. 60.* Vnde † valde dubito num aſſenſum mereatur id quod Io. Dilectus *de arte teſtand. tit. 3. cautel. 17. num. 7.* ſcribit, ſi pater vendat bona ſua, filio competere actionem contra quemlibet poſſeſſorem, ad adipiſcendum cibum, potum, veſtimentum, habitationem, lectum, & ſi qua alia ſunt ſine quibus homo non viuit. Dum

42 enim † Dilectus ita argumentatur: Parentes liberis alimenta præſtare tenentur. Sed pro alimentis bona ſunt tacitè obligata, & onus alimentorum ſequitur quemlibet poſſeſſoré. Ergo, &c. quilibet intelligit, hoc argumentum non cohærere: cum præmiſſæ ex quatuor terminis ſint confectæ. Nam maior propoſitio loquitur tantum de perſonali actione, *d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum.* quæ etiam ad vniuerſalem ſucceſſorem

non niſi in ſumma inopia tranſit: *d. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum eſt. ff. de liber. agnoſc.* ad ſingularem autem ſucceſſoré tranſire nec vſquam relatum eſt, nec vnquam receptum, *vt Vlpianus loquitur in l. 1. in fin. ff. de ſenat.* Minorem autem propoſitionem ſimpliciter & in genere acceptam, ceu falſiſsimam nego. Nec enim pro omnibus alimentis bona ſunt obligata, ſed tantummodo pro alimentis ex teſtamento debitis, *quemadmodum paulo ante nu. 36. huius capitis dixi per l. 2. ff. de alim. & cib. leg.* id quod ibi rubrum & nigrum ( vt interpretes noſtri loquuntur ) ſatis abundeque teſtantur, & negare non poteſt Nic. Moronus *tract. de fide treuga & pace. part. 1. cap. 21.* qui Ioannnis Dilecti defenſionem contra Couarruuiam *in Epitom. lib. 4. Decretal. part. 2. cap. 8. §. 6. num. 14.* ſuſcepit. Etſi enim daretur, certa bona *in d. l. 2. ff. de alim. & cib. legat.* legatario in ſpecie à teſtatore aſsignata non fuiſſe: quam negationem temere non conceſſerim, propter verba textus, *bona ex quibus alimenta debeantur:* tamen fatendum eſt, hypothecam ex teſtamento in bonis defuncti competere legatario. *l. 1. §. in omnibus. C. commun. de legat.* Si igitur vel Ioannes Dilectus vel Nicolaus Moronus in quæſtione propoſita velint vincere, ante omnia probandum ipſis incumberet, bona paterna filijs pro alimentis obligata eſſe: quod vix fieri poſ-
43 ſe autumo. Si † enim pro legitima conſequenda, alijs hæredibus inſtitutis, non datur filio actio realis, ſed tantum perſonalis, nempe condictio ex lege: *§. cæterum. in Authent. vt cum de appellat. cognoſc. Nouell. 115.* & *eſt* COMMVNIS *opinio, teſte Alex. conſil. 78. incip. Clariſſime Doctor nu. 5. vol. 3. plures allegat Mich. Graſſ. §. legitima. q. 14.* non conſiderato, quod filius viuo adhuc patre ſit dominus: *l. in ſuis. 11. ff. de lib. & poſthum.* æque etiam non dabitur actio realis filio pro alimentis: cum idem plane dominium filio, etiam reſpectu alimentorum in bonis paternis competat. *Schneid. §. ſui autem. nu. 4. Inſt. de hæred. qual. & differ.* Neq; prætendat aliquis, quaſi hoc argumentum à pari, corruat indicata diſsimilitudine: & dicat, alimenta deberi à patre viuo: legitimã auté eo demum mortuo. *per ea quæ adduxi ĩ. lib. 2. c. 9. nu. 7. & 11.* Nã reſponderi poteſt, quod hoc

hoc caſu in alimẽtis non ſit in conſideratione tempus præteritum, quo pater vixit. ſi quidem filius regulariter petere non poteſt alimenta anteacti temporis vt oſtendi ſ. c. 4. huius lib.
44 Sin † autem quis ita velit arguere, quod Moronus velle facere videtur: Pro alimentis legatis indulgetur actio hypothecaria. *d. l. 2. ff. de alim. vel cib. leg.* Ergo & pro ijs quæ debentur liberis ex diſpoſitione legum: huic reſponderem negando rationem conſequentiæ. Nam ſi quis putet, omnia quæ in alimentis legatis obtinent, pertinere etiam ad alimenta ex iuris diſpoſitione debita, eum falli neceſſe eſt: id quod pluribus manifeſtum fieri poſſet: ſufficiant ſaltem duo quorum prius eſt, quod alimentis legatis iuramento renunciari poteſt: *ſ. lib. 2. cap. 8. num. 24. cum ſeqq.* non autem ijs, quæ præſtanda ſunt liberis à parentibus. *ſ. lib. 2. cap. 12. num. 5.* alterum eſt, quod præteritorum vtrobiq; non ſit paratio, *vt patet ex ijs quæ dicta ſunt ſ. cap. 4. & 5. huius libri tertij.* Quod
45 autem † præterea aſſerit Dilectus, ſuam ſententiam comprobari ex dictis per Ludouic. Roman. *conſil. 383. incip. In caſu propoſiti ( vbi animaduertere licet erratum typographicum, ſiquidem debuit eſſe ſcriptum conſil. 388. ) Felin. c. ad audientiam. 31. nu. 6. ext. de reſcript. & Caccialup. in tract. de penſ. quæſt. 9.* nihil eſt: loquuntur enim omnes de eo caſu, quo certa bona Eccleſiaſtica pro penſione clerico cuidam ſunt aſsignata. Cum vero Dilectus agat de patre qui bona ſua, ſine cuiuſquam oneris mentione, vendidit: non conueniunt huic propoſito allegatæ Doctorum auctoritates. Quod ſi præſupponeret, bona ante pro alimentis filio aſsignata fuiſſe, tum facile in ipſius tranſirem ſententiam, non tamen per ipſius fundamenta, ſed per Bald. *d. l. 2. C. ſi quid in fraud. patron.* & alia quæ paulo
46 ante adduxi. Deinde † limitatur thema num. 39. propoſitum in vxore, cui vtpote pro alimentis obligata habenti mariti ſui bona, *vt oſtenſum fuit ſ. lib. 1. cap. 10. num. 48. cum ſeq.* hypothecariam actionem competere, ratio flagitat. *§. item Seruiana. cum ibi notatis per Angel. Iaſ. & Schneid. Inſtit. de action. & ita in terminis ſcribit Bald. conſil. 268. incip. Super primo*
47 *puncto. num. 3. vol. 5.* Quod † autem tertio loco limitandum

 cenſet

cenſet Nic. Moronus *d. cap. 21. in princ.* vt bona donata ſub modo dandorum alimentorum, tacite remaneant hypothecata: id quamuis vſquequaq; expeditum non videatur: aut enim donatarius ſatisfacit conditioni, præſtando alimenta promiſſa, & tum non conceditur repetitio donatori: *per l. ſicut. 5. C. de oblig. & act. cum ſimil.* aut non ſatisfacit, ſed ſpreta ſua promiſsione donatorem non alit, & tum dominium ipſo iure ad donatorem redit: *l. 1. C. de donat. quæ ſub. mod.* certi autem & explorati iuris eſt, quod rei ſuæ pignus eſſe nequeat: *l. neq; pignus. 45. in princ. ff. de reg. iur.* tamen veram hanc limitationem credo, propterea quod res mea mihi pignori eſſe poſsit, quæ reuocabiliter in alium tranſlata eſt. *l. ex ſextante. 30. §. Latinus. ff. de except. rei iudic. l. in bello. 12. §. ſi quis ſeruum. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. l. in rebus. 30. C. de iur. dot. Dec. d. l. neq; pignus. 45. num. 2. Tiraq. de retract. proximitat. §. 1. gloſſ. 7. num. 69. Io. Gars. de expenſ. & meliorat. cap. 13. nu.*

48 *22.* Tandem † quia poſſet etiam quæri, num remedium poſſeſſorium pro alimentis denegatis competat: arbitror diſtingui debere alimenta ex legum diſpoſitione danda, ab ijs quæ ex teſtamento aliquandiu præbita fuerunt: ita vt illorũ recuperationi non inſeruiat aliquod interdictum: quia eiuſmodi petitio non tantum eſt mere perſonalis: *d. l. ſi quis à liberis. §. vtrum. ibi. charitateq́; ſanguinis ff. de liber agnoſc.* ſed etiam cauſſatiua, ſi ſcilicet filius vel pater vel frater &c. non habeat de quo ſibi proſpiciat, non autem ſimplex & perpetua, *vt s. lib. 1. paſſim fuit dictum:* & ſic tale debitum nullam poſſeſsionem cauſſatur, nec pro immobili aliquo iure reputari poteſt, *Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 10. in princ.* ac per conſequens remedium poſſeſſorium non habet locum: *l. fin. ff. quorum bonor. Bertrand. conſil. 120. incip. Viſo proceſſu cauſſæ. parte prima primi volum. Cacheran. deciſ. Pedemont. 99. num. 48. & ſeq. Iac. Venent. de annua penſion. part. 1. quæſt. 3. num. 23. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. quæſt. 20. num 139.* horum vero,

49 † nempe ex teſtamento debitorum nomine, interdictum recuperandæ poſſeſsionis competat: cùm quia alimentis legatis ineſt vel generalis vel ſpecialis hypotheca, *vt paulo ante num.*

*num. 36. dictum fuit*, tùm quia regulariter ad vitam vſq; hoc debitum perdurat, *ſ. lib. 2. cap. 12. num. 44 cum ſeqq.* ac propterea remedio poſſeſſorio vti poteſt legatarius, cui præſtita fuerunt alimenta, & poſtea temere denegantur. *c. querelam. 24. ext. de elect. Hieron. de Zanetin. in tract. de contrariet. & diuerſit. inter ius Canon. & ciuil. diff. 36. Iacob. Venent. d. quaeſt. 3. cum ſeq. & conducunt ea quæ notat Bartol. in l. ſolent. 6. §. non vero. num. 8. ff. de offic. proconſul.* Illud † lubens conceſſerim, pro pecoris mei in tuo fundo paſcendi iure, competere mihi contra te impedientem interdictum Vti poſsidetis: propterea quod tractetur de iure conſtituto in certo aliquo prædio. *Socin. ſen. conſil. 95. incip. In cauſſa communis. num. vlt. vol. 3. ſequitur Sebaſt. Medic. l. fin. gl. 2. part. 2. num. 41. ff. de ll. Menoch. d. remed. 3. retinend. poſſeſſ. quaeſt. 19. num. 137. cum ſeq. Vergin. de Bocatijs in tract. de interdict. vti poſſid. cap. 2. num. 55.* Pro

50

51 † complemento horum remediorum poteſt addi quod ſcribit Hippol. Bonacoſſ. *in tract. de famul. quaeſt. 49.* ſcholaſticos poſſe cogere famulum, qui pecuniam ſibi pro cibo & potu emendo traditam in alios vſus conuertit, vt iuret, ſe non aliter nec in alium vſum iſtam pecuniam expenſurum, quàm in quem erogandum accepit. *per not. Cardinal. in clem. 1. §. porro. not. 6. de hæred.*

# A QVO PETANTVR ALIMENTA.

## Caput IX.

### SVMMARIVM.

1. *A quo petantur alimenta, præſentia num. 2. & præterita num. 3. remiſsiue.*
4. *Creditor poteſt pecuniam mutuo patri datam & in alendos filios conſumtam à filijs condicere: quæ ſententia declaratur num. 6. & 8. & ampliatur num. 9.*
5. *Omnium condictionum fundamentum & æquitas eſt, ne alter alterius damno locupletur.*

*7. Auia*

7. *Auia inops mutuo accipiens frumentum vel aliquid aliud, ex quo nepotem ſuum alat, videtur huius negocium geßiſſe.*

1 QVINTA † & vltima conſideratio vtrum libellus recte conceptus ſit nec ne, conſiſtit in eo, vt diſpiciamus, á quo petantur alimenta. Quoniam autem in huius quæſtionis explicatione, totus liber primus fuit conſumtus: ſiquidem ibi oſtenſum fuit, quibus & á quibus præſtari oporteat alimenta: ſuperuacaneum eſſet, ea quæ ibi dicta ſunt, ocioſe
2 hic repetere; modo † id meminerimus eò præcipue recurrendum eſſe, quando agitur de præſentium alimentorum petitione. Ibi enim traditur quis debeat alterum ex diuerſis cauſsis alere. Exempli cauſſa, ſi cui ſint legata alimenta, contra quem alimentarius experiundi habeat facultatem, dictum fuit ſ. *lib. 1. cap. 15. num. 4. cum ſeqq. quibus nunc addo Menochium de præſumt. lib. 4. præſumt. 157. num. 42. cum aliquot*
3 *ſeqq.* Sin vero † agatur de præteritorum alimentorum vel nobis debitorum & nondum præſtitorum vel á nobis in alios erogatorum repetitione: reſpiciendum inſuper eſt, ad libri tertij caput quartum & quintum, vbi inter alia etiam tra-
4 ditur an hæredibus & contra hæredes detur actio. Huc † omnino pertinet ea quæſtio: Mæuius dedit mutuo decem florenos Sempronio, qui iſtam pecuniam inſumit in alimenta filiorum: iam euenit, vt debitor iſte fiat non ſoluendo, quæritur an creditor á Sempronij filijs, facultates poſsidentibus, in quos alendos pecunia conuerſa fuit, poſsit petere? Et condictionem contra hoſce filios ex diuina & nobili, (vt Baldi *in conſil. 348. incip. Factæ fuerunt per Bonromeum. num. 2. vol. 1.* verbis vtar,) æquitate, de qua habetur *l. ſi me & Titium. 32. ff. ſi cert. pet.* competere plurimi DD. aſſerunt *per l. ſi eum ſeruum. 23. & ibi notat Iaſ. num. 1. & Petr. Coſtal. ff. ſi cert. pet. & d. l. ſi me & Titium. 32. vbi idem Iaſ. num. 3. verſic. Item facit iſta lex quod ſi mutuaui. ff. eod. & deniq; per l. ei qui. 7. §. vlt. C. quod cum eo qui in al. poteſt. Capoll. caut. 264. incip. Quid ſi pater. Franc. Cremenſ. ſing. 37. Chaſſan. conſil. 1. part. 2. num. 5. & 6. Stephan. Ranchin. concluſ. 81. part. 1. & multi alij quos allegat Cordub. de Lar. in l. ſi quis á liberis. §. ſi quis ex his. num. 88. ff. de lib. agnoſc.*

5 *agnoſc.* Quam † deciſionem etſi Corduba *d. loco* in vtramq; partem verſans, tandem concludit *ſub num. 101.* eam receptiorem & veriorem eſſe: tamen adhuc plurimum videtur obſtare, condictionum, ex legibus paulo ante confirmandæ huius opinionis cauſſa adductarum, natura ac ratio. Nobilis enim & diuina illa æquitas *d. l. ſi eum ſeruum. 23. & d. l ſi & me & Titium.* fundatur in eo, ne is, ad quem mea pecunia peruenit, exinde fiat meo damno locupletior. Sed filij nutriti non ſunt facti locupletiores. Ergo condictio illa locum hoc caſu non habebit. Maior probatur non tantum ex verbis iſtarum legum, & Doctorum ibidem decidendi rationem inueſtigantium traditis: *quibus addo Menoch. de recuper. poſſ. remed. 4. num. 3.* ſed etiam ex natura perpetua condictionum, quæ eſt vt dentur, ne alter cum alterius iactura locupletetur. *text. in l. cum hi. 8. §. ſi quis de alimentis. 14. verſic. ſane ſi is. & ibi notat Cuiac. ff. de tranſact.* Minor aperte probatur *in l. ſed ſi vir. 31. §. penult. ff. de donat. int. vir. & vx. vbi ſcribit Iurisconſultus Pomponius, quod non videatur locupletior facta eſſe mulier ſi in ciba-
6 rijs familiæ donatam ſibi pecuniam impenderit.* Igitur † ſuperiorem deciſionem admittendam tantum arbitror, duobus ſimul & eodem tempore concurrentibus: quorum primum eſt, vt pater cum mutuo ſumeret, adeo eſſet inops, vt tantum in bonis non haberet, neq; etiam opera ſua poſſet conquirere, vnde liberos ſuos aleret: alterum vt liberi tum temporis, cum pater mutuo pecuniam acciperet, ijs præditi ſint facultalibus, ex quibus ſemet queant exhibere. Cum enim hiſce duobus ſimul concurrentibus, filij teneantur ſeipſos alere, *per ea quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 2. num. 78.* & tum huiuſmodi filij locupletiores facti ſint in eo, quod de ſuis bonis comparſerunt: *l. ſed & ſi l. 25. §. quod autem quis. verſic. vt in id factus locupletior videatur, quod ſolebat ipſe erogare. ff. de petit. hæredit.* atq; tali caſu minorem argumenti propoſiti negandam eſſe res ipſa doceat: quemadmodum & textus, pro confirmatione minoris adductus, loquitur de muliere cuius maritus in facultatibus adhuc eſt conſtitutus, & propterea familiæ alendæ onus non vxori, ſed marito incumbit: *ſ. lib. 1.*

*cap.*

*cap. 10. num. 46.* ideo propter æquitatem, quæ hoc caſu militat, condictione liberos in ſubſidium teneri rationis eſt. Atq;
7 huc † congruit quod Gulielmus de Cun. referente Alberico de Roſat. *in l. Neſennius. 34. num. 6. ff. de negoc. geſt.* cenſuit, auiam inopem, quæ ſecum habet nepotem ſuum, non autem eius bona, ſi mutuo accipiat vinum vel frumentum, indeq; alat eum, videri feciſſe non cauſſa pietatis, ſed vt negociorum nepotis geſtricem: ac propterea nepotem conue-
8 niendum *per l. vlt. ff. de inſtit. act.* Ergo † ſi filius, ex pecunia per patrem mutuo accepta nutritus, ad exemplum Menedemi Terentiani *in Heautont. act. 1. ſc. 1.* propter pauperiem aliquò abiret, atq; ibi ſimul re & gloria repertis rediret: non putarem pecuniam patri mutuatã à filio recte condici: propter rationem paulo ante adductam, quod æquitas & cauſſa condictionis hoc caſu ceſſet. Atq; ſic ad concordiam redigi poſſe diſſentientium inter ſe Doctorum contrarias opiniones, eſt veriſimile: ita vt filij non teneantur reddere mutuo danti, ſi tum temporis vel pater mutuo accipiens ſoluendo eſſet, vel filius nihil haberet in bonis, atq; creditor fidem non filij, ſed patris eſſet ſecutus: *prout de hoc caſu expreſſe loquuntur in d. l. ſi eum ſeruum. 23. Phil. Dec. num. 1 & Alciat nu. 25. ff. ſi cert. pet.* & viciſsim filij obſtringantur reddere, ſi pater, tempore obligationis contractæ bona alendis filijs ſufficientia non poſsideret: & filius in facultatibus eſſet conſti-
9 tutus. Adeo † vt licet ex pluribus fratribus, vnus tantum opibus huic oneri idoneis eſſet præditus: tamen ſolus totum debitum non pro ſua parte tantummodo cogeretur agnoſcere: quia ei incumberet, tam parentum quàm fratrum alendorum neceſsitas. *per ea quæ dicta ſunt ſ. lib. 1. cap. 5. & ſeqq.* Vnde quoniam illa pecunia per patrem mutuo accepta factum eſt, vt iſte filius & reſpectiuè frater non erogaret, quod aliàs debuiſſet, & per conſequens in tantum locupletior factus: *d. l. ſed & ſi lege. 25. §. quod autem quis. ff. de petit. hered.* merito etiam condictionis æquitate tenebitur. *per d. l. ſi eum ſeruum. 23.*

# DE REI CONVENTI EXCEPTIONIBVS, NEC NON ACTORIS REPLICATIONIBVS.

## Caput X.

### SVMMARIVM.

1. *Cur nunc agatur de exceptionibus: quas reus conuentus poteſt ex ſuperius traditis petere. num. 2. tam dilatorias. num. 3. quàm peremtorias. num. 4.*
5. *Reus videat num poſſit negare medium concludendi.*
6. *Exceptio, tu ipſe habes de quo viuas: locum habet in alimentis ex lege debitis. num. 7. & quidem ob inopiam. num. 9. non autem in alimentis legatis. num. 8. niſi ſpurio legentur num. 10.*
11. *Si reus conuentus actori obijciat ſufficientiam: & hic replicando paupertatem opponat & probet: quomodo reus contra duplicare debeat. & num. 12.*
13. *Exceptionis loco poterit opponi delictum exhæredatione dignum.*
14. *Reus poteſt à ſua perſona exceptiones petere, veluti ſe eſſe pauperem.*
15. *Si teſtamento addita ſit conditio & nondum impleta.*
16. *Si ſuper alimentis vltima voluntate relictis tranſactum ſit.*
17. *Si vulneratus vulnerantem fuerit aggreſſus.*
18. *Si de præteritorum alimentorum repetitione agatur, poſſunt exceptiones ex ſuperius dictis ſumi.*

1 LIBELLI † requiſitis ita mediocriter explicatis, quæ actori inprimis prodeſſe poſſunt: neceſsitas flagitare videtur, vt etiam de rei conuenti exceptionibus nonnihil dicam, ad exemplum Imperatoris Iuſtiniani, *in libr. 4. Inſtitut.* titulo de actionibus, doctrinam exceptionum ſubijcientis. Cum
2 autem † ex ijs, quæ hactenus commemorata ſunt, appareat, quibus exceptionibus reus conuentus ſe poſsit tueri: nihil attinet in ijs recenſendis nunc immorari. Quia enim exceptiones vel perpetuæ ſunt & peremtoriæ, vel temporales & dilatoriæ: *l. 3. in princ. ff. de except. §. appellantur autem. Inſtit.*

*Inſtit. eod.* ſiue iam de his ſiue de illis quæramus, ex ſuperio-
3 ribus deſumi poteſt explicatio. Nam ſi † reus conuentus ex poſteriore membro procuratoriam exceptionem actori alieno nomine agenti velit obijcere, prout iura noſtra concedunt: *§. præterea etiam ex perſona. Inſtit. d. tit. de except.* facile apparebit ex ijs quæ adducta ſunt *ſ. hoc libr. 3. cap. 3. num 8. cum aliquot ſeqq.* an & quatenus id fieri poſsit. Si enim alteri quis petat alimenta præſentia, tum inprimis conſiderandum eſt, vtrum petat tanquam quilibet de populo, & tum quia ſuo nomine agit, non habet vllo mandato opus: *ſ. d. c. 3. nu. 9. & 14.* an vero vt procurator egeni compareat, tum vt mandatum producat neceſſe eſt, niſi ipſius propinquus ſit *ſ. hoc libr. cap. 3. num. 12. & 13.* Sin autem dubitetur de exceptione declinatoria, recurrendum eſt ad caput ſeptimum huius
4 libri. Quod ſi † reus conuentus cupiat ſcire, quibúſnam exceptionibus peremtorijs vti poſsit, tutiſsimum erit vt limitationes theſium in libro primo ſupra propoſitarum diligenter perluſtret, videatq́; num earum vna vel plures ſibi vel actori conueniant, vt iudici poſsit oſtendere, ſibi ſat cauſſæ eſſe cur actorem nolit alere. *l. ſi quis à liberis. §. idem iudex. ff. de liber. agnoſc.* Verbi cauſſa, pater petit à filio, vel contrà filius à patre alimenta, vel frater à fratre, vel maritus ab vxore, vel contra, vel patronus ab Eccleſia, vel dominus à
5 vaſallo, vel donator à donatario &c. hic reus † conuentus ſi propinquitatis vel aliud vinculum in medio concludendi allegatum negare non poteſt, veluti tu non es meus pater, filius, frater, maritus, vxor, patronus, &c. *l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi vel parens neget filium. & §. ſolent. ff. de liber. agnoſc. Io. de Anan.*
6 *in rubr. ext. de infant. & languid. expoſ. num. 9.* tum diſpiciat † num actor habeat de quo ſemetipſum poſsit exhibere, idque ſi compererit, rectiſsime excipiendo obijcere poterit, ſi non es idoneus vt tibi ipſi de neceſſarijs proſpicias *d. l. ſi quis à liberis. §. ſed & ſi filius. §. Alimenta autem. Hoſtienſ. in ſumm. tit. de infant. & languid. expoſit. nu. 3. ibiq́; Io. de Anan. num. 6. Rofred. Beneuentan. in tract. libell. part. 5. tit. de officio iudicis quo petuntur alimenta. num. 11. Corn. conſil. 150. incip. Circa præſentem conſultationem.*

*nem. num.13. vol. 2.* Quot autem modis habere quis dicatur vnde ſe alere queat, explicatum fuit ſ. *lib.1. cap. 1.nu.18. cum ſeqq. vſque ad finem.* eaque hic ſunt repetenda: & cum ibi *ſub num. 23.* dictum fuerit, eum qui ſit robuſtus & laboribus ferendis aptus, videri habere de quo viuat: *d. § ſed & ſi filius.& l. vn. C. de valid. mendicant. lib.11.* recte ſcribit Alciatus *conſil. 210.incip. Legatum factum. num. 17. lib. 9.* huiuſmodi hominem à petitione alimentorum ſummouendum eſſe; ſi ſcilicet eius conditionis exiſtat, vt ne propter dignitatem operari ipſi ſit probroſum. *l. Nepos.125.ff.de verb.ſignif. Vital. de Camban. in tract. Clauſular. cap. pen. nu. 68. Io.de Roias in Epitom. omn. ſucceſſ.*
7 *cap.22.num. 1.* Ad † replicationis tamen vſum diligenter obſeruandum eſt, hanc exceptionem, *Tu ipſe habes de quo viuas,* locum ſolummodo habere, in alimentis ex legis prouiſione ob inopiam debitis: *l.1.§.1.verb.egentes.ff.de offic.præfect. vrb. l. mutus.73.§. manente.verſic. egentem virum. ff. de iur.dot. d.l. ſi quis à liberis. §. vtrum autem. verſic. quorundam neceſſitatibus facile ſuccurſurus, quorundam ægritudini.d.§.ſed & ſi filius.§.impubes. verſ. patrem inopem alere cogetur. §. item reſcriptum eſt.verſic.niſi in ſummam egeſtatem.l.vlt.ff.de lib.agnoſc. Franc. Marzar. conſil. 61. nu.45. Andr. Gail. lib.2.obſer.cap.95.nu.9.Nic.Reuſner. lib.2.con-*
8 *ſultat.q.2.nu.53.* ſecus † quando petuntur ex contractu, vel teſtamento, vel delicto: tum enim hæc exceptio locum non habet *l.de alimentis.8.in princ. & ibi notat Baldus.C. de tranſact.Bart. l. libertis quos.18.§. manumiſſis.nu. 3.ff. de alim. vel cib.legat. Ruin. conſil. 80. incip. Pro clara intelligentia. num.5.vol.2. Paris de Put.in tract. de finib.feud. cap.40. num.28. Natta conſil. 644. num. 8. Io. Saiſon. in comment. ad conſuetud. Turones. tit. 29. artic. 4. verb. Femme noble. Tiber. Decian. conſil. 42. vol.2. Io. de Roias d. c. 22.*
9 *num.7. Nic.Reuſner.d. q.2.num.54.* Cæterum in priore † huius diſtinctionis membro, verba *ob inopiam*, addidi, propter eos, qui à legitimæ petitione ſtatuto vel maioratu excluduntur. His enim etſi quidem alimenta debentur: *vt dixi ſ. lib.2. c.9.nu.27.* cum tamen id obtineat, non ſolummodo quando liberi excluſi tanta egeſtate laborant, vt de victu ſibijpſis nequeant proſpicere, ſed fiat propter naturalem rationem, qua

liberis paternorum bonorum ſucceſsio debetur, non conſiderata eorum vel copia vel inopia. *l.cum ratio.7.ff.de bon.damnat.&* ſ.*d.cap.9.nu.28*.ideo huiuſmodi liberi à legitimæ petitione excluſi, hac exceptione *Tu ipſe habes de quo viuas*, ab alimentorum, quamuis non ex hominis prouiſione ſed ex lege debitorum, perſecutione, nequaquam repelluntur. *Ludouic. de*
10 *Molin.lib.2.de Hiſpanor.primogen.cap.15.nu.16.* Sic † poſterius iſtius diſtinctionis membrum limitandum eſt, vt non procedat in alimentis legatis filio ſpurio: cui ſi mediocriter ſuppetat, quantum ad eius ſuſtentationem requiritur, legata alimenta in totum non debentur: *per fundamenta & rationes* ſ. *lib.1.c.3.num.40.cum ſeqq. adductas, Marc. Anton. Peregrin. de iurib. & priuileg. fiſc. lib.3.cap.18.num.69.* ita vt Didaci Couarruuiæ *in epitom. lib.4. Decretal. part.2.cap.8.§.6.num.10.* contrarium ſtatuentis opinionem, non immeritò refutet Ioan-
11 nes de Roias *d.c.22.num.3.cum ſeqq.* Ex his † autem quemadmodum colligitur, quando & quatenus huic à diuitijs actoris deſumtæ exceptioni, locus ſit: ita notandum eſt, ſi actor replicando prætendat ac probet, ſe pauperem eſſe, reum conuentum animaduertere debere, num actor ſibijpſi allegatam paupertatem ſua ingluuie accerſiuerit. Hoc enim ſi factum fuerit, in duplica conuentus reus id allegare iure poterit, *per text. in l. verum eſt.63.§.tempus.5.ff.pro ſoc. c.ex parte.10.ext.de Conſuetud. Vital. de Camban. tract. clauſular. cap.pen.nu.228.* Exempli gratia, tu habes fratrem, qui contra te inſtituit actionem, petendo abs te alimenta: tu excipiendo dicis, eum habere de quo ſibijpſi proſpiciat. Ille viciſsim in ſua replica allegat atque etiam ſufficienter probat, ſe nihil in bonis habere, atque etiam ſe nihil poſſe lucrari, vnde ſibi neceſſaria ad vitæ ſuſtentationem comparet: tum tu (ſi ſcilicet ſua prodegerit) duplicando poteris obijcere, actorem ſua culpa & prodigalitate ad paupertatem redactum eſſe, & proinde hanc eius prodigalitatem, tibi nequaquam obeſſe
12 debere. *d.§.tempus.& d.c.ex parte.* Quod ſi † reus conuentus huiuſmodi diſsipationem bonorum reo verè opponere non poſsit, videat num patri arte aliqua ipſum inſtitui curanti

non

non voluerit obſequi; quod ſi factum fuerit, duplicando
hanc deſidiam ipſi recte obijciet. *Burſat. conſil. 62.num. 15. Ioſeph.Ludouic. in commun. opin. concluſ.1.verſic. Ampliatur hoc pro-*
13 *cedere. & facit l. qui poteſt facere. 174. ff. de reg. iur.* Similiter †
exceptionis loco opponi poterit actori delictum, ob quod
exhæredationẽ fuiſſet commeritus: qua de re cum mediocri-
ter S. *lib. 1. cap. 2. nu. 88. cum ſeqq. lib. 2. cap. 12. num. 12. & ſeqq.* di-
14 ctum fuerit, non opus eſt ea nunc repetere. Hæ † ambæ ex-
ceptiones, nimirum quod actor tantum in bonis habeat, vn-
de ſibijpſi poſsit proſpicere, & deinde quod crimen exhære-
datione dignum commiſerit, quemadmodum à perſona a-
ctoris petuntur: ita reus conuentus poteſt à ſua perſona ob-
ijcere, ſe eſſe pauperem, & vix habere de quo ſemetipſum
15 paſcat. S. *lib. 1. c. 2. nu. 85. & ſeqq.* Sic ſi † agatur ex teſtamen-
to, & forſitan alimentorum legato addita fuerit conditio:
quam ſi legatarius non impleat: & legatum deficit, *l. legata. 41. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi poſt diem. 5. §. ſed ſi ſub conditione. ff. quand. dies legat. ced. l. cedere. 213. ff. de verb. ſignif.* & per
conſequens ipſi actio non competit. *Auguſt. Bero. conſil. 30. vol. 2.* Quam conditionum conſiderationem, quatenus eæ ad
hanc alimentorum vltima voluntate relictorum materiam
pertinent, quia S. *lib. 2. cap. 12. num. 67. cum ſeqq.* explicui: id-
16 eo ſuperuacaneum eſſet ea iterum nunc inculcare. Pari † ra-
tione ſi ſuper alimentis teſtamento relictis, iudicis auctori-
tate interueniente, vel etiam mediante iuramento tranſactũ
fuerit, & poſtea nihilominus petantur, quaſi tranſactio non
interuenerit, tam reus conuentus quid excipere, quàm actor
quid replicari debeat, ex ijs quæ S. *lib. 2. c. 8.* tradita ſunt, in-
17 telliget. Item ſi † ei qui gladio in me irruebat, ego legiti-
mæ defenſionis limites non excedens, vulnus inflixiſſem: huic
alimentorum nomine aliquid à me petenti, iure opponerem
defenſionis & æquitatem & neceſsitatem. S. *lib. 1. cap. 16. nu. 9.* & in ſumma ex ijs quæ ſuperius propoſita ſunt, poterit
tam actor quàm reus pro diuerſitate cauſſæ & circumſtantia-
rum ſumere, quæ ſuo propoſito putàuerit conuenire. Quod
18 † accipiendum eſt, non tantum quando de præſentibus aut

futuris agitur alimentis, prout iam indicaui: ſed etiam cum antea præſtitorum alimentorum ſumtus repetuntur. Si enim nutritus apud alentem commoratus fuerit: non ſine iuris colore actori per exceptionem obijciet, *Si non tibi operas præſtiti.* Qua de re cum s̃. libr. 2. cap. 6. & lib. 3. cap. 5. num. 25. quædam dixerim, nolo ea hic repetere. Poterit etiam is, qui de reſtituendis alimentis conuenitur, excipere, *ſi non liberalitatis cauſſa mihi præſtitiſti.* Id enim ſi factum fuerit, ceſſat repetitio. *l. ſi paterno. 15. C. de negoc. geſt. Quæ exceptio oppoſita fuit in caſu, de quo conſultus fuit Ludouic. Bologninus conſil. 27. & dixi cap. 5. huius libri num. 10.* Verum reus cogitur hanc exceptionem probare, cum contra ipſum militet præſumtio. *vt dixi s̃. lib. 3. cap. 5. num. 8. cum ſeq. & rurſum attigi j̃. cap. 13. num. 26.*

# DE LITIS CONTESTATIONE, DILATIONIBVS, ET INSTRVMENTORVM EDITIONIBVS.

## Caput XI.

### SVMMARIVM.

1. *Quando agitur de alimentis, litem conteſtari non eſt neceſſe: reſpondetur argumento contrario. num. 2. cum ſeqq.*
3. *Officio iudicis principaliter implorato, quando lis conteſtanda ſit necne. & num. 5.*
4. *Panormitani diſtinctio in dubium vocatur.*
6. *Actu, qui aliàs litis conteſtationem ſequi ſolet, videtur lis conteſtari: quod ſcire ob duas cauſſas vtile eſt. num. 7. & 8.*
10. *Dilationes in duo ſumma diuiduntur genera: ad prius genus pertinent etiam termini ex lege introducti num. 19.*
11. *Die feriato de alimentis licet agere: ampliatur vt hoc verum ſit, quamuis in honorem Dei ſit inſtitutus. nu. 12. idq́; tam propter ius diuinum. num. 13. quam humanum. nu. 14. reſpondetur argumento nu. 15. quæ ampliatio extenditur etſi non officio iudicis, ſed iure actionis alimenta petantur. num. 16. limitatur ad præſentia alimenta num. 18.*

17. Fa-

17. *Famulo inopi ſolarium petenti, feriæ non obſtant.*
20. *Termini à lege præſtituti, in alimentis decernendis non obſeruantur.*
21. *Dilationes, quæ à iudicis arbitrio pendent, multo magis poſſunt abbreuiari.*
22. *Inſtrumenta ſua reus debet actori edere: limitat. num. 23.*

NON opus eſſe arbitror, in hiſce proceſſus iudiciarij partibus, quantum ad præſens alimentorum inſtitutum at-
1 tinet, anxie laborare. Cum † enim *ſ. hoc ipſo libro 3. cap. 1. num. 2.* expreſſe dictum fuerit, procedi in hoc negocio ſummarie: in huiuſmodi autem cauſsis litis conteſtationem de neceſsitate non requiri, manifeſti iuris ſit: *clem. ſæpe. de verb. ſignific. Panorm. c. veniens. 38. num. 10. ext. de teſtib.* conſequens eſt, vt non opus ſit diſertis verbis exprimere, ſe litem conteſtandi intentione & animo reſpondere hoc vel illud. *per d. clem. ſæpe. ita cenſet Bartol. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 2. ff. de lib. agnoſc. Io. Baptiſt. Pontan. de aliment. cap. 2. num. 23. & hæc ſententia* COMMVNI *Doctorum ſuffragio eſt recepta, teſte Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num. 18. cum*
2 *ſeqq.* Dicet † aliquis: Quando officium iudicis principaliter proponitur, tum requiritur litis conteſtatio, *textus eſt apertus in c. fin. ext. de offic. iudic. Hier. Schurff. conſil. 14. num. 6. Centur. 3.* In alimentorum præſentium petitione principaliter proponitur officium iudicis *ſ. hoc libr. 3. cap. 8. num. 28.* Ergo in alimentorum præſentium petitione requiritur litis
3 conteſtatio. Sed reſponderi † poteſt ad maiorem per diſtinctionem: Aut enim imploratur officium iudicis ſuper liquido, & tum maior propoſitio huius ſyllogiſmi non habet locum: aut ſuper non liquido, & tum demum procedit id quod in maiore hic dicitur. *Panorm. in d. c. vlt. num. 10. ext. de offic. iudic.* Cum autem maxime ſit liquidum, filium inopem à patre alendum eſſe, *§. 1. Inſtit. de iur. natur. & ciuil.* & econtra patrem egenum à filio opulento: *l. 1. C. de alend. lib. l. ſi quis à liberis. in pr. ff. de liber. agnoſc.* ideo hiſce caſibus non eſt
4 accommodanda maior propoſitio. Verum hæc † diſtinctio dubitatione carere non videtur: partim quod alias ſi

minoris læſio in aperto eſſet, litis conteſtatio vtpote in re liquida non requireretur: id quod nemo concedet opinor, *propter d. c. vlt. ext. de offic. iudic. l. Papinianus. 20. in fin. ff. de minor.* partim quod in hac præſenti alimentorum diſceptatione non ſine cauſſa dici poſsit, rem liquidam non eſſe, ſi reus conuentus neceſsitudinem, propter quam alimenta ab ipſo petuntur, negaret: cum negatio rem dubiam & incertam efficiat. *l. poſt rem. 11. iuncta l. 1. ff. de tranſact. l. plures. 18. in pr. C. de fide inſtrument. l. 3. & ibi gl. verb. dubium. C. quibus ad libertat. proclam. lic. vel non gl. c. vehemens. 13. verb. negante. ext. de renunciat.* Neq; iuuaret, ſi quis pro Panormitani diſtinctione diceret, liquidum eſſe & certum, à patre filium ali debere, ac patrem à filio. Nam dicerem, etiam eſſe explorati & indubitati iuris, minorem facilitate ſua læſum in integrum reſtituendum eſſe. *l. ait prætor. 7. §. non ſolum. verſ. mihi autem ſemper. ff. de minor. l. nam poſteaq. 9. §. ſi minor. ff. de iureiur.* Igitur
5 maiori † propoſitioni ſyllogiſmi ego mallem hanc diſtinctionem adhibere: quando officium iudicis competit in ſubſidium ordinarij remedij, & iure cautum non inuenitur, quod ſummarie & de plano procedatur, vt in reſtitutionibus in integrum & alijs cauſsis, *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. vlt.* tum litis conteſtatio aliæq; proceſſus iudiciarij partes nequaquam ſunt omittendæ: *d. c. vlt. ext. de offic. indic.* quando vero vel ex iuris diſpoſitione vel ex principis peculiari reſcripto mandatur, vt ſummarie & de plano procedatur, tum litis conteſtatio non eſt neceſſaria. *textus eſt apertus in d. clem. ſæpe. de verb. ſignif. Bart. in conſtit. Ad reprimendum. verb. Et figura. num. 10. Bapt. de S. Blaſio in tract. de priuileg. dotal. priuil. 275.* Iam autem quia ius noſtrum expreſſe mandat, vt quando à patre filius, vel ex diuerſo à filio pater alimenta exigit, ſummaria inſtituatur cognitio: *l. 2. ff. de fer. d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. de liber. agnoſc. Robert. Marant. in aur. praxi part. 4. diſtinct. 9. num. 168. cum alijs adductis ſ. lib. 3. cap. 1. num. 2.* efficitur, non tantum in argumento ſuperius adducto quatuor eſſe terminos: ſed etiam litis conteſtationem ſine peri-
6 culo omitti. Interim † obſeruandum eſt, actum qui ſolet

fieri

fieri poſt litis conteſtationem, puta reſponſionem ad rem ipſam, teſtium productionem, habere vim litis conteſtationis, & eſſe † præcluſiuum exceptionum dilatoriarum *arg. l. nulla. 23. & ibi Bart. C. de procurat. gl. in c. 1. §. ſed ſi pars. verb. abſentia. de electi on. in 6. quam gloſſam vt ſingularem prædicant Panorm. c. inſinuante. 25. num. 9. ext. de offic. & poteſt. iud. deleg. Felin. in c. olim. 26. in princ. verſic. Tu conſidera ſecundum Ananiam. &c. ext. de accuſat. Hippol. de Marſil. in tract. Bannit. verb. lis pendet. num. 43. Ludou. Roman. conſil. 174. incip. Ampliſſime Doctor. num. 5. Franc. Marc. deciſ. 717. part. 1. Robert. Marant. d. diſtinct. 9. num. 20. vbi Ludouicum Romanum corrupte allegat.*
7

8 Et ex hac † fictitia litis conteſtatione deduci præterea poteſt hic effectus, quod alimenta petita in iudicium deducta eſſe videantur, ac proceſſus factus valeat. *l. 1. C. de litis conteſt. Speculat. tit. de offic. omn. iudic. §. poſtremo loco videndum eſt. num.*

9 *15.* Quia vero † ea, quæ de litis conteſtatione omittenda iam dixi, nituntur præcipuè ea ratione, quod ſummarie de ijs cognoſcatur: & nonnunquam ordinarius adhibendus ſit proceſſus, puta quando agitur de alimentis ex contractu debitis, item de præteritis, *vt fuit dictum ſ. lib. 3. cap. 1. num. 13.* merito tum etiam litis non erit negligenda conteſtatio: cum ceſſante ratione dicti, ipſum dictum ceſſare debeat. *l. adigere. 6. §. quamuis. ff. de iur. patron. Nic. Euerhard. in Topic. loco A*

10 *ceſſatione rationis.* Ad dilationes † quod attinet, cum eæ duorum præcipue ſint generum: ſiquidem aliquæ à iure inductæ ſunt, quo referuntur feriæ, aliquæ vero peculiariter à magiſtratu impetrantur, quæ diſtinctio ſatis probatur ex duobus titulis Codicis, quorum alter eſt de ferijs, alter de dilationibus: vt de ſingulis ſingulatim aliquid dicam, ve-

11 riſsimum eſt, die † feriato de alimentis agere licere *textus eſt manifeſtus in l. 2. ff. de ferijs Iaſ. l. ſi quis in ſuo. 33. num. 3. C. de inoff. teſt. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. penult. effect. 17. num. 58. Io. Bapt. Pontan. de aliment. c. 2. num. vlt. in fin.* & *eſt* COMMVNIS *Doctorum opinio Bald. de Bartolin. l. 1. num. 460. ff. ſol. matrim. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel pa-*

12 *rens. num. 3. ff. de lib. agnoſc.* Hanc theſin quamuis † nonnul-

li limitent, vt procedat ſolummodo in ferijs ob vtilitatem hominum introductis: ſecus in ijs quæ diuinum cultum concernunt: *Bald. de Bartolin. d. l. 1. num. 460. ibiq; Io. Bolognet. num. 84. ff. ſol. matrim. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 59. Ab alimentis ad piam cauſſam num. 3. Benincaſ. in tract. de priuileg. paupert. quæſt. 7. ſpecial. 2. num. 19.* tamen contrariam ſententiam, nempe diebus in honorem DEI feriatis, alimenta peti tam
13 iure diuino quàm humano licere arbitror. Teſtatur † enim Saluator noſter, quod Sabbathum factum ſit propter hominem, non homo propter Sabbathum: *Marc. 2. verſic. 27.* atq; etiam ſine piaculo in Sabbatho ſuſcipere liceat, quæ auertendæ neceſsitati hominum inſeruiunt. *Matth. cap. 12. verſ. 11. Luc. cap. 9. verſ. 9. cap. 13. verſic. 15. cap. 14. verſ. 5. atq; hac ratione monetur Iodocus Damhouderius in Enchirid. parium*
14 *aut ſimilium. verb. Alimenta & pia cauſſa.* Sic iuri † humano hanc partem conſentaneam eſſe oſtendit textus *cum ibi notatis per gl. & DD. in c. fin. ext. de ferijs. gl. 1. §. quod vero die Dominico. 15. quæſt. 4. Albert. Galeott. in Margarit. cap. 39. num. 17. Hier. Gigas de penſion. quæſt. 51. num. 24. Franc. Marc. deciſ. 894. num. 3. part. 2. Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. cap. 53. num. 13. Cord. de Lar. d. §. ſi vel parens.* Huc pertinet quod Vmbro negauit eum pollui, qui opus vel ad Deos pertinens ſacrorumúe cauſa feciſſet, vel aliquid ad vrgentem vitæ vtilitatem reſpiciens actitaſſet: & quod Scæuola deniq; conſultus, quid ferijs agi liceret, reſpondit, quod prætermiſſum noceret. *Macrob.*
15 *lib. 1. Saturnal. cap. 16.* His † tamen obſtare videtur textus *in d. clem. ſæpe. verſ. tempore etiam feriarum ob neceſſitatem hominum indultarum. de verb. ſignif.* per quem textum nonnulli putant, diebus honori & cultui diuino conſecratis, neutiquam in hiſce & alijs ſimilibus pijs cauſsis experiri licere, *Tiraq. de priuil. piæ cauſſ. d. priuil. 156.* ſed reſponderi poteſt per diſtinctionem: aut neceſsitatem procedendi imponit Princeps, qui cum legi diuinæ derogare non poſsit: *§. ſed naturalia. Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* merito reſcriptum vel mandatum eius ita quoq; eſt accipiendum, vt ne dies DEO dicati profanentur: & in hiſce terminis loquitur *d. clem. ſæpe.* aut neceſsitatem

tem experiendi impoſuit non terrenus aliquis Princeps : ſed ipſe Deus, qui eſt Dominus Sabbathi, *Marc. cap. 2. verſ. 28.* naturæ noſtræ inſeuit, & tum fas eſt ferias etiam in honorem Dei conſtitutas poſthabere, ob conſeruationem hominis. *1. Macchab. 2. verſ. 41. iunctis ijs locis, quos paulo ante ſub num.*
16 *12. ex Matthæo & Luca adduxi.* Hanc † autem ampliationem etſi Marcus Mantua *ſing. 22. num. 11.* & Cordub. de Lar. *d. §. ſi vel parens. num. 15.* reſtringere velle videntur ad alimenta iudicis officio debita : tamen huiuſmodi reſtrictio temere recipienda non eſt : ſiquidem indiſtincte, quando actor paupertate laborat neque habet de quo viuat, die feriata de alimentis tractari poteſt : ſiue ſaltem iudicis officium imploret, ſiue actionem certam proponat. *Gul. de Cun. in d. l. 2 ff. de ferijs. quam ſententiam vt mente tenendam commendant Alex. in l. 1. num. 13. in fin. ff. ſolut. matrim. Catell. Cotta in memoral. verb. Alimentorum. in fin. Io. de Arnon. in Commentar. cap. 72.* Cum enim hoc concedatur pietatis conſideratione : *Speculat. in tit. de ferijs. §. ſequitur videre. num. 8. in fin. Tiraq. de priuil. piæ cauſſ. priuileg. 153.* & alimenta ex teſtamento atque ita iure actionis homini pauperi debita, non minus piæ cauſſæ annumerentur, quàm quæ iudicis officio exiguntur : *per ea quæ dixi ſ. lib. 2. c. 7. num. 6.* efficitur vt in vtriſque, propter eandem pietatis rationem, idem ius ſit obſeruandum. *d. l. adigere. 6. §. quamuis.*
17 Ex hac † ratione non tantum reſpondetur fundamento Cordubæ de Lara, ſed & porro euenit, vt famulo non habenti vnde ſe alat, petendique ſalarium ſuum permiſſum, licet certam actionem proponenti, feriæ non obſtent. *Bald. in d. l. 2. lectur. 1. ſub num. 1. ff. de fer. Hippol. Bonacoſſ. tract. de famul. quæſt. 222.* Præterquam enim quod de alimentis ex teſtamento debitis etiam ſummariè, quoad ordinem procedendi, cognoſcitur : *ſ. lib. 3. cap. 1. nu. vlt.* accedit etiam, quod ſi actor ſit inops & pro ſe habeat præſumtionem, ali debeat à reo, *vt ſ.*
18 *lib. 1. cap. 14. num. 39. fuit expoſitum.* Limitatur † autem hæc theſis, qua feriatis diebus de alimentis agi licere dictum fuit, vt procedat ſolummodo, quando præſentia petuntur alimenta, ſecus quando præterita. *arg. l. cum hi. 8. & ibi notat*

*Alberic. de Roſat. num.1. Iaſ. num.9. ff. de tranſact. & l. de alimentis. vbi Bart. lectur. 2. Iaſ. num.5. Curt. num.13. C. eod. Cord. de Lar. d. §. ſi vel parens. num. 12.* His enim cum illa vrgens neceſsitas amplius non ſubſit, neque ex his hominis vita pendeat: *ſ. lib.1. cap.1. num.17.* nihil cauſſæ etiam reſtat, ob quam feriarum
19 ſolennitatem debeamus inſuperhabere. Ad primum † dilationum genus pertinet etiam ſpacium à legibus actui cuipiam præſtitutum, vt viginti dies, intra quos reus conuentus deliberet, vtrum cedere velit an litigare: *auth. offeratur. C. de lit. conteſtat. c. induciæ. 4. §. offeratur. 3. q. 3.* item terminus quatuor menſium executioni rei iudicatæ: *l. 2. & 3. C. de vſur. rei iudic.* itemque probationi iure Saxonico Sechs wochen vnd drey tage / *lib.1.* Landtrecht *artic. 62. §.* Gezeugen ſoll man in ſechs wochen / & Weichbildt *art.75. qui probandi terminus etiam executioni in his regionibus accommodatur partim ex conſuetudine* Fachs *differ. 75. & Reinhard. tit. de iudicial. differ. 9. partim ex Auguſti Electoris inclytæ recordationis nouiſſima conſtitutione. part. 1.*
20 *art. 32. in pr.* Huiuſmodi † igitur termini legales, fauore alimentorum, vtpote moram non ferentium, recte abbreuiantur, *textus eſt apertus in l. 2. in fin. ff. de re iudic. Petr. Foll. in tract. de contract. cenſuar. §. 6. incip. Cenſus enim dici. num. 85.* Hæc
21 † autem abbreuiatio multo magis concedenda eſt in ijs dilationibus, quæ ex arbitrio iudicis pendent. *per l. 2. ff. de fer. & clem. ſæpe. verſ. amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat breuiorem &c. de verb. ſignif. Marant. in aur. prax. part. 6. tit de dilat. num. 16. Alex. Stiatic. in obſeruat. cap. 7. nu. 5. Bald. Nouell. d. l. 1. num. 462. ff. ſolut. matrimon. vbi de COMMVNI teſtatur:* ita vt neutro caſu propter abbreuiationem appellari poſsit. *Lanfranc. de Orian. c. quoniam contra. verb. dilationes. nu.*
22 *14. ext. de probat.* Tandem † de inſtrumentorum editionibus, licet notiſsimum ſit, neque iuris neque æquitatis rationem permittere, vt alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat: *l. qui accuſare. 4. C. de edend.* ne quidem in iudicio ſummario, in quo proceditur ſimpliciter & de plano: *Fuluius Pacian. lib. 1. de probat. cap. 61. nu. 51.* tamen ſpeciale eſt in alimentis, vt reus cogatur alimenta petenti,

inſtru-

inſtrumenta ſua contra ſemetipſum edere. *arg. l. ſenatus cenſuit 3. ff. d. tit. ſancta l. vt inter. 20. in princ. C. de SS. Eccleſ.* & alijs textibus in quibus habetur quod fiſcus & pia cauſſa æquiparentur. *Nic. Euerhard. in Topic. loc. 61. A fiſco ad Eccleſiam vel piam cauſſ. num. 1. & per hanc argumentationem ita ſentit Ant. de Butr. in c. 1. ſub num. 10. verſ. idem poſſet dici in dotibus. ibiq; Auguſt. Bero. num. 68. ext. de probat. ſequitur Cordub. de Lar. in d. § ſi vel parens. num. 25. ac* C O M M V N I T E R *hanc opinionem receptam eſſe aſſerit Phil. Dec. in d. c. 1. num. 17. ext. de probat. Cardinal. Alban. in lucubrat. ad Bart. d. § ſi vel parens. num. 2. Fulu. Pacian. d. lib. 1. de probat. cap. 63. nu. 49.* Sicuti hanc inſtrumentorum editionem ad omnes pias cauſſ is ita extendunt Doctores *in d. c. 1. & Lud. Roman. in auth. ſimiliter. num. 42. C. ad l. Falcid. Alex. l. & quæ. 8.*
23 *num. 19. C. de edend.* Verum † ex ratione prædicta facilè apparet, quod reo imponi non poſsit ſua inſtrumenta edere actori, qui vel præterita alimenta exigit, vel homini diuiti legata perſequitur. Cum enim hoc concedatur ſolummodo intuitu pietatis, vt Doctores iam allegati teſtantur, & alimenta tam præterita quam opulento legata, nequaquam inter pias cauſſas referantur, *per ea quæ dixi ſ. lib. 2. cap. 7. num. 6.* conſequens eſt vt in ijs hæc diſpoſitio ceſſet, *Nic. Euerhard. in loc. A ceſſatione rationis.*

# DE PROBATIONIBVS.

## Caput XII.

### SVMMARIVM.

1. *Pronunciandum iuxta normam libelli, & quomodo.*
2. *In probatione conſtituenda, præcipue conſideranda eſt res petita, & medium concludendi.*
3. *Res petita, vtrum ſint alimenta præterita, an præſentia.*
4. *Medium concludendi, an debeantur ex legum diſpoſitione, an vero ex contractu, teſtamento vel delicto.*
5. *In ſpecie agitur de ſingulis: & primò de præſentibus.*
6. *Qui præſentia alimenta petit ex legum diſpoſitione, paupertatē ſuam vt de-*

*vt debet allegare, ita quoq; probare & num. 11. nec non certum aliquod vinculum. num. 12.*

7. *Paupertas diuerſimode æſtimatur, & accipitur.*

8. *Qualis paupertas in alimentorum petitione ſit alleganda & probanda.*

9. *Articuli quales ſint proponendi, vt iuuent Actorem, non autem lædant. num. 10.*

13. *Filiatio & paternitas, fraternitas, matrimonium, quomodo probetur remiſſiue.*

14. *Hæc probatio in præſentibus alimentis, ex iuris diſpoſitione debitis, ſummarie fieri poteſt.*

15. *Qui alimenta præſentia vel futura petit non ex legum diſpoſitione, ſed vel conuentione vel teſtamento, huiuſmodi cauſſam debet probare. & quomodo. num. 23.*

16. *Si legentur alicui alimenta ſub conditione poteſtatiua, debet legatarius probare conditionem à ſe impletam, vel per ſe non ſtare. & num. 17.*

18. *Quod probatur per iuramentum actoris.*

19. *Sic ſi conditio alimentis, inter contrahentes promiſſis, addita ſit.*

20. *Si alimenta ex delicto petantur, diſtinguitur.*

21. *Quomodo iuxta ius Saxonicum, actor hac in parte ſe gerere poſſit, & debeat num. 22.*

24. *Reus conuentus debet etiam probare exceptiones & num. 25. 26.*

27. *In præteritis alimentis diſcrimen conſtituitur, num. 28. & 33.*

29. *Quid probetur, ſi alimenta antea nondum ſoluta, ſibi adhuc perſolui petat.*

30. *Si pœnam propter alimenta non exhibita, quis petat, quid probandum ſit: quod declaratur duobus exemplis. num. 31. & 32.*

33. *Quando repetuntur ſumtus in alium facti, quid & quomodo probandum. num. 34. 35. 36. & 37.*

38. *Tranſactione per exceptionem oppoſita, quis probet.*

39. *Modus probandi, præcipue ſi per ſtatutum nulla alia admittatur probatio, quam per inſtrumentum.*

QVEMADMODVM in petendis alimentis, non vnum idemq; ſemper adhibetur concludendi medium, *per ea quæ dixi ſ. hoc libr. cap. 8. num. 3. cum aliquot ſeqq.* ita etiam non
1 idem vbiq, vt probetur, neceſſe eſt. Cum enim † pronunciandum ſit iuxta normam libelli vel qualis qualis petitionis:

nis: *l. vt fundus. 18. ff. commun. diuid. l. fin. C. de fideicommiſſ. libert.* non quidem prout actor pronunciari in concluſione petit: alias enim ita ſemper ſententiam condemnatoriam dari oporteret, nunquam abſolutoriam: ſed præcipuè quoad rem vel materiam, & deinde quoad rationem vel medium concludendi: *text. eſt in l. habebat. 13. in princ. ff. de inſtit. act. l. hæreditas. 3. C. de petit. hæred. l. 1. & ibi notat Bald. num. 7. C. vt in poſſeſſ. legat. Bald. in l. certi condictio. 9. in princ. ff. ſi cert. pet. & l. 1. num. 6. C. ſi plures vna ſentent. Lanfranc. de Orian. in c. quoniam contra. verſ. interlocutoria. num. 16. ext. de probat. Hoſtienſ. in*
2 *ſumm. d. tit. de probat. §. Et qualiter.* ideo ex † diuerſitate materiæ, ac rationis vel medij concludendi formanda erit inſtituendaq; probatio. *d. l. 1. C. vt in poſſeſſ. legat. Dn. præceptor ac ſocer meus ad tit. ff. de probat. num. 8.* Non opus autem eſſe arbitror, vel de materia libelli, vel de medio concludendi, nunc nouam inſtituere tractationem, cum vtrunq; ſatis declaratum fuerit libelli requiſitorum enucleatione: ſaltem explicatioris doctrinæ cauſſa ſufficiat admonuiſſe, materiæ
3 † inſeruire diuiſionem, qua *ſ. libr. 1. cap. 1. num. 17.* alimentorum nonnulla præterita, nonnulla vero præſentia & futura eſſe diximus, iunctis ijs quæ *ſ. cap. 4 & 5. huius libri* attu-
4 li: medio † autem concludendi vel rationi petendi, accommodari debere alteram diſtinctionem, oſtendentem quædam ex legis diſpoſitione, quædam vero ex hominis conuentione vel delicto deberi: quemadmodum & *ſ. hoc lib. cap.*
5 *8.* hac de re nonnihil dixi. Ex † quibus duabus diuiſionibus, etſi quilibet, vt opinor, intelliget, quid præcipue pro diuerſitate caſuum probari oporteat: cum tamen generalia practicum intellectum non ſatis inſtruant: *præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. conſil. 18. num. 30. Thoming. quæſt. 30. num. 12.* ideo etiam quædam in ſpecie vt addantur, operæ precium videtur. Quod vt eo dilucidius fiat, primò dicam quid probandum ſit in præſentium vel futurorum alimentorum petitione, poſtea etiam breuiter acturus
6 de præteritis. Quia † itaq; eum qui in præſenti ſibi neceſſaria ſubminiſtrari petit, inprimis animaduertere oportet

vtrum

vtrum ex legis diſpoſitione an ex conuentione, vel teſtamento, aut delicto, agendi habeat facultatem, quod ſciri poteſt ex ijs quæ s̄. toto libro primo fuerunt tractata: & qui ex legis diſpoſitione eſt alendus, præter vinculum vel neceſſitudinem, qua reo conuento coniungitur, paupertatem ſuam allegare debet, *l. 1. §. ſed patronos egentes. ff. de offic. præfect. vrb. s̄. lib. 2. cap. 12. num. 137. & lib. 3. cap. 8. num. 7.* & per conſequens probare: *l. vlt. verſ. tanquam pauperes præſidibus probauerint. ff. de liber. agnoſc. Pontan. de alim. cap. 4. num. 1. & cap. 15. num. 2.* paupertatis probationem ſilentio præterire non poſſum. Neq; tamen quiſquam à me exſpectet integram & plenam paupertatis probandæ rationem. Quoni-
7 am enim paupertas † pro perſonarum qualitate, *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. Cent. 1. caſ. 65. num. 8.* nec non pro negociorum, quibus de agitur, varietate, aliter atq; aliter accipitur: veluti ſi legetur dos pauperibus aliquot puellis, & quædam in illo loco reperiantur, quæ nendo aut texendo aut etiam ancillando, victum ſibi poſsint quærere: tamen hæc ipſarum induſtria ac corporis valetudo, non erit impedimento, quominus dotis legatæ ſint capaces. *Bald. l. paupertas. ff. de excuſat. tutor. Iaſ. l. ſi conſtante. num. 151. ff. ſolut. matrim. Maſcard. de probat. concluſ. 1154. num. 10.* quod neutiquam admittendum arbitror, ſi alimenta pauperibus legata proponantur. *per ea quæ dixi s̄. lib. 1. cap. 1. num. 17. cum ſeqq.* & ſic veriſsimum eſt arbitrio iudicis committi paupertatis æſtimationem, vt *MAGIS COMMVNIS* habet opinio: *Menoch. d. caſ. 65. num. 7. Mandell. conſil. 69. incip. Proponitur in facto. num. 4. Laurent. Kirchou. in commun. opin. lit. P. verſ.*
8 *Paupertatem alleganti.* ideo in noſtro † propoſito, probatio ita eſt inſtituenda, vt iudici inde liqueat, actorem non habere tantum in bonis, vt ſe alat, *Fuluius Pacian. lib. 1. de probat. cap. 54. num. 38. cum ſeqq.* neq; eius eſſe conditionis aut virium, vt labore ſuo victum poſsit quærere: *d. l. vlt. ff. de lib. agnoſc.* neq; alium eſſe à quo alimenta poſſet iure exigere. *Maſcard. de probat. concluſ. 1154. num. 35. cum trib. ſeqq. Speckhan. quæſt. 38. num. 17. Centur. 1.* Ita enim in hac præſenti tra-

ctatione

ctatione ſumitur inopia vel paupertas, *ſ. lib. 1. cap. 1. num. 17. cum ſeqq.* & huc referenda ſunt quæ in hiſce terminis ſcribit Menoch. *conſil 321. num. 22. cum aliquot ſeqq.* Quid autem
9 † præcipue allegari, vel (vt ita dicam) articulari oporteat, declarat Matth. Brunus *tract. de ceſſion. bon. quæſt. 25. princip. num. 9. cum ſeqq. vſq; ad finem. Maſcard. d. concluſ. 1154. Speckhan. d. quæſt. 38.* puta quod actor oſtiatim victum mendicando colligat, quod pannis obſitus & diſcalceatus incedat, item quod ex publica fama pro paupere reputetur: *Fr. Zabarell. conſil. 87. incip. A ſententia. num 7.* ita vt nihil hac in parte
10 mihi reliquum videatur eſſe, de quo ego dicam: modo † illud obliuioni actoris aduocatus non tradat, quod quidem etiam quis pauper probetur, ex eo quod accepti & expenſi nullam habuerit rationem, quod ſupra patrimonij ſui vires ſumtus fecerit, quod frequenter aleæ atq; genio indulſerit, quod facilis fuerit in fideiubendo pro alijs &c. *Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. cap. 83. num. 13. cum ſeqq.* ſed actoris cauſſam ex huiuſmodi probatione in noſtro propoſito neutiquam iuuari: cum ex neceſsitate, in quam quis ſeipſum ſponte coniecit, nemo ſe recte tueatur. *§. item tria. Inſtit. de excuſat. tutor. l. ſi fideiuſſor. 7. §. ſi neceſſaria. verſ. neq; enim meretur. & ibi gl. verb. neceſſitatem. ff. qui ſatisd. cog. atq; ita in terminis ſcribit Pontan. de aliment. cap. 4. in fin.* imo prodigalitas probata non parum proderit reo conuento, *vt apparet ex ijs quæ dixi ſ. hoc libr. cap. 10. num. 11.* niſi diceremus in modum eleemoſyne eſſe ſuccurrendum. *Menoch. de arbitr. iud. quæſt. lib. 2. caſ. 182. num. 42.*
11 Et hæc † quæ de paupertate dixi, accommodanda ſunt ad omnes caſus, in quibus inopiæ egeſtatisq; conſideratione alimenta & petuntur & præſtantur, veluti ſi vidua intra annum luctus à mariti ſui hæredibus ſe ali flagitet, *ſ. lib. 1. cap. 11. num. 5. & 6. Cephal. conſil. 746. incip. Petitur.* vel patronus ab Eccleſia. *ſ. lib. 1. cap. 13. num. 81. Fuluius Pacian. lib. 1. de*
12 *probat. cap. 54. num. 11.* & ſic de cæteris. Quia † autem ſola paupertas actoris non ſufficit, ſed præterea certum quoddam vinculum vel ex natura ortum, veluti inter liberos & parentes, inter fratres & ſorores &c. vel ex arbitrio ac conuentione

uentione originem ſumens, vt inter coniuges, eſt allegandum, quemadmodum ex prioribus vndecim capitibus libri primi apparet, ac dictum fuit *ſ. lib. 3. cap. 8. num. 6. & 7.* atq; ſi reus conuentus neget, probandum: opus eſſet de ſingularum coniunctionum probationis aliquid in medium ad-
13 ducere. Verum cum † de filiationis, & ex correlatiuorum natura de paternitatis probatione, copioſe ſcripſerit Maſcard. *in opere de probat. concluſ. 787. cum decem concluſionibus ſequentibus. & Bapt. Pontan. de aliment. cap. 3. Hieron. Gabriel. conſ. 25. incip. Iulia tanquam filia vol. 1. qui duo poſteriores in ſpecie de alimentis loquuntur*; item de fraternitatis, *Marian. Socin. iun. conſil. 67. ſub num. 22. vol. 4. vbi de COMMVNI opinione teſtatur, ac Maſcard. concluſ. 812.* cuius etiam quædam eſt quaſi poſſeſsio, *gl. verb. detege in l. non nudis. 14. C. de probat. quam gloſſam ſingularem appellat Lanfranc. de Orian. c. quoniam verb. Teſtium. num. 95. in fin. ext. de probat.* & deniq; de matrimonij probatione idem Maſcard. *concluſ. 1022. cum aliquot ſeqq. Cephal. conſil. 647.* non opus eſſe arbitror, vt quicquam verborum de hac re faciam: ne quod eſt in trito & vulgato prouerbio,
14 actum videar agere. Repetendum † autem nunc eſt id quod *ſ. lib. 3. cap. 1. num. 6.* dixi cauſſam alimentorum ſummariam eſſe, non tantum quoad procedendi ordinem, ſed etiam quoad probationem inſtituendam. Nam hanc ſummariam cognitionem ex vnius etiam teſtis interrogati dictis ſumere poterit iudex: *Bart. in extrauag. Ad reprimendum. verb. Summarie. num. 7. cum ſeqq. vbi diſtinguit. Ludouic. de Molina lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 16. num. 40.* modo ille teſtis ſit omni exceptione maior: *Zuchard. in l. vlt. num. 101. C. de edi Ct. Diui Hadr. toll. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſumt. 35. num. 32. & antigi ſ. lib. 1. cap. 14. num. 42.* non vero per iuramentum. *l. 3. §. cauſſæ. ff. de Carbon. edict. Bart. l. ſi quis a liberis. §. ſolent. num. 4. ff. de liber. agnoſc. Pyrrh. Engleberm. ad conſuetud. Aurelian. tit. 19.*
15 *cap. 7. in fin.* Quod ſi † alimenta præſentia & futura petantur ex contractu, vel teſtamento, vel delicto, tum reo conuento negante, incumbet actori cauſſam à ſe allegatam, aut ex conuentione, aut teſtamenti inſpectione, aut alijs legiti-
mis

mis modis, probare: *l. 2. ff. de probat.* aliàs actore non probante reus abſoluetur. *l. qui accuſare. 4. C. de edend.* Vbi illud
16 inprimis obſeruandum eſt, ſi † alimenta legata ſint ſub conditione habitandi cum defuncti hærede, neceſſarium eſſe, vt actor hanc conditionem vel à ſe impletam eſſe, vel propter iuſtam cauſſam, veluti hæredis aut alterius, qui cum morari debebat, ſæuitiam, impleri non potuiſſe. Non enim intentionem ſuam probaſſe videtur, niſi & qualitatem neceſſariam probarit. *l. ab ea parte. 5. §. idem reſpondit. ff. de probat. l. Iulianus. 13. §. offerri. ff. de act. emt. & late Alex. conſil. 100. incip. Super primo caſu. vol. 1. Gratus conſil. 69. incip. In præſenti cauſſa vol. 2. qui auctores ambo omnino hac de re ſunt inſpiciendi: cum in ſpecie de alimentis loquantur, & nolim ipſorum dicta huc transcribe-*
17 *re.* Et quod † ei, cui alimenta hoc pacto ac conditione, quouſq; & quamdiu commoratus fuerit cum hærede, legata ſunt, incumbat probare cauſſam aliquam, cur conditioni parere non potuerit, apparet *ex l. in illa ſtipulatione. 8. ff. de verb. oblig. l. grege. 13. §. ſi ſub conditione. ff. de pignor. c. 1. ext. de plus petit. per quos textus & alia fundamenta ita in terminis decidit Anchar. Bonon. conſil. 254. incip. Super primo quæſito non multum inſiſtendum. per tot. ſequitur Iaſ. in l. diuortio. 8. in princ. num. 25. ff. ſol. matrim. l. 1. num. 4. C. de legat. Bertrand. conſil. 363. incip. Viſo inſtrumento teſtamenti. part. 1. primi volum. conſil. 17. incip. Perſeuerando in his quæ aliàs ſcripſi. num. 6. part. 1. ſecundi volum. Paul. de Montepic. l. Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet. num. 15. quæſt. 63. verſic. Vnum nota quod onus probandi. ff. de leg. 2. Carol. Ruin. conſil. 34. incip. Legatum de quo agitur. num. 2. vol. 2. Crauett. conſil. 268. incip. Nobilis Catalinus. in princ. Roland. à Vall. conſil. 22. num. 17. vol. 1. Franc. Herculan. in tract. de proband. negat. num. 26. verſ. Duodecimò infertur quod dicens ſe cum hæredibus morari. Ioan. Saiſon. in Conſuetud. Turonenſ. tit. 29. artic. 4. circa fin. Hieron. à Laurent. deciſ. 95. num. 2. Anton. Gabriel. Roman. in commun. opin. lib. 1. tit. 1. concluſ. 6. nu. 33. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 2. caſ. 170. num. 13. & conſil. 62. num. 4. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 187. ff. de liber. agnoſc.* Eandemq́; ſententiam alijs rationibus am-

*plectitur Alex. d. conſil. 100. vol. 1. quem ſequitur Beroius conſil. 185. incip. Viſo inſtrumento in quo Nicolaus. num. 2. vol. 1.* Ad
18 quam † probationem tamen ſufficit legatarij agentis iuramentum *Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuil. iurament. priuil.*
19 *7. num. 2. & ſeq. priuil. 41. num. 4. cum ſeq.* Idem † obtinet etiam in alimentis, ſub conditione ex contractu debitis. Si enim ego promittam centum amphoras ex vino naſcituro ſingulo anno, promiſsio erit conditionalis, & creditor debet probare vinum fuiſſe natum, aliàs debitor non tenebitur dare de alio vino. *Bart. l. inter. 83. §. ſacram. num. 6. cum ſeq. ff. de verb. oblig. Lancelot. Galiaul. l. Centurio. num. 359. ff. de vulg. & pu-*
20 *pill. ſubſtit.* Denique † ſi ex delicto in futurum debeantur alimenta, veluti ſi quis opifici manum dextram amputauerit, non dubium eſt, vulneratum poſſe petere operas, quibus cariturus eſt. *arg. l. fin. ff. de his qui deiec. vel effud.* ſed in modo probandi obſeruandum eſt diſcrimen. Nam pro huiuſmodi intereſſe & damnis, iurari poterit in litem contra homicidam doloſum: *per text. l. ſi quando. vbi Iaſ. num. 57. C. vnde vi.* ſecus contra eum, qui caſu vel culpa homicidium commiſit, quia tunc non poteſt probari per iuramentum in litem, ſed teſtibus vel alijs legitimis probationibus. *Plot. d. l. ſi quando. num. 695. vel iuxta nouiſſimam editionem Colonienſem in tract. de in lit. iur. §. 40. num. 6. Roland. à Vall. conſil. 39. nu. 12. vol. 2. Ioſeph. Ludouic. in deciſ. Lucenſ. 62. num. 32. & in tractat. commun. opin. concluſ. 39. limit. 1.* Et hæc de iure ciuili proce-
21 dunt: de iure † autem Saxonico huiuſmodi operas, quibus cariturus eſt læſus, poteſt æſtimare, quanti velit: eamq; taxationem ſeu æſtimationem ita factam debet vulnerans vel alio modo delinquens ſoluere, niſi quatenus iureiurando ſuo velit & poſsit minuere. Quoniam enim talis æſtimatio conceditur, tam nobis ex poſſeſsione bonorum expulſis quàm bonis ablatis: *libr. 3. Landtrecht artic. 47. & late nobiliſſimus & præſtantiſſimus vir Hartmanus Piſtoris in Serſelitz & Hirſchſtein &c patronus ac fautor meus plurimum honorandus lib. 1. q. 16.* & perſona quibuſcunq; bonis præualet: *l. ſancimus. C. de SS. Eccleſ. Iaſ. l. 3. nu. 25. ff. de iuſt. & iur.* ideo illa iuris Saxonici diſpoſitio in

hoc

hoc caſu etiam obtinet; *Dominus præceptor meus Matth. Coler. in tract. de proceſſ. executiu. part. 1. cap. 9. num. 51.* & ita pronunciari ſolet: So hoch als jhr ewren ſchaden angeben werdet / vnd er mit ſeinem Eyd nicht vormindern dürffte oder köndte / iſt er auch zu erlegen vnd abzutragen ſchüldig / *præceptor ac ſocer meus honorandus D. Matth. VVeſenb. §. item lex Iulia de vi. nu. 2. (in no-*
22 *uiſſima editione) Inſt. de public. iud.* Qua in † re diligenter notandū arbitror, hanc iuris Saxonici diſpoſitionē procedere ſolummodo, quando actor certam & determinatam pecuniæ ſummam in ſua actione illico exprimit, in eamque reum condemnari à iudice contendit: ſecus ſi actor certam pecuniæ ſummam non conſtitueret, ſed operas amiſſas arbitrio iudicis æſtimandas ſibi reſtitui ac reſarciri flagitaret. Hoc enim ſi faciat, onere probandi quantum ſingulis annis lucrari potuiſſet, ſe aggrauat: & reum conuentum à iuramento minorationis liberat: idque ſatis manifeſtè colligitur ex ſententia Curiæ prouincialis Electoris ac Ducum Saxoniæ, quæ habetur poſt Weichbild tit. Vnehelicher geburt wehrgeldt/ vbi circa finem ita legimus, Vnd nach dem der Cleger ſeine verſeumnis/ das er berürter beſchedigung halben / in zukunfft weniger erarbeiten mag/ auff vnſer ermeſſigung in einer ſumma angegeben / So iſt der Anwald dafür 60. gülden / ſoviel gedachter N. vermittelſt ſeinem Eyde / nicht verweniger thörſte/ auch zuerſtatten / vnd die Gerichtßkoſt / auff vnſere Rechtliche ermeſſigung/ zuerlegen verpflichtet / zu dem allen wir vielgemelten Anwalden hiemit verteilen / V. R. W. *atq; hoc etiam indicat recentiſſima additio differentiarum iuris ciuilis & Saxonici lib. 1. differ. 70. iuxta poſtremam*
23 *editionem Ienenſem.* Actor † autem qui neque ex iure ciuili in litem poteſt iurare, veluti quod non ex dolo, ſed culpa vel caſu damnum actori illatum eſt, neque ex iure Saxonico certam ſummam pecuniæ iuramento rei minuendam expreſsit, liquidationem vel probationem ſuam ad informandum iudicis arbitrium inprimis petet, ex ſuperius dictis *libr. 2. cap. 2.* iunctis ijs quæ ſcribit Tiber. Decian. *conſil. 9. nu. vlt.*
24 *vol. 1.* Hæc † omnia quemadmodum actori eiuſque aduocato prodeſſe poſſunt: ita rurſum ſciendum eſt, reo conuento

incumbere vt exceptionem à ſe oppoſitam, probet. Vnde ſi reus excipiat, *Si non tenes artem ex qua poſſis te alere*, hoc omnino probare debet: partim quia reus in exceptione eſt actor, *l. 1. in fin. ff. de except.* ſcilicet quoad onus probandi: *Tiber. Decian. conſil. 18. num. 290. vol. 1.* partim quod nemo artifex naſcatur, *l. legatis. 65. §. ornatricibus ff. de legat. 3. Roland. à Vall conſil. 54. num. 73. cum ſeqq. vol. 2.* & nemo ex ſeipſo ſine præceptoribus artem regulariter addiſcat *l. vlt. & ibi Bald. ac Salic.*
25 *in fin. C de alim. præſt. pupill.* Sic † quia ſ. *lib. 1. cap. 3. nu. 40. cum ſeqq. & num. 58.* dictum fuit, vltra alimentorum modum filio ſpurio à patre legari non poſſe: ſi iam hæres tali filio, id quod ſibi nomine alimentorum legatum fuit petenti, opponat, legatum maius eſſe quàm vt neceſsitas requirit, hoc debet reus conuentus probare: *l. fin. §. licentia C. de iur. deliber. gl. l. cum de lege. 17. ff. de probat. Crauett. conſil. 846. incip. Quæſtio gemina. num. 2. & conſil. 850. incip. Quoniam à titulorum firmitate. num. 8. vbi multa allegat.* & præterea legatarium eſſe ſpurium, vel ex adulterino aut inceſtuoſo coitu natum. Cum enim quilibet in dubio legitimæ natus præſumatur, *vt multis rationibus & auctoritatibus probat Menoch. de præſumt. lib. 6. præſumt. 54. num. 20. cum ſeqq.* & præſumtionis ea ſit virtus, vt in alterum transferat onus probandi: *l. generaliter. 24. §. ſi petitum. in fine. ff. de fideicommiſſ. libert.* imò efficaciores & euidentiores exigat probationes: *l. ſi extraneus. & ibi notant Iaſ. num. 15. ff. de condict. cauſſ. dat. Mynſing. obſeru. 68. Centur. 5.* nequaquam in probatione inſtituenda omittendum eſt, quod legatarius ſit ſpurius vel ex adulterino coitu natus. Vnde autem hoc probandum ſit alibi tractatur, & videri poteſt Maſcard. *con-*
26 *cluſ. 797. cum ſeqq. & concluſ. 1089. nu. 5. & alibi.* Hinc † porro efficitur, vt ſi pater contra filium ſe ali petentem excipiat, *ſi non delictum exhæredatione dignum contra me commiſiſti* huius exceptionis probandæ onus ſpectat ad patrem *l. omnimodo. C. de inoff. teſtam. §. ſiue igitur omnes. in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. Nouell. 115. gl. l. fin. verb. promerueris. C. de alend. lib. Aſcan. Clementin. de patr. poteſt. cap. pen. effect. 17. num. 52. cum ſeqq. vbi ſub num. 55. hanc ſententiam COMMVNEM eſſe teſtatur.* Iam ſi † quis

27 ſi † quis ſcire velit, quidnam probandum ſit, quando de præteritis alimentis tractatur: is ſibi in memoriam reuocet bifariam de his diſceptari: actor enim aut conqueritur ſe ab eo, à quo factum oportuiſſet, non fuiſſe alumnatum: aut repetit ſumtus à ſe in alium factos, quam diſtinctionem attigi
28 ſ. *hoc libr. cap. 4. num. 3.* In primo † caſu principali obſeruanda eſt ſubdiſtinctio. nam petuntur vel ipſa alimenta antea nondum præſtita, quod quando concedatur declaratum fuit *ſ. hoc lib. 3. c. 4. nu. 4. cum ſeqq.* vel pœna aliqua tanquam effectus denegatorum alimentorum, *vt ſ. lib. 2. cap. 5. explicaui.* Quod ſi
29 † actor non aliquam pœnam perſequatur, ſed ipſa alimenta, tum ſufficiet cauſſam debiti probare, veluti in teſtamento ſibi legata eſſe alimenta, & reum conuentum teſtatoris iſtius ita legantis factum eſſe hæredem. *§. hæres quoq. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. l. ſi quis. 5. §. hæres. ff. de obligat. & act.* Hoc enim probato, ſi reus contendat, ſe alimenta legata perſoluiſſe, ipſi incumbit huius ſuæ aſſertionis probatio. *l. 2. l. in exceptionibus. 19. ff. de probat. Corn. conſil. 286. incip. Pro*
30 *præſentis conſiderationis deciſione. num. 2. vol. 3.* Sin † vero actor non petat alimenta præterita, ſed pœnam, tum non tantum cauſſam alimentorum debitorum vt probet neceſſe eſt, ſed etiam reum conuentum actoris inopiam non latuiſſe: *l. genero. 8. ff. de his qui not. infam. l. 3. §. ſi quis ignorans. ff. de SC. Silanian. l. quinquaginta. 6. C. de excuſat. tut.* præterea reum potuiſſe, ſi voluiſſet, ſuccurrere: *l. idemq. 16. in princ. ff. pro ſoc.* & denique non aluiſſe, neque alia, quæ alimentorum nomine continentur, præbuiſſe. *l. alimenta. 6. §. Imperatoris. ff. de liber. agnoſc.*
31 Exempli cauſſa, donator † ſi propter alimenta ſibi non præſtita rem donatam velit reuocare, neceſſe habebit probare, primò ipſam donationem tanquam primam cauſſam: *l. 2. ff. de probat. l. 1. in princ. C. de donat. ſub mod.* deinde donatarium fuiſſe certioratum de donatoris inopia: *ſ. lib. 1. cap. 13. num. 70.* præterea eum tantas poſſediſſe facultates, vel ſaltem rem donatam, vnde potuiſſet donatori ſuccurrere: *d. lib. 1. cap. 13. num. 67. & lib. 2. cap. 5. num. 47.* & denique donatarium & reum conuentum non præſtitiſſe alimenta. *l. vlt. verſ. ſi fuerint*

*in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbata. C. de reuocand. donat. Corn. conſil. 113. incip. Circa primum conſultationis articulum. nu. 9. cum ſeqq & conſil. 120. incip. In hac conſultatione nu. 9. cum ſeq. vol. 1. Rol. à Valle in tract. de lucr. dot. quæſt. 64. nu. 14. Ant. Gabriel in tract. Commun. opin. lib. 1. tit. 1. concluſ. 6. nu. 37. & omnino videndus eſt Hier. Gratus conſil. 93. incip. Viſo inſtrumento*
32 *donationis. vol. 1.* Sic † maritus vxorem non alens, aut ægram non curans, perdit lucrum dotis. *arg. l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir. cum ibi not. ff. ſolut. matrim.* ſi iam vxoris mortuæ hæredes, à marito ſuperſtite, ob hanc cauſſam, lucrum, quod aliàs ipſi ex morte coniugis defunctæ obueniſſet, velint petere: probabunt primo vinculum coniugale, ſi maritus conuentus id deneget: deinde maritum ſciuiſſe morbum vel egeſtatem vxoris: præterea non præbuiſſe alimenta, vel non adhibuiſſe medicum idoneum & peritum: item haberi potuiſſe copiam medici. *arg. l. idemq́. 16 in pr. ff pro ſoc. Alex. conſil. 123. incip. Viſo proceſſu cauſſæ inter Angelum. & conſil. 136. incip. Viſo proceſſu inter dominam Rengardam. num. 2. vol. 8. Corn. conſil. 120. incip. In hac conſultatione. num. penult. & vlt. conſil. 316. incip. Quoad primum conſultationis articulum. num. 35. vol. 1. Phil. Dec. conſil. 430. incip. Quod ſupra pro veritate. num. 2. & 3. Catell. Cotta in memoralib. verb. Maritus priuatur commodo. circa fin. Roland. à Vall. in tract. de lucr. dot. q. 64. per tot. Zaſ. d. l. ſi ab hoſtibus. 10. §. ſi vir nu. 9. ff ſol. matrim. Ant. Gabriel. in commun. opin. lib. 1. tit. 1. concluſ. 6. num. 32. Maſcard. tract. de probat. concluſ. 1038. num. 5. cum ſeqq. Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 30. ff. de liber. agnoſc.* & denique vxorem propter hanc negligentiam
33 fuiſſe mortuam. *I. lib. 2. cap. 5. num. 49.* In ſecundo † caſu principali, quando actor repetit ſumtus in alterius alimoniam factos, non quidem neceſſe eſt probare quælibet momenta, ita vt teſtes viderint ſingulis diebus, tam prandium quam cœnam reo ab actore exhiberi: ſed ſufficit, ſi exprimant tempus certorum menſium vel annorum, intra quos reus conuentus ab actore ſit nutritus, *ita aliquot rationibus & fundamentis conſulendo decidit Phil. Corn. conſil. 171. incip. Super quo aduertendum. vol. 2. ſequitur Ioſeph. Ludouic. ab Aſſiſ. in deciſ. Lucenſ.*

*Lucenſ. 42. incip. Stephanus. num. 5. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubit. 3. ſolut. 11. num. 6. & huc faciunt quæ ſcribit Petr. de Benintend. deciſ. 43. & Ludou. Bolognin. conſil. 27. incip. Bartholomæus & Dominicus fratres.* Similiter
34 † ſufficit ſi probetur ab actore, reum conuentum pecuniam ad victum comparandum, per ſuos nuncios petijſſe & accepiſſe. *Alciat. conſil. 60. incip. Atteſtationibus productis. lib. 6.* Li-
35 mitatur autem hoc dictum, vt etiam † hi ſumtus probentur per probabiles coniecturas, cum adiuncto iuramento, ad confirmationem coniecturarum. *l. ſi quis pro redemtione. C. de donat. c. qualiter. ext. de accuſat.* Non enim creditur ſimplici verbo dicentis ſe expendiſſe, niſi expenſa eſſet modica & perſona fide digna. *arg. l. non omnes. 5. §. à barbaris. ff. de re milit.* nam propter modicum præiudicium ſtatur verbo partis, ſcilicet cum iuramento. *l. theſauros. ff. ad exhibend. l. id quod pauperibus. & ibi Cyn. C. de Epiſcop. & cleric. Bald. l. vlt. §. in com-*
36 *putatione. num. 2. C. de iur. delib.* Deinde limitatur, vt † non neceſſe ſit probare huiuſmodi impenſas ex actoris propria pecunia factas eſſe: quia probata impenſa, præſumitur facta ex propria pecunia expendentis. *l. vlt cum auth. ſeq. C. de pignor. l. ſi ventri. 9. in fin. ff. de priuil. credit. Bald. l. in reſtituenda. 4. C. de petit. hæred. & d. l. fin. §. in computatione. num. 2. C. de iur.*
37 *delib.* Huc deniq; † plurimum conferret, probationem ita inſtituere, vt appareret iudici, reum conuentum apud actorem per aliquot tempus commoratum fuiſſe, aut ægrotantem decubuiſſe: hinc enim oriretur præſumtio alimentorum ibidem perceptorum *vt ĩ. cap. ſeq. dicam.* Poſtremò
38 † quia *ſ. lib. 2. cap. 8. num. 18.* dictum fuit, tranſactionem de alimentis futuris ex teſtamento debitis ſine prætoris auctoritate factam ratam haberi, ſi alimentarij conditio fiat melior: *l. cum hi. 8. § eam tranſactionem. ff. de tranſact.* obſeruandum eſt, hæredi, qui priuatim cum legatario tranſegit, & poſtea prætendit hanc tranſactionem in alimentarij commodum vergere, incumbere onus probandi: & econtra ſi publice & prætore auctore tranſactum fuerit, & legatarius nihilominus aſſeueret detrimentoſam eſſe hanc tranſactionem

& cauſſam non ſatis eſſe cognitam, tum non hæres ſed legatarius debebit probare. Ratio diuerſitatis eſt, quod contra hæredem, priuatim de alimentis futuris & ex vltima voluntate debitis tranſigentem, ſtet orationis Diui Marci prohibitio: *d. l. cum hi. 8. ff. de tranſact.* in altero caſu militet præſumtio pro iudicis decreto, *atq; ita in terminis decidit Bald. l. quæcunq;. 4. num. 3. C. de bon. quæ liber. ſequitur Phil. Dec. conſil. 532. incip. Pro vera reſolutione caſus. num. 12. Tiraq. in ll. connub. gl. 6. verb. de Son mary. num 64. & 87.*
39 De modo † probandi etſi ſ. *lib. 3. cap. 1. num. 6. cum aliquot ſeqq.* nonnihil dictum fuit: tamen addi præterea hoc poteſt, quod actor repetens alimenta alteri præſtita, probare ea poſsit per domeſticos: *Maſcard. concluſ. 77. num. 8.* & quod ſi ſtatutum extet, vt nulla admittatur probatio, niſi per ſcripturam vel inſtrumentum publicum: non obſtante hoc ſtatuto, alimentorum alteri exhibitorum probatio, per teſtes poſsit fieri. Nam ſtatutum non habet locum, niſi in caſibus quibus verba conueniunt, vel conuenire poſſunt. *l. dies. 4 §. toties vbi Paul. de Caſtr. ff. de damn. infect. l. hos accuſare. 12. §: omnibus ff. de accuſat. c. maiores. 3. §. cæterum & ibi gl. verb. aptitudinem. ext. de Baptiſm.* ſed huiuſmodi ſtatuti verba, alimentis non conueniunt: quia eſſet impoſsibile ſingulis diebus & cuilibet prandio & cænæ notarium & teſtes inſtrumenti conficiendi cauſſa adhibere. Ergo. &c. *ita cenſet Hippol. de Marſil. in repetit. rubr. C. de probat. omn. 67. iuxta editionem Lugdunenſem, ſed iuxta nouiſſimam editionem Ienenſem reperitur ſub num. 51. ſequitur Io. Bapt. Aſin. in pract. §. 19. cap. 5. limit. 26. num. 4.*

# DE PRAESVMTIONIBVS.

## Caput XIII.

### *SVMMARIVM.*

1. *Præſumtioni ſtatur, donec contrarium probetur.*
2. *Duæ partes huius capitis. & num. 13.*

*3. Le-*

3. *Legatum filio ſpurio vel adulterino datum, præſumitur factum eſſe in cauſſam alimentorum.*
4. *Alimenta præſumuntur annua.*
5. *Legatum annuum, præſumitur in alimentorum vſum datum.*
6. *Onus adminiſtrationis alimentario iniunctam, non præſumitur cauſſa legati.*
7. *Si legentur alimenta adiecto onere habitandi cum hærede, in cuius fauorem hoc factum præſumatur. num 8. & ſeq.*
9. *Onus habitandi cum hærede, præſumitur in fauorem hæredis additum quoad facilitatem præſtandi: ſed quoad modum deſinendi, in fauorem legatarij. num. 10.*
14. *Præſumuntur alimenta erogata ab eo, qui hoc facere debuit: quod limitatur num. 16. & 17.*
15. *Vxor præſumitur nutrita à viro.*
18. *Nutritus quis præſumitur ab eo, penes quem fuit, quod tribus exemplis declaratur. num. 19. 20. 21.*
22. *Negociorum geſtor alimenta præſumitur erogare ex bonis nutriti.*
23. *Clericus præſumitur vixiſſe de fructibus Eccleſiæ, remiſſiuè.*
24. *Alimenta exhibita præſumuntur ob præcedentem obligationem.*
25. *Præſumtio eſt, alimenta præſtita fuiſſe, iuxta perſonæ qualitatem.*
26. *Qui aliquem alit, in dubio præſumitur hoc facere animo repetendi.*
27. *Ex alimentis per tres annos exhibitis, præſumitur præcedentium annorum præſtatio.*
28. *Contra eum qui dicit ſe non potuiſſe habitare cum hærede, militat præſumtio.*
29. *Qui aliquandiu alimenta petere intermittit, non præſumitur quod velit donare.*

DIFFERVNT quidem præſumtiones à probationibus, vt apparet ex diuerſitate titulorum in decretalibus: attamen magna quoq; eſt vtrarumq; cognatio, vt indicat titulus in Pandectis, de probationibus & præſumtionibus: eo
1 enim † vſq; præſumtionibus ſtatur, donec contrarium probetur. *l. licet. 74. ff. de legat. 1. l. fin. in princ. & ibi gl. verb. preſumtionis. ff. de eo quod met. cauſſ.* Cum itaq; plurimum momenti in probationis quæſtione, præſumtiones obtineant: *d. l. fin. & ibi gl.* operæ precium eſſe videtur, de ijs quædam carptim ſaltem in medium afferre. Dico autem me carptim de præſumtionibus agere velle, cum eæ certis quibuſdam

2 membris aut capitibus vix poſsint comprehendi: niſi † quis velit duas quaſi claſſes inſtituere, ita vt præſumtionum quædam pertineant ad alimenta futura, prout iam conſtituuntur vel legantur, quædam vero ad alimenta quando exiguntur vel repetuntur. In primam claſſem referri poteſt, quam-
3 uis pater † filio adulterino vel inceſtuoſo legare nequeat, *§. vlt. in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. collat. 7. gl. §. legari verb. teſtamenti factio. Inſt. de legat.* niſi in cauſſam alimentorum: *c. cum haberet. ext. de eo qui dux. in matrim. quam poll. & eſt* COMMVNIS *ac* MAGIS COMMVNIS *vt Doctorum auctoritatibus probaui ſ. lib. 1. cap. 3. num. 33.* quod tamen legatum, tali filio adulterino à patre factum, ad alimenta datum præſumatur, licet hæc cauſſa non ſit expreſſa: ſi ſcilicet filij indigentia hanc præſumtionem ſuadeat. Legatum enim ex qualitate perſonæ, cui datur, æſtimatur. *l. plenum. 12. §. equitij. ff. de vſu & habit. l. cum hi. 8. § ſi in ſingulos annos. ff. de tranſact. Caſtr. conſil. 5. incip. Quicquid dicatur. num. 6. vol. 1. Tiraquell. l. ſi vnquam. verb. donatione largitus. num. 64. C. de reuocand. donat. & huc referri poſſunt quæ dixi ſ. d. cap. 3. num. 35.* Deinde cauſſa naturalis eſt preſumenda potius quam alia quæuis. *l. qui habet. 3. in princ. ff. de tutel. l. profectitia. 5. §. Papinianus. ff. de iur. dot.* Sed alimentorum debitum eſt naturale. *§. 1. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciu. d. c. cum haberet.* Ergo &c. *Io. de Roias in Epitom.*
4 *omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 82.* Sic † ſi legentur alicui alimenta, tum in dubio hoc legatum annuum præſumitur. *l. legatum. & ibi Bart. ff. de ann. legat. late & copioſè Barthol. Socin. conſil. 48. incip. Eleganter conſuluit. vol. 3. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 132. num. 10. iunctis ijs quæ dixi ſ. lib. 1. cap. 15. num. 71.*
5 Et † contrà, legatum annuum, in dubio præſumitur in cauſſam alimentorum factum, ſi ſcilicet accedat legatarij paupertas. *d. l. cum hi. 8. §. ſi in annos ſingulos. ff. de tranſact. & multas Doctorum auctoritates adduxi ſ. d. cap. 15. num. 73.* De ad-
6 iunctis † conſtituendorum alimentorum poteſt adduci, horum fauore in dubio præſumi, ſi teſtator leget Titio alimenta, eumq; ſuis liberis conſtituat tutorem, quod onus adminiſtrationis legatario impoſitum non fuerit cauſſa legati. *l. 1.*

*& ibi*

*& ibi gl. verb. poſt mortem. C. de legat. Carol. Ruin. conſil. 38. incip. Viſo teſtamento Neapolitanis. num. 4. vol. 2.* vnde euenit, vt ſi Titius liberis ſuis daret Mæuium tutorem, ac præterea huic alimenta legaret; & Mæuius iuſtarum cauſſarum allegatione ſe à tutela excuſaret, nihilominus ali deberet: *vt per prædictum fundamentum tradit Piagg. in tract. de tutor. & curator. quæſt. 13. num. 7.* cum aliàs tutor excuſatione à tutelæ adminiſtratione ſe liberans, legato excidat. *l. Neſennius. 32. ff. de excuſat.*
7 *tut.* Huic affinis † eſt illa quæſtio: Si teſtator iubeat alimenta legata præſtari in domo hæredum, non immerito dubitatur, in cuius fauorem, legatarijne an hæredum, ita à teſtatore diſpoſitum in dubio præſumatur? Qua de re, etſi valde diſcrepantes videantur interpretum noſtrorum ſententiæ: *Cyn. l. 1. C. de legat. Ancharan. conſil. 185. incip. Quæſtio videtur magis dubia quam apparet.* tamen tutiſsimum eſſe arbi-
8 tror, ſi diſtinguamus † alimenta, ab adiuncto habitandi vel commorandi apud hæredem. Dubio enim carere puto, quod ipſa alimenta in fauorem legatarij data videantur. *l. ſed etſi ſuſcepit. 52. §. ſed etſi proponas. verſic. nec enim veriſimile eſt teſtatorem, qui honorem habitum voluit his quibus reliquit. ff. de iudic. l. 3. §. 1. ff. de legat. præſtand. l. amiciſſimos. 36. in princ. ff. de excuſat. tut. l. Diuus. 15. in princ. ff. ad l. Cornel. de falſ. & adhuc melior textus in l. ſi quis eum. 37. in fin. ff. de condit. & demonſtr. atq; ita in hiſce terminis alimentorum ſentit Simon de Prat. in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 5. num. 30.* In
9 ſecundo † membro, ſi ſpectemus adiunctum onus habitandi vel commorandi apud hæredem, ſubdiſtinctionem adhibendam credo. Conſideramus enim vel modum præſtandi, vel modum deſinendi. Quoad modum præſtandi, certum eſt hanc adiectionem in fauorem hæredis appoſitam eſſe: ſiquidem facilius eſt hæredi, præſtare alimenta in ſua domo quàm extra eam. *Bart. l. Caio. 13. §. Imperator. num. 3. per illum text. ff. de alim. & cib. legat. Bald. conſil. 484. incip. Caſus talis eſt. Quidam Simon Nerij. num 1. vol. 4. Anchar. conſil. 254. incip. Super primo quæſito non multum inſiſtendum. num. 4. Angel. conſil. 150. incip. Donatus. num. 2. Alex. conſil. 100. incip. Super primo caſu.*

*num.*

num. 1. vol. 1. Bertrand. conſil. 163. incip. Ex caſu qui mihi dimiſ-
ſus eſt. num. 12. part. 1. primi voluminis. Ruin. conſil. 42. incip. Pro-
ponitur quod Petrus. num. 20. vol. 2. Simon de Prat. d. lib. 1. inter-
pret. 1. dubit. 4. ſolut. 12. num. 18. & hac ſententia COMMV-
NIS eſt, Auguſt. Bero. conſil. 185. incip. Viſo inſtrumento. num. 1.
10 vol. 1. Quoad modum † deſinendi, in dubio in fauorem
legatarij factum eſſe præſumimus. l. 1. C. de legat. l. annua. 20.
in princ. ff. de ann. leg. Phil. Dec. conſil. 601. incip. Viſo eleganti
conſilio. num. vlt. Fernand. Vaſq. lib. 3. illuſtr. controuerſ. cap. 93.
num. 27. Menoch. conſil. 146. num. 9. & 24. & de præſumt. lib. 4.
præſumt. 123. per tot. Verum hoc poſterius ſubdiſtinctionis
11 † membrum limitatur, vt non procedat, ſi aliud ſuadeat, vel
eius, cum quo legatarius morari iuſſus eſt, debilitas: l. ſed ſi
hoc. 62. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. Signor. de Homod. conſil.
179. incip. In themate præſuppoſito. num. vlt. Ancharan. conſil. 237.
incip. Quia in primo quæſito. Angel. Aret. in tract. de teſtam. gl. 20.
num. 2. vel teſtatoris ingens affectio erga hæredem vel alium
cui alimentarius debet cohabitare l. illis. 84. ff. d. tit. de condit.
& demonſtrat. Simon de Prat. d. l. 1. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 6.
12 num. 12. & ſeq. Deinde † limitatur hæc tota diſceptatio, vt
vera ſit, ſi habitandi onus legato alimentorum adiectum ſit,
per verba modum ſignificantia, non vero conditionem. d. l.
1. C. de legat. Si namq; habitandi vel commorandi onus, con-
ditionaliter alimentis legatis additum ſit, tum recurrendum
eſt ad ea quæ tradita ſunt ſ. lib. 2. cap. vlt. vbi de conditioni-
bus plura in medium allata ſunt. Modus autem à conditi-
one quid differat, ſolet explicari ad rubr. ff. de condit. & de-
13 monſtrat. Ad alteram † claſſem, cui præſumtiones ad ali-
menta iam ante exhibita pertinentes includi poſſunt, vt nunc
14 accedam: præſumitur quis † alimentatus ab eo, cui alimen-
ta præbere incumbit l. 2. verſ. nec ferendus eſt iuuenis. & ibi no-
tat Bald. & Salic. C. de alim. pup. præſt. Bartol. Alex. in l. cum ſer-
uus. 104. num. 4. ff. de verb. obligat. Bald. l. 1. num. penult. C. de
fruct. & lit. expenſ. Panorm. conſ. 54 incip. Caſus in contingentia ta-
lis eſt. Quidam Iacobus Campſor. num. 2. verſ. ſed his non obſtan-
tibus. vol. 1. Corn. conſil. 102. incip. In cauſſa licet videatur num. 15.

conſil.

*conſil. 110. incip. Videtur in hac conſultatione num. 10. conſil. 113. incip. Circa primum conſultationis articulum. num. 10. & conſil. 120. incip. In hac conſultatione licet videatur. num. 8. vol. 1. Barthol. Socin. ſen. conſil. 82. incip. In cauſſa vertente inter fraternitatem. num. 23. vol. 4. Capoll. conſil. ciuil. 35. incip. Celeberrime ac præclariſſime Doctor. num. 12. Mandell. conſil. 2. num. 5. Aſcan. Clement. de patr. poteſt. cap. pen. effect. vlt. num. 64. cum ſeqq. Io. Garſ. de Expenſ. & meliorat. cap. 4. num. 26. Maſcard. de probat. concluſ.*
15 *77. num. 7.* In huius † præſumtionis ad varias ſpecies accommodatione, non immorandum cenſeo: ſiquidem quilibet id facere poteſt. Nam certum eſt marito regulariter incumbere vt vxorem ſuam alat: *s. lib. 1. cap. 10.* ergo tamdiu coniugem ſuam aluiſſe maritus præſumitur, quouſq; contrarium aſſerens probet. *per d. l. 2. C. de aliment. pup. præſt. Burſat. conſil. 120. incip. In cauſſa magnificæ Dominæ. num. 44. Feder. Scot. conſil. 4. incip. Donatio facta. num. 25. cum ſeq. tomi ſecundi libro ſeptimo.* Vnde euenit, vt qui prætendens vxorem à marito non alimentatam neq; curatam eſſe, lucrum dotis à marito vult extorquere, cogatur hanc ſuam negatiuam ſententiam probare. *Alex. conſil. 123. incip. Viſo proceſſu cauſſæ inter Angelum. per tot. vol. 7. Corn. conſil. 11. incip. Pro deciſione præſentis conſultationis. num. 9. vol. 2. Rip. l. in illa. num. 25. ff. de verb. obligat.* de cuius probationis modo aliquid dixi *s. cap. prox. præ-*
16 *cedente. num. 32.* Verum † hæc prima præſumtio limitatur, vt procedat ſolummodo, quando quis habitauit cum eo, à quo ali debebat: *d. l. 2. C. de alim. pup. præſt. Barth. Socin. ſen. conſ. 16. incip. In cauſſa quæ vertitur. nu. 4. vol. 3.* ſecus ſi alibi fuit commoratus: id quod in ſimili fieri videmus, dum iura noſtra filium, quem mulier coniugata peperit, ex marito procreatum præſumunt, niſi quando maritus vltra annum abfuit. *l. filium. 6. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. atq; ita in hiſce terminis tradit Paul. Caſtr. conſil. 360. incip. Circa primum videtur. num. 3. vol. 2. Natta conſil. 547. incip. Vigente bello. num. 30. & ſeq. vol. 3.*
17 *Burſat. d. conſil. 120 num. 45. 46.* Sic † illa præſumtio ceſſat, quando is qui nutrire alterum debebat, tanta laborat inopia, vt vix ſibijpſi poſsit proſpicere: veriſimilius enim eſt,

cum

cum in ſe potius quàm in alium ſumtus feciſſe, cum ordinata charitas à ſeipſa incipiat: *l. præſes. C. de ſeruit. & aq.* idque tanto magis, cum nutritus artem aliquam honeſtam non tantum teneat, ſed etiam eam exerceat. *Natt. d. conſil. 547.*
18 *num. 30. & ſeq.* Vnde ex † prima limitatione oritur hæc præſumtio, quod quis alio non probato, præſumatur nutritus ab eo, penes quem fuit: cum non cenſeatur vixiſſe de vento. *d. l. 2. C. de alim. pupill. præſt. Alciat. de præſumt. regul. 1. præſumt. 50. Menoch. eod. tract. lib. 6. præſumt. 71. Cordub. de Lar. l. ſi quis à liberis. §. item reſcriptum. num. 69. ff. de lib. agnoſc.* Et hinc plurimarum quæſtionum infertur à Doctoribus noſtris deciſio.
19 Nam ſi † aliquis in domo mea morbo detentus aliquandiu decubuit, præſumtio eſt à me ipſi cibum, potum, ligna ad calefaciendum hypocauſtum, & alia neceſſaria ſuppeditata eſſe. *Bald. in l. in reſtituenda in fin. C. de petit. heredit. Ripa l. ſi ventri. §. eorum num. 13. Menoch. d. præſumt. 71. num. 6.* Simi-
20 liter quia † commentarienſi, vel apparitori, vel alij, cui carceratorum cuſtodia commendata eſt, incumbit, vt proſpiciat captiuo de alimentis: *l. 1. ibi inedia C. de cuſtod. reor.* præſumitur commentarienſis carcerato expenſas omnes ſubminiſtraſſe, ſi non aliunde de contrario appareat: cum ſit in illius domo aut cuſtodia, & onus ac officium alimenta ei ſubminiſtrandi ad ipſum ſpectet. *ita tradit Petr. Peck. in tract. de iur. ſiſtend. cap. 34. num. 2. ſcilicet prout excuſus eſt iſte liber Francofurti ad Menum inter tractatus Pignorum: ſed in editione nouiſſima quæ Coloniæ prodijt anno 1581. habetur in cap. 50. num. 2.*
21 Eadem ratione fit, vt † equus vel aliud animal pigneratum, à creditore, à quo fuit detentum, præſumatur nutritum. *Bart. & cæteri DD. in d. l. cum ſeruus. 104. de verb. obligat. Natt. d. conſ. 547. num. 32. Menoch. d. præſumt. 71. num. 4. Fuluius Pacian. lib. 1. de probat. cap 8 num. 7. cum ſeq.* & hæc iſtius præſumtionis accommodatio eſt COMMVNIS, *vt teſtatur apoſtill. ad Alciatum d. reg. 1: præſumt. 50. in fin. & Villalob. in Commun. opin.*
22 *lit. P. num 87.* Præterea † geſtor negociorum, ſi alat eum, ad quem bona à ſe adminiſtrata ſpectant, in dubio videtur expendere de bonis illius cuius negocia gerit: quæ præ-

ſumtio

ſumtio tam eſt violenta vt præſumtionem pietatis quæ aliàs ſubeſt, tollat. *Bart. in l. Nejennnius. 36. num. 5. per illum text. ff. de negoc. geſt. Alex. conſil. 110. incip. Videretur prima conſideratione. num. vlt. vol. 7. Cephal conſil. 674. num. 33. & aliquid dixi ī.*
23 *hoc libr. cap. 9. num. 7.* Et huc † pertinet quod clericus, præter beneficia Eccleſiaſtica habens etiam bona patrimonialia, cenſeatur potius impenſas, in ſe alendo factas ex reditibus Eccleſiaſticis, quàm ſuis proprijs bonis deſumſiſſe. *late D.*
24 *Surdus in tract. de aliment. tit. 9. quæſt. 12.* Deinde ſi † Titio legata ſint alimenta, eumq; hæres alat, præſumtio eſt hæc alimenta exhibita eſſe ob obligationem antecedentem ex legato teſtatoris: *l. quædam mulier. 77. ff. de rei vendicat. l. & magis. 4. ff. de ſolut. Menoch. conſil. 231. num. 26.* Sic alimen-
25 ta† præſtita præſumuntur iuxta perſonæ nutritæ qualitatem. *d. l. 2. C. de aliment. pupill. præſt. Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 18, num. 8.* Præſumendum enim eſt à iudice, quod quilibet actus ſit & habeat illud, quod eius natura requirit. *l. ne codicillos. 5. C. de codicill. §. fin. Inſtit. de fideiuſſ. l. omnimodo. C. de inoff. teſt. l. quod ſi nolit. 31. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict. Bald. l. ſine poſſidetis. 16. num. 8. verſic. Tertiò oritur præſumtio. C. de probat.* quæ præſumtio vſui eſſe poteſt, tam actori qui comitem vel alium præcipuæ dignitatis hominem aluiſſet, & nunc ſumtus repeteret: quàm reo, à quo humilioris conditionis exiſtente, actor nimis magnos ſumtus exigeret. Huc etiam
26 † pertinet, quod alens aliquem, regulariter præſumatur hoc facere animo repetendi, *l. ſed an vltro. 10. ff. de negoc. geſt. l. ſi paterno. 15. C. eod. l. cum de indebito. ff. de probat.* Quam præſumtionem quoniam limitationibus quibuſdam declaraui ſupra *lib. 1. cap. 4. num. 24. lib. 2. cap. 10. num. 25. 26. & libr. 3. cap.*
27 *5. num. 8. cum ſeqq.* ideo nolo ea hic repetere. Deniq; † ſi appareat de præſtatione cibariorum, facta ab hæredibus vel alijs debitoribus, ſaltem per annos tres continuos: inde præſumtiuè probatur præſtatio cibariorum omnium præcedentium annorum. *arg. l. quicunq; C. de apoch. public. lib. X. Machell.*
28 *patrocin. 29. nu. 2.* Tandem † pro complemento huius capitis addi poteſt, ſi is, qui ali debebat, prætendat, ſe cum hærede

rede vel alio alimentorum debitore, propter ipſius ſæuitiam vel aliam culpam, habitare vel commorari non potuiſſe: quod contra eum, qui tale quid aſſerit, ſtet præſumtio: partim quia delicta non præſumuntur: *l. merito. § 1. ff. pro ſoc. Io. Lup. de Palat. Rub. in c. per veſtras. notab. 3. in princ. num. 7. cum ſeq. ext. de donat. int. vir. & vx. Phanuch. de Phanuch. in comment. de lucr. dot. gl. 14. num. 7.* partim quod ſæuitia vel alia culpa, quæ hæredi impingitur, ſit facti; facta autem non præſumantur. *l. in bello. 12. §. facta. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. Hier. Grat. conſil. 69. incip. In præſenti cauſſa. num. 18. & 22. vol. 2.* Nec obſtat, quod alicui contrarium dicendum videatur, cum alimentarius negationem proponat, ſe non potuiſſe morari cum hærede, & neganti non incumbat probatio. *c. bonæ memoriæ. 23. & ibi gl. verb. per rerum naturam. ext. de elect.* Reſpondetur enim quando negatiua eſt cauſſa intentionis alicuius, debet eam probare, præſertim eo caſu, quo iſta impotentia habet terminos limitatos à fortuna vel ex parte hæredis. *l. 1. C. de condit. inſtit. & l. ſi ea. C. de condit. inſert. Anchar. conſil. 254. incip. Super primo quæſito non multum inſiſtendum. num. 3. Ruin. conſil. 34. incip. Legatum de quo agitur. num. 2. vol. 2.* Sic
29 etiamſi † alimenta per aliquot annos petere intermitam, non tamen propterea præſumitur, quod debitori ea velim donare, ſed nihilominus adhuc exigere potero. *l. libertis. 18. §. 1. ff. de alim. vel cib. leg.* ſcilicet ſi debeantur ex contractu vel teſtamento vel delicto: ſecus ſi debeantur ex legis diſpoſitione, *vt apparet ex ijs quæ dixi 5. hoc libr. cap. 4.* deinde limitatur hæc præſumtio, niſi tantum tempus fuerit elapſum, quo talis actio præſcribi ſolet. eo enim facto, recte repelleretur actor exceptione præſcriptionis. *l. ſicut. 3. l. omnes. 4. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Maſcard. de probat. concluſ. 1371. num. 93. cum ſeq.*

## DE SENTENTIA.

## Caput XIIII.

SVM-

## SVMMARIVM.

1. *In alimentorum tractatione non admittitur teſtium repulſa: quod limitatur num. 2.*
3. *Forma pronunciandi.*
4. *Miſſus in poſſeßionem ſeruandi cauſſa, non habet facultatem, vt ex iſtis bonis ſe alat: niſi addatur ad alendum num. 5.*
6. *Sententia, in alimentis futuris ex vltima voluntate debitis, non eſt ferenda iuxta litigantium voluntatem: idem eſt in ijs quæ ex lege naturæ debentur. num. 7.*
8. *Pro alimentis in dubio iudicandum eſt.*
9. *An ſententia in proceſſu ſummario ex periculo ſit recitanda, non conuenit inter Interpretes: opinio negatiua videtur verior. num. 10.*
11. *Iudex de alimentis futuris pronuncians, ſiue ſtet ſiue ſedeat, perinde eſt.*
12. *Dubitari poſſet an hæc ſententia tempore nocturno ferri poßit: & poſſe arbitror. num. 13.*
14. *Diſceptant Doctores vtrum ſententia ſit diffinitiua an interlocutoria: quæ diſſenſio tollitur diſtinctione. num. 15.*
16. *An ſit mere diffinitiua.*
17. *Hæc ſententia non præiudicat cauſſæ principali: limitatur ab aliquibus. num. 18. quæ limitatio examinatur. num. 19. cum ſeqq. vſq; ad finem capitis.*

A probationum præſumtionumq; tractatione, quod illico ad ſententiam tranſeo, lectori mirum videri non debet. Etſi enim non ignoro, ijs quæ hactenus dicta ſunt, ſubijci
1 poſſe de teſtium reprobatione: tamen † in cauſsis ſummarijs, inter quas alimentorum petitio regulariter referenda eſt, s. *hoc libr. cap. 1.* huiuſmodi repulſa non admittitur: *l. fin. C. de edict. Diui Hadr. toll. Panormit. in c. veniens. 38. ext. de teſt. Robert. Marant. in aur. prax. part. 6. tit. de teſtium repulſa num. vlt.* ac in ſpecie, quod in alimentorum petitione, teſtium repulſioni locus non ſit, *per l. ſi iudex. 10. ff. de his qui ſunt ſui vel vel al. iur. l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agnoſc.* diſerte ac expreſsis verbis tradit Ludouic. Roman. *ſing. 388. incip. Reprobatio. quem proculdubio voluit allegare Matth. de Afflict. deciſ. 351. num. 6.*

Welt geboren / drey jar bey der Mutter / vnd folgendts bey jhr
4 oder andern / zuuerſorgen ſchüldig / V. R. W. Deinde † notandum eſt, quod alimenta per ſententiam etiam nonnunquam ita decernantur, ſi iudex mittat aliquem in poſſeſsionem quorundam bonorum, hoc addito, vt inde ſemet ſuſtentet. Nam quamuis miſſus in poſſeſsionem bonorum, ex cauſa contumaciæ, item legati ſeruandi cauſa ex primo decreto, non fiat poſſeſſor: *l. ſi quis. 10. §. idem Pomponius. verſ. deniq. rei ſeruandæ. ff. de acquir. poſſeſſ.* neque nanciſcatur facultatem inde ſe alendi: *l. Fulcinius. 7. in princ. ff. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. præceptor meus perpetuo mihi honorandus Dn. Matth. Coler. in eruditiſſimo opere de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 46.* tamen
5 † hoc fallit, quando miſsio fit ad ſuſtentandum: aliàs enim huiuſmodi miſsio eſſet fruſtranea: *ita in terminis ſcribit Ant. de Butr. c. contingit. 9. num. 16. ext. de dol. & contum. Menoch. de retin. poſſeſſ. remed. 3. num 198. cuius rei exemplum ſubminiſtrare nobis poteſt tit. ff. de ventr. in poſſ. mitt. & text. in l. ſed ſi is. 5. §. an autem veſcendi. verſic. deminuendi cauſſa vſq. ad id quod alimentis eius neceſſarium eſt, mittendus eſt. ff. de Carbon. edict.* Præte-
6 rea † regulare quidem eſt, quod iudex ſententiam iuxta litigantium conſentientium voluntatem ferre debeat: *l. ſi conuenerit. 26. ff. de re iudic.* veruntamen aliud eſſe in alimentis futuris ex vltima voluntate debitis, rectiſsime cenſuit Iaſon *in d. l. ſi conuenerit. 26. num. 3. quem ſequuntur Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. verum. num. 24.* propterea quod obſtet orationis Diui Marci prohibitio: in qua prætori ea res quærenda commiſſa eſt, non negligenda nec donanda. *l. cum hi.*
7 *8. §. ſi prætor aditus. ff. de tranſact.* Hanc † obſeruationem ego ita intelligo, vt non tantum procedat in alimentis ex teſtamento vel alia vltima voluntate debitis, ſed etiam, & quidem multo magis, in ijs, quæ ex lege naturæ dari debent: ita vt nec in his iudex litigantium conſenſum teneatur in iudicando ſequi: vel ſi ſequatur & alterutrius neceſsitas aliud exigat, ſententia non ſit obſeruanda. Exempli cauſſa, filius à patre alimenta petens adit iudicem: coram quo poſtquam ambo comparent, inuicem conſentiunt, vt pater dando certam pe-

tam pecuniæ ſummam, penitus ab hoc onere alendi filium ſe liberet. Iuxta hunc patris & filij conſenſum, licet iudex dicat ſententiam: ſi tamen filius egeat, & propter morbum, tantum ex quo ſe alat, lucrari nequeat, non obſtante ſententia vel tranſactione, pater vt filium alat, denuo eſt compellendus: propterea quod iura naturalia ſint immutabilia, *§. ſed naturalia. Inſt. de iur. nat. gent. & ciu.* neque à ciuili aliquo actu perimantur. *§. vlt. Inſtit. de legit. agnat. tut. §. minus. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt.* & pro vlteriore confirmatione huc referenda ſunt, quæ dixi *s. lib. 2. cap. 12. num. 3. cum ſeqq. vſq; ad*

8 *num. 11.* Tandem † ſciendum eſt, in dubio iudicandum eſſe pro alimentis *text. eſt in l. ſed ſi is qui. 5. §. an autem. verſic. nec mirum. ff. de Carbon. edict. Stephan. Forcat. in penu iuris. cap. 28.* pro qua ſententia in argumentum adduci poſſet regula, in ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. *l. in ambiguis. 70. ff. de iur. dot l. in ambiguis. 85. in princ. ff. de reg. iur.* & huius generis alia axiomata: ſed cum habeamus textum in terminis, *d. §. an autem.* non opus eſt ſuffragia aliunde operoſe conqui-

9 rere. Hactenus autem † dicta, quemadmodum ad interiorem formam referri poſſunt & debent: ita de exteriore forma & ſolennitate, in medium quædam afferri poſſent, veluti vtrum ſit neceſſe hanc ſententiam de ſcripto legi, an vero ſatis ſit, vt iudex verbotenus ſaltem pronunciet, actorem à reo ali debere. Hanc autem quæſtionem, quia in ſpecie de alimentis ab aliquo interpretum noſtrorum, tractatam non inuenio: neceſſe eſt, vt recurramus ad quæſtionem illam generaliorem, an ſententia in ſummario proceſſu, ſine ſcriptis lata ſubſiſtat. Qua de re, etſi diſcrepantes reperiuntur opiniones: ſiquidem aliqui putant, ſcripturam de neceſsitate non requiri: aliqui econtra arbitrantur, neceſſario hanc ſententiam ex ſcriptis ferri & recitari debere: *Robert. Marant. in aur. prax. part. 6. tit. ſententia. num. 17. per text. in clem. ſæpe. §. ſententiam vero diffinitiuam. de verb. ſignif.* aliqui denique credunt poſteriorem ſententiam affirmatiuam de iure Canonico procedere, priorem vero negatiuam de iure ciuili: *Io.*

10 *Bapt. Aſin. in prax. §. 3. c. 24.* tamen † mihi magis placet ſen-

tentia

tentia negatiua, quod nimirum huiuſmodi ſententia, etiam
ſine ſcriptis ferri poſsit, & verbotenus, ponderatis tamen
probationibus ſummatim productis, lata de iure ſubſiſtat.
Nam quando ſummarie de plano & ſine figura iudicij proce-
ditur, tum non eſt neceſſarium obſeruare ſolennitates iuris
ciuilis, ſed ſatis eſt ſi adhibeantur ea, quæ ſunt ex iure natura-
li & gentium. *Lanfranc. de Orian. in d. clem. ſæpe. verb. Et figura
iudicij. mihi num. 24. de verb. ſignif.* Sed de alimentis futuris
agitur ſummarie, de plano vel ſine figura iudicij ſ. *hoc libr. 3.
cap. 1.* Ergo non obſeruantur ſolennitates iuris ciuilis, ſed
tantum iuris naturalis. Ex qua ratiocinatione tanquam pro-
ſyllogiſmo porro infertur: Vt ſententiæ de ſcripto reciten-
tur, eſt inuentum iuris ciuilis. *l. 2. C. de ſentent. ex peric. recit.*
idque confirmatur exemplo Solomonis, qui ſententiam in-
ter duas illas mulierculas ferens dixit: afferte mihi gladium
&c. *1. Reg. 3. verſ. 23. cum ſeqq. & c. afferte. ext. de præſumt.* Ergo
quando de futuris alimentis agitur, huiuſmodi ſolennitas
non eſt neceſſaria: Huic rationi ſuffragatur text. *in c. ſi qua
tum clerico. 11. q. 1.* Atque in hac ſententia pene OMNES con-
cordant, *vt dicit Franc. de acceptantib. in tract. quæ ſentent. dica-
tur definitiua. q. 12. num. 42. & ante eum ita etiam ſcripſit Goffred.
Tranenſ. in ſumm. tit. de ſentent. & re iudic. num. 7.* & omnino vi-
dendus eſt Hippol. de Marſil. *in tract. Bannitorum. verb. ſenten-
tia §. 5. num. 17.* vbi non tantum hanc ſententiam bene con-
firmat, ſed etiam argumentis pro contraria opinione faci-
entibus egregie reſpondet, præſertim ſi addantur quæ ſcri-
11 bit Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. lib. 1. q. 60. num. 5.* Minus † du-
bitationis eſt, vtrum iudex pronuncians de futuris alimen-
tis, neceſſario ſedere debeat, an vero ei liberũ ſit ſtare: Nam
etſi quidem in ordinarijs proceſsibus requiratur, vt ſedeat: *§.
ſedebunt. in Auth. de iudic. & lib. 2. Landr. art. 12. verſic.* Sitzend ſoll
man Vrthel finden/ tamen in cauſis ſummarijs perinde eſt, ſiue
iudex ſtet ſiue ſedeat. *d. clem. ſæpe. §. ſententiam vero diffinitiuã. de
12 verb. ſignif.* Sic † quæri poſſet, an neceſſarium ſit vt hæc ſenten-
tia die proferatur: licet enim alias ſententia nocturno tem-
pore lata ipſo iure nulla cenſeatur: *Iaſ. l. non minorem. 20. nu. 3.*

*C. de tranſact. Felin. c. conſuluit. 24. num. 18. ext. de offic. & poteſt. iudic. deleg.* quam ſententiam COMMVNEM *aſſerit Robert. Marant. in aur. prax. part. 5. tit. Sententia. num. 92.* tamen arbitror,
13 propter † alimentorum neceſsitatem, etiam nocte iudicem poſſe iubere, vt pater alat, vel in domum recipiat filium, vel alia neceſſaria ſubminiſtret. Nam iſtud theorema, quod nocturno tempore lata ſententia non valeat, perdit officium ſuum in caſu neceſsitatis. *ita expreſſe ſcribit Bald. in l. caſus. 8. per illum text. C. de teſtament. ſequitur Socin. in tract. fallent. reg. 445. incip. Sententia regulariter de nocte. limitat. 4. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. lib. 1. q. 62. num. ult.* Deinde ſi hoc conceditur in cauſſa dotis, multo magis concedetur in alimentis. Sed verum eſt prius. Ergo & poſterius. Ratio conſequentiæ in copulato probatur *per ea quæ dixi ſ. lib. 2. cap. 10. nu. 19.* Aſſumtum confirmatur *ex l. 1. verb. ſemper. ff. ſolut. matrimon. & Baptiſt. de S. Blaſio in tract. de priuileg. dotal. num. 331.* Nunc
14 † videndum eſt, vtrum hæc, de alimentis futuris & ex iure debitis, ſententia ſit diffinitiua, an vero interlocutoria. Et ſane etiam in hac quæſtione animaduertere licet opinionum diuerſitatem. Accurſius enim *in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. verb. iubebunt. ff. de lib. agnoſc.* putat hanc ſententiam interlocutoriam eſſe. Idem Accurſius *in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. verb. ſententiæ.* putat eſſe definitiuam: *Et hanc poſteriorem opinionem amplectitur Bart. in d. §. ſi vel parens, & d. §. ſi quis ex his. num. 1. & in tract. de aliment. num. 47. Baptiſt. Pontan. eod. tract. cap. 19. num. 2. Io. Bolognet. in l. imperium. num. 41. ff. de iurisdict. omn. iudic. Franc. de Acceptant. in d. tract. quæ ſentent.*
15 *dic. definit. q. 12.* Sed hæc † ſententiarum diſcrepantia, tolli poteſt remedio diſtinctionis. Aut enim pronunciatur actorem ali oportere principaliter, cum actor iudicem hac de re ſolummodo adijt & tum eſt diffinitiua: *d. clem. ſæpe. §. ſententiam vero diffinitiuam.* aut pronunciatur tantum incidenter, vt quando litigatur de alia re, & interim actor reum, vel reus actorem debet alere, prout exempla deſumi poſſunt ex capite 13. libri primi: tum hæc ſententia eſt interlocutoria. Quam diſtinctionem non tantum bene confirmat definitio ſenten-

ſententiæ tam diffinitiuæ, quàm interlocutoriæ: *l. qualem. 19. §. vlt. verſic. non ea ſenſiſſe ſententia quæ arbitrium finiat. ff. de rec. qui arbitr. recep. Marant. d. tit. ſententia num. 2.* ſed etiam expreſſe in noſtris terminis amplectitur Albericus de Roſat. *in d. §. ſi quis ex his. num. 2. & ſequitur Cordub. de Lar. ibid. num. 13. Hippol. de Marſil. in d. tract. Bannitorum. verb. Sententia in princip. num. 59. & 80. ac iterum in eod. verb. §. 1. num. 49. qui tamen Hippolytus non recte huius diſtinctionis autorem laudat Angelum, cum quod ego ſciam, eius nuſquam meminerit.* Illud aſſerit

16 † Angelus *in l. imperium. num. 13. verſic. Et per hoc conſului. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & ſequitur Baptiſt. Pontan. d. c. 19. nu. 2.* quod ſententia etiam principaliter in cauſsis ſummarijs lata, non ſit mere definitiua: propterea quod à natura interlocutoriæ habeat, vt feratur lite non conteſtata, nec obſeruatis alijs ſolennitatibus. Sed reſponderi poteſt, huic argumentationi ſubeſſe videri fallaciam ſecundum non cauſſam, vt cauſſam. Definitiua enim & nomen & rem ſortitur, non à modo vel forma externa procedendi, qua peruenitur ad eam, ſed à forma interna, quando nimirum ita eſt concepta vt cauſſa in iudicium deductæ finem imponat. *d. l. qualem. 19. §. vlt. Marant. d. num. 2.* Cum igitur iſte modus vel forma procedendi, principaliter & vere non efficiat ſententiam definitiuam: non recte ex omiſſa litis conteſtatione concludit Angelus: *ſ. lib.*

17 *3. cap. 11. num. 8.* Ad effectum † referri poteſt illa quæſtio, num ſententia in qua quis iuſſus eſt alere alterum, præiudicet cauſſæ principali? Et reſpondendum putem, quod non. Aut enim petita fuerunt alimenta principaliter, aut non principaliter, ſed incidenter. Priore caſu habemus textum expreſſum, quod nihilominus de vinculo vel de neceſsitudine, ob quam actor ſe ali debere contendit, cognoſci debeat & poſsit. *l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. & §. ſolent. ff. de lib. agnoſc.* Rationem huius rei aſsignat Iuriſconſultus ipſe *in d. §. meminiſſe.* inquiens: Nec enim hoc pronunciatur, filium eſſe, ſed ali debere. Iam autem dictum fuit *ſ. lib. 2. cap. 5. num. 1. cum ſeqq.* quod ex ſola nutritione, filiatio, vel fraternitas non probetur. Huic rationi accedunt auctoritates Doctorum,

*Azo in ſumma. C. de alend. lib. num. 6. Natta conſil. 473. num. 6. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. nu. 34. cum ſeq.* Poſteriore vero caſu certum eſt, quod decretum de alimentis alteri litigantium præſtandis interpoſitum, cauſſæ de qua principaliter controuertitur, præiudicium non afferat. *l. pen. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur. l. ſi neget. 7. in fin. ff. de lib. agnoſc. Tiber. Decian. conſil. 66. num. 2. verſ. quæ aſſignatio vt incidenter decreta vol. 2. & iſtud conſilium à verbo ad verbum repetitum inuenitur in conſil. 128. vol. 3. ſequitur Menoch. de præſumt. lib. 1. quæſt. 35. nu.*
18 *vlt.* Cæterum † id quod in priore caſu dicitur, limitatur à nonnullis, vt verum ſit, ſi ſcilicet filiatio vel aliud huiuſmodi vinculum tantummodo ſummarie probetur: ſecus ſi plenarie: tum enim hanc probationem in alia controuerſia prodeſſe & præiudicium creare, ſentit Azo *in ſumm. Cod. de alend.*
19 *lib. num. 6. per l. 2. C. de ord. cognit.* Sed † non ſine cauſſa quis dubitet, num ex hoc textu iſta limitatio ſatis confirmetur. Quod enim ibi dicitur, ſufficere ei, qui libertate vtitur, ad victoriam, de hæreditate ſecundum eum eſſe pronunciatum: id ad præſentem quæſtionem vt commode applicari poſsit, ambigo: propterea quòd qui hæres per ſententiam declaratur, eum etiam libertate frui neceſſario præſupponatur: cum iuris, per hæreditariam ſucceſsionem deuoluti, *l. hæreditas. 63. ff. de reg. iur.* ſeruus ſit incapax. *l. 1. C. de hæred. inſtit.* At non ita eſt in noſtro caſu. Nam qui iubetur ali, non propterea neceſſario præſupponitur, quod eius, à quo nutriri debet, ſit filius, *vt dixi ſ. lib. 2. cap. 5. num. 1. cum ſeqq.* Verum id facile conceſſerim, textum *d. l. 2. C. de ordin. cognit.* ad rem præſentem ita recte accommodari poſſe, vt ſi Caius iam percipiat alimenta à Titio, & antea fuiſſet pronunciatum, Caium eſſe Titij filium: hoc ſufficiat iſti Caio ad victoriam contra Titium recuſantem præſtare alimenta: quia dum præiudicatum fuit, hunc illius eſſe patrem, neceſſario efficitur, vt egentem alat. *§. 1. Inſtitut. de iur. natur. gentil. & ci-*
20 *uil. iunctis iis quæ dixi ſupra libro 1. cap. 2. & 3.* Deinde † etſi pro huius limitationis confirmatione, adducat D. Surdus *in eruditiſſimo ſuo opere de alimentis nuper edito tit. 1. quæſtion. 126.*

*126. num. 10.* Innocentium *in c. ſaborta. ext. de re iudic.* dicentem, ( quod ibi ego non poſſum inuenire ) rem iudicatam ſuper incidenti obeſſe cauſſæ principali, ſi ſuper incidenti fuit plene cognitum: tamen reſponderi poteſt, accommodationi huius axiomatis ad rem præſentem, ſubeſſe fallaciam à
21 dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Nam ſi † à iudice de incidenti quæſtione plene cognitum fuit, diſtinguitur: aut enim cognoſcendum fuit plenè, aut non plenè, ſed tantum ſummarie. In priore caſu poſſem aliquo modo concedere axioma à D. Surdo allatum, ſed quia nos non verſamur in iſtis terminis, ideo omitto. Itaq; in poſteriore caſu, quando iudex debuit ſummarie de incidenti cognoſcere, & poſthabito hoc iuris præcepto, cognouit plene, perinde eſt ac ſi cognouiſſet ſummarie. *l. ſi quis libertatem. 7. §. fin. ff. de petit. hæred. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. ita expreſſe tenet Petr. de Bellapert. in repet. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* ſed in cauſſa alimentorum debet iudex de filiatione incidenter denegata ſummatim cognoſcere. *d. l. ſi quis à liberis. §. meminiſſe. ff. de lib. agnoſc.* Ergo ſi plene cognouerit, perinde erit, ac ſi ſummarie tantum cognouiſſet. Accedit, quod
22 † ſuperius allegatum axioma non procedat in probationibus ſine litis conteſtatione vel ante eam factis. *c. veniens. 38. ext. de teſtib. Frider. de Senis conſil. 160. incip. Caſus talis eſt. Dominus Minus de Tholomeis. quem refert & ſequitur Alex. in l. ſæpenum. 81. ff. de re iudic.* Sed in cauſſa alimentorum futurorum non adhibetur litis conteſtatio. *clem. ſæpe. verſic. litis conteſtationem non poſtulet. de verb. ſignific.* Ergo in hac cauſſa iſtud axioma non procedit. Si aliquis exciperet, quod quando reus ad petitionem reſpondet, id habeatur pro litis conteſtatione: tum reſpondeo hoc fieri quoad exceptionum dilatoriarum excluſionem; & vt ſententia valeat, *quemadmodum dixi ſ. lib. 3. cap. 11. num. 6. cum duob. ſeqq.* non autem quoad confirmandas probationes, *vt eſt text. apertus. in d. c. veniens.*
23 *38. ext. de teſtib.* Præterea † etſi iudex his vel alijs ſimilibus verbis conciperet ſententiam: quoniam Caius actor ſufficienter probauit, ſe eſſe Titij rei conuenti filium; ideo pro-

nunciamus actorem à reo ali oportere, prout eum iudicialiter condemnamus: tamen hæc probationis ſufficientia accipi debet, quoad ſubiectam alimentorum condemnationem. verba enim iuxta ſubiectam materiam ſunt accipienda, *l. ex conducto. 15. §. Papinianus. (aliàs incipit l. ſi vno. 17.) ff. locat.* & vltra intentionem proferentium non ſunt porrigenda. *l. non*
24 *omnis. 19. ff. ſi cert. pet.* Proinde † cum Angelo *in d.l. ſi iudex. num. 1. verſ. extra quæro. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* concludo, quod huiuſmodi plenaria diſcuſsio in alimentorum ex legis diſpoſitione debitorum petitione, ſit impertiens, & cauſſæ principali non creet præiudicium: *per d. §. meminiſſe. & d. §. ſolent. & d. l. ſi iudex. 10.* ſcilicet quando aliud & quidem peculiare de exceptione obiecta proditum eſt iudicium *vt dixi ſ. lib. 3. cap. 1. num. 9. cum tribus ſeqq.*

# DE APPELLATIONE.

## Caput XV.

### SVMMARIVM.

1. *A ſententia de futuris alimentis & pauperi actori debitis lata non appellatur: quæ theſis ampliatur, licet petantur iure actionis. num. 3. vel tantum pars, vt eſt habitatio. num. 5. & licet actor conſentiat appellationi. num. 6. fallit, ſi contra alimentarium feratur ſententia. num. 7. & quoad effectum deuoluendi. num. 8. fallit vt etiam in præteritis prohibeatur appellatio propter calumniam. num. 12. fallit ſi debitores alimentorum inuicem litigent. num. 13.*
2. *Medium quo proſequimur alimenta quoad appellationem vel concedendam vel denegandam, non eſt conſiderandum & num. 3.*
4. *A ſententia ad pias cauſſas an poßit appellari.*
9. *Duo præcipui appellationum effectus.*
10. *Iudex à quo poſt appellationem ſuam ſententiam in futuris alimentis exequitur.*
11. *Hac appellatio ex Fr. Perſonalis ſententia non deuoluit cauſſam ad ſuperiorem.*

*14. Exe-*

14. *Executio interim facta, prætextu attentatorum non reuocatur: licet ſuperior iudex inhibitionem miſerit ad inferiorem. num. 15.*

CVM in quolibet doctrinarum genere primum locum ſibi vendicet quæſtio, an ſit: *Ariſtot. lib. 2. poſter. analytic. cap. 1. Io. Sturm. lib. 1. partit. Dialect. cap. 2.* merito ante omnia quærendum eſt, an à ſententia de alimentis lata liceat appellare. Cui inueſtigationi iterum præmittenda eſt diſtinctio, qua dicimus alimenta quædam ex legum diſpoſitione ob paupertatem deberi; quædam vero ex contractu, vltima voluntate & delicto, non conſideratis alimentarij vel opibus vel inopia. *s. lib. 1. cap. 1. num. 10.* deinde quod alia ſint præſentia & futura, alia præterita: *d. c. 1. num. 17.* Conſtituendam
1 † igitur arbitror huiuſmodi theſin, quod à ſententia de alimentis futuris pauperi actori debitis, non permittatur appellare. *l. ſi res dilationem. 7. & ibi Bart. in princ. ff. de appellat. recip. vel non. Albert. Galeott. in Margarit. cap. 26. num. 20. Speculat. in tit. de appellat. §. in quibus autem caſibus num. 11. Alberic. de Roſat. l. 1. C. de alim. pupil. præſt. Dec. l. de alimentis. 8. nu. ... de tranſact. Anton. Nicell. in concordantijs gloſſarum iuris ciuil. ... Canon. concordant. 6. verſ. Septimus fallit in cauſſa alimentorum. Vital. de Camban. in tract. Clauſul. cap. penult. num. 206. Marc. Mant. ſingul. 22. num. 3. Thom. Grammat. conſil. ciuil. 146. num. 14. Hier. Gigas conſil. 130. incip. Edoceri. num. 6. Natta conſ. 108. num. 1. Anton. Corſet. in repertorio ad Panormitanum. verb. Alimenta. Io. Cephal. conſil. 485. num. 86. Cæſar de Vrſil. in addit. ad Matth. de afflict. deciſ. 152. num. 1. Leopold. Dick. in œcon. ordin. iudic. part. 4. tit. de appellat. verſic. In cauſſa alimentorum quoq;. Io. à Reberter. lib. 4. Topic. cap. 8. in fin.*
2 Hanc theſin etſi † plurimi ex allegatis Doctoribus ita proponunt, quaſi procedat ſoluinmodo quando actori officium iudicis competit, quod vſu venit in alimentis ex legum diſpoſitione debitis: ſecus vero quando iure actionis, puta ex contractu, teſtamento, delicto &c. petuntur: quemadmodum hanc diſtinctionem expreſſe tradit Speculator *in d. §. in quibus autem caſibus, num. 11.* & per eam diuerſos locos Bartoli *in d. l. ſi res. 7. ff. de appellat. re-*

*lat. recip. putantis non admitti appellationem, & in tract. de alim. nu. 47. contrarium aſſerentis*, in conſonantiam redigit Chriſtoph. Nicellus *in concordantijs contrarietatum Bart. concordant. 40.*
3 quia tamen † theſeos propoſitæ ratio, nempe vitæ periculum, quod in denegatis alimentis vertitur, latius patet, ideo iſtam theſin ampliandam puto ad ea etiam alimenta, quorum petitioni actio certa inſeruit, ſi ſcilicet actor adeo ſit pauper, vt non habeat de quo ſe ſuſtentet. Exempli cauſſa, Titius magna laborans paupertate, in iudicio perſequitur alimenta ſibi à Caio legata, & obtinet ſententiam contra Mæuium hæredem: huic licet actione ex teſtamento ordinaria conuento, appellare non permitti arbitrer: propterea quod hoc caſu non minus quam ſi ſolum iudicis officium competat, periculoſa ſit futura mora, *l. necare. ff. de lib. agnoſc.* atq; ita etiam in his quæ actione perſequimur, locum habeat regula *d. l. ſi res. dilationem 7. ff. de appell. recip. Et per hanc rationem ita ſentit Bald. Nouell. in l. 1. num. 483. cum ſeq. ff. ſol. matr. itemq. in tract. de dote. part. 9. priuileg. 7. at in hac opinione f[illegible] Franciſcum Aretinum in l. ita ſtipulatus, num. 9. ff. de verb. [illegible] ex eo apparet, quod textum d. l. ſi res. 7. alimentis teſtam[illegible] tis accommodat.* Huic † ampliationi ſuffragatur p[illegible]
4 alia ratio: A ſententia lata ad pias cauſſas non poteſt appellari. *Bald. in repetit. l. 1. num. 52. in fin. C. de S S. Eccleſ.* Sed legata alimenta homini pauperi pertinent ad pias cauſſas *per ea quæ dixi s. lib. 2. cap. 7. nu. 6.* Ergo &c. *quam rationem affert Marcus Mantua. ſingul. 22. num. 4. & 5.* Verum plus roboris ineſt priori: cum pia cauſſa hoc priuilegio, vt appellatio non admittatur, fruatur, non niſi quando in mora eſt periculum *Bald. d. l. 1. num. 52. Tiraq. de priuil. piæ cauſſæ. priuil. 155. Nic. Euerhard. in Topic. loc. 59. Ab alimentis ad piam cauſſam. nu. vlt. Io. à Rebertier. d. lib. 4. Topic. cap. 3. in fin.* Secundo amplia-
5 atur † hæc theſis, vt locum habeat, non tantum quando ſententia fertur de alimentis, ſed etiam de qualibet eorum parte. Quoniam enim *s. lib. 2. cap. 1.* dictum fuit, habitationem etiam alimentorum nomine contineri: & iam oſtendi, à ſententia alimentaria non licere appellare: conſequens eſt,
vt ſi

vt ſi aliquis alterum turbet in habitatione, iudex autem ſententiam dicat pro habitante, appellatio non admittatur: propterea quod etiam hæc res dilationem non patiatur. *ita expreſſe ſcribit Bald. in l. vnic. num. 6. verſ. Quid ſi vnus ſcholaris turbat. C ſi de moment. poſſeſſ. Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 844: Cordub. de Lar. in l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. num.*
6 *30. ff. de liber. agnoſc.* Tertiò † ampliatur thema, vt adhuc locum habeat, licet tam appellationi quam eius proſecutioni conſentiat is, qui fame laborat. Nam qui ſententiam pro ſe obtinuit, ſi conſentiret vt reus condemnatus appellaret, tum beneficio iuris pro ſe introducto, cum vitæ ſuæ periculo renunciaret. Sed poſterius non poteſt fieri. Ergo nec prius. Copulatum probatur ex eo, quod actor, qui extrema laborat inopia, interim dum reus appellationem proſequeretur, in vitæ periculo verſetur *per d. l. necare.* Aſſumtum probo per textum *l. non tantum. 6. in fin. ff. de appellat.* Eſſe autem beneficium iuris, quod in cauſsis alimentorum non admittatur appellatio, extra controuerſiam arbitror *d. l. ſi res*
7 *dilationem. 7.* His ampliationibus † ſubijciendæ etiam ſunt nonnullæ reſtrictiones. Et primò limitatur iſtud thema vt verum ſit, quando ſententia fertur pro alimentario, ſecus ſi contra eum. Hoc enim caſu nihil impedit, quominus is, quem ali non debere iudex abſoluto reo pronunciauit, ad ſuperiorem poſsit appellare. Nam cum plus periculi immineret, ſi hæc ſententia in rem iudicatam tranſiret, quam ſi poſt aliquod temporis interuallum à ſuperiore retractetur: merito non deneganda huic erit appellatio: ne aliàs in alimentorum detrimentum redundaret, quod in ipſorum commodum & fauorem eſt introductum *l. nulla. 25. ff. de ll. l. quod fauore. 6. C. eod. iunctis ijs quæ ſcribit Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 876. & ita in terminis noſtris ſentit Riminald. ſenior conſil.*
8 *280. num. vlt. vol. 2.* Secundò † limitatur, vt thema procedat ſolummodo quoad effectum ſuſpenſiuum executionis, non vero quoad effectum deuolutiuum. Inter alios enim plures appellationum effectus, *de quibus videri poteſt præceptor ac ſocer meus honorandus Dn. Matth. VVeſenb. ad tit. ff. de appel-*

*appellat. num. 10. poſt Hoſtienſem in ſumma, eod. tit. num. 13.* Illi
9 † duo non ſunt poſtremi, quod appellatio non tantum cauſ-
ſam ad ſuperiorem iudicem deuoluat, ſed etiam quod exe-
cutionem prioris ſententiæ ſuſpendat & remoretur. *c. veni-
entes. 19. ext. de iureiur. c. ſi à iudice. 10. de appellat. in 6. Ludouic.
Roman. conſil. 41. incip. In præſenti conſultatione. num. 4.* Quan-
10 do igitur † iudex inferior ſententiam profert pro alimentis,
alter vero appellat: tum hæc appellatio deuoluit quidem
cauſſam ad ſuperiorem, ſed interim iudex à quo, nihilomi-
nus exequitur ſuam ſententiam, ita vt ex condemnati bonis
victori alimenta decernat. *d. l. ſi res dilationem. 7. ff. de appellat.
recip. l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. & ibi notat Baldus in lect. 2.
num. 2. ff. de inoff. teſtam. l. filius. 9. ff. de iur. delib. l. 1. §. ſed etſi
quis. ff. de Carbon. edict. l. 2. C. eod. tit. l. ſi neget. 7. ff. de lib. agnoſc.
l. fin. C. de ordin. cognit. Alberic. de Roſat. d. l. ſi quis à liberis. in pr.
num. 22. Ant. de Butr. c. cum ſuper. num. 14. ext. de cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Bald. Nouell. in l. 1. num. 485. ff. ſolut. matrim. & iiſ-
dem plane verbis in tract. de dote part. 9. priuil. 7. Ludou. Roman.
l. ſi vero. §. de viro. in 40. principali fallentia. verſic. Tertio proba-
tur (in ipſius operibus habetur ſub num. 71. ſed in voluminibus repe-
titionum num. 204.) ff. ſolut. matrim. Thom. Grammat. conſil. ci-
uil. 146. num. 13. Petr. Feller. de contract. cenſual. §. 6. incip. Cen-
ſus enim dici ſolet. num. 86. Paris de Puteo in tract. Syndicatus. verb.
Expenſæ. cap. 1. num. 2. Cornel. Benincaſ. tract. de priuileg. paupert.
quæſt. 7. ſpecial. 4. per tot. Petr. Rebuff. ad conſtit. Regias, tomo 3.
tit. de Appellat. artic. 7. gl. 2. num. 19. & 20. Matth. de Afflict. deciſ.
152. num. 3. Io. Lup. de Palat. c. per veſtras. in princ. §. 39. ext. de
donat. int. vir. & vx. Caualcan. de vſufr. mul. relict. num. 138. in fin.
Marcus Mantua lib. 2. obſeruat. cap. 16. non procul ab initio. Io. de
Roias in Epitom. omn. ſucceſſ. cap. 21. num. 71. Rip. in l. qui pro tri-
bunali. num. 4. ff. de re iudic. Franc. Maria Plotus in addition. ad
Garrati Laudenſis conſil. 48. num. 4. Cephal. conſil. 518. num. 28.
Alexand. Stiatic. in obſeruat. cap. 9. num. 44. ac nouiſſimè Andr.
Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 77.* Et hæc ſententia COMMV-
NIS eſt, *teſte Simone de Pratis de interpret. vltim. volunt. lib. 4.
interpret. 1. dubit. 11. num. 98.* imò *MAGIS COMMVNIS,*

*Cæſar.*

*Ceſar. Contard. in l. vn. limit. 3. num. 54. C. ſi de moment. poſſeſſ.*
11 Vnde † non credo temere aſſentiendum eſſe Franciſco Perſonali *in quæſt. 5. num. 37.* putanti quoad vtrumq; effectum appellationem prohibitam eſſe, hanc ob cauſſam, vt eo minus textus *d. l. fin. ff. de appellat. recip.* corrigatur. Quando enim de interpretatione legis quæritur, inprimis inſpiciendum eſt, quo iure ciuitas retro in eiuſmodi caſibus vſa fuit: optima enim legum interpres eſt conſuetudo. *l. ſi de interpretatione. 37. cum l. ſeq. ff. de ll.* Neq; concedo, illa inter effectum ſuſpenſionis & deuolutionis diſtinctione, emendari aut corrigi textum *d. l. fin.* imò ita euenit; vt iura appellationem admittentia, *l. & in maioribus. 20. C. de appellat. Lanfr. de Orian. cap. quoniam. verb. interlocutor. & appell. num. 60. ext. de probat.* cum iuribus eandem appellationem repudiantibus, quam maxime concilientur: id quod inprimis fieri de-
12 bet. *l. vnic. C. de inoff. dot.* Tertiò † quod in themate huius capitis dixi, à ſeutentia de futuris alimentis lata, non admitti ſolere appellationem: & econtra licitum eſſe appellare de alimentis præteritis: *prout ĩ. allegati Doctores expreſſe tenent, quibus nunc addo Cacheranum deciſ. 25. num. 20. Petr. Duenn. reg. 360. incip. Filio durante lite. limit. 7. Pontan. de aliment. cap. 19. num. 3.* cum hæc alimentarijs priuilegijs non fruantur: *l. cum hi. 8. ff. de tranſact. l. de alimentis. 8. C. eod. & dixi ĩ. lib. 2. cap. 7. num. vlt.* id limitatur, vt ne quidem in præteritis alimentis concedatur appellatio, ſi materia calumniandi & fruſtrandi induceretur, quæ à iure prohibetur *l. conuenire. ff. de pact. & ita iudicatum fuiſſe refert Petr. Rebuffus in Commentar. ad conſtitut. Reg. tom. 1. tit. de ſentent. prouiſional. artic. 1 gl. 2. num.*
13 *31.* Quartò † limitatur, vt illa theſis ſolummodo accipienda ſit de eo caſu, quo alimentarius litigat cum debitore: ſecus ſi ex duobus pluribusue, alium nunc non litigantem alere obſtrictis, vnus appellet. Nam licet de futuris diſceptetur alimentis, nihilominus admittitur appellatio, cum res inter alios acta alimentario, vtpote tertio nocere nec debeat nec poſsit *t. t. C. res inter al. act. atq; ita per l. quædam mulier. 41. ff. famil. herciſc. l. vlt. ff. de iur. patr. ſcribit Angelus l. ſi iu-*

*dex.*

14 *dex. 10. num. 4. ff. de his qui ſunt ſui vel al. iur.* Ex † themate igitur ita declarato & præcipue ex ſecunda limitatione efficitur, vt iudex, qui pronunciauit pro alimentario, ſuam ſententiam mandare executioni debeat, non obſtante alterius, qui ad danda alimenta condemnatus eſt, appellatione, *Bapt. Aſin. in iudiciorum praxi. §. 31. cap. 2. limit. princip. 2. num. 6.* & quod hæc executio non poſsit, prætextu attentatorum, reuocari & in nihilum redigi. Cum enim, vt paulo ante dixi, huiuſmodi appellatio effectum ſuſpenſiuum non habeat: conſequens eſt, quod iure facta fuerit executio, & propterea nec nomen attentatorum mereatur. *& ſic in terminis loquuntur Hieron. Manfred. lib. 1. de Attentat. part. 7. num. 98. part. 10. nu. 52. cum ſeq. & lib. 2. concluſ. 36. 57. 157. & ſeq. Fr. Herculan. in eod. tract. de Attent. cap. 30. num. 38. & 119. Menoch. de præſumt. lib. 1. præſumt. 35. num. 19. Io. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 19.*
15 *num. 5.* Et hoc ampliatur, vt licet † iudex ſuperior inhibuerit inferiori, ne ſententiam ſuam exequatur, nihilominus tamen poſsit & debeat mandari executioni, neq; videatur attentatum. *Geminian. c. Romana. §. ſi autem. num. 3. de. appellat. in 6. Ripa conſil. 165. (ſub tit. de appellat. eſt tertium.) incip. Cum appellatio de iure. in fin.* Cum igitur regulariter appellatio non concedatur, & ita ad quæſtionem An ſit, negatiue in hoc præſenti inſtituto reſpondeatur, non eſt vt de cæteris ab Ariſtotele *d. cap. 1.* adductis quæſtionibus ſimus ſolliciti.

# DE EXECVTIONE.

## Caput XVI.

### *SVMMARIVM.*

1. *Integer tractatus de executionibus, hic non expectandus.*
2. *Quatuor ſunt præcipui modi executionis.*
3. *Executio ſententiæ de alimentis futuris late accommoda eſt captura pignorum: quorum tamen diſtractio non eſt ſemper neceſſaria. num. 4.*
5. *Clericis res mobiles in hanc executionem non capiuntur.*

6. *Quan-*

6. *Quando principaliter alimenta in futurum præſtanda non petuntur nihil intereſt executio quo fiat modo. num. 7. & 8.*
9. *Quantum ſit capiendum.*
10. *Intra quod temporis ſpacium.*
11. *Excuſſionis oppoſitio non eſt admittenda.*

VLTIMVS actus proceſſus iudiciarij eſt executio. *Ma-*
1 *ranth. in aur. praxi. part. vlt. lit. vlt. num. 1.* Quæ † tractatio etſi tam late patet, vt peculiare volumen expoſcat: prout in ea explicanda egregiam operam nauarunt Io. Bapt. Aſinius, & præceptor meus Dn. Matthias Colerus: tamen quemadmodum ex ſuperioribus apparet, animum non induxi, quod omnia quæ de proceſſu iudiciario reperiuntur, huc velim coaceruare: ita, vt finis præcedentibus congruat, breuiter attingam, quæ executioni in hac alimentorum materia poſſunt inſeruire. *l. filia. 5. C. de patr. poteſt.* Et primò vt
2 de modo incipiam, ſunt quidem quatuor † præcipue modi quibus reus condemnatus, vt ſententiæ pareat, compellitur: quorum primus eſt, vt manu militari res, de qua lis fuit, auferatur: *l. qui reſtituere. 68. ff. de rei vindic.* ſecundus pœnæ comminatio, niſi ſatisfaciat victori: *l. 1. C. de execut. rei iudic.* tertius captura pignorum: *l. à Diuo Pio. ff. de re iudic.* quartus iuramentum in litem: *l. à poſſidentibus. 21. & ibi gl.*
3 *vlt. C. de rei vindic.* at † nullus eſt conuenientior inſtituto noſtro, quàm tertius: ita vt ſi non præſtentur alimenta à reo condemnato, pignoribus captis & diſtractis cogatur ſententiæ ſatisfacere, *ita eſt text. manifeſtus in l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. ff. de liber. agnoſc. Bald. conſil. 103. incip. Præmiſſis verbis teſtamenti. num. vlt. vol. 5. Io. de Anan. ad rubr. ext. de infant. & languid. expoſ. num. 11.*
4 Quod autem † de diſtrahendis pignoribus dicitur, id perpetuum & neceſſarium non eſt. Si enim adſint res, quæ fructum annuum ferunt, tum poteſt iudex prædium aut fundum rei condemnati aſsignare victori alendo, vt inde ipſe ſua manu capiat alimenta: & cogantur coloni vel inquilini præſtare victori, quæ antea præſtabantur reo condemnato. *l. Imperator. 50 in fin. ff. ad SC. Trebell. Ludou. de Molin. lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 15. nu. 71.*

*cum ſeq. atq; ita in Senatu Galleco obſeruari ſolere ſcribit Io: Garſ. de*
5 *Expenſ. & meliorat. cap. 3. num. 2.* Fallit † hæc pignorum captura, primò in clericis, contra quos cenſuris Eccleſiaſticis agendum eſſe videtur. Cum enim quidam clericus fuerat condemnatus ad dandam prouiſionem puellæ, quam grauidam fecerat, refert Petrus Rebuff. *in comment. ad conſtit. Reg. tom. 1. tit. de liter. obligat. artic. 2. gl. vn. num. 113.* pronunciatum fuiſſe, eius mobilia in cauſſam iudicati non ſumenda, ſed cenſuris in eum vtendum: propterea quod non ſint auferenda alimenta à clerico, vt alter alatur, & non ſit diſcooperiendum vnum altare vt aliud cooperiatur. *l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab.* Et ex hac Rebuffi ratione apparet, hanc limitationem præcipue accipiendam eſſe de rebus mobilibus, ad alendum tegendumq; corpus neceſſarijs: ita vt ad ſcyphos argenteos, catenas aureas &c. non videatur per-
6 tinere. Secundò fallit † in omnibus caſibus, in quibus ad alimenta in futurum præſtanda principaliter non fuit actum: quæ limitatio multis exemplis, præſertim ex capite quinto libri ſecundi, declarari poteſt. Verbi cauſſa, ſi Mæuius, cui ager Cornelianus donatus fuerat hac conuentione, vt aleret donatorem, huic de neceſſarijs non proſpexerit, repeti poteſt ipſe ager, *per text. in l. 1. C. de donat. quæ ſub mod.* In hac repetitione ſi iudicatum fuerit pro donatore, executio fieri poteſt & debet per manum militarem, *d. l. qui reſtituere. 68.*
7 ſic † ſi mulieris, quam maritus ſpreuit neq; aluit, ita defunctæ hæres, repetat dotem, quæ aliàs marito ſolet obuenire: & hæres in iudicio obtineat: nihil intereſt per quem modum
8 ex iudicatis, ſententia executioni mandetur. Idemq; † accipiendum eſt in cæteris caſibus, in quibus de denegatis alimentis agitur, quos attuli ſ. *lib. 2. cap. 5. num. 25. cum ſeq. & huc pertinent quæ ſcribit Ant. Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. num. 2. & ſeqq.* & quando certa pecuniæ ſumma pro ante præſtitis alimentis petitur, & actori adiudi-
9 catur. *Caualcan. deciſ. 35. num. 33. part. 1.* Si † quis quærat quantum capiendum ſit, vt alimentis ſufficiat: ei commodiſsime reſponderi poſſe puto ex ijs quæ dixi ſ. *lib. 2. cap. 2.* De ter-

10 De termino † intra quem executionem fieri oportet, ſcribit Iuriſconſultus Vlpianus, quod tempus iudicati à lege aliàs conſtitutum, non ſit obſeruandum *l. 2. ff. de re iudic. gl l. 1. verb. fungetur. C. de alim. pup. præſt. Stephan. Forcatul. in penu iuris. cap. 28. & attigi ſ. lib. 3. cap. 11. num. 19. & 20.* adeo quidem vt licet condemnatus appellet, nihilominus tamen debeat iudex ſententiam ſuam exequi *per ea quæ dixi cap. præcedente. num. 10. & 14.* Executio enim retardari non debet, propter periculum vitæ, in cuius ſubſidium dantur *l. filia. 5. C. de patr. poteſt. Hier. Gigas tract. de penſion. quæſt. 69. num. 4.* Quod
11 ſi † prædium victori vt paulo ante *num. 4.* dixi, aſsignatum ad tertium perueniat, non puto contra victorem opponi poſſe exceptionem excuſsionis: partim quod excuſsio ſit de apicibus iuris, *gl. l. ſi mancipium. 34. verb. actum eſſet. ff. de euict.* cuiuſmodi exceptionibus non eſt locus, quando agitur ex bono & æquo, *Caſtell. Cotta in memoral. verb. Apices iuris.* vt fieri debet quando de futuris alimentis diſceptatur: *ſ. lib. 3. cap. 1.* partim per ea quæ tradit Couarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 7. num. 6. & Io. Garſ. de expenſ. cap. 4. num. 45.*

FINIS LIBRI TERTII.

Soli DEO gloria.

Iacta in DEVM curam tuam, & ipſe te enutriet.
*Pſal. 55. verſ. 23.*

# Librorum & auctorum, quibus præter iuris vtriuſque textus & gloſſas in his libris Martinus Colerus vſus eſt,

## CATALOGVS.

*Achilles Perſonalis Mirandulanus.*
*Adrianus Pulueus.*
*Adrianus Turnebus.*
*Ægidius Bellamera Cardinalis Sabinenſis.*
*Ægidius Boſſius Mediolanenſis.*
*Ægidius Thomatus Cunienſis.*
*Ælianus Sophiſta.*
*Ælius Spartianus.*
*Æmilius Probus.*
*Albericus Gentilis.*
*Albericus de Maletis Papienſis.*
*Albericus de Roſate Bergomenſis.*
*Albertus Bolognetus Bononienſis.*
*Albertus Brunus Aſtenſis.*
*Albertus Galeottus Parmenſis.*
*Albertus de Gandino.*
*Alexander ab Alexandro Neapolitanus.*
*Alexander Stiaticus.*
*Alexander Tartagnus Imolenſis.*
*Aloyſius Luiſinus Vtinenſis.*
*Aluiſius ab Albertis.*
*Amanellus de Claris aquis.*
*Ambroſius de Aduocatis.*
*Ambroſius de Opizonib. Papienſis.*
*Ambroſius Schurerius.*
*Ambroſius de Vignate Papienſis.*
*Andreas Alciatus Mediolanenſis.*
*Andreas Barbatia Siculus.*
*Andreas de Beſſetis.*
*Andreas Fachineus Forolimenſis.*
*Andreas Gail.*
*Andreas Tiraquellus Pariſienſis.*
*Angelus à Gambilionib. Aretinus.*
*Angelus à Sancto Ioanne.*
*Angelus de Vbaldis Perufinus.*
*Antonius Angelus Carcaſſona Sardus.*
*Antonius Auguſtinus.*
*Antonius Bardus Senenſis.*
*Antonius de Burgos Hiſpanus.*
*Antonius de Butrio Bononienſis.*
*Antonius de Canario.*
*Antonius Capycius Neapolitanus.*
*Antonius Corduba de Lara Hiſpan.*
*Antonius Corſetus Siculus.*
*Antonius Cragius Ripenſis Danus.*
*Antonius Faber Sebuſianus.*
*Antonius Gabrielius Romanus.*
*Antonius Gomeſius Hiſpanus.*
*Antonius Goueanus.*
*Antonius Guibertus Coſtanus. Toloſanus.*
*Antonius Maria Coratius Cortonenſis.*
*Antonius Neguſantius.*
*Antonius Nicellus Placentinus.*
*Antonius de Padilla Hiſpanus.*
*Antonius de Petrucia Caturcenſis.*
*Antonius Piaggius Hiſpanus.*

Ante-

*Antonius de Prato vetere.*
*Antonius de Tremolis.*
*Antonius Vacca de Capite Silicis Imolenſis.*
*Ariſtoteles Stagirita.*
*Arius Pinelus Hiſpanus.*
*Arnoldus Ferronus Burdigalenſis.*
*Aſcanius Clementinus Amerinus.*
*Auguſtinus de Arimino.*
*Auguſtinus Beroius Bononienſis.*
*Aulus Gellius.*
*Aymon Crauetta.*
*Azo Bononienſis.*

*Baldus de Bartolinis Peruſinus.*
*Baldus de Vbaldis Peruſinus.*
*Baptiſta Aymus Parmenſis.*
*Baptiſta Campofulgoſius Genuenſis.*
*Baptiſta à S. Blaſio Patauinus.*
*Baptiſta à Villalobus Hiſpanus.*
*Barnabas Briſſonius.*
*Bartholomæus Brixienſis.*
*Bartholomæus Capolla Veronenſis.*
*Bartholomæus de Capua.*
*Bartholomæus Chaſſanæus Burgundus.*
*Bartholomæus Ghitius Callienſis.*
*Bartholomæus Romuleus Florentinus.*
*Bartholomæus de Saliceto Bononienſis.*
*Bartholomæus Socinus Senenſis.*
*Bartholus de Saxoferrato.*
*Benedictus Aretius Bernenſis.*
*Benedictus Capra Peruſinus.*
*Benedictus Reinhardt.*
*Berengarius Fernandus Toloſanus.*
*Berengarius à Paulhaco Toloſanus.*
*Bernhardinus Bombinus Coſentin⁹.*
*Bernhardus VValtherus Auſtriac⁹.*
*Bernhardus VVurmbſerus.*
*Biblia.*
*Bonifacius de Vitalinis Mantuanus.*
*Borgninus Caualcanus Fiuizanenſ.*
*Brunorus à Sole Venetus.*
*Bulgarinus de Bulgarinis.*

*Cæſar Contardus Genuenſis.*
*Cæſar Lambertinus Epiſcopus Inſulanus.*
*Cæſar de Vrſillis Neapolitanus.*
*Caius Criſpus Salluſtius.*
*Caius Suetonius Tranquillus.*
*Camillus Viſitarinus Laudenſis.*
*Capellæ Toloſanæ deciſiones.*
*Carolus Molinæus.*
*Carolus Ruinus Regienſis.*
*Carolus Sigonius.*
*Caſparus Peucerus.*
*Caſtellianus Cotta Mediolanenſis.*
*Celſus Hugo Burgundus.*
*Chilianus* König.
*Chriſtophorus Nicellus Placentin⁹.*
*Chriſtophorus Portius Papienſis.*
*Chriſtophorus Zobell.*
*Claudius de Battandier.*
*Claudius Cantiuncula Metenſis.*
*Claudius Preuotius Vxellodunenſis.*
*Claudius de Seyſello Sabaudienſis.*
*Conſtantinus Harmenopulus.*
*Conſtantius Rogerius.*
*Conſtantius Varolius Bononienſis.*
*Cornelius Benincaſius Peruſinus.*
*Cynus Piſtorienſis.*

*Daniel Mollerus.*
*Deſ. Eraſmus Roterodamus.*
*Didacus Couarruuias Toletanus Hiſpanus.*
*Diogenes Laërtius.*
*Dominicus de S. Geminiano.*
*Dominicus Soto Hiſpanus.*
*Dynus de Muxellò.*

*Eberhardus Speckhan Bremenſis.*
*Emanuel Coſta Hiſpanus.*
*Emanuel Soaretz Hiſpanus.*

*Fabianus de Giocchis.*
*Fabianus de Monte Sancti Sabini.*
*Fabianus de Pepis Florentinus.*
*Federicus Scotus Placentinus.*
*Felinus Sandæus Ferrarienſis.*
*Ferdinandus Loazes Hiſpanus.*
*Fernandus Vaſquius Hiſpanus.*
*Flauius Vegetius Renatus.*
*Fortunius Garſias Hiſpanus.*
*Franciſcus de Acceptantibus.*
*Franciſcus de Accoltis Aretinus.*
*Franciſc. Becius Montisferratenſis.*
*Franciſcus Burſatus Mantuanus.*
*Franciſcus de Capitibus.*
*Franciſcus Connanus Pariſienſis.*
*Franciſcus Cremenſis.*
*Franciſcus Curtius ſenior Papienſis.*
*Franciſcus Curtius iun. Papienſis.*
*Franciſcus Herculanus Peruſinus.*
*Franciſcus Hottomannus.*
*Franciſcus Duarenus Bituricenſis.*
*Franciſcus Lucanus Parmenſis.*
*Franciſcus Mantica Vtinenſis.*
*Franciſc. Marcus Gratianopolitanus*
*Franciſcus Maria Plotus Nouarienſis.*
*Franciſc. Marzarius Vincentinus.*
*Franciſcus Niconitius Dalmata.*
*Franciſcus Patritius Senenſis.*
*Franciſc. Perſonalis Mirandulenſis.*
*Franciſc. de Porcellinis Patauinus.*
*Franciſcus Sarmientus Hiſpanus.*
*Franciſcus Turzanus.*
*Franciſcus Viuius.*
*Franciſcus Zabarella Patauinus Cardinalis Florentinus.*
*Franciſcus Zoannettus Bononienſis.*
*Fridericus Petrucius Senenſis.*
*Fridericus Pruckmannus.*
*Fuluius Pacianus Mutinenſis.*

*Gabriel Paleotus Bononienſis.*
*Gabriel Sarayna Veronenſis.*
*Galenus.*
*Gaſpar Caballinus de Cingulo.*
*Gaſpar de Calderinis.*
*Gaſpar Vallaſcus.*
*Georgius Bemel Auguſtanus.*
*Georgius Eberlinus Breſnicenſis.*
*Georgius Lauterbegus.*
*Georgius Natan Aſtenſis.*
*Gilbertus Regius Noſorenus.*
*Godeſcalcus de VVildeshuſen.*
*Goffredus Tranenſis.*
*Gomeſius Leonius Hiſpanus.*
*Gregorius Lopez de Madera.*
*Guido de Bayſio Archidiaconus Bononienſis.*
*Guido Papa Delphinas.*
*Gulielmus Benedictus.*
*Gulielmus Bont Louanienſis.*

*Guliel-*

Gulielmus Caſſador.
Gulielmus de Cuneo.
Gulielmus Durandus Bononienſis vulgo Speculator dictus.
Gulielmus Fornerius Aurelianenſis.
Gulielmus Hametonius.
Gulielmus de Ludo.
Gulielmus Maynerius Bituricenſis.
Gulielmus Poſtellus Barentonius.
Gulielmus Redoanus Genuenſis.
Gulielmus de Tulalto.

Hartmannus Hartmanni ab Eppingen.
Harmannus Piſtoris in Seuſelitz.
Henningus Göden.
Henricus Bocerus Salcatenus.
Henricus de Bouerio.
Henricus Rauchdorn.
Henricus à Roſenthall.
Heraclides.
Herodotus Halicarnaſſeus.
Hieronymus Butigella.
Hieronymus Cagnolus Vercellenſis.
Hieronymus Cuchalon Hiſpanus.
Hieronymus Gabrielius Eugubinus.
Hieronymus Gigas Foroſempronienſis.
Hieronymus Gratus Bononienſis.
Hieronymus Laurentius Aueniomenſis.
Hieronymus Manfredus Ferrarienſ.
Hieronymus de Monte Brixianus.
Hieronymus Muſcornus Cyprius.
Hieronymus Preuitellus Regienſis.
Hieronymus Schurpff.de S.Gallo.
Hieronymus Verus.
Hieronymus Zanchius Bergomenſ.
Hieronymus de Zanetinis Bononienſis.
Hippolitus Bonacoſſa Ferrarienſis.
Hippolitus de Marſilijs Bononienſis.
Homerus.
Horatius Lucius Callienſis.
Horatius Mandoſius Romanus.
Hoſtienſis, aliàs Henricus de Seguſia.
Hubertus de Bobio.
Hubertus Zuchardus de Corrigio.
Hugo Donellus.

Iacobinus de S.Georgio.
Iacobus Æmylianus Ferrarienſis.
Iacobus Aluarottus Patauinus.
Iacobus de Ardizone Veronenſis.
Iacobus de Arena Parmenſis.
Iacobus de Beluiſo Bononienſis.
Iacobus Boulenc Ebroicenſis.
Iacobus Concenatius.
Iacobus Cuiacius.
Iacobus Machellus Bononienſis.
Iacobus Mandellus Albenſis.
Iacobus Menochius Papienſis.
Iacobus de Nigris Bononienſis.
Iacobus Nouellus Venetus.
Iacobus Petrus de Ptolomeis.
Iacobus Philippus Portius Imolenſis.
Iacobus de Puteo Papienſis.
Iacobus Renardus Brugenſis.
Iacobus Rebuffus Montiſpeſſulanus.
Iacobus Riskius ab Arweiler.

*Iacobus Thomingius.*
*Iacobus Venentus Bononienſis*
*Iacopinus Riminaldus Ferrarienſis.*
*Iaffredus Lanfrancus Balbus.*
*Iaſon Maynus Mediolanenſis.*
*Innocentius.*
*Ioach. à Beuſt in Planitz.*
*Ioachimus Mynſingerus à Frundeck.*
*Ioannes de Amicis Neapolitanus.*
*Ioannes de Anania Bononienſis.*
*Ioannes Andreas.*
*Ioannes Antonius Rubeus Alexandrinus.*
*Ioannes Antonius Trigonia Siculus.*
*Ioannes de Arnono Salernitanus.*
*Ioannes Baccan.*
*Ioannes Baptiſta Aſinius Florentinus.*
*Ioannes Baptiſta Caccialupus de S. Seuerino Bononienſis.*
*Ioannes Baptiſta Plotus Nouarienſis.*
*Ioannes Baptiſta Pontanus Romanus.*
*Ioannes Berberius.*
*Ioannes Bernardus Diazius Hiſpanus.*
*Ioannes Bertachinus Firmanus.*
*Ioannes Blancus Marſilienſis.*
*Ioannes Bolognetus Bononienſis.*
*Ioannes Brechaus Turonus.*
*Ioannes Campeſius Bononienſis.*
*Ioannes Cephalus Ferrarienſis.*
*Ioannes le Cirier Pariſienſis.*
*Ioannes Copus Pariſienſis.*
*Ioannes Corraſius Toloſanus.*
*Ioannes Crotus Monteferratenſis.*
*Ioannes Dauth. Francus.*
*Ioannes Dilectus Durantes Gualdenſis.*
*Ioannes Faber.*
*Ioannes Ferrarius Montanus.*
*Ioannes Franciſc. Balbus Taurinenſ.*
*Ioannes Franciſcus à Ripa Papienſ.*
*Ioannes Fridericus Huſanus.*
*Ioannes Fungerus Leouardienſis.*
*Ioannes Gallus Pariſienſis.*
*Ioannes de Garronibus Anexionenſ.*
*Ioannes Garſias Hiſpanus.*
*Ioannes Gauduntius Molinenſis.*
*Ioannes Gœddeus.*
*Ioannes Guterius Hiſpanus.*
*Ioannes Hannibal de Canonicis.*
*Ioannes Hartungus.*
*Ioannes Hieronymus Cardinalis Albanus Bergomenſis.*
*Ioannes Iacobus à Canibus Patauinus.*
*Ioannes Iacobus de Leonardis Piſaurenſis.*
*Ioannes Igneus Aurelianus.*
*Ioannes de Lignano Mediolanenſis.*
*Ioannes Longouallius Pariſienſis.*
*Ioannes Lupus de Palatijs Rubeis Hiſpanus.*
*Ioannes Marcus Aquilinus Calaber.*
*Ioannes Maria Riminaldus Ferrarienſis.*
*Ioannes Mauricius Dolanus.*
*Ioannes Nicolaus Delphinas.*
*Ioannes Oldendorpius.*
*Ioannes Petrus de Ferrarijs, Papienſis.*

*Ioannes Petrus Mollignatus Vercellenſis.*
*Ioannes Petrus Surdus Caſelenſis.*
*Ioannes Raynaudus Auenionenſis.*
*Ioannes à Reberteria Turonenſis.*
*Ioannes Robertus Aurelianenſis.*
*Ioannes de Roias Hiſpanus.*
*Ioannes Ronchegallus Ferrarienſ.*
*Ioannes Sadoletus.*
*Ioannes Saiſon Turonenſis.*
*Ioannes Saporta Toloſanus.*
*Ioannes Schneidvvinus.*
*Ioannes de Selua Gallus.*
*Ioannes Sichardus.*
*Ioannes Stadius.*
*Ioannes Vaudus Pedemontanus.*
*Ioannes Zangerus.*
*Iodocus Damhouderius Brugenſis.*
*Ioſephus Ludouicus ab Aſſiſio.*
*Ioſephus Maſcardus Sarzanenſis.*
*Ioſias Simlerus Tigurinus.*
*Iſidorus Hiſpalenſis.*
*Iulius Capitolinus.*
*Iulius Clarus Alexandrinus.*
*Iulius Solinus.*
*Iuſtinus Hiſtoricus.*
*Iuſtus Lipſius.*

*Lambertus Danæus.*
*Lancelotus Galiaula Papienſis.*
Landtrecht.
*Lanfrancus de Oriano.*
*Lapus de Caſtiglionchio Florentin.*
*Laurentius Calcaneus Brixianus.*
*Laurentius Kirchonius.*
*Laurentius de Rodulphis. Florentin.*
*Laurentius Valla.*
*Laurentius Syluanus Caſalenſis.*
*Lazarus Fœnutius de Saxolo.*
*Leopoldus Dickius.*
*Lucas de Penna.*
*Lucius Iunius Moderatus Columel.*
*Ludolphus Schraderus Brunſuicenſ.*
*Ludouicus Bologninus Bononienſis.*
*Ludouicus Catus Ferrarienſis.*
*Ludouicus Fuchs.*
*Ludouicus Gozadinus Bononienſis.*
*Ludouicus de Molina Hiſpanus.*
*Ludouicus Pontanus Romanus.*
*Ludouicus de Sardis Ferrarienſis.*
*Ludouicus Syluester Ferrarienſis.*
*Ludouicus Vitalis Pedemontanus.*

*Macrobius.*
*Marcabrunus ab Anguillis Ferrarienſis.*
*Marcus Accius Plautus.*
*Marcus Antonius Bardus Senenſis.*
*Marcus Antonius Baueria Bononienſis.*
*Marcus Antonius Blancus Patauinus.*
*Marcus Antonius Cucchus Papienſis.*
*Marcus Antonius Muretus.*
*Marcus Antonius Natta Aſtenſis.*
*Marcus Antonius Peregrinus Patauinus.*
*Marcus Cato.*
*Marcus Mantua Patauinus.*
*Marcus Tullius Cicero.*
*Marcus Varro.*

*Maria-*

Marianus Socinus Senenſis.
Marquardus Freherus Auguſtanus.
Martinus de Garratis Laudenſis
Maſuerius.
Matthæus de Afflictis Neapolitanus
Matthæus Brunus Ariminenſis.
Matthæus Gribaldus.
Matthæus Laymannus Auguſtanus.
Matthæus Matheſilanus Bononienſis.
Matthæus VVeſenbecius.
Matthias Caſtritius Darmſtatinus.
Matthias Colerus.
Michael Graſſus.
Modeſtinus Piſtoris.

Nellus à S. Geminiano Florentin.
Nicolaus Antonius Grauatius Briaticenſis.
Nicolaus Bellonus Caſalenſis.
Nicolaus Boërius Montiſpeſſulan.
Nicolaus Euerhardus Middelburgenſis.
Nicolaus Moronus Gualdenſis.
Nicolaus Reuſnerus Leorinus.
Nicolaus de Tudeſchis Abbas Panormitanus.
Nicolaus de Vbaldis Peruſinus.
Nicolaus Vigelius de Dreiſa.
Nonius Marcellus.

Octauius Cacheranus.
Octauius Veſtrius Forocornelienſ.
Odofredus Beneuentanus.
Oldradus de Ponte Laudenſis.
Ouidius.

Pardulphus Prateius Auguſtoboconias.
Paris de Puteo Neapolitanus.
Paulus de Caſtro.
Paulus de Citadinis Mediolanenſ.
Paulus Grillandus Caſtilioneus Florentinus.
Paulus de Montepico.
Paulus Orianus.
Pax Schala Patauinus.
Petrus Ancharanus Bononienſis.
Petrus Antonius Anguſola Placentinus.
Petrus Antonius de Petra Placentinus.
Petrus de Bellapertica Burgund.
Petrus de Benintendis Ceſenas.
Petrus Coſtalius.
Petrus Crinitus.
Petrus Duennas Hiſpanus.
Petrus Faber Toloſanus.
Petrus Follerius Neapolitanus.
Petrus Gerardus de Petra ſancta.
Petrus Gregorius Toloſanus.
Petrus Iacobi de Aureliaco.
Petrus Ioan. Ancharanus Regienſis.
Petrus de Moncada Hiſpanus.
Petrus Nicolaus Mozzius Maceratenſis.
Petrus Paulus Pariſius Conſentin.
Petrus Peckius Zirizæus.
Petrus Philippus Corneus Peruſin.
Petrus Rauennas.

Petrus

*Petrus Rebuffus Montiſpeſſulanus.*
*Petrus Roycius Maureus.*
*Petrus de Vbaldis Peruſinus.*
*Phanuccius de Phanuccijs Lucenſ.*
*Philippus Decius Mediolanenſis.*
*Philippus Francus Peruſinus.*
*Philippus Melanchthon.*
*Philippus Probus.*
*Pileus Modicenſis.*
*Plinius.*
*Publius Terentius Afer.*
*Pyrrhus Anglebermeus Aurelianenſis.*

*Quintilianus Mandoſius Romanus.*
*Quintus Horatius Flaccus.*

*Rainaldus Corſus.*
*Rainerus de Forolinio.*
*Raphael Fulgoſius Placentinus.*
*Raphael de Raymundis Cumanus.*
*Renatus Choppinus Andegauus.*
*Richardus Malumbra Cremonenſ.*
*Robertus Marantha Venuſinus.*
*Rochus de Curte Papienſis.*
*Rodericus Suarez Hiſpanus.*
*Roffredus Beneuentanus.*
*Rolandinus Paſſagerius Bononienſ.*
*Rolandus à Valle Caſalenſis.*

*Sebaſtianus Medices Florentinus.*
*Sebaſtinus Sapia.*
*Seneca.*
*Seraphinus de Seraphinis Senenſis.*
*Signorolus de Homodeis Mediolanenſis.*
*Simon Piſtoris in Seuſelitz.*
*Simon de Pratis Piſaurenſis.*
*Stephanus Aufrerius Toloſanus.*
*Stephanus Bertrandus Carpentoractenſis.*
*Stephanus Forcatulus Bliterenſis.*
*Stephanus Ranchinus Montiſpeſſulanus.*

*Thomas Ferratius de Aduocatis Brixienſis.*
*Thomas Grammaticus Neapolitan.*
*Thomas Parpalias.*
*Thomas Treuſianus.*
*Tiberius Decianus Utinenſis.*

*Vaconius à Vacuna Romanus.*
*Valentinus Forſterus.*
*Valerius Maximus.*
*Vdalricus Zaſius Brigantinus.*
*Verginius de Boccatijs à Cingulo Romanus.*
*Viglius Zuichemus Phryſius.*
*Vincentius Carocius Tudertinus.*
*Virgilius.*
*Vitalis de Cambanis Neapolitanus.*
*Vitalis Nemauſenſis.*
Weichbild.
*VVolfgangus Lazius Viennenſis Auſtriacus.*

*Xenophon Athenienſis.*

INDEX

# INDEX RERVM PRÆCIPVARVM, IN HOC OPERE TRACTATARVM.

## Quilibet numerus indicat paginam.


ACcreſcendi ius habet locum in donatione facta ſpurio & concubinæ. 151. non autem in alimentis legatis. 542. & ſeq.
Accurſij ſententia conſideratur. 248. & ſeq. 399. 427. 430. 819.
Accuſato ſeu de eius ſtatu litiganti debentur alimenta. 97
Acta ad conſilium ſapientis communi litigantium ſumtu mittuntur. 468
Actio in factum competit interdũ, pro alimentis. 927
Actione ex teſtamento petuntur alimenta legata. 125. 135
Actione interdum petuntur alimenta. 116. 125. 933
Actionis inſtituta nomen an exprimi ſit neceſſe. 925
Ademtio generalis legatorum ad alimenta legata non pertinet. 147. 805. & ſeq.
Adminiſtrationis onus alimentario iniunctum, non præſumitur cauſſa legati. 970.
Adoptiuus filius à patre adoptante alendus. 100, 243. cum ſeq.
Aduerbiorum remunerator eſt Deus, non nominum. 445
Adulteram vxorẽ an & quando maritus teneatur alere. 345. & ſeq.
Adulterium ex famis neceßitate non excuſatur. 705. & ſeq.
Aduocato debetur ſalarium etiam ſine conuentione. 119
Aes alienum contractum à filio an pater ſoluere teneatur. 68
Aes alienum patris filius ſoluere non cogitur. 80
Aes alienum teſtatoris prius ſoluendum eſt, antequam alimentorum legatorum ratio ineatur. 611.
Aeſtimatio alimentorum non eſt petenda, ſed ipſa res. 909
Affinitatis ratione alimenta regulariter non debentur. 407
Agnelli quando dari debeant. 650
ad Agriculturam excitandi ſunt ciues. 561
Alciati ſententia. 271. 369. 727. 747. & ſeq. 755. 899.
Agrorum cultus alimentorum appellatione non continetur. 140
Alberici gentilis ſententia reſtringitur.


Sss

gitur. 271
ex Alberico de Roſate mendum ſublatum. 259. 399
Alberici de Roſate argumento reſpõdetur. 271. 272. 276. 531. 738. 742. 746. 756. 820
Alberici de Roſate ſententia confirmatur 473. 735. per diſtinctionem declaratur. 480
Alexandri Imolenſis locus. 267. 342. 515. 730. 824. 852. & ſeq. 896
Alienari prohibita non recte aßignantur pro alimentis. 148
Alienatio prohibita fauore alimentorum impedit dominij translationem. 145
ad Alimenta nemo tenetur vltra quã facere poßit. 91
Alimenta ex quibus cauſsis debeantur. 3. 26. 76
Alimenta in qua ſpecie ſint ſoluenda. 142
Alimenta quomodo petantur. 10. 352. 862
Alimenta quando debeantur. 546. cum ſeqq.
Alimenta ſunt legitima aucta cauſſa non finalis ſed impulſiua. 759
Alimenta tacitè legantur. 126
Alimentatus præſumitur ab eo, cui alimenta præbere incumbit. 972
Alimenta vtrũ ex fructib. an vero ex venditione ipſarũ rerũ debeantur. 15. 440. 441. 612. cũ ſeqq.
pro Alimentis loco legitimæ debitis pecuniã vna vice numerare debet ſucceſſor. 763. cum ſeq.
pro Alimẽtis in dubio iudicandũ. 986
Alimentorum appellatione quid contineatur. 4. 139. 588
Alimenta vxori relicta, donec cum filia vnica ſuperſtite permanſerit, an expirent per iſtius filiæ nuptias. 133. 641. & ſeq.
Alimentorum denegatio ſufficit ad exhæredationem. 6
Alimentorũ diuiſio. 26. 27. 150. 151. 167. & ſeqq. 203. 280. 316. 412. 598. 916
Alimentorũ legatum donec moretur domi hæredis, eo defuncto debetur. 138
Alimentorum occaſione duobus modis in iudicio agitur. 849
Alumnus non poteſt nutritorem ſuum accuſare, 662. neq; ſine venia in ius vocare 662. & ſeq.
Amanelli de claris aquis ſententia perpenditur. 188
Ambr. Schur. opinio reprobatur. 395
Amici & vicini egentes à diuitibus alendi ſunt. 89. 453
Amicitia paternæ cauſſa alimenta data non repetuntur. 879
Amor magis deſcendit, quã aſcendit. 309.
Ancharani ratio in dubium vocata. 430. 730.
Angeli Peruſini ſententia conſideratur. 213. 214. 699. 729. 983
Animæ facultates. 164
Animalia litigioſa quis alat. 502
Animalium diuiſio. 280

*Animali læſo à lædente debetur pabulum* 553
*Annua promiſſio pauperi facta, cedit pro alimentis.* 117. *idem eſt in legato annuo* 136
*Annus probationis.* 905
*Annuum aliquid pro alimentis poteſt vxori à marito promitti* 107
*Antonij de Butrio ſententia.* 586
*ex Antonio de Butrio mendum ſublatum.* 710
*Argumentum ab alimentis ad dotem non ſemper concludit.* 63. 73
*Argumentum ab alimentis ad legitimam non ſemper procedit.* 62. 759
*Argumentum ab exhæredatione ad alimenta, tam affirmatiuè, quam negatiuè procedit* 59. 60
*Argumentum à cognatione ciuili vel naturali ad cognationem ſpiritualem affirmatiuè non rectè ducitur.* 251
*Argumentum à contrario ſenſu.* 817
*Apoſtoli dantur ſumtibus appellantis.* 492
*Apparagium ſecundo genitis debetur* 34
*Appellabilis ſi fiat cauſſa, poteſt appellari in alimentis* 158
*Appellationum duo ſunt præcipui effectus.* 990
*Appelletúrne à ſententia ſuper alimentis lata* 14. 156. 987. & ſeqq.
*Arbitrio hæredis alimenta relicta an hæredis hæres poſſit arbitrari.* 144
*Arbitris peregre euntib. an alimenta debeantur* 471
*Arbitrium boni viri non excludit leges* 550
*Archidiaconi ſententia perpenditur.* 414. 728
*Artem tenens ex qua ſemet poſſit alere, ab alio alimenta iure non exigit.* 6. 277
*quod Artem non ſit doctus filius, non propterea matri denegentur alimenta* 295
*Articuli ad filiationem probandam quomodo debeãt formari* 52. 54
*Aſcanij Clementini ſententia conſideratur.* 188. 308. 812
*Atte[illegible]ri in iudicio alimentorum non dicitur.* 157. 992
*Auguſtini Beroij ſententia conſideratur.* 568. 830
*Auo & nepoti alimenta reciprocè ſunt debita.* 80. 81
*Auo & patre concurrentibus, huic potius quàm illi neceſſitas alimẽtorum dandorum incumbit.* 301
*Auus alere debet nepotem patre inope.* 81. 297
*Auus maternus in ſubſidium tenetur alere nepotes.* 298
*Auus poteſt vendere nepotem ex famis neceſſitate.* 81.

B.

*ex Baldo Peruſino negatio deleta.* 643

Baldi Peruſini opinio conſiderata. 171. 172. 206. 222. 223. 252. 284. 340. 341. 342. 363. 375. 400. 527. 528. 540. 550. 603. 651. 652. 653. 665. 686. & ſeq. 731. 782. 864. 868. 897. & ſeqq.
Baldi Nouelli opinio conſideratur. 401
Bannitus vtrum deportato an relegato comparetur. 261
Bannito debentur alimenta. 32. 261
Bannitus filius à patre nihilominus eſt alendus. 181
Bannitus retinet omnia quæ ſunt iuris naturalis & gentium. 181
Bartoli ratio conſideratur. 729. 827. 835. & ſeq. 910.
Bartolus contrarietatis ſuſp[illegible] liberatur. 236
Bellameræ ratio perpenditur. 719. 920.
Benedicti Capræ ſententia conſideratur. 524
Beneficiorum generalis reuocatio non pertinet ad beneficia pauperibus alimentorum relicta. 147
Bertrandi ſententia in dubium vocatur. 641. 672
Blanditiæ filiales probant filiationẽ. 50.
ex Boërio mendum ſublatum. 523. 887.
Bonis an onus alimentorũ cohæreat. 23. 197
ex Bonis defuncti patris alendi ſunt liberi ſuperſtites. 195
Burſati conſilium conſideratur. 327. & ſeq.

C.

Caballinus pleraq; ſua milleloquia ex alijs, quorum tamen nomina non indicat, deſcripſit. 336. 346. 348. 367. 368. 370. 484. 488
Cacherani ſententia ponderatur. 292
ex Cœpolla mendum ſublatum. 315
Calcanei ſententia perpẽditur. 227
Calcearium continetur alimentorũ appellatione. 4. 139. 588
Calderini ſententia conſideratur. 516. & ſeq.
Canis T. Sabini. 257
Captiuorum redemtio cognationem quandam habet cum alimentis. 785
Carceratus ex publico eſt alendus. 90
Carceratus ob debitum qui non eſt ſoluendo, alendus eſt à creditore. 22. 90. 493. cum ſeq.
Carceratum ob delictum quis alat. 498. & ſeq.
Caſpiorum peſſima conſuetudo. 256
Cauſſæ cognitio an adhibeatur quando venter in poſſeſſionem mittitur. 196
Caualcani opinio conſideratur. 372
Cauere de rato non tenetur, qui pro alio alimenta petit. 857
Cautio de alimentis litis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ. 100

Cautionem vſufructuariam an is cui alimēta legata ſunt præſtet. 546. & ſeq. 783
Cedens bonis primò omnino excuti debet. 172. 496. & ſeq. ſi quid poſtea quæſiuerit ſub nomine alimentorum non cenſebitur ex eo patrimoniū augeri. 90. 497. 604
Cedi non poteſt ius alimentorū percipiendorum. 748. cum ſeq.
Cephali ratio in dubium vocatur. 381
Chaldæi appellant filios, Bar. 257
Charitas ordinata etiam in alimentorum negotio incipit à ſeipſa. 206
Chaſſanei ſententia perpenditur. 227
ex Chaſſaneo mendum ſublatū. 600
Ciconiarum ἀντιπελαργία. 257
Cibi appellatione continetur potus, non vero habitatio, neq; veſtes. 5. 16. 142. 530 & ſeq.
Cibum carcerato ob capitale delictū vt propinqui afferant non eſt permittendum. 498
Citandi ſunt hæredes ad videndum taxari alimenta legata. 608
Citatio in cauſſa alimentorum non eſt omittenda. 848. & ſeq.
Ciues diuites cogi poſſunt vt mutuo dent pecuniam magiſtratui. 575
Ciuitas habet petitionem alimentorum pauperibus relictorum. 13
Clauis domus conceditur etiam ei, cui facultas habitandi legata eſt. 529
Claudij de Battandier ſententia ponderata. 178. 185
Claudij de Seiſello locus. 868. & ſeq.
Clauſula, omni meliore modo, &c. teſtamento non inſerta ſubintelligitur. 227
Clauſula, ſine retardatione, quid operetur. 156. & ſeq.
Clauſula non obſtantib. &c. alimentotorum priuilegia non tolluntur. 716
Clericis res mobiles in executionem alimentorum nō capiuntur. 994
Clericus præſumitur vixiſſe de fructibus Eccleſiæ. 975
Clericis ſuſpenſis relinquenda alimenta. 586
Clericus tenetur alere ſororem ex fructibus Eccleſiæ. 85
Coloni equos & alia animalia quis alat. 423
Commiſſarijs ad examinandos teſtes conſtituitis debentur alimenta à producente. 470
Commodatarius tenetur animal commodatum alere. 422
Compenſationis exceptio in alimentis non admittitur. 156
Cognatio ſpiritualis quomodo maior ſit naturali vel ciuili. 251
ad Collaterales onus præſtandorum alimentorum, quatenus pertineat 320
Collatio in alimentis non habet locum. 701. & ſeq.

Conditio donec vidualiter & caſte vixerit, legatum efficit annuum. 130. 814. & ſeq.
Conditio habitandi cum aliquo quomodo intelligatur. 822
Conditione deficiente, ſub qua alimenta legata ſunt, etiã debitum alimentorum deficit. 813. & ſeq.
Conditio honeſte & caſte viuendi, an per ſecundas nuptias violetur. 829
Conditionis ſcindendæ facultas legatario non competit. 824
Conditionum diuiſiones. 8. 14. & ſeq. 831
Cõductor animalis, illud nutrit. 423
ſub Conditione alimentis legatis probanda eſt impletio conditionis. 961
Confeſſio patris probat filiationẽ. 49
Confeſſio ſine iudicijs facta ex neceſſitate famis non præiudicat confitenti. 499
Commendans aliquem hæredi in neceſſitatibus, videtur ei legare alimenta. 534
Communis res an & quomodo mea perhiberi poſſit. 907
Compromittere de alimentis an liceat. 745. cum ſeqq.
Concluſio potiſſima pars libelli. 861.
Conſanguineo pauperi alimenta legata debentur proximiori. 522
Connani argumentum. 744
ex Concludendi medio non minus quàm ex concluſione libellus æſtimatur. 924
Conſuetudo de non alendis liberis eſt nulla. 29. 762. 800
Conſuetudo in alimentis præſtandis obſeruatur. 70
Conſuetudo tradendi liberos mulieribus extraneis lactandos eſt praua 72
in Contractum alimenta dupliciter veniunt. 412
Contrahere de alimentis poteſt, cui de alijs rebus contrahere non eſt interdictum. 412
Contractus tam nominati, quam innominati alimentis adaptantur. 412 & ſeq.
ex Corduba de Lara mendum ſublatum. 722
Corduba de Lara argumento reſpondetur 250. 260. 264. 270. 277 322. 324. 356. 527. 528. 599. 604 635. 660. 687. 714. 732. 737. 749. & ſeq. 827. 844. 941. 953
Cornei ſententia conſideratur. 888. 912. in fin.
Cornelij Benincaſij ratio perpenditur. 907. & ſeq.
Corraſij argumentum conſideratur. 341 & ſeq.
Couarruuiæ ſententia. 895. 907
ex Couarruuia mendum ſublatũ. 354
Creditor debet ad domum debitoris venire accepturus quod ſibi debetur. 625
Creditor vnam rem pro alia petere non poteſt. 622

Creditor an poſſit pecuniam mutuo datam à filijs qui inde nutriti ſunt condicere. 940 & ſeq.
Creſcunt alimenta ætate alimentarij creſcente. 67.144
Cuiacij ſententia perpenditur. 215
Culpam non poteſt obijcere is, qui ex ea commodum ſenſit. 268
Cyni argumenta conſiderantur. 304 437. 675. & ſeq.

D.

Debita mariti exoluere vxor non cogitur. 403
Debitore alimentorū mortuo obligatio tranſit ad defuncti hæredes. 810
Debitor neceſſarius legans aliqd creditori ſuo, cenſetur relinquere in compenſationem debiti. 385
Decēnio alimēta ex cōtractu præſtita in poſterū in dubio debētur. 146
Deciſionem Doctorum in terminis habere plurimum iuuat. 848
Decreſcendi iuris ratione Falcidia in alimentis locum non habet. 152
Defendendi cauſſa alterum lædens non præſtat alimenta læſo. 554
Deportato alimenta legata debentur. 145
Deportatum patrem filius tenetur alere. 9. 77. 261
Deportatus à relegato differt. 261
Depoſita & poſtea legata pecudis ſumtus quis præſtet. 930
Depoſiti actio. 936
Depoſitū animal à quo ali oporteat. 423. & ſeq.
Deſcriptio natiuitatis filij facta per patrem probat filiationem. 58
Diarij appellatione quid contineatur. 5. 142. 530
Dictio, donec, quamdiu, conditionem inducit. 831. 832
Dictio, videlicet, quomodo declaret. 899. & ſeq.
Dies obligationi duob. modis adhæret. 365
Dies quando pro homine interpellet. 373
Dignitas alimentarij in conſtituendo alimentorū modo eſt inſpiciēda. 610
Dilationem non patitur legatū pauperibus factum. 137
Dilationes breuiores dantur in alimentis ex officio iudicis debitis. 155. 849. 954
Dilationum diuiſio. 951
Diminutio legatorum, ad alimenta legata non pertinet. 10
Diſſipans filius bona ſibi aſſignata, nihilominus à patre eſt alēdus 30
Diſſipanti patri bona fideicommiſſo ſubiecta adhuc debentur alimenta. 78. 149
Diſtinctio vana eſt, cuius membrum alterū ab altero non diſſidet. 738
Diſtinguentes videntur veritatis propiores. 604
Diuidua alimenta. 151. 655. 839
Diuitiæ teſtatoris in alimentis conſtituendis ſpectandæ. 611
Dominus et hæres ſunt ſynonyma. 130
Dominium rei donatæ redit ad donatorem alimentis denegatis. 674

Domi-

Dominium rei legatæ quando in legatarium tranſeat. 633. 634. 715
Dominium καθ' ἐλπίδα quatenus admitti poßit. 755. & ſeq.
in domo debitoris præſtanda ſunt alimenta. 70. 625. & ſeq.
Domus interdum pro familia accipitur. 664
Donans à donatario an ſit alendus. 89. 436. cum ſeqq.
Donare filiofamilias certam pecuniæ ſummam, prætextu alimentorum an pater poßit. 417
Donatam rem propter alimenta non exhibita reuocare volens quid debeat probare. 965
Donatarius donantis liberos naturales tantum alit. 441. & ſeq.
Donator debet donatarium de alimentis interpellare. 441
Donatori quomodo competat beneficium vt ne in ſolidum conueniatur. 436
Dos eſt cauſſa oneroſa. 235
Dos an & quatenus cum alimentis comparetur. 770. cum ſeqq.
Dos filiæ elocatæ an debeatur. 189. 334.
Dos parua in ſucceßione ex auth. præterea. C. vnde vir & vxor. quæ dicatur. 380
Dos ſorori conſanguineæ à fratre debetur. 84
Dos debet etiam inſeruire alimentis totius familiæ. 431
Dos filiæ ſpuriæ hac defuncta non pertinet ad eius liberos. 238. 809
Dotare an teneãtur matrem liberi. 291
Dotare an teneatur filiam mater, & quomodo. 285
Dotare tenetur pater filiam ſpuriam 32. 234. cum ſeqq.
Dotis fructus debentur ex ſtatuto Romano. 113
Dote conſtituta, filia antequam nuptias contrahat ex bonis paternis eſt alenda. 198. 304
Dotis nomen ceſſat ſoluto matrimonio. 112
Dotis promiſſæ fructus an & quando debeantur marito. 104
vltra Dotis datæ fructus vxor an ſit à marito alenda. 334
juxta Dotis relictæ qualitatem, alimenta eidem puellæ legata ſunt moderanda. 143. 605
Dotis quam pater filiæ ſpuriæ dedit, exceſſus quando & à quo reuocetur. 235
Dotem accipiens maritus an cenſeatur donare ſumtus in vxorem ante ſolutionem dotis factos. 900
Dos quæ datur filiabus naturalibus & legitimis diſtinguenda eſt ab ea, quæ datur filiabus naturalibus & ſpuriis. 240
Dotalia bona propter famis neceßitatem iure venduntur. 618
Dotalia bona à matre alienata, an liberi inopes alimentorum cauſſa poßint

poſſint reuocare. 285
Dotalitium nonnunquam mulier marito adhuc viuente ſibi vendicat. 345
ex Dotalitio modum excedente an liberis egenis alimenta debeantur. 443. & ſeq.
Duareni ratio conſideratur. 720.

E.

Eccleſia alit patronum egenum. 88
ad Eccleſiam confugientes alendi ſunt ſumtibus illius Eccleſiæ. 102
Eccleſiarum bona ſunt pauperum. 584. limitatur pag. 585
Eccleſiæ bona mobilia poſſunt inter pauperes diſtribui. 138. & vendi. 616
Eccleſiarum & ſcholarum miniſtri alendi. 583
Eccleſiaſtici reditus debentur propter ſeruitia. 202
Eccleſiaſticus iudex aditur. 150. 916 cum ſeqq.
Edere tenetur reus actori ſua iura. 155
Educare idem eſt ac alere. 4. 134. 141. 534. & ſeq.
Educatio liberorum eſt iuris naturalis primæui. 177. 179
Emancipatione alimenta non diminuuntur. 30. 78. 273
Emancipatus filius patrem non alens reuocatur in patriam poteſtatem. 668.
Emanuelis à Coſta ſententia conſideratur. 321
ad Emendum cogi poſſunt interdum ſubditi. 575
Emere frumentum vt rurſus vendatur an indiſtinctè liceat. 572
Emphyteutica bona an in æſtimatione alimentorum conſiderentur. 24. 148. 612
Emtio alimentorum ex certo fundo valet. 416
Emtor recipit ſumtus à venditore, qui de euictione tenetur. 493
Epiſcopus tenetur oues famelicas alere. 101. 583
Equus quandoq; continetur alimentorum appellatione. 68. 522
Euicta dote an maritus vxorem alere teneatur. 355
Euicta re pro alimentis aßignata, nõ liberatur pater ab onere alimentorum. 30
Exceptiones vnde in hac materia ſint petendæ. 944
Exceptionum diuiſio. 943
Exceſſus qui filio ſpurio vltra modũ legatorum à patre legatus eſt, non ad fiſcum ſed ad hæredes pertinet. 229
Excußionis oppoſitio in alimentis non admittitur. 995
Excommunicato an alimenta debeantur. 32. 78. 199. 233. 580
Executio in alimentis quomodo fiat. 993 & ſeq.
Executionis quatuor modi. 993.

Executor teſtamentarius poteſt de alimentis agere. 859
Executor poteſt ſeipſum vel filiũ ſuũ inter pauperes, quib. alimẽta in genere legata ſunt, eligere. 137. 524
Exhæredationis cauſſa ſufficiunt ad alimentorum denegationem. 6. 59. 207. 265. 278. 795. & ſeq.
Exhæredato filio an ex bonis paternis alimenta debeantur. 196. & ſeq.
Exercitui domini vt aduehantur alimenta vaſallus curat. 451.

F.

Fabiani de Pepis rationes excutiuntur. 382. & ſeq.
Falcidiam an legata alimenta admittant. 137. 152. 549. 695
Falcidia nonnunquam pro legitima accipitur. 760
Fama publica filiationis inducit quaſi poſſeſſionem. 51
Famis gladius atrocior quam belli. 25. 666
ob Famis neceſſitatem poteſt vendi filius. 77. res ſacra et religioſa. 618
Famulo inopi ſalarium petenti, feriæ non obſtant. 953
Famulus vxoris etiam maritus debet alere. 350
à Famulis pecuniam ad ſe alendos datam diſſipantibus, poteſt exigi iuramentum. 939
Famulo an debeantur alimenta per dominum. 101. 427
Famulo ægroto an ſumtus medicamentorum dominus præſtet. 428 & ſeq.
Famuli ſalarium creſcit & decreſcit pro ratione laboris. 120
ad Famulum porrigitur alimentorũ legatum. 521
Farina continetur frumenti appellatione. 565
Federici de Senis ſententia conſideratur. 502
Felini ſententia in dubium vocata. 265. 683
Feriatis diebus proceditur in cauſſa alimentorum. 22. 36. 153. 951 & ſeqq.
Feudalia bona hæreditatis nomine non veniunt. 148. nec in æſtimandis alimentis legatis conſiderantur. 148. 612
ex Feudo an alimenta poſſint legari 460
ex Feudis alimenta filiabus defuncti vaſalli debentur. 315. 460
Feudum an ſit contractus. 449
Fideicommiſſo grauatus, poteſt quidẽ ex bonis reſtitutioni ſubiectis ſe alere, imo ea ab hanc vendere 148. 617. ſed non aliter inde alimenta conſtituere poſt ſuam mortem. 148. 619
Filia naturalis alenda eſt ex fructu dotis ei relictæ. 85
Filia nubens inconſulto patre, alimẽta propterea non amittit. 61. 207
Filia tenetur patrem alere. 79. 273

Filiæ peccanti in corpus ſuum an denegentur alimenta. 60. 207
quid ſi reſipiſcat. 208
Filiatio ſummarie eſt probanda, patre negante filium. 37. 38. 960.
Filiatio non probatur ex ſola alimẽtatione. 658
Filiationis exacta probatio in decernendis alimentis nõ requiritur. 53
Filij litigantes ſuper filiatione ali debent. 98
Filij vulgo quæſiti non dicuntur habere patrem. 38. 39
Filij naturales & legitimi à patre alendi. 181
Filij quotuplices ſint. 180
Filio & eius vxori ſi recedant ex domo paterna, propter iniuſticiã nouercæ, alimenta adhuc debentur à patre. 61
Filio non operanti denegantur alimenta. 70
Filiorum appellationes ab aliquibus gentib. vnde petita. 257. & ſeq.
Filius emancipatus non alens patrem egenum reuocatur in patriam poteſtatem. 6
Filiusfamilias accedente patris conſenſu poteſt alimenta legare. 506
Filiusfam. poteſt alimenta à patre in iudicio petere. 855
Filius ex damnato coitu natus eſt alendus à patre. 7. 31. 213
Filius habens vnde ſeipſum exhibeat à patre non eſt alendus. 204
Filius naturalis tantũ debet ali à patre. 7
Filius tenetur patrem alere. 5. 260. etiam prodigum. 261. bannitum vel deportatum. ibid. ob hæreſim excommunicatum. 264 naturalem tantum. 266. inceſtuoſum & adulterinum. 266
Filio impuberi mota quæſtione ſtatus ſunt debita alimenta ex Carboniano. 34
Filius ſpurius teſtatoris propter inuentarij omiſſionem non perdit alimenta. 551
Filius exoratus num poſſit vxoris ſuæ dotem à patre petere & ſeorſim habitare. 626. & ſeq.
Fiſco bonis paternis applicatis, adhuc debet ali filius. 33. 194. 223
Fiſcus hæres tenetur ad alimenta legata. 138
Fiſcus hæredis locum in bonis confiſcatis obtinet. 194
Fœmina poteſt alimentorum nomine agere. 856
Fœmineum ſexum an æquè ac maſculinum neceſſitas præſtandorũ aſtringat. 13. 19
Fœnerari non licet, ne quidẽ captiuorum redimendorũ cauſſa. 367
Fortunij Garſiæ ſententia ponderatur. 307. 733. & ſeq.
Franciſci Aretini ſententia perpenditur. 218. 219. 387. 916. et ſeq.
Franciſci Perſonalis locus. 991
ex Franciſco Viuio mendum ſublatũ. 571
Frater alens fratrem præſumitur habere

bere animum repetendi. 886

Frater potius à patre quam à fratre eſt alendus. 19.

Fraternitatis eſt quædam quaſi poſſeſſio. 960

Frater etiam fratris ſui vxorem alit. 317. in dubio videtur velle repetere. 905

Frater tenetur tam fratrem quam ſororem alere. 7.311. 312. etiam vterinum tantum. 19. 314. imo naturalem. 83. 315. deniq; à patre exhæredatum. 315

Fratrum præcipuè quinq; ſunt ſpecies. 313

Fratribus S. Franciſci legatum annuum an valeat. 138

ex Fructibus alimenta debentur: & fallit. 15. 440, 441. 612. 613. 614

Fructus rerum dotalium intra annũ luctus percepti, an ſint reſtituendi. 376

Fructus dotis promiſſæ, an & quando debeantur marito. 104

Fructus iure percepti non reſtituuntur. 374

Fructus pignoris dotalis lucro hæredum non cedunt. 112. 377

Frumenti appellatio ad vinum & alia liquamina non pertinet. 571

Frumentum aduehentes magis alliciendi. 562

Fulgoſij ſententia conſideratur. 721

Ex fundo certo alimenta legata vel promiſſa in anno ſterili ſupplenda ſunt ex aliorum annorum vbertate. 605. & ſeqq.

Fundi aſsignatio fauore alimentorũ inducit hypothecam tacitã. 144

Fundum legare poteſt pater filio ſpurio. 226

Fundus relictus cauſſa alimentorum cenſetur demonſtratiue adiectus. 144. 607

Fundus traditus, vt accipiens alat tradentem, denegatis alimentis, recte vendicatur. 117

Funeris expenſæ an alimentorum appellatione veniant. 592

Funeris impenſas vxor non repetit de iure Saxonico. 904

Furioſus alendus eſt ex hæreditate ei delata. 102

Furtum cibariorum vel veſtium an & quando puniatur. 705. & ſeqq.

Furi non datur retentionis remediũ. 929

Furtum cibariorum ex neceſsitate famis committens, an poſtea ad pinguiorem fortunam perueniens reſtituere cogatur. 906. & ſeq.

Futura alimenta incipiunt à die mota litis. 92

Futura alimenta quomodo petantur. 10. 622. 914


## G.


Gabella alimentorum ad quem ſpectet. 140


Gene-

Generalia practicum intellectum nõ ſatis inſtruunt.
Gentium iure introducta eſt nutricatio, quam liberi parentib. debent. 258. & ſeq.
Gloſſa plures recitans opiniones in dubio amplectitur vltimam. 248
Gloſſa auctoritas vnde pendeat. 248
Gloſſa locus conſideratur. 414
ex Gozadino mendum ſublatũ 783
Huidonis Papa ſententia conſideratur. 386. 500
Gula moderatio, maxima diſciplina 166
Gulielmi de Cuneo opinio perpenditur. 418
Gulielmi de Ludo ſingulare conſideratur. 456
Gulielmi Maynerij ſententia ponderatur. 771. & ſeq.

H.

de Habili ſubiecto qualibet diſpoſitio eſt accipienda. 680
Habitandi onere adiuncto alimentis legatis, in cuius fauorem hoc factum videatur. 971
Habitatio continetur alimentorum appellatione. 4. 139. 588
Habitatio legata differt à facultate vel poteſtate habitandi legata. 528. & ſeq.
Habitatione legata legatarius habitare debet in domo teſtatoris. 630. & ſeq.
Hæreticus filius an ſit à patre alendus. 199. cum ſeq.
Hæreticus pater an à filio ſit alendus 264
Heideforn quatenus à domeſticis cibarijs remoueatur. 396
Henrici de Bouerio ſententia expenditur. 749
Hærede mortuo an alimenta legata deſinant. 639. 640
Hæredibus donatoris debentur alimenta. 441
Hæredibus pluribus exiſtentibus, à quibus alimenta legata ſunt, vnus qui legatarium alat, conſtitui debet. 8.
Hæredis commodo an cedant fructus rerum mobilium intra primũ annum percepti. 377. 378.
Hæreditatem adire præſumitur, qui ex bonis defuncti alimenta percipit. 666
Hæres tenetur etiam defuncti filium adulterinum egenum alere. 222
Hæres & dominus ſunt ſynonyma. 130
Hæres extraneus filij tenetur patrẽ alere. 13. 274
Hæres rei certæ non tenetur alere filium defuncti. 34. nec præſtat alimenta legata. 139
Hæres num reſtituendo res dotales mobiles intra annum luctus, ab alimentorum præſtatione ſe liberet. 364
Hæres vulnerantis vel occidentis lite

cum defuncto non conteſtata, non præſtet alimenta. 555
Hæres vniuerſalis præſtat alimenta legata. 507
Hæres etiam ante inuentarij confectionem à pauperibus alimentorũ nomine poteſt conueniri. 551
Hippolyti Bonacoſſæ locus reſtitutus 234
Hippolyti de Marſilijs locus. 983
Homicidiũ non excuſatur propter famis neceſſitatem perpetratũ. 706
in Hoſpitale vel alium locum recipi faciens alimentarium an audiendus ſit. 634. 137. 809. & ſeq.
Hoſpitali relicta alimenta pro pauperibus non debentur eo diruto. 137. 809. & ſeq.
Hoſpitalia non repetunt alimenta pauperibus, poſtea rem facientibus præſtita. 906
Hyperboreorum peſſima conſuetudo. 256
Hypothecaria actio pro alimentis nonnunquam competit. 933. & ſeq.
Hypotheca tacita competit pro alimentis. 106. 145. 350

I.

ex Iacobi Aemiliani conſilio mendũ ſublatum. 337
Iacobi de Arena ſententia perpenditur. 642. & ſeq.
Iacobi Petri de Ptolomæis ſententia conſideratur. 491
Iacobi Venenti opinio in dubium vocatur. 807. & ſeq.
ex Iaſone mendum ſublatum. 329. 812
Iaſonis ſententia ponderatur. 296. 378. 653. 760. 761. 851. & ſeq. 891
Immorigero filio adhuc debentur alimenta. 182
Impenſis neceſſarijs alimenta annumerantur. 503
Indigni differunt ab incapacib. 229
Indiuidua alimenta. 150
Incapaces differunt ab indignis. 229
Incapacitas iuris ciuilis alimentorũ legato non nocet. 145. 385. 509
Incapax iuris ciuilis, ad alimenta petenda admittitur. 10
Incendia non excuſantur famis neceſſitate. 706
Incertum legatum ad alimenta valet. 135. 608. 697. & ſeq.
Inceſtuoſam vxorem an maritus tenetur alere. 356. & econtra 403.
Infantes expoſiti à magiſtratu alendi. 578 & ſeq.
Infidelibus alimenta propterea non deneganda. 580
Ingratitudo æſtimatur ex animo. 439
Ingratitudinem à patre vel à matre in teſtamento non expreſſam, liberi ſibi inuicem non poſſunt exprobrare. 319

Ingra-

Ingratum fratrem frater non alit. 318
Initium eſt ſpectandum. 567. & ſeq.
Iniuria affectus comedens vel bibens cum iniuriante remittere cenſetur iniuriam 661. & ſeq.
Inopia requiritur ad alimentorum ex pietate debitorum præſtationē 56. 91. 111. 446. 925. 945
Inops quoad hanc alimentorum materiam quis dicatur. 170. & ſeq. 273. 362
Inſinuatione an egeat alimentorum donatio. 117. 418. & ſeq.
Inſtitutio ſaltem in legitimam, probat filiationem. 47
Inſtrumenta artis bonis cedenti relinquenda. 497
Inſtrumenta ſibi quilibet debet ſuis ſumtibus comparare. 423
Inſtrumenta ſua cogitur reus agenti de alimentis edere. 955
Intereſſe non ſolutæ dotis an petatur poſt decennium. 105
Intereſſe dotis ſibi non reſtitutæ, vidua iure petit. 371
Intereſſe eſt duplex. 371. 888
Interitu rei an expirent alimenta. 137. 809. & ſeq. 840
Interuſurium poteſt hæres dotem ante diem reſtituens detrahere. 365.
Inteſtatus quis præſumitur deceſſiſſe. 489
Intermittens aliquandiu alimentorum petitionem, non præſumitur in poſterum velle donarent 976
Inuenire aliud eſt quam inuentum cuſtodire. 179
Inuentarij omiſſio an ad alimentorum præſtationem quicquā conferat. 23. 139. 142. 549
Ioannes Comes Hennebergenſis & Abbas Fuldenſis. 621.
Ioannis de Amicis ſententia ponderatur. 306. 309. 310. in Ioanne de Anania videtur deeſſe negatio. 906.
Ioannis Baptiſtæ Pontani locus in dubium vocatur. 786. 793. 920
Ioannis Copi ſententia. 890
Ioannis Croti rationes perpenduntur. 775. & ſeq.
Ioannis Dilecti ratio conſideratur. 935
ex Ioan. Dilecto mendum ſublatum. 937
ex Ioanne de Garronibus mendum ſublatum. 826. in fin.
Ioan. Guterij ſententia conſideratur 679. & ſeq.
Ioan. de Immola ſententia ponderatur. 219. 276. 727. 888
ex Ioan. Petro de Ferrarijs Papienſe mendum ſublatum. 386. & quædam ipſius ratio conſideratur 455. 830
Ioan. de Platea locus. 760. & ſeq.
Ioan. de Roias ſententia conſideratur. 638. 747

Idem

Iudex competens in petendendis alimentis quis ſit. 916
Iudex de futuris alimentis pronuncians ſiue ſtet ſiue ſedeat, perinde eſt. 981
Iudex etiam nemine petente in negocio alimentorum officium ſuum impertit. 23. 860
quis Iudex in tranſactione de alimẽtis legatis auctoritatem interponit. 738
Iudex ſtatuit inter plures hæredes modum ſoluendi alimenta. 151
Iudex tam laicus quàm clericus propter alimenta aditur. 35. 918
Iudex tandem taxat alimenta. 621
Iudicando id tenendum eſt, quod ab alijs in eodem controuerſiarum genere ſeruatum videmus. 351
Iudicialis actus regulariter eſt expediendus ſumtibus eius, qui vt fiat poſtulat. 467. limitatur pag. 468
Iudici ordinario an alimenta dentur. 468. & ſeq.
Iudicio quaſi contrahitur, quatenus verum ſit. 467
Iuramento an alimentis renuncietur. 64. 184
Iuramento an confirmetur tranſactio de alimentis legatis facta ſine auctore prætore. 725. & ſeqq.
Iuramento ſtatur vtrum quis ſui vſus, an mercandi cauſſa emerit. 713
Iuramento probatur conditionis implementum. 962
Iuramento in litem taxantur & probantur alimenta ex delicto debita. 962
Iuramentum minorationis in his alimentis quandoq; habet locum. 962. 963
Iuriſprudentia etiam tractat de alimentis. 166
Ius Canonicum præualet ciuili, quãdo de peccato agitur. 218.

K.

Kinder vox accipitur de ijs tantum, qui primum gradum obtinent. 516.

L.

Lacedæmoniorum pueris non licebat calceis vti. 595
Largitiones frumentariæ apud Romanos non merentur laudem nec imitationem. 560
Laurentij de Rodulphis argumentũ conſideratur. 367
Laurentij Vallæ ſententia in dubium vocata. 668
Lectus continetur alimentorum appellatione. 4. 140. 588
Legantur alimenta tam tacitè, quã expreſſe. 526.
Legare poteſt pater filio ſpurio, ſed non vltra modum alimentorum. 230. & ſeq.

Legata

Legata alimenta ſemper quidem fauorabilia ſunt, ſed pia non aliter quam ſi pauperi legentur. 125
Legata interpretantur ex conditione legatarij. 227
ad Legatarij filios non tranſeunt alimenta legata. 808
Legatarijs duobus cognominibus exiſtentibus, in dubio debetur legatum alimentorum indigentiori. 525
Legatarius ad alimenta alteri legata non obligatur. 139
Legatarius de alimentis agere poteſt 859
Legatis alimentis inſpiciendus eſt modus tempore conditi teſtamenti à teſtatore obſeruatus. 7
Legatorum ademtio generalis ad alimenta legata non pertinet. 147
Legatorum alimentorũ modus. 605. eſt naturaliter taxatus. 543. 608
Legatum filio ſpurio à patre vltra modum alimentorum relictum vtrum omnino non valeat, an vero tantum exceſſus. 228
Legatum alimentorum ad legatarij familiam an extendatur. 516
Legatum alimentorum an ſit multiplicabile, vel reiterabile. 541. & ſeq.
Legatum alimentorum regulariter eſt annuum. 539 970
econtra Legatum annuum an cenſeatur pro alimentis relictũ. 540. & ſeq. 970
Legitima an in locum alimentorum ſuccedat. 753. cum ſeqq.
Legitimam ſibi à patre viuo aſſignatam filius diſſipans, alendus eſt, non ſolam à patre ſed etiam ab ipſius haredibus. 185
Legitima qualiter in iudicio petatur 757
Legitima liberorum prius eſt deducenda, quàm legatorum alimentorum ratio ineatur. 611
Legitimatio perſonarum an & quatenus in proceſſu ſummario requiratur. 857. & ſeq.
Legibus contraria non præſumuntur 665. 680
Legis ſemper excepta eſt auctoritas. 595
à Lege datum homo non poteſt auferre. 223
Lex loquens de caſu frequentiori includit etiam caſus minus frequentes. 191
Leges abrogatas licet allegare. 214
Leges et natura nihil faciunt fruſtra 246
l. non eo minus. C. de procurat. non habet locum in infante nec in furioſo. 93
l. non dubium. C. de ll. 730
l. vlt. §. præterea. C. de iur. dot. 890
l quiſquis. §. filij. C. ad l. Iul. mai. 168
l. pen. C. de patr. poteſt. 281
l. peto. 69. §. prædiũ. ff. de leg. 2. 619
l. Titio centum. 71. in princ. ff. de condit. & demonſtr. 321

Libelli forma. 910.911

Libelli copia cuius ſumtibus reo exhibeatur. 491

propter Libelli ineptitudinem in cauſſis ſummarijs proceſſus non vitiatur. 851

Libello in petitione alimentorum an ſit opus. 35. 154. 155. 850

Libellus diuerſimode dicitur generalis. 852

Liberi homines etiam Romæ operas ſuas locabant. 192

Liberi æqualiter ſunt alendi. 599

Liberi ſi ſuos parentes alant, an & quando ſumtus repetant 885

Liberorum educatio eſt iuris naturalis. 177

Liberos ex quarundam ciuitatũ inſtitutis licuit abijcere. 178

Liberto debentur alimenta à patrono. 87

Libertus alit patronum. 88. quod ſi non faciat in ſeruitutem redigitur. 669

Ligna ad calefaciendum hypocauſtum neceſſaria continentur alimentorum appellatione. 589

Litigans an aduerſario ſumtus litis teneatur præſtare. 481. cum ſeqq.

Litis alimenta debentur vſq; ad executionem principalis cauſſæ. 99. quomodo ſint taxanda. 99

Litis alimenta officio iudicis decernenda ſunt inopi fratri litiganti. 95. & cuilibet pauperi præſumtiue fouenti bonam cauſſam. 98

Litis expenſæ dupliciter conſiderantur. 467

Litis conteſtationem an alimentorum petitio requirat. 35. 155. 949

Litis conteſtatio ad hæredem in mora conſtituendum, an requiratur 373

Litigioſa res ſanis cauſſa non recte venditur. 149

Lite pendente alimenta vxori præſtita non repetuntur. 161

Locans ſuas operas ſeipſum de mercede alit. 426

Lucri ceſſantis nulla habetur ratio, niſi honeſti & ſpecifice à iure comprobati. 111

Ludere eſt permiſſum conuiuij inſtruendi cauſſa. 715

ex Ludouico de Molina mendũ ſublatum. 323

Ludouici Romani locus conſideratur. 354 726. 845

ex Ludouico Romano mendum ſublatum. 328. 330

M.

Magiſtratus debet annonæ proſpicere. 559

Magiſtrorum ſalaria an alimentorum appellatione contineantur. 4. 23. 591

ex Ma-

ex Maioratu cæteris liberis alimenta debentur. 288. 316
Mandatario debentur ſumtus. 435
Mandati actio. 926
ex Manu hæredis percipiuntur alimenta legata. 546. 549. 783
Marci Mantua locus. 183. 953
Maritum inopem alit vxor. 398. etiam bannitum. 399. qualiter ſint æſtimanda hæc alimenta. 603. & ſeq.
Mariti patrem inopem vxor debet alere. 401
Maris & fœminæ coniunctio quatenus ad ius naturale referatur. 327
ex Mariti aufugientis bonis vxor alitur. 343
Maritus inops ab vxore alendus ex paraferналib. 103. 402
Marito conceſſum eſt vxorem ſuam modice caſtigare. 338
Maritus tenetur vxorem alere. 14. 328. etiam eam quam negat ſuam vxorem ſi modo in quaſi poſſeſſione matrimonij ſit. 108. 348
Maritus & vxor interdum pro vna perſona cenſentur, interdum non 517
Maritus an repetat alimenta vxori exhibita. 160. 887. cum ſeqq.
Maritus propter cuius ſæuitiã vxor abijt, cogitur dotem reſtituere. 340
Maſuerij ſentẽtia conſideratur. 490
Mater an prætextu dignitatis, à filio lactando excuſetur. 6. 283
Mater an ſumtus intra primos tres annos in alendis liberis patre viuente ſufferre cogatur. 281
Mater tenetur alere filium. 6. 285. & lactare. 71. 72. 283
Mater an ſemper ſit certa. 39
Mater in ſubſidium alit liberos. 287 fallit. 288
Mater repetit à patre vel à filio alimenta filio exhibita. 74. 160. 287
Matre & auo paterno concurrentibus potius huic quam illi onus alimentorum dandorum incumbit 303
à Matre potius quam à fratre alimenta debent præſtari. 304
Matrem inopem tenetur filius alere 79. 289
Matrimonij oneribus annumeratur etiam vxoris alimentatio. 328
Matrimonij ſeparatio filijs alimenta non adimit. 30
Medicamenta continentur alimentorum appellatione. 5. 139. 589
Medici de alimentis tractant. 165
Medico debetur ſalarium licet non conuentum. 120
Mendicos validos an poſt datũ obſonium percutiendi facultas ſit concedenda. 581
Menochij ſentẽtia conſideratur. 514 518. & ſeq 646. 866. cũ ſeq. 879
ex Menochio mendum ſublatum. 522

Menſuris falſis vtentiũ pœna. 573
Milites egeni ex publico alendi. 90
Milites prædantes eſculenta an excuſandi. 707
Minor non obſtante ætate, in iudicio alimenta petere poteſt. 856
Miſerabilib. perſonis iudex etiam nõ requiſitus impertit ſuũ officiũ. 860
in Miſerabilium perſonarum fauorem introducta obſeruantur in vtroq; foro. 217
Miſſus in poſſeſſionẽ ſeruandi cauſſa, non habet alimenta ex illis bonis. 979
Modus alimentorum quatenus à Iureconſultis tractetur. 597
Modus probandi in alimentis præſertim cum nulla probatio ex ſtatuto admittitur, quam per inſtrumentum. 968
Molinæi ſententia conſideratur. 330. 369. 431. 515. 875
ex Molinæi additione ad Alexandrũ mendum ſublatum. 331
Monacho fugitiuo debentur alimenta. 586
Monacho rectè legantur alimenta. 512
Monachus alendus eſt ab Abbate, pendente lite, an ſit monachus. 13. 95. 96. 488.
Monachus poteſt officium iudicis implorare propter alimenta. 855
Monachum filium è monaſterio eiectum pater adhuc debet alere. 61. 194. 247
Monachus poteſt monaſterio egredi patris alendi cauſſa. 79. 274. & fratris. 317
Monaſterium alit Monachos. 246
Monaſterium ſuccedens monacho tenetur alere patrẽ monachi. 13
Monaſterij ingreſſus viduitatis conditionem non lædit. 825
Monaſterium ingredienti filio conſtituenda ſunt alimenta à patre. 193
Monaſterium intrans pater nihilominus tenetur ad filium alendum. 194
Monſtroſus partus an alendus. 210
Mora dotis promiſſæ quando incipiat 104
Moram purgare an donatarius alimentis donatori denegatis poſſit. 675
Morbum ſimulantes vt mendicent puniendi. 581
Morte deſinunt alimenta. 807
Mulier cui legatur vel omnium bonorum vſusfructus, vel certæ partis proprietas, nihilominus poteſt repetere dotem. 385
Mulierem in facultatibus conſtitutã & ſine dote nubentem maritus alere non tenetur. 332
Muſtheil præſcribitur vno anno. 800
Muſtheil quid contineat. 392. cum ſeqq.
Mutiana cautio in alimentis ex contractu debitis habet locum. 416
Mutianam cautionem præſtat is cui alimen-

alimenta ſub conditione aliquid non faciendi legata ſunt. 548.

N.

Necat qui alimenta indigenti negat. 182. 666. cum ſeq.
Neceſſarijs legatis alimenta videntur legata. 534
Neceßitas alimentorum. 164
Neceßitas extrema quæ dicatur. 706
Neceßitas legem non habet. 705
Negociorum geſtor præſumitur alimenta erogare ex bonis nutriti. 974. & ſeq.
Negociorum geſtorum actio competit ratione alimentorum. 913. 926
Nepos non poteſt ſibi vindicare id, quod auus filio ſuo ſpurio reliquit in alimenta. 299
Nepotes alit auus vel defuncto patre, vel eo inope. 300
Nepotes ſpurios an & quando auus alere teneatur. 82. 298
Nepotibus an alimenta debeantur ſi legata ſint liberis vel filijs. 514
Nepoti ex filio ſpurio poteſt quis legare. 808. & ſeq.
Nicolai Epiſcopi Conſtantienſis liberalitas. 584
Nicolai Moroni ſententia in dubium vocatur. 936. & ſeq.
Nocte ſententia de alimentis lata valet. 981. & ſeq.
Nobili ampliora debentur alimenta. 67
Nomen bonum melius eſt quàm diuitiæ multæ. 638
Notarius cuius ſumtibus ad alterutrum litigantem mittatur. 490
Nominatio filij, an in quaſi poſſeßione filiationis aliquem conſtituat. 46. 48. & nemini nocet quàm patri. 45
Nouerca an cum priuignis cogatur ſtare. 642
Nouitius intra annum probationis monaſterio egrediens, non reſtituit alimenta percepta. 905
à Nuncij vel legati in itinere defuncti hæredibus an id, quod alimentorum nomine ipſi datum fuit, repetatur. 161
Nuptiarum expenſæ an alimentorum appellatione contineantur 69
per Nuptias eius cum quo quis habitare iuſſus eſt, an alimenta deſinant deberi. 641
Nuptijs expirant alimenta legata, donec nupſerit. 549
per Nuptias eius mulieris quæ cum alio debet habitare alimenta an expirent. 826. & ſeq.
Nuptijs ſecundis alimenta vxori à marito

*marito ſine conditione viduitatis legata nõ expirant.* 130.134

*Nurus & pronurus à quo alenda* 100.408.7.307.

*inter Nutrire & alere an ſit diſcrimen.* 141. 535

*Nutritus quis præſumitur ab eo penes quẽ fuit commoratus.* 974

*Nutritus ſi prohibuiſſet ſibi dari alimenta, tamen tenetur ad reſtitutionem.* 874

O.

*Oblatione rei propter quam alimenta debentur, an hoc debitum tollatur.* 840. & ſeq.

*Obſides à quo ſint alendi.* 586

*Ocioſi homines ciuitate pellantur* 576

*Odofredi ſententia perpenditur.* 247.427.479. 721

*ex Odofredo mendum ſublatum.* 311

*Officiales à quibus alendi.* 16

*Officio iudicis principaliter implorato quando lis conteſtanda ſit necne.* 949. & ſeq.

*Officium iudicis competit pro alimentis.* 84.87.88.90.92. 115. 932

*Oldradi ſententia conſideratur.* 530. 531

*Onus alimentis ſpuriorum à patre imponi non poteſt.* 224

*Operari tenetur alimentarius alenti.* 70. 107.134.363.678 & ſeqq.

*Operas percipiens ab alimente, & compenſare debet ſumtus.* 883

*Opulentia alimentarij an et quãdo tollat debitum alimentorum.* 841

*Ordinaria eſt quælibet cauſſa regulariter.* 849

*Ordinator debet alere ordinatum egenum.* 585

*Ottonis Epiſcopi Pabepergenſis liberalitas.* 584

P.

*Pacem publicam turbanti patri an filius propterea recte denegat alimenta.* 262

*Paciſci de alimentis legatis ſine prætore æquè non licet ac tranſigere.* 12

*Pactum gratuitum de alimentis legatis ſine prætoris auctoritate non valet.* 740. & ſeq.

*Pactum vt vxor ſemetipſam alat.* 349

*Pactum de vxore non alenda, quamuis iuramento vallatum, non valet.* 107. 149

*Panis continetur frumenti appellatione.* 365

*vtrum Parentes liberis, an hi illis ad alimenta præſtanda arctius ſint obligati.* 200

*Parentes alendi ſunt iuxta dignitatem.* 602

*Pariſij additio ad Bartolum emendatur.* 783

*Parochus, cui fructus beneficij nõ ſufficiũt, à vicinis eſt alendus.* 92


Paſcere

Paſcere idem eſt ac alere. 141
pro Paſcendi iure competit interdictum Vti poſſidetis. 939
Pater conuenitur de alimentis ad id quod facere poteſt. 206
Pater denegatione alimentorum necans filium, tenetur lege Cornelia de Sicarijs. 7
Pater filium magis diligere cenſetur quam ſeipſum. 29
Pater hoſtis patriæ quomodo impune à filio poſſit occidi. 263
Pater tenetur filium alere. 5
Pater alens liberos, videtur id facere animo donandi. 880. & ſeq.
Patri filium honeſta aliqua arte instrui non curanti alimenta recte denegat is filius. 277
Pater filium à ſe exhæredatum recipiens ad menſam ſuam videtur abolere exhæredationem. 661
Pater non repetit alimenta filiæ exhibita ante traductionem ad domum. 161
Patre diſsipante bona ſua, poteſt filius petere ſibi fundum aliquem pro alimentis aßignari. 69. 149. 651. & ſeq.
Pater potius quam filius egenum alit. 300. 301
Patrem potius an vero filium ſuum quis teneatur alere. 77. 305
Patrimonij vires quomodo in alimentorum præſtatione æſtimandæ. 142
vltra Patrimonij reditus alimenta interdum dantur. 143
Patri vtrum iure naturali an gentium debeantur à filijs alimenta. 76. 77. 258
Patronatus ius ex dotatione Eccleſiæ vt oriatur, tria requiruntur. 445
Patronatus ius quid ſit. 445
Patrono Eccleſiaſtico debentur alimēta 83. 445. & ſeqq. 645
Patronus libertum alit. 87. 448. & ab eo alitur. 88. 448
Patruus tenetur etiam fratris ſui filium alere 34. an hoc animo repetendi facere videatur. 886
Pauli Caſtrenſis ſententia conſideratur. 378. 432
ex Paulo Caſtrenſe mendum ſublatum. 329
Pauperes ali publice intereſt. 137
Pauperibus alimenta legata, qualiter ſunt diſtribuenda 137 622 & in dubio quibuſnam. 522. cum ſeq.
Pauperibus litigantibus an ſumptus litis præſtentur. 475. cum ſeqq.
Pauperum collegio vel pauperibus in genere ſi legetur quid annuum, erit perpetuum. 136
Pauperibus nimium delicata conuiuia

ciuia prabens, venialiter peccat. 621
Paupertate debitoris alimenta legata deſinunt. 839
Pauper non eſt qui tenet artem ex qua viuere poteſt. 205
Paupertas diuerſimode conſideratur. 958. & quomodo in hoc negocio probetur. 959
Paupertatis beneficia non competunt illi, qui ex ſua culpa ad paupertatem peruenit. 707 959
Pecudem alienam in agro meo repertam pro damno dato non poſſum quidem retinere, ſed pro ſumtibus. 927
Pecunia an pro alimentis debeatur. 70. 622. 623
Pecudem alens præfertur cæteris creditoribus. 928
Penſio Eccleſiaſtica interdum contractui, interdum vltima voluntati comparatur. 153
Penſiones annuæ in alimenta abſumuntur. 172
Penus legata differt ab alimentis legatis. 389
Periculum rei alimentorum cauſſa traditæ pertinet ad accipientem. 118
Perſonale dicitur aliquod ius duobus modis. 730
quas Perſonas complectatur contractus de alimentis initus. 413
de Perſonis diuerſimode in materia alimentorum tractatur. 854
Perſonalis actio, fauore alimentorum & certo fundo per teſtatorem aßignato, datur contra quemlibet poſſeſſorem. 144
Perſonarum tractatio primum ſibi locum vendicat. 176
Peſte laborans non propterea illico moritur. 672
Petere non videtur qui rem ſponte oblatam accipit. 836
Petri à Duenas ratio conſideratur. 484
ex Petri Gregorij ſyntagmate mendum ſublatum. 325
Petri Peckij argumentum. 500
ex Petro Peckio mendum ſublatum. 632
Petri Rauennatis locus. 824
Philippi Decij ſententia perpenditur. 641
Philoſophi de alimentis tractant. 166.
Phocionis magnanimitas. 169. 183
Piæ cenſentur quæ paupertatis cauſſa tribuuntur. 147
Pietatis cauſſa erogata non repetuntur. 879
Pijs cauſſis an alimenta annumerentur. 9. 125. 692
Pium dupliciter in iure accipitur. 694

Pignori

Pignori datum animal à quo ali oporteat. 423.424
Pignori poteſt mihi eſſe res mea, quæ reuocabiliter in alium tranſlata eſt. 938
Pignoris pro dote reſtituenda ab hæredibus dati fructus vidua non lucratur. 366
Pignoris captura optimus eſt modus executionis in alimentis. 993
Pœna eius qui permittit aliquem fame mori. 669
Pœna iudicis captiuo de alimonia non proſpicientis. 499
Pœnæ ſtipulatio differt ab annua ſtipulatione. 367
Pœnam propter alimenta non exhibita petere volens quid debeat probare. 965
Popularis actio pro alimentis. 35 93. 137. 857. & ſeq.
Poſſeſſorium remedium an pro alimentis competat. 938
Poteſtas patria ad alimentorum præſtationem nihil confert. 246. 273. 298
Poteſtatiuæ conditioni non ſatis faciens, caret legato. 816
Poteſtatiuæ conditioni etiam poſt aliquot annos ſatisfaciens petere poteſt legata alimenta. 818. & ſeqq.
Præbendam dans an ab alimentorum datione ſe liberet. 23
Præceptores à diſcipulis ſunt alendi. 269
Prædicatoris alimenta à vicinis quomodo debeantur. 102
Prædium legatum ad alimenta differt à legato alimentorum ex prædio. 536. & ſeq.
Præiudiciali actione inſtituta debentur alimenta. 487
Prælati Eccleſiaſtici debent pauperes curare. 583. & ſeq.
Præſcriptio an in alimentis locum habeat. 797. & ſeq. 897. & ſeq.
Præſcriptis verbis actio competit pro alimentis. 926
Præſumitur dotem promiſſam & confeſſatam ſolutam eſſe ſi maritus alat mulierem. 665
Præſumitur filiatio ex nuptijs. 38. 40
Præſumitur quis nutritus ab eo qui alere debuit. 972. & ſeq.
Præſumitur quod teſtator iubens alimenta in domo hæredis præſtari, in fauorem hæredis ita diſpoſuerit. 633
Præſumtio eſt contra eum qui via inſolita vtitur. 570
Præſumtio eſt alimenta data eſſe animo repetendi. 878. cum ſeq. 975
Præſumtio eſt teſtatorem voluiſſe alimenta ad vitam legatarij durare. 132
Præſumtionem filiationis ſola nutritio

tritio non inducit. 659
Præſumtiones ſolent regulariter eum contra quem ſtant, onerare probatione. 783
Præſumtioni ſtatur, donec contrarium probetur. 969
Præterita alimenta regulariter alimentario non debentur. 92 862. cum ſeqq. niſi æs alienum contraxerit. 92. 96. 112. 863. aut ex contractu vel teſtamento ſint debita. 121 867
Præterita alimenta morte alimentarij non expirant. 811
Præteritorum alimentorum non eſt eadem ratio ac cæterorum. 63. 92. 170. 716 846. 991
Precium maius venditorib. offerre vt alij charius emere cogantur de iure non licet. 573
Primigenijs alimenta præterita debentur. 365
Principis reſcripto alimenta iure naturæ debita nō tolluntur. 800
Prioritas conceditur pecudem alendi. 928
Priuignus non exigit alimenta ab inuito vitrico. 253
Priuilegium quid. 691
Priuilegium perſonale mutatur mutatione perſonæ. 903
Probatio in negocio alimentorum quæ requiratur. 155
in Probatione alimentorum ex delicto debitorum intereſt, vtrum delictum dolo vel non, patratum fuerit. 553
Probatio quomodo inſtituenda. 957
Procuratori num debeantur ſumtus litis. 492
Prodigus filius adhuc alendus à patre. 183
Proprietas vendi debet, fructibus non ſufficientibus propter aſcendentium vel deſcendentium alimenta. 615. 616
Prohibitio patris alimenta filio non adimit. 33. 223
Promiſſio alimentorum an ſit annua. 415
Proteſtatio facta ab eo qui alere cogitur eſt inanis. 74. 882
ad Proximiorem alimentorum dandorum onus ſpectat. 19
Prytaneium Athenis in quem finem conſtitutum. 582
Pubertas in alimentis legatis quomodo æſtimetur. 147. 835
Puberem filium an pater teneatur alere. 190
ex Publicatis bonis an alimenta debeantur. 426
Publicatio bonorum ad alimenta non pertinet. 710
Pupillis alimenta vt à iudice decernantur & eorū modus conſtituatur eſt ex re tutorū. 108
Pupilli vbi ſint alendi. 90
Pupilli educatio eſt pars tutelæ. 461

Pu-

Pupillus abſens à tutore nutritus non præſumitur. 160
Pupillus indefenſus condemnatus, interim alendus eſt ex eius bonis. 90
Pupillus ſuos fratres egenos alere debet. 317
Pupillus vel pupilla ſuo tutori non tenetur operari 685. quod ſi faciat iure mercedem & alimenta à tutore exigit. 686
Putatiuum filium alens ſi calumnia abſit, ſumtus non repetit 885

Q.

Quando debeantur alimenta legata. 135. 136
Quaſi contractuum requiſita. 178

R.

Ratificatio non prodeſt re non integra. 92.
Rationem reddere an teneatur legatarius. 133. 134
Rationes vicem legum ſupplent. 291
Receptator dici quis non poteſt propterea quod malefactori cibum vel potum præbuerit. 559. & ſeq.
Reciproca alimentorum debitio. 280. 290
Reditus bonorum in alimentorum præſtatione inſpiciendi 142. 143
Regula, quæ non proſunt ſingula multa iuuant, declaratur. 233
Regula, qui ſemet in neceſſitate ponit, beneficio ſe indignum reddit, declaratur. 185
Regula, ſententia ferenda iuxta normam libelli quomodo intelligatur. 957
Regula, Non exemplis ſed legib. eſt iudicandū, declaratur. 269
Regula, Quilibet eſt rerum ſuarū moderator & arbiter, declaratur. 744
Relatiuū adiectum tempori futuro, importat conditionem. 415
Relegatus à deportato quid differat. 261
Renunciare alimentis num liceat. 62. 63. 80. 113. 121. 348. 421. 791. cum ſeqq.
Renunciari an poſſit beneficio l. cum hi ff. de tranſact. 721
Renunciatio etiam facto fieri poteſt. 795
Renunciationes ſtrictè ſunt accipiendæ. 821
Reſtrictiui termini natura. 354
Reſponſio ad petitionem quatenus habeatur pro litis conteſtatione. 985
Repetantúrne alimenta præſtita. 10. 74. 107. 159. 194. 838. 873. cum ſeq.
Repetens ſumtus in alium factos

quid & quomodo probet. 966 & ſeq.

in Repetitione alimentorum non conſideratur intereſſe temporis ſeu laboris. 74. 75. 161. 913

Replicationes actoris in hac alimentorum materia. 945

Retentio conceditur pro alimentis. 927. & ſeq.

Retinet bona mariti vidua quouſq; dotem ſuam receperit. 390

Reus in ſua exceptione quatenus actor eſſe dicatur. 964

Riminaldi ſenioris ſententia in dubium vocatur. 381

Ripa ſententia perpenditur. 564

Rubei ratio conſiderata. 375

Ruini ſententia perpenditur. 208 209. 253. 308.

Ruſtici aliter alendi ſunt quam nobiles. 610

Ruſticis praſtantibus ſuo domino operas conſuetas, an alimenta debeantur. 448. & ſeq.

S.

Sacerdos etiam ex fructibus & redditibus Eccleſiaſticis ſuos fratres & ſorores alere tenetur. 317

Salaria aduocatorum, procuratorum & ſimilia an vicem alimentorum attineant. 118. 786

Salarium aduocato promiſſum, hæredibus debetur. 119

Salarium an etiam famulo ægroto debeatur integrum. 429. & ſeq.

Salarium famuli creſcit & decreſcit pro ratione laboris. 120

Salarium conſuetum videtur conſtitutum perſonæ ad officium aliquod aſſumtæ. 883

Saliceti ratio conſideratur. 223. 359. 652

Sardoa lex de interimendis parentibus ſenibus. 256

Saluianum non datur ad adipiſcendam poſſeſſionum veſtium quotidianarum. 710

Sæuitia mariti quanta eſſe debeat vt vxor propterea ad eum redire non cogatur. 337. 339

propter Sæuitiam mariti matrimonium hodie non diſſoluitur. 342

Satiſdatio an requiratur propter alimenta litis. 489. & ſeq.

Saxonicum ius in viduarum alimentis à iure ciuili in tribus præcipuè differt. 390. cum ſeq.

Scholaris ex matricula deletus & poſtea pœnitentiam agens, an à rectore iure petere poſſit vt recipiatur. 209

Scholaris tenetur præceptorem ſuum alere. 101

Scientiæ omnes agunt de alimentis. 165
Sebaſtiani Medices ſententia cõſideratur. 440.704.737
Senes & debiles alendi à magiſtratu. 580
Senes ſexaginta annos nati & vltra, ad nuptias apti non cenſentur. 519
Sententia late de alimentis eſt definitiua. 14.155.982
Sententia quomodo feratur de alimentis. 978. & ſeq.
Sententia de alimentis non eſt ferenda iuxta voluntatem partium litigantium. 979
Sententia lata de filiatione quibus præiudicet. 50
Sententia de alimentis an neceſſario in ſcriptis ferri debeat. 980. & ſeq. & an præiudicet cauſſæ principali. 983. & ſeq.
Sequeſtrari alimenta non poſſunt 421
Sequeſtrata res propter alimenta vendi poteſt. 14. 149 425
ex Sequeſtratis bonis præſtantur alimenta ſequeſtrato. 425. 486
Sequeſtratis fructibus ex cauſſa litis, ſunt ex his alimenta debita. 97
Sequeſtrato animali quis præſtet alimenta. 424
Seruus alendus à domino. 87
Seruus poteſt officium iudicis implorare propter alimenta. 855
Simonis de Pratis ſententia conſideratur. 532
Socerum an gener alat. 408
Socer tenetur nurum alere. 7.
Societatis ratione an & qua alimenta debeantur. 430. & ſeq.
Socio ægrotanti an medicamenta ex ſocietate debeantur. 433
Socius operam pro pecunia præſtans an ſemet ipſum alat. 433. & ſeq.
Socini ſenioris ſententia conſideratur. 665.672
ex Socino ſeniore mendum ſublatum. 672
iuxta Solitum alimenta legata, æſtimantur iuxta vltimum ſolitum teſtatoris. 143. 609
Solonis lex. 267. 576
Soluto matrimonio filius eſt alendus. 73
Soror à fratre eſt alenda. 84. & viciſſim fratrem alit. 317
Spiritualis filius an ſit alendus à patre ſpirituali. 21.251
Sponſalibus contractis viduitatis conditio non læditur. 824. 834
Sponſus alens ſponſam lucratur fructus dotis promiſſæ. 664
Spurij alimenta coram quo iudice petan-

petantur. 916. & ſeq.
Spurij non iuxta dignitatem patris, ſed ſaltem iuxta ſufficientiam ſunt alendi. 600 & ſeq.
Spurio filio à patre datum præſumitur in cauſſam alimentorum datum. 970
Statuto diſponente vt filiæ ex bonis paternis tantum dotentur ſi pater ijs dotem leget, interim ſunt alendæ. 198
Statuti generalis excluſio ad alimenta non pertinet. 147
ex Statuto alimenta debita an pro tempore præterito debeantur. 866
Statuto alimenta liberorum tolli non poſſent. 29. 30. 181. 762 800
Statutum definiens certam ſummam pecuniæ interim quouſq; hæredes viduæ dotem reſtituant valet. 370
Statutum legitimam auferens ad alimenta non trahitur. 761 et ſeq.
Statutum Romanum. 86. 106. 113. 153. 155. 156
Statutum vt ne frumentum extra territorium exportetur quomodo intelligatur. 563. & ſeq.
Studiorum ſumtus an alimentorũ appellatione veniant. 69 140
Suſtentatio vitæ alimenta denotat. 535
Subſidio vitæ legato alimenta debentur. 141
ex Succedendi paritate an alimentorum dandorum par neceſſitas oriatur. 304. 307. 308. 322
Succeſſionis ex auth. præterea c. vnde vir & vxor. requiſita. 379
Succeſſio ex d. auth. præterea. ab alimentorum perceptione tribus modis differt 381. 382. 384
Succeſſio non defertur propter alimentationem. 659
Succeſſione indignum ſe reddit, qui alimenta debita defuncto non præſtitit. 671
Summam certam nomine alimẽtorum propter dotem non ſolutam ſtipulari poteſt. 105. 894. & ſeq.
Summariè proceditur in cauſſa alimentorum. 22. 155. 843 & ſeq.
Summariè tractantur cauſſæ duobus modis. 845. 960
ad Subſtitutos redit onus alimentorum. 147. 293
Sumtuum factorum repetitio differt à mercedis acceptione. 470
Supellectilia vtenda an habitanti concedi debeant. 529
Supplicium matris quæ filium ſuum lactat non differtur. 660
Surdi opinio conſideratur. 186. 200.

200.201.202.203.323.419.
420.459.676.836: cum ſeq.
886.928.930.984. & ſeq.
in Surdo videtur negatio deeſſe. 323.

## T.

Tabellionis officio an clericus fungi poſſit. 710
Taxatio alimentorum quomodo facienda. 24.66.99.142. 620
Taxatiua particula non inducit excluſionem in cauſſa fauorabili. 250
Temperantia eò reſpicit vt modum teneamus in cibo & potu 166
Termini legales in alimentis non obſeruantur. 954.995
Terminus alimentis legatis præſtitutus & elapſus finit alimenta. 831
Teſtamenti omne ius ſoluitur nemine hæreditatem ex eo adeunte. 696. & ſeq.
à Teſtatore videmur accipere, quod nobis per teſtamentarios executores datur. 523
Teſtatoris præcepto an alimenta tolli poſſint. 804
Teſtium repulſa an in materia alimentorum locum habeat. 977. & ſeq.
Teſtes pro vtraq; parte veritatē debent dicere. 468
Teſtibus debentur alimenta. 17. 472. & ſeq.
Teſtis non poteſt eſſe alumnus pro nutritore ſuo. 663
Theologia tractat de alimentis. 165
Thomæ Grammatici ſententia declaratur. 841
Thomæ Parpaliæ lapſus. 242
Torturæ inſtar habetur alimentorum denegatio. 666
Tranſactio meliorem alimentorum conditionem efficiens valet. 63.723. & ſeq.
Tranſactione de alimentis facta, cui incumbat onus probādi. 967
Tranſigendi vocabulum bifariàm accipitur. 740
Tranſigere de alimentis an & quando liceat. 11.718. cum ſeq.
Triennalis alimentorum præſtatio, inducit perpetuam obligationem. 10. 146. 698. & ſeq. & præſumtionē de alimentis præſtitis per præteritos annos. 975
Tractatus patris quatenus probet filiationem. 45
Tranſmiſſio ad hæredes in alimētis futuris non habet locū. 152
Tutor an à pupillo ſit alendus. 15 101. 462. & ſeq.
Tutor debet etiam pupilli ſui matrem & ſororem egentes alere 15. 80. 85

Tutor

Tutor pupillo alimenta denegans, remouetur. 14. 669. interdum punitur. 677

Tutor pupillum debet alere. 101. 461. & ſeq.

Tutor repetit alimenta præſtita. 159. 462. 905. fallit. 686

V.

Vaſallus à domino an ſit alendus. 455

Vaſallus cuius ſumtibus domino inſeruiat. 456. & ſeqq.

Vaſallus tenetur dominum egenum alere. 14. 88. 100. 450. quod cauſatiue vt loquuntur, verum eſt. 451

Vaſallo contra dominum litiganti debentur alimenta ex bonis litigioſis. 486

Vaſquij ſententia conſiderata 177. 185. 191. 192. 220. 221. 443. 801. 803

Vbi præſtari debeant alimenta. 9. 107. 130. 131

Vectigalia de alimentis non ſoluuntur. 711. & ſeqq.

Vectura alimentorum ad quem ſpectet. 140

Venter quando in poſſeſſiinem mittitur an cauſæ cognitio ſit adhibenda. 196

Ventri debentur alimenta. 89. 120. 195. 364

Vendendi neceſſitas poteſt quandoq; alicui imponi. 572

Venduntur interdum ipſa bona reditibus eorum non ſufficientibus. 143. 171

de Verborum ſignificatione laborandum non eſt quando de diſponentis mente conſtat. 528

Veſtes lugubres debentur viduæ 387. 390. famulo domini. 428

Veſtes in ſpecie legatæ differunt ab ijs quæ ex generali legato alimentorum debentur. 532. & ſeqq.

Veſtes precioſas vidua reſtituere debet poſt obitum mariti. 388

Veſtes quando debeantur. 647. & ſeqq.

Veſtes quæ ſint precioſæ & feſtiuæ quæ vero quotidianæ. 389

Veſtes quotidianæ non veniunt in tacita vel generali oppignoratione 710

Viatoris ſarcina an pro cibo & potu retineri poſſit. 930. & ſeqq.

Vicini & amici à diuitibus ſunt alendi. 89

Victus appellatio alimentorum appellatione æquipollet. 5. 141. 532

Victus

*Victus victori condemnatur in expenſis & quibuſnam.* 479

*Vidua alimenta ab hæredibus mariti regulariter non debentur.* 359

*Vidua intra annum ſoluendæ dotis ab hæredibus mariti alitur* 109. 360. 362.

*Vidua qualiter eſt alenda.* 602. *& ſeqq.*

*Vidua proſtituta non tollit præſumtionem ex nuptijs peruenientem ſi peperit infra nouem menſes.* 43

*Vidua indotata partem hæreditatis mariti petit.* 114

*Vidua quam teſtator veſtiri voluit ſingulis annis debentur veſtes.* 540. *& quales.* 609

*Vidua quatenus in priore matrimonio videatur perdurare.* 460

*Viduæ inopi & repetenti ſuam dotem debentur ſumtus litis.* 385

*in Viduitatis caſum alimenta legata an & quando ſecundis nuptijs expirent.* 814. *& ſeqq.*

*Viduitatis conditio caſum mortis continet.* 825

*Viduitatis conditio quomodo impleatur.* 823

*Viduitatis conditio* [illegible] *legato appoſita, an in alijs repetita videatur,* 828

*Viduitatis conditio an alimentorum legato tacitè inſit.* 830. *& ſeqq.*

*Viduo an debeantur alimenta à defunctæ vxoris hæredibus.* 404. *& ſeqq.*

*Vincula reipubl. ſunt præmia & pœnæ.* 562

*Viro alicui alimenta legata vxoris mentione non facta an debeantur etiam vxori poſt mortem teſtatoris ducta.* 518. *& ſeqq.*

*ad Virtutis ſtudium liberi ſunt aſſuefaciendi.* 599

*Viſitatoribus quis præſtet alimenta.* 472

*Vita legata videtur alimenta legata vel victus.* 4. 141. 536

*Vitricus repetit alimenta à priuigno.* 16[illegible] 253. 882

*pro Vitrico præſum*[illegible]*d alimenta animo donana priuigno ſuo non dederit.* 883. *& ſeqq.*

*Vnitas vel pluralitas alimentorum legatorum vnde æſtimanda.* 799

*de Vniuerſitate ius patronatus habente ſinguli non ſunt alendi.* 446

 *Volun-*

Volun. ...tatoris vnde petenda. 668

Vſufruituarius cuius ſumtibus litiget. 492

Vſufructuarius omnium bonorum potius præſtat alimenta legata, quam hæres inſtitutus in nuda proprietate. 508

in Vſufructu legato locum habet ius accreſcendi. 151

Vſufructu legato ad alimenta, fructus alimentorum indigentiam ſuperantes, proprietario ſunt reſtituendi. 539

Vſura dotis interdum marito recte permittitur. 105. non autem viduæ. 367

ab Vſuario alimenta legata an inprimis detrahantur. 153

Vſurario ex vſuris filiam dotante, creditores illam dotem à marito non auocant. 236

Vſuras dotis ſibi poſt annum luctus nondum reſtituta, vidua non iure petit. 366

Vſur... diuiſio. 889

Vſus & alimentorum conuenientia & diſcrepantia. 784. & ſeq.

Vſusfructus cognationem habet cum alimentis. 781

Vſusfructus pauperi legatus, in cauſſam alimentorum cenſetur relictus. 136

qui Vtitur animalis opera, is etiam præſtat alimenta. 422

Vulnerans aliquem tenetur ipſi alimenta dare. 552

Vxor alimentis ſibi à marito debitis non renunciat valide. 348

Vxoratum filium an pater teneatur alere. 187

Vxor cui alimenta à marito legata ſunt, habebit ea vltra dotem 143

Vxorem etiam indotatam maritus tenetur alere. 105.106 328. ſecus ſi dos promiſſa non ſoluatur. 106. 329. cum ſeq.

ad Vxorem futuram alimenta Titio & ipſius vxori legata an pertineant. 135. 520

Vxorem non alens maritus lucro dotis caret. 671. & ſeqq.

Vxor habeátne hypothecam in bonis mariti, ratione alimentorum. 15. 106. 350

Vxori alimenta relicta donec moraretur cum filijs etiam illis præmortuis debentur. 132

Vxori etiam de adulterio accuſatæ debentur à marito alimenta. 345

Vxori quo iure alimenta à marito debeantur. 327. 328


Vxoris

*Vxoris hæredes volentes pœnam à marito petere ob alimenta vxori non exhibita, quid debeant probare.* 966

*Vxori ſine cauſſa recedenti à domo viri alimenta rectè denegantur.* 107. 336. *ſecus ſi ob iuſtam & legitimam cauſſam diſcederet.* 108. 131. 335. *& ſeq.*

*Vxor in domo mariti debet ali: etiam tempore viduitatis.* 628 *cum ſeq.*

*Vxori videntur alimenta legata, ſi maritus teſtator mandet penes eam educari communes filios,* 126. *vel ſi mandet eam habitare cum filijs.* 527

*Vxor marito præſtat operas & quas.* 681. *& ſeq.*

*Vxor petere poteſt alimenta à viro eam expellente.* 95. 108

*Vxor propter adulterium monaſterio incluſa ex fructibus dotis alitur.* 108. 347

*Vxor potius à ſuo marito eſt alenda, quàm à liberis ſuis ex priore matrimonio procreatis.* 290 363

*Vxor relicta domina & vſufructuaria omnium bonorum, inſtitutis filijs, tantum habet alimenta.* 126. *cum ſeqq.* 526

*Vxor tenetur virum egenum alere.* 15. *an ſumtus repetat.* 904

Z.

*Zaſij argumentum conſideratur.* 891. *& ſeq.*

Errata

# Errata ſic corrige: prior numerus ſignificat paginam, alter lineam.

10. 14. non, nota. 11. 10. tamen non expedit. 13. 6. probationis, prohibitionis. 30. lin. pen. delenda eſt particula negatiua, non. 41. 11. quam poſs. quaſi poſſeſs. 63. 2. legitimo, diuerſo. 120. 17. inutilis, inuitis. 145. 25. iure actionis petenda. 188. 5. amiſſus, anniſus. 208. 4. concludit, concludunt. 289. 10. patre & alente & alendo. 323. 4. pro vt, lege &. 468. 20. pro ad, lege id. 478. 7. pro 57. lege 75. 492. 33. proprietatibus, proprietario. 542. 4. concedat, comedat. 560. 21. ſocietati debet: altera quam debet certis. 567. fundamentum, lege frumentum. 644. 20. habitanti, habitandi. 724. 11. batur, probatur. 757. 21. ſit, ſint. 766. 3. celeberrimorum, celeberrimo. 937. 15. par ratio.




Lipſiæ,

IMPRIMEBAT MICHAEL
LANTZENBERGER.

ANNO

M. D. IVC.

215

FINE

Digitized by Google

Digitized by Google

LEGATORIA
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 61
Tel. [illegible] APR 1971

Digitized by Google

Digitized by Google